alleuatur:citius que accedit ad statū. Status ...
pleuresi non est tempus alijs periculosius: qu...
to materia magis ac magis resundando exit p...
am ꝛ expellitur: tāto magis alleuatio morbi p...
quia ibi non est status quo ad accidētia sed qu...
gestionem. Unde totum illud tempus in quo n...
spuitur i pleuresi: vocatur pleuresis cruda a Pa...
lo Egineta. Et si spuit ꝛ sputum est indigestum: liqu...
dum: aquosum: grossum: aut viscosum: et cū tussi labo...
Principiū dicetur. Quod si incipiat sputum al...
ter digestum cum alleuatione et minore calore d...
Augmētum. Sed si screatus fuerit albus: leui...
alis tussisqꝫ nō difficillis: erit status. Que omni...
minui ceperint minorata etiam febre / venisse de...
tionem nemo dubitat. Uerum tamen quāuis ita
sit quod egritudines pectoris per sputum cognoscun...
tur: idque ipsum tempora distinguat egritudinis. no...
excreuntia alia negligēda erunt. Urina enim
vbi adsit febris (que vt plurimū hec apost...
nue cōmitatur) semper sunt considerand...
Galenus primo de crisi capitulo septimo.

...RVM MATERIA EXISTEN
TE IN MOTV LICEAT
PER ARTEM ALI-
QVID FACERE.

ADVERTENDVM, QVOD MA
teria existente in motu / regulariter operād...
non oportet mouere: alter enim motus alte...
rū diuertet / sic qꝫ impediretur natura. Sed

B

...c faciendum esset completa & perfecta erit: confirm...
...e etiam virtute: finitaqz vel saltim incepta digestion...
...humoris. Sed sicut multotiēs cogitur medicus in pri...
...cipio paroxismi & in statu cibare / quando videlicet ti...
...metur de casu virtutis vel de motu materię furiosę pa...
...ratę sincopim inducere, vt ostendit Galenus decimo
...de ingenio capite quarto. Ita plerisque in aliquibus
...morbis vt in Ophthalmia et alijs apostematibus mi...
...nutio fieri habet in principio motus materię: et tempo...
...re maioris & vehemētioris doloris eiusque insultus se...
...uitoris: precipue non quiescente febre: vt ponderat Ra...
...sis auctoritate Galeni decimo continentis. Et hic in li...
...bro de phlebotomia summa tertia: doctrina & capitulo
...secūdis. Sic etiam accidit in pleuresi: in eius enim prin...
...cipio magis quam in alijs morbis festinanter insurgūt
...accidentia seua: quibus subito & quasi eadē hora egro
...subuenire cogeris beneficio coeleriori: scilicet phlebo-
...tomia. Stante enim materia in motu locum que ascē-
...dendo infestāte & copiose fluente: competit a principio
...euacuatio diuersiua: cōpletissima quidem (si virtus cō-
...sentiat: ad quam semper intendere oportet) alioqui in
...vices partita: deuians & impediens apostematis gene-
...rationem. Unde materia minorata et a loco ad quē in-
...clinauerat diuersa / sequetur nature subleuatio talis
...quod ipsa vlterius a medico adiuta et a suo pondere
...deggrauata: supra residuum morbi facilius dominabi-
...tur. Hoc autem sic faciendū iussit Galenus vndecimo
...therapeuticę capite decimo quinto / et Auicēna quar...
...ta primi et decima quarta tertij & pluries alibi. Patet
...igitur primi quęstionis termini expositio.

¶ De secūdo questionis termino.

mouet, et eorum causantes maiorem et seuiora inducentes accidētia / quę talia non morbi magnitudinem sed victricem potius naturam contra morbum concludūt et ex consequenti morbum minorem. Unde hęc consequentia non valebit. Accidentia simul cum morbo naturę incitationem consequentia sunt maiora ergo morbus est maior / hęc nāq3 fiunt ex maiori caloris nostri libertate qui non vt in principio est suffocatus: quę quidem suffocatio indigestionem arguit / ⁊ morbum pronūciat maiorem quam in statu: in quo ⁊ instantius pugnat / et certius vincitur morbus. Sed quod sanies a calore naturali ⁊ ab eodem extraneato cōficiatur. Patet ex eius albedine quę digestionem a calore naturali factam denūciat / et ex fetore: inęqualique sua substantia quę ab eodē extraneato generantur: Sed quia de accidētibus morbi huius proprijs et communibus supra tetigimus / quum circa primum declarādum terminum verba fecimus: super sedeo. Et ad ea quę apostematis generationem concernunt me transfero.

¶ HIC INVESTIGANDA SVNT DVO.

PRIMVM EST. Scire viam per quam venit humor ad hos panniculos.

ALTERVM EST. Cōsiderare modum / quo post eius aduentum causetur apostema.

¶ PRO PRIMO: Suppono quod in omni morbo rheumatico est Mēbrū mittens seu mādans: et Membrū recipiēs. In pleuresi mandans seu mittens erit ve

na concaua a gibbo epatis procedens. Non negamus tamen quin mandans esse possit aliud membrū sed mediate. Ex fluxus enim mēstrui deffectu bene posset succedere pleuresis: sicut et a quacunque alia priuata euacuatione naturali: sed hęc (vt dicimus) causę sunt mediatę in mediatas mouētes. Recipiens autem erit qui ex dictis panniculis circa pleuram est: aut Diaphragma vel Mediastinus.

¶PRO ALTERO. Supponēdū est / quod per easdem vias per quas natura misit nutrimētum membro mittentur etiam superfluitates: secundum quod testatur Galenus in de cholera nigra / Et tertio de virtutibus naturalibus. Idem etiam affirmat Magnus ille medicus de Egipto dictus / prima et tertia particulis suorum Aphorismorum.

¶PRO PRIMI EXPEDICTIONE. Occurrit imprimis notāda origo materię ad costas veniētis et inde habebitur noticia anathomię venarū quę ad brachia terminantur. Eritque hic processus similis ei quem Galenus secundo Regiminis acutorum cōmento decimo adducit. Ubi sic ait. ¶A GIBBO EPA*tis ascendit uena quæ uocatur concaua: usque ad dextram auriculam cordis: & sursum usque ad summitatē pectoris & ceruicem ubi profundatur apud furculam.* Et *antequam ascendat cor: perforat Diaphragma & in eo dimittit duas uenas magnas nutriētes ipsum: et alias paruas nutrientes pāniculos pectoris. Ex hac eadem uena concaua oriuntur due Guidegy interiores & exteriores. Deinde quum apropinquatur cordi: oritur ab ea quædā uena quæ extenditur ad nutriendum partes pectoris: quæ sunt cōposite ex quattuor costis inferioribus. Et ista uena nutriēs istas*

partes

cost me. bm. xel

DE PRAESCRIPTIONIBVS,

QVAE TVM IVRE CIVILI, TVM PONTIFICIO CONTINENtur TRACTATVS perutiles æquè, & necessarij, in studiosorum gratiam à diuersis I. C. editi, atque in vnum volumen congesti, innumeris quibus scatebant mendis sublatis.

His accedit rerum & verborum Index locupletissimus.

Auctorum nomina sequens pagina indicabit.

expurgose con comision de los s.res inquisidores segun el in 4 ze de 1640 fr. Ant.o Blanco

LVGDVNI,
APVD HAEREDES IACOBI IVNCTAE.

M. D. LXVII.

del lic. d.o ... de carranza

AVCTORVM NOMINA, QVI DE PRAESCRIPTIONIBVS SCRIPSERVNT.

Auctor damnatus, permissus.

TRACTATVS DE VSVCAPIONIBVS ET PRAESCRITIONIBVS desumptus ex D N. Azonis Summa super Codice.

De vsucapione pro emptore, vel transactione. Rubrica.

EXplicuimus in superioribus de iure agendi, quod proditum est ad impugnandum: nunc audiamus de eo iure, quod competit ad defendendum. Et quia reus in iudicio se defendit per exceptionem siuè longi temporis, vel longissimi præscriptionem, perque vsucapionem, quæ & ipsa qualemqualem de facto parit exceptionem: vt supià de iure do. in rebus. constatque quòd vsucapio dignior est, quàm præscriptio, dicamus primum de vsucapionibus. Vel aliter. Diximus de præscriptione gemina quæ minuit statum: nunc audiamus de præscriptione, quæ tuetur patrimonium. Et quia titulo pro emptore frequentius vsucapitur: dicamus de vsucapione pro emptore: & quia emptioni similis est transactio: quippe sicut in emptione abest pretium, ita in trāsactione abest actio propter rem datam promissam ve. Ideò adnectamus de vsucapione pro transactione. Tractaturi itaque de vsucapione, videamus quarè vsucapio sit introducta, quid ipsa sit, quis possit vsucapere, quis non, quas res possit, vel non possit, quæ sint
1 necessaria in vsucapione, & quis sit effectus eius? † Est autem inducta vsucapio bono publico, id est, vtilitate publica contrà æquitatem naturalem: sicut & seruitutes. & esse in vsucapione

ne ratione.s. quarundam rerum dominia diù, & ferè semper incerta essent, quòd sufficeret dominis ad acquirendas suas res statuti temporis spatium: vt ff.eo.l.j. [& Insti. de vsuca. in princi. tit.& maximè in l.illa furtum.& in l.quanquam tenet.] Vel inducta est, vt aliquis esset litium finis: vt ff.pro suo.l.vlti.
2 † Est autem vsucapio adiectio, [vel acquisitio] dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti: vt ff. de vsucap.l.iij. & ponitur in definitione nomen vsucapionis tam pro vsucapione rerum mobiliũ, quàm pro præscriptione immobilium.nempè olim rerum immobiliũ,præscriptio dicebatur vsucapio, sicut & mobilium acquisitio. hoc enim licet attendere.ff.per totum tit.de vsuca. & maximè in l. illa furtum.
3 & l.quam rem.Quod dicit temporis † lege definiti:ideo dicit, quia hodie aliud spatium definitum est, quam fuerat olim. Nam in vsucapione rerum mobilium definitum est trienniũ. In vsucapione immobilium statuitur decennium inter præsentes, xx. inter absentes: vt Institu.de vsucap.j. respon. & est vtrunque tempus continuum: vt ff. de vsuca.l. nunquam.§.j.
4 † Vsucapere potest paterfamiliàs,& filiusfamiliàs,& maximè miles in castris quæsitum vsucapit:& pupillus, si tutore authore cœperit possidere, vsucapit sine tutore: aut si habeat animũ possidendi,poterit vsucapere.Furiosus autem non potest incipere possidere per se.& ita nõ incipit vsucapere.Quod autem antè furorẽ cœpit possidere, potest vsucapere:vt ff.de vsuca.l. sequitur.§.j.ij.& iij.Illud certũ est,quòd cùm seruus nihil possit possidere:ergo nihil potest vsucapere:vt ff.de vsuca.l.sequitur.§.seruus. Dominus autem ea quæ serui peculiariter nacti sunt, etiam ignorans vsucapit. & est speciale in peculiaribus rebus:vt in eis procedat vsucapio domino ignorante, etiam si dominus fuerit furiosus,vel infans:vt ff.de vsucap.l. Labeo.& pro soluto.l.ij. & de acquir.posses.l.j.§. item acquirimus. Item
5 † & hæreditas complet vsucapionem à defuncto cœptam: nõ autem potest vsucapio inchoari, iacente hæreditate, sed demum adita ea:vt ff.de vsucap.l.nunquam.§.vacuum.& l.iusto.
6 & §. nondum. & l. vlt. §. vlt. † Vsucapi possunt regulariter ea quæ corporalia sunt.Nam incorporalia nõ vsucapiuntur, quia non possidentur:vt ff.de acquirend.rerum domi.l.seruus.§. incorporales:ergo aduerbium,maximè, abundat.ff.de vsucap.l. vsucapionem. Vel dic incorporalia accipere vsucapionem quandoque, vt diximus in seruitutibus, quæ habent continuã causam,vt notauimus suprà de seruitutibus & aqua.

Item licet non vſucapiantur ſeruitutes per ſe, tamen vſucapiuntur cum re, cui accedunt. Nam qui vſucapit domum, vel agrum, vſucapit etiam ſeruitutes debitas domui, vel agro: vt ff. de vſucap. l. ſi aliena. §. primo. Item libertates omnium ſeruitutum vſucapiuntur: vt infrà de præſcriptio. longi tempo. l. vlti.
7 † Vſucapi propriè dicuntur mobilia [a], vel ſe mouentia. Nam
a immobilia dicuntur præſcribi: vt infrà in quibus cauſis ceſſat long. tempo. præſcr. l. ſecunda. Neque diſtinguuntur res Italicæ à prouincialibus, vel è conuerſo: vt infrà de vſucap. transfor. l.
8 vna. † Licet autem dixerim vſucapi poſſe corporalia, fallit tamen in quibuſdam propter vitium rei: vt quia res furtiua eſt, vel vi expulſiua, vel ablatiua poſſeſſa: vt inſtitu. de vſucap. §. furtiuæ. & §. quòd autem. Nam aliud eſt in re vi compulſiua poſ-
9 ſeſſa: vt quod metus cauſa. l. ſi vi. Hoc † ita, niſi res furtiua in poteſtate mei ſcientis reuerſa fuerit, vel quaſi fuerit reuerſa, & ita quòd non poſſit à me auelli poſſeſſio, vel quaſi reuerſa, quod eſt, ſi acceperim eius æſtimationem. & neceſſe eſt reuerti eam in poteſtatem domini, vel quaſi domini: vt tutoris, vel curatoris: non tamen ſi ipſe tutor, vel curator ſurripuerit & vendiderit, videtur eſſe purgatum vitium: vt ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi pupilli. & §. tunc. Si autem ſurripiatur creditori, debet reuerti in poteſtatem debitoris, qui dominus eſt rei. Nam ſi obligauerit rem alienam, ſufficit venire eam in poteſtatẽ creditoris: vt ff. de vſucapio. l. ſequitur. §. quod autem. & pro ſoluto l. vlti. Sed vbi debitor creditori ſurripuit rem ſuam, quam pignori obligauit, non eſt ea res furtiua: licet debitor teneatur creditori actione furti. Eſt enim res in domini poteſtatem reuerſa. Sed ſi debitor obligaſſet rem alienam, & eandem ſurriperet creditori, oporteret eam redire in poteſtatem creditoris: vt purgatum ſit vitium: vt ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi rem. & pro emptore. l. ſi rem. Quid autem ſi ſeruo meo ſurripiantur res peculiares? diſtinguitur, vtrum, me ſciente, an ignorante. Si, me ſciente, oportet vt, me ſciente, recuperet ſeruus: nec ſufficit, ſi me ignorante, recuperet. Si verò me ignorante, ſiue me ſciente, ſeruus, ſiue ignorante recuperat poſſeſſionẽ: purgatur enim vitium: niſi in peculio eſſe volui: tunc enim oportet, vt ſciam. Si verò ab extraneo res mihi ſurripiatur aliqua peculiaris, oportet, vt me ſciente, redeat in poteſtatem meam: niſi in peculio eſſe volui. Tunc enim etiam ſi ignorante me, ad ſeruũ perueniat, purgatur vitium, & probantur hæc. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. Labeo. Quid autem ſi ſeruus meus ſurripiat mihi? Diſtingue,

gue, vtrum rem dominicam, an peculiarem. si dominicam, statim est furtiua: non tamen dominus amittit possessioné, quandiu apud seruum res est. & hæc est ratio, quare videamur fugitiuum possidere; quòd is quemadmodum aliarum rerum possessionem interuertere non potest, ita nec suam potest: vt ff. de acquir. possess. l. rem, quæ & de furtis. l. serui & filij. & insti. de obli. quæ ex delict. nasc. §. hi. Est ergo exigendum, vt purgetur vitiũ quòd ita cœperam habere, quemadmodum habui, ante, quàm surriperetur: nisi cùm rem scirem in peculium sibi habere, concessi: vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. item si eam rem. Si autem seruus surripiat mihi rem peculiarem, quandiu eam retinet, conditio rei non mutatur. Sed si alij tradiderit, furtum faciet, & ea res erit furtiua: vt ff. de furt. l. interdum. §. cùm autem. Et purga

10 tur hoc vitium ita, sicut suprà dictũ est in re dominica. † Quòd autem dictum est in rebus furtiuis, seruatur & in iis, quæ nata sunt ex eis: vt in partu ancillæ furtiuæ [de quo plenè dixi suprà, in summa de furtis. §. amplius. ibi, quid si ex re furtiua.]

11 Circa quem notandum † est, quia quandoque est furtiuus, & eius nomine competit actio furti: vt si prægnantem ancillam surripio, vel non prægnantem, si tamen apud me conceperit & peperit. Si verò apud me conceperit, & peperit apud bonæ fidei possessorem furtiuus est: sed eius nomine nõ datur actio furti. Idem dico in vacca furtiua, non obstante eo, quod dicitur. ff. de vsucap. l. si aliena. §. j. quia illud putò corrigi. ff. de furt. l. qui vas. §. si ancilla. & in istis casibus certum est partum, vel fœtum vsucapi non posse, obstante vitio rei. Nec est furtiuus, nec eius nomine datur actio furti: si conceperit & peperit pœnes bonæ fidei possessorem. Et tunc si quæras an vsucapi possit à bonæ fidei possessore furtiuæ ancillæ partus vel non, attendendũ est, sciuerit [hoc bonæ fidei possessor] matrem alienam antequã conceperit: & tunc non vsucaperet: an postquam conceperit, & tunc si sciat simpliciter alienam, non furtiuam, non impeditur vsucapio: vt ff. de vsucapio. sequitur. §. de illo. & §. si antequam. & l. iusto. §. si possessionis. & suprà de furt. l. ancillæ. & infrà eod. l. iij. Si verò antequam pariat sciat furtiuam, impeditur vsucapio, si posteaquam peperit sciat matrem furtiuam, interpellatur vsucapio, nisi dominum certificauerit se habere ancillam, & partũ eius: vt, si habet ius, quod ipse proponat: & ipse respondebit: alias contra: nisi cùm non posset certificare dominũ. Et hoc est valdè notandum: quia posterior scientia in partu impedit vsucapionem hic: quia in partu cõmittitur furtũ: nec enim

in eo habebam titulum, licet haberem in matre: vt ff. pro suo. l. si ancilla. puto, si in eo haberem titulum. Impediuntur etiam quandoque corporalia vsucapi propter delicta personarum: vt est in re præsidi data contra legem Iuliam repetundarum. Nec enim vsucapitur, priusquam in potestatem eius à quo extorta sit res, hæredísve eius veniat: vt ff. ad leg. Iul. repetun. l. penulti.
12 † Dicunt quidam, & illa esse vitia rerum, scilicet, clandestinitas, precarium. Sed & id non probatur lege. Nam precaria iusta quidem est: quia est cum domini voluntate: vt ff. commu. diui. l. communi diuidundo. §. inter prædones. Item subtiliter prospicienti, licet clandestina dicatur possessio, non tamen dicitur clandestina res: vt ff. de acquir. posses. l. clam. Litigiosa autẽ res non est vitiosa: vt suprà de præscript. longi tempo. l. j. † Impeditur etiam vsucapio, propter naturam rei, quæ non potest esse in alicuius dominio: vt in libero homine. Item propter fauorẽ religionis, vt in rebus sacris & religiosis: vt institu. de vsucap. §. j. Item propter publicum vsum: vt in campo Martio, & theatro, & arena ciuitatis Veronensium, vel alterius: vt ff. de vsucap. l.
14 vsucapi. † Impeditur etiam quandoque vsucapio rei, quia prohibitum est rem alienari priuilegio personæ: vt in minore xxv. annis. Vbicunque enim prohibetur alienatio, & vsucapio vetita intelligitur: vt ff. de fun. do. l. si fundum. & suprà de admi. tut. l. lex. & in quibus casibus. in integr. restitu. non est neces. l. vlti.
15 Idem † dici potest in fiscalibus rebus: nec enim res fisci, vsucapi potest. Si tamen bona vacantia delata erant fisco, & nõdum sibi erant nuntiata, & tunc aliquis emerit ex bonis illis bona fide: vsucapit rem mobilem triennio: immobilem decennio, vel xx. ann. vt institu. de vsucap. §. res fisci. Vbi autem quis non habet in bonis vacantibus titulum, potest se tueri contra fiscũ præscriptione xx. anno. ab eo tempore computandorum, quo cœpit possidere, & bona cœperint esse vacantia. Nam si velit computare præscriptionem ab eo tempore, quo fisco denuntiatum est bona esse vacantia, sufficiet quadriennium: vt infrà de quadrien. præscript. l. j. & ff. de iur. fis. l. j. §. diuus. & §. præscri-
16 ptio. & ff. de diuer. & tempo. præscript. l. inter. † Quòd autem dictum est in rebus fiscalibus, fortè & in rebus ciuitatum seruabitur: licet non sint in vsu publico. Nam quæ sunt in vsu publico, nullo tempore præscribuntur, nec quidem quadraginta annis: vt ff. de via public. l. via publica. Quæ autem nõ sunt in vsu publico, non vsucapiuntur decem vel viginti annis, sed quadraginta vel centum annis: vt infrà de præscri. xl. ann. l. omnes.

vt suprà de sacrosan.eccles.auth.quas actiones. [Item in rebus ecclesiasticis licet interdicta sit alienatio: & ita vsucapio decennij vel vicennij:non tamen est interdicta vsucapio triẽnij:
17 vt suprà de sacrosanct.eccles.authen.quas actiones.]Itẽ† propter publicam vtilitatem prohibetur alienatio rei:& ita vsucapio rei, vt in fundo dotali:vt ff.de fun.dot.l.si fundum.Et idem est vbicunque curiosus lector inueniet aliquam prohibitã alie
18 nationem à lege. † Sunt autem in vsucapione hæc tria necessaria,scilicet,quòd res in se non habeat vitium,vel quasi vitiũ, de quibus suprà plenè dictum est.Item,vt ille qui vsucapit habeat bonam fidem.Item,quòd habeat iustum titulum:vt insti.
19 de vsucap.§.nouissimè. Quid est † bona fides? id est,quod credat tradentem esse dominum, vel habere ius distrahendi:vt ff. de verb.signi.l.bonæ fidei.Et hæc bona fides semper præsumitur:nisi probetur contrarium,cùm lex dicat, præsumi ignorantiam,nisi probetur scientia:vt ff.de proba.l.verius.Quandoque tamen præsumitur contrarium propter denunciationis vigorẽ: vt quia denuntiatum est alicui,ne emeret:vt supra de rei vend. l.si fundum.vel quia aliquis mercatur cõtra interdicta legum, vt infrà de agri.& censi.l.quemadmodum.vel quia emit quis à procuratore meo per collusionem : vel quia emisti à me luxurioso,cum scires me protinus daturum scorto pecuniam:vt ff. de vsucap.pro empto.l.qui fundum.§.qui sciens.& l.si quis.Iuris autem ignorantia non prodest, vt quis videatur in bona fide: vt ff.eodem.l.secunda.§.si à pu.& de vsucapio.l.nunquam.
20 Exigitur † hæc bona fides in principio traditionis , non exigitur tempore contractus:nisi in emptione, vbi & tempore emptionis,& tempore traditionis exigitur bona fides:vt ff.pro soluto.l.penultima.& pro empto.l.ij.primo responso.Et semel habita bona fides in principio , non interrumpitur ex posteriore alienæ rei scientia : vt infrà de vsucapio.transfor.l.vna.scilicet vsucapientis, vel vniuersalis successoris.secus in singulari : vt infrà eodem.§.diutina.& ff.eodem.l.ij.§.si eam. Nec dico fieri furtum,vel fieri rem furtiuam ex posteriore scientia propter iustum initium.Nam nec executor furti tenetur, qui rem vendit contra domini voluntatem,saluo eo,quod suprà,in partu dixi.
21 Bona fides exigitur ementis nomine suo.Nam † si emerit quis nomine alieno,vt quia procurator erat,vel seruus, & emit nomine suo , vel nomine peculiari in cuius persona considerari
b debeat scientia , vel ignorantia , distingue , vt notauimus suprà de ædil.edi.l.si autem quæras. Item exigitur bona fides b

vendentis cum distinctione tamen: vt in auth.vt spon.larg.§. rursus.Quandoq; tamen speciale est, vt licet quis habeat scientiam rei alienæ in principio, nihilominus vsucapiat.& hoc est propter decretum iudicis, vt si te conueni noxali actione pro seruo alieno, quem possides, & eum mihi pro noxa dedisti, cùm
22 scirem alienum esse: vt ff.de noxa.l.generaliter. Item † exigitur in vsucapione titulus. vt dictum est.ff.de vsuca.l.Celsus. Titulum autem accipe omnem, quo solet acquiri dominium: vt pro soluto, pro emptore, pro transacto, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo, de quibus speciales sunt tituli infrà, & Digestis. Et idem ex quacunque causa acquiritur dominium, si fiat traditio à domino. Nam si fiat à non domino paratur iusta causa vsucapiendi: vt ff.de pub.l.j.& institu.de act.§.
23 aliæ.Quandoque † tamen, etsi non subsit titulus sufficit iustus error ad vsucapionem. Nam si fortè seruus, vel procurator, cui vt rem emendam mandasset, quis persuaserit ei se emisse, atq; ita tradiderit: vsucapio sequitur. vel pro suo, (vt dicunt quidã) vel pro emptore: vt puto, vt Africani responsio cõueniat titulo: vt ff.eod.l.quod vulgo. Idem est, & si emerit quis à furioso, quẽ putabat sanæ mentis esse, vel à pupillo, quem putabat puberem esse: vt ff.eodem.l.secunda.§.si à pupillo.& de vsucapio.l. pignori.§.primo. Idem est in vsucapione pro legato. Nã si mihi legatum est, & idem ademptum est in codicillis, quod tamen nescio, pro legato vsucapio. Idem & si in nomine erit dubitatio, veluti si Titio legatum sit, cùm duo sint Titij: & alter eorum de se cogitatum æstimauerit falsò: Idémque est, & si errando in facto credidit testamentum solenne, quod non erat: nam vsucapiam pro legato: vt ff.pro legato.l.pro legato.& l.vltima. Hoc idem etiam assignari potest in vsucapione pro hærede. Nam si quis iustam causam habuerit existimandi se hæredem, vel bonorum possessorem extitisse domino, fundum pro hærede possidebit, & vsucapiet: vt ff.de vsucapio.l.non solùm.§.quod vulgò. Et idem assignatur in vsucapione pro soluto. Nam si credam me tibi debere, & tradam: vsucapies pro soluto. ita tamen, si putabas tibi debitam esse. Hoc tamen fallit in emptione: nam si putem me tibi ex causa venditi teneri, & tradam, non vsucapies. Et est ratio: quia in cæteris contractibus solutionis tempus inspicitur. In emptione autem tempus contractus, & tempus traditionis spectatur. [Si ergo vtroque illorum tempore non fuerit bonæ fidei, non vsucapit pro emptore, vel pro soluto: vt ff.pro soluto.l. prima. & l.tertia.]

Bonam

Bonam autem non dicitur habere fidem, vel malam tempore contractus, qui nullo modo cõtraxerit. Quæ autem dicta sunt in specialibus casibus propter iustam ignorantiam, voluerunt quidam extendere ad omnem titulum, vbicunque iustus error interuenit, etiam si id non reperiatur lege: sed id nõ puto: quia
24 superior regula dicit contrarium, cui non derogo † nisi in casibus prædictis, & aliis, qui in lege reperiuntur: nec enim specialia trahenda sunt ad consequentiam: vt ff. de reg. iur. l. quæ
25 propter. & l. quod verò contra. † Item necessariũ est quartum in vsucapione, hoc est, rei traditio. Nam cũ vsucapio non procedat sine possessione: vt ff. de vsucap. l. sine possessione. & possessionem quis non habeat sine traditione: vt suprà de pact. l. traditionibus. & suprà de rei vendicatio. l. seruum emptum. & institutio. de rerum diuisione, §. per traditionem. ergo traditio est necessaria. Traditionem autem accipe, vel quasi traditionem vt quæ præsumitur propter patientiam, & scientiam, vel similia: vt ff. pro legat. l. pen. Idem & vbi aliquis sine vitio suo nanciscitur possessionem: vt in titulo pro derelicto. Item exi-
26 gitur † quintum in vsucapione, id est, vt possessio sit continua à principio vsque ad finem. Si enim interrumpatur naturaliter, vt quia aliquis desiit possidere, vel ciuiliter, quia facta est libris contestatio, non possunt continuari tempora prima cum sequentibus temporibus. Hinc est, quòd si postea nanciscatur possessionem, requiritur spatium triginta anno. vel post litem contestatam requiritur spatium quadraginta annorum. Si tamen ex eo tempore, quo recuperat quis possessionẽ amissam sit bonę fidei: fortè vsucapit statuto tempore: alioquin triginta annis: vt ff. de vsucap. si is qui pro emptore. §. si quis bona. & l. naturaliter. & infrà de præscriptio. triginta annorum, l.
27 vltima. † Quandoque tamen etiam si possessio non sit continua, nihilominus perficitur vsucapio: vt ecce vsucapione inchoata à defuncto perficitur iacente hæreditate: vt ff. de vsucapio. l. nunquam. §. vacuum. & l. iusto. §. nondum. licet possessor non sit in hæreditate: vt ff. si quis titu. liber esse iusser. l. j. §. Scæuola. Idem est in vsucapione tegularum, vel columnarum, si cùm decem dies superessent ad eam complendam, aliquis in ædificium eas congessisset: nihilominus vsucapiet, si ædificium possederit: vt ff. de vsucap. l. verum. Nec enim possidetur tegula, vel columna, in ædificio posita: vt ff. de acquir. pos. l. qui vniuersas. & de vsucap. l. eum qui ædes. Idem potest assignari in debitore, qui rem quam cœpit vsucapere, pignori tradidit

credito

creditori, vſucapit enim, licet non poſsideat, imo creditor: vt
28 ff. de acqui. poſ. l. j. §. per ſeruum. & l. qui pignoris, † Fit autem continuatio poſſeſsionis inter hæredem, & teſtatorem, & hæredem & hæreditatem. Item inter venditorem & emptorem, & inter teſtatorem & legatarium. Item inter hæredem & legatarium, & conſimiles perſonas. Idque ita demum ſi nullus medio tempore cedit: vt ff. de acquirenda poſſeſsio. l. Pomponius. §. quæſitum. & de vſucap. l. poſſeſ. & l. id tempus. in prin. §.
29 vlti. † Et nota quòd tempus venditoris prodeſt emptori, quo poſſedit venditor antequam venderet, & traderet, nõ quo poſſedit poſtea: vt ff. de vſucap. l. id tempus. de diuerſ. & tempor. præſcrip. l. penulti. Item fit continuatio iſtarum poſſeſsionum, ita demum ſi non ſunt vitioſæ. nam ei, quæ eſt vitioſa non accedit, ea quæ vitioſa non eſt: & ei, quæ non eſt vitioſa, non accedit vitioſa: vt ff. de acquirend. poſſeſ. l. Pomponius. §. vltimo.
30 † Fit autem computatio temporis in vſucapione non de momento ad momentum: ſed cùm peruenerit aliquis ad aliquam horam vltimi diei, perfecta eſt vſucapio: ideóque qui hora ſexta diei Calend. Ianuarij poſſidere cœperit, hora ſexta noctis pridie Calend. Ianuarij implet vſucapionem. vt ff. de vſu-
31 capio. l. in vſucapionibus. † Illud notandum eſt in vſucapione pro emptore: quia duobus (vt dictum eſt) temporibus inſpicitur bona fides. Item oportet quòd emptio ſit pura: vt ff. eod. l. ij. §. ij. Item non vſucapitur pro emptore res illa, quam dederis mihi in ſolutum, pro ea quam emi: vt ff. eod. l. ij. §. cùm Stichum. Quandoque tamen vſucapitur pro emptore, quod non eſt emptum: vt ecce, fundus eſt emptus & ampliores fines poſſeſsi ſunt. Totum enim longo tempore capitur: quia vniuerſitas eius poſsidetur, non ſingulæ partes: vt ff. eo. l. ij. §. ſed ſi fundus. Hoc verum, ſi poſſeſſor ſit in bona fide, cùm cederet eſſe vendentis: ſecus ſi ipſe adiiceret partem alterius fundi empto fundo: ſciens non contineri empto: vt ff. eod. l. cùm fundum. §. j. Item in emptione non tranſit dominium: niſi pretio ſoluto, vel aliter ſatisfacto. Sed aliàs contrarium eſt: vt inſti. de rerum diuiſione. §. venditæ. In re tamen immobili aduocato propter ſuffragium tradita exigitur ſcriptura tam publica, quàm pri-
32 uata: vt diximus ſuprà de ſuffrag. † Titulo pro tranſacto vſucapitur id, quod deferenti actionem tranſactionis cauſa à non domino putante ſe dominum eſſe, traditur. Nec enim iſto titulo vſucapitur id, ſuper quo tranſigitur, ſed id propter quod tranſigitur: vt infrà eod. l. cùm ex cauſa. & ſuprà de tranſact. l.

ſi

33 si pro fundo.† Effectus autē vsucapionis triennij hîc est: quia secundum omnes quæritur dominium: vt suprà de pact.l.traditionibus.Idem secundum Marti.in vsucap.x.vel xx.anno.argu.est pro eo in instit.de vsucap.j.respon.& ff.de vsucap.l.eum, qui ædes.ibi,& vniuersitas earum, &c.sed Bulg.ait decennio: vel xx.principaliter quæri exceptionem: secundario autē vtile dominium. Vnde & hæc est ratio quare vsucapione triennij non tollitur hypothecaria: sed tollitur præscript.x.vel xx.annis: vt infrà de pigno.vsucap.& de præscript.xxx.ann.l.si quis emptionis.& si aduer.credi.l.diuturnum.

ADNOTATIO.

a Adnotatio.Mobilia.Adde Bar.in l.seruitutes.de serui.& in l. cum qui.de vsucap.Bald.in l.j.versi.tu dic.C.de ser.fugi. Bar.in l.j.versi.not.hæc ad multa.C.quod met.cau.do. Barth.Soci.in l. possideri.§.ex pluribus nu.13.cum plu.seq.de acquiren.posses. chart.xv.Ang.Aret.in §.iure ciuili.nu.1.cum plu.seq.institu.de vsucap.chart.lxxviij.& in §.si ad exhibendum.nu.5.de offi.iud. instit.chart.368.do. Christophorum.& ibi Ias.in addi.in §.iure ciuili.nu.1.cum plu.se.institut.chart.l.Canoni.in c.possessor.de regu.iur.lib.vj.quibus in locis habes ad plenum.

b Bona fides. Vide ad hoc Spec.in tit.de except.§.iiij.versi.est ergo. Ang. Are.in §.furtiuæ.nu.2.cum plur.seq.insti.de vsucapi.chart.lxxix.& in §.nouissime.nu.14.eo.tit.chart.lxxviij.do. Iaso.de May.in addit.ad Christo. Porcum in §.res fisci.num.4. instit.de vsucap.chart.liij. Cardi.& alios Canonist.in cle.j.de sequest.pos.& fruct.

De vsucapione pro donato. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Vsucapere pro donato quis dicatur: & quæ requirantur ad eam vsucapionem?

2 Vsucapi pro donato an possit res donata ab vno ex coniugibus alteri coniugi?

3 Donationem rei alienæ eatenus valere, vt præstet iustum titulum vsucapiendi.

1 PRo donato † vsucapit ille, cui donationis causa à non domino res tradita est.Nec sufficit opinari: sed donatum esse oportet.Item exigitur quod donatio teneat de iure. Si enim pater

pater filio suo famil.donauerit, deinde decedat pater, filius pro donato non vsucapiet: quia ratione potestatis patriæ donatio nulla fuit: vt ff.eod.l.j.prima respon.§.j.& ff.pro hærede, l.ij.§. filium.nisi hæres ratam habeat donationem illam: vt ff.eod.l. si pater.sed & vbi hæres ratam nõ habet, filius fortè vsucapiet pro quasi legato tacitè confirmata donatione: vt diximus su-
2 prà de donatione inter virum & vxorem. † Planè inter virum & vxorem donatio non tenet: si tamẽ donauerit vir vxori rem alienam, ex cuius donatione non est factus pauperior: & mulier credidit donationem valere, vsucapit pro donato: vt ff.eo. l.si vir vxori.& de dona.inter virum & vxo.l.sed & si cõstante. nisi ante vsucapionem completam fiat diuortium: vt ff.eod.l.j.
3 §.item si vir. † Liquet ergo ex præmissis donationem rei alienæ tenere, vt sit iustus titulus vsucapiendi. Nec obstat quod dicitur. ff.de donat.l.in ædibus.§.vlti.quia donari non potest: nisi quod eius sit qui donat, subaudi, saltem quo ad propositum donantis: vt ff.de publi.quæcunquæ.§.j.in fi. Alioquin non haberet locum hæc vsucap.

De vsucapione pro dote. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Dotem æstimatam vsucapi, nisi erretur.*
2 *Dos in æstimata quatenus vsucapibilis?*

CIrca vsucapionẽ pro dote distinguẽdum est vtrũ dos fuit
1 æstimata, an inæstimata † Si æstimata est, vsucapitur pro emptore ex quo matrimoniũ sequutũ est de iure, & de facto: nã si de facto nõ est sequutum matrimoniũ, nec pro emptore, nec pro suo, vsucapitur res. Idem & si sequatur de facto: sed tamen de iure non tenebatur, cùm vir & vxor errarent in iure. Secus si errarent in facto: puta conditione seruili. Nam tunc posset procedere vsucapio pro suo: vt ff.eo.l.j.§.vlti.& l.ij.& de
2 iure doti.l. Proculus. Si autem † dos est inæstimata tradita à non domino, vsucapit eam vir, sequuto postea matrimonio de iure, & de facto titulo pro dote. sed ante matrimonium, re tradita ea intentione, vt statim fiat accipientis, quod semper credendum est: nisi agatur in contrarium. nam vsucapitur res pro suo, non pro dote: vt ff.eod.l.j.

De vsucapione pro hærede. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapere pro hærede qui hæredes non possint?*
2 *Vsucapio an & qua possit procedere in ea parte, quam hæres tradit*

dit ei, quem falso putabat esse suum cohæredem?
3 *Vsucapio pro hærede quando possit inchoari?*
4 *Hæres an possit vsucapere pro hærede rem, quam defunctus mala fide possidebat? & nu. 6.*
5 *Argumentum à consequenti destructo.*
6 *Vsucapio pro hærede quando habeat locum?*

1 VIdeamus quando cesset vsucapio pro hærede, & quando locum habeat. † Et quidem locum non habet in suis hæredibus: quia sui hæredes titulum habere non videntur: vt pote cum viuo etiam patre domini quodammodo æstimentur, vt ff. eo l. ij. §. filiũ? & infrà eod. l. nihil. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. licet pater inchoasset aliquam rem pro hærede vsucapere, etiam si ipsi perficere possint. Item non habet locum, nisi vbi quis verè est hæres. Hinc est, quòd si institutus hæres non habet factionem testamenti, non vsucapit pro hærede: vt
2 ff. eod. titu. l. vlti. † Inde etiam contingit, quòd si is, qui verè est hæres alteri quem putabat cohæredem, nec erat: pro parte indiuisa tradidit res hæreditarias, quas non habet procedit vsucapio pro hærede, vel alia: nisi traditio fiat ex causa transactionis: [vt ff. de vsucap. l. cùm solus.] Si verò tradat pro parte diuisa, procedet forsan vsucapio pro ea parte, quã transferre vult in cohæredem, non pro ea, quam putabat esse cohæredis: vt ff. familiæ ercifcun. l. cùm putarem. & de condictio. causa da. l. iij. §. subtilius. nam verum titulum denoto, cùm quæritur de vsucap. vt ff. eod. l. penul. licet in petitione hæreditatis proponenda sit secus. Iustus tamen error hic sufficiet pro titu-
3 lo, vt diximus suprà de vsucap. † Item non potest inchoari: nisi, vbi quis decessit, qui me instituit, & hoc est quod dicitur ff. eod. l. j. pro hærede ex bonis viui nihil posse vsucap. Si enim sic generaliter diceres ex bonis viui non posse vsucapi pro hære-
4 de, id est, viuentis hominis res: falsum esset. Si † autem defunctus malam fidem, vel scientiã rei alienæ habebat, hæres autem bonam: quæsitum est, vtrum pro hærede vsucapere possit? quod quidam cõcesserunt, si vellet incipere tempus vsucapionis ex persona sua. Secus si vteretur accessione temporis, quo possedit defunctus: vt infrà de præscrip. long. tempo. l. j. & ff. de acquirenda possess. l. Pomponius. Sed nostri doctores id reprobant illud considerãtes, quòd lex interpretatur hæredem succedere in scientiam defuncti: vt infrà de fruc. & lit. expen. l. secunda, & ff. de diuersis & tempo. præscriptionibus. l. hæres: non ergo

ergo procedit argumentatio aliorum, hic hæres habet titulũ, nec est res vitiosa:& est hæres bonæ fidei: ergo vsucapit. Soluitur per interpretationem causæ, quia lex fingit eum malæ fidei.& certè in vna persona spectatur bona fides in principio possessionis: vt diximus suprà de vsucapion. ergo idem debet esse in defuncto, & in hærede: cùm ipsi duo pro vna persona reputentur: vt in authen.de iureiurando, l. à moriente.Et satis expressa videtur lex super hoc infrà eodem,l. vltima. Facit
5 † etiam pro nobis argumentum Iuliani necessarium à consequenti destructo. ait enim ex quacunque causa vsucaperet ancillam, si non esset furtiua, ex eadem causa quis vsucaperet partum ancillæ etiam furtiuæ apud se conceptũ, & editum, si furtiuam matrem esse ignoret. Sed hæres furis nõ vsucapit partum ancillæ furtiuæ, nec eius nomine habet publicianam: etiam si prætendat ignorantiam ex persona sua: quia vitiorum defuncti successor est: vt ff.de public.l.publiciana.§.idem Iulianus.& §.partus.ergo non vsucaperet matrem etiam si non esset furtiua:sed tunc nullum aliud vitium obstaret:nisi scientia rei alienæ: & ita patet eam impedire vsucapionem. Item
6 † est argu.pro nobis à contrario sensu [a] quod dicit lex vitium
a rei nõ personale, si purgatum est,non impedire vsucapionem: vt ff.de vsucap.l.vbi.§.j.ergo vitium personale, etiam purga-
7 tum impedit eam. Si quæras, vbi † ergo habet locum vsucapio pro hærede? Respondeo vbi defunctus bonam fidem habebat,& res non erat vitiosa,sed destituebatur titulo,quem titulum,scilicet pro hærede,quia hæres habet, res vsucapit pro hærede: si est hæres extraneus non ita in suo hærede: vt suprà diximus.Nec obstat quod dicitur in ff.pro suo.l.penulti.loquitur enim cùm emancipati erant filij, vel cùm vsucapio cœpta erat à patre.

ADNOTATIO.

A contrario sensu. Nunquid argumentum à contrario sensu valeat. Vide per Bart.& do. Alex.in l.j.in versi.huius rei.de officius cui man.est iuris.& copiosius per Alex.in l.omnes populi. ff.de iusti.& iure.Paul.de Cast.in consi.cclxxj.do.Bartho.Soci. in consi.lxxxj.incip.in præsenti consultatione.circa mediũ.iij. col.in j.vol.chart.cxl.

Communia de vsucapionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Conductorem non possidere.*

2 *Vsucapionis comites.*

Pertract

PErtractatis vſucapionum ſpecialibus, ſupponit de communibus. Sciendum eſt igitur hic eſſe vſucapionum communia, ſcilicet, quòd quis pro ſuo poſſideat. Nam qui ex condu-
1 cto † poſſidet, quamuis corporaliter teneat: non tamen ſibi, ſed domino rei creditur poſſidere. Neque enim colono vel conductori prædiorum longæ poſſeſſionis præſcriptio quæritur: vt
2 infrà eod. l. j. Itẽ † vt bona fides adſit initio: alioquin non procedit: vt infrà eod. l. vlti. Item, vt res non ſit vitioſa, vel quaſi vitioſa: vt infrà eod. l. penul. Item & alia communia ſunt, quæ diligenter tradidi ſuprà de vſuca. pro empt.

De vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Res mancipi vnde dictæ?*
2 *Mancipes qui?*
3 *Vſucapionum vbique idem modus.*

EX diuerſitate locorum diuerſa iura in vſucapione ſtatue-
1 bantur: vtpote cùm res immobiles in prouincia non poterant vſucapi: ideo dicebantur † nec mancipi: ideo fortè quia non videbantur prouinciales prædiorum domini, cum pro illis præſtarent annua tributa. In Italia verò præſcribebantur res ſolo biennio: & ideo dicebantur mancipi. nam nec præſta-
2 bant pro prædiis tributa. † Mancipes autem dicuntur aliás conductores ſalis: vt ſuprà de vectigalib. & commiſ. lege ſi
* quis. *Res autem mobiles anno vbique vſucapiebantur. Hodie autem viſum eſt nouam vſucapioni formam tribuere: vt ſi dicamus de vſucapione transformanda: & de ſublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi, id eſt Italicarum, & prouincialium quantum ad vſucapionem, & quantum ad dominij tranſlationem: vt infrà eod. huius legis, in principio &
3 in fine, & inſtitu. de rerum diuiſione. §. per traditionem. † Hodie ergo in qualibet terra res mobiles vſucapiuntur triennio: immobiles decennio, vel xx. iuſto titulo: bona fide: cùm res non ſit vitioſa, vel quaſi. Et fit continuatio temporum ſuccedentium & eorum quibus ſucceditur, de quibus omnibus plenè diximus ſuprà de vſucap. pro empt.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Defuncti statum posse intrà quinquennium ex die mortis in controuersiam deduci, non posteà, atque inibi, an hoc sit indistinctè verum. & nu. 3. & 5.*

2 *Emancipationis quæstionem posse moueri etiam post quinquennium à morte eius, de cuius emancipatione quæritur.*

4 *Status quæstio mota ante quinquennium à morte eius, de cuius conditione quæritur, an possit post quinquennium præscribi.*

SVfficienter de causa status disseruimus. Et quia statũ personæ viuentis, & mortuæ tuetur præscriptio temporis: ponamus prius de ea præscriptione, quæ tuetur statum defuncti.
1 † Sciendum est igitur de statu defuncti agi posse intra quinquennium à die mortis suæ computandum, non postea distinctione adhibita, vtrum in deteriorem cõditionem, quàm erat ipse defunctus tempore mortis, velit quis retractare statum defuncti, an in meliorem. Si in deteriorem, aut ideò quia dicit eum fuisse in potestate patris, cùm vixerit tanquam emancipatus, aut quia dicat eum fuisse seruum, vel libertum cùm
2 vixit tempore mortis tanquam ingenuus. † In primo etiam post quinquennium potest fieri quæstio de emancipatione, an facta fuerit, an non: vel iure processerit, an non: vt infrà eodem. l. quod est constitutum, nisi quæstionem de emancipatione suadeat differri ætas filij impuberis eius qui dicitur emancipatus: vt ff. de Carbo. edict. l. decessit. Ergo quinquennio non tollitur quæstio emancipationis, sed alia ratione tolli potest. vt quia emancipatus diu tanquam emancipatus patre viuente vixit, & non contradicente: tunc enim ipse pater aduersus factum suum, cui cooperatur temporis cursus venire pro-
3 hibetur: vt ff. de adoptio. l. post mortem. † In secundo autem casu nulli priuato, vel maiori, vel minori: item nec reipub. licet post quinquennium quæstionem mouere: vt infrà eod. l. si is. & l. si mater tua. & ff. eodem. l. j. & vltim. & lege non eis. Et hoc ita, si bona fide erat in possessione ingenuitatis tempore mortis. Nec habet locum hic quinquennium, si defunctus in fuga conuersus, & latitans decessit: vt infrà eodem. l. vltim. † Si

4 † Si autem ante quinquennium fuerit lis contestata, & legitimè, bene potest perfici post quinquennium: non legitimè autem facta contestatio, pro nulla habetur: vt infrà eodem, lege penultima. Sed & si contestatio fuerit facta in vita defuncti, & destitit ille, qui mouit litem, ita vt longo silentio videatur causa finita triennio, scilicet, perinde est, ac si nihil factum sit: & ita nihilominus curret quinquennium: vt ff. eodem, le-
5 ge secunda. §. præscriptio. † Intra quinquennium autem semper admittitur actor, nisi cum defunctus vixit, vt ingenuus: & pronuntiatus est ingenuus: vt dixi in superiori titulo. Idem est, cùm non potest quæri de statu eius, qui decessit intra quinquennium: nisi & quæratur de statu eius qui decessit ante quinquennium: vt infrà eodem, lege prima & secunda. & ff. eodem, lege prima. §. sed nec eius. & §. sed interdum. Et hoc cùm propter numariam quæstionem de bonis disceptatur: vt infrà eodem. l. quamuis. principaliter enim propter corpus mortuum agi non potest: vt infrà eodem. l. quamuis. & ff. eod. l. vltima. & suprà de liberali causa. principaliter. Si verò in meliorem conditionem quis velit retractare statum defuncti, veluti pro seruo dicatur libertus, vel pro libertino, ingenuus: licet hoc intra quinquennium, & posteà: vt ff. eodem. le-
* ge prima. §. vltimo & penultimo. Illud notandum quòd hæc præscriptio sine possessione* procedit.

* Possessione.] Regulariter proditum vsucapionem sine possessione non procedere. l. sine possessione. ff. de vsucap. ca. sine possessione. de regul. libro vj. xvj. quæstione tertia. capi. porrò. Iure tamen singulari receptum est contra libertatis gratia. idque Azo noster scribit: idem probat text. lege final. C. de long. tempor. præscri. alias restrictiones tradunt gloss. & Din. in dicto capitul. sine. Prateius.

De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate non aduersus libertatem opponitur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libertatem suiipsius quanto tempore, & quibus interuenientibus possit quis acquirere, vt præscriptione futuri se tueri possit.*
2 *Præscriptionem non posse opponi contra libertatem.*

SEquitur videre de præscriptione quæ statum, & libertatem
1 viui tuetur. † Sciendum est igitur, quòd si quis fuerit in possessione libertatis per viginti annos, & sine interpellatione à modo conueniri non potest. Nec exigitur in hac tali præscriptione titulus; sed tantùm bona fides, scilicet, quòd putet se esse liberum vndecunque, & quasi possessor, scilicet, quòd fuerit in possessione libertatis. Nec enim est verè possessor: quia nemo seipsum possidet: vt infrà eod. l. præstat. Quod autẽ de viginti annis dixit, exaudiunt quidam inter absentes. Nã inter præsentes dicunt sufficere decem annos, ne sit deterior conditio libertatis, quàm aliarum rerum: (quod non placet) dicatis contrà. Videtur tamen contrarium: quia hic non exigitur titulus, & ideò prolixius tempus, quàm aliàs est exigendum. Quid ergo si mala fides adsit, & fuerit quis in possessione libertatis xx. ann. certe defendet se in libertatem spatio triginta ann. si tamen erat adscriptitius, videtur quod exigatur spatium quadraginta ann. vt infrà de præscriptionib. triginta vel quadraginta ann. l. omnes. & de annali exceptione. lege pri
2 ma, & de agrico. & censi. l. cum scimus. & l. cùm satis. † Porrò contra libertatem nulla præscriptio obiicitur: vt infrà eodem. lege vltima. liber enim homo ex postfacto fit seruus per hostium capturam, suámq; auaritiam: nunquam autẽ tempore.

De longi temporis præscriptione decem, vel viginti annorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quid sit?*

2 *Præscriptionem inductam esse partim fauore possidentis, partim odio negligentis petere.*

3 *Præscriptio longi temporis in quibus rebus locum habeat?*

4 *Præscribi longo tempore quæ actiones possint?*

5 *Præscriptio longi temporis vt locum habeat, quæ requirantur?*

6 *Præscriptionem longi temporis bona fide processisse, quomodo probetur.*

7 *Emptori an noceat mala fides tradentis quominus longo tempore præscribere possit?*

8 *Præscriptionem longi temporis non currere sine titulo.*

9 *Continuatio temporis cuiusmodi requiratur in longa præscriptione.*

Præscr

10 *Præscriptionis longæ effectus quis sit: atque inibi an dominium quæratur per præscriptionem longi temporis?*

DE vsucapionibus in genere maximè rerum mobilium supra dictū est, sequitur, vt videamus de præscriptionibus rerum immobilium & incorporalium: sed quia in eis nedum longissima, sed etiam longa præscriptio sibi vendicat locum: de ea videamus, scilicet quid ipsa sit, quæ eam inducant, quæ
1 faciant eam cessare, & quis sit eius effectus. Est autem † præscriptio secundum quosdam, exceptio ex tempore causam trahens, quod satis dici potest. Vel fortè ita definitur præscriptio longi temp. sicut & vsucapio triennij. Nam per vtranq; acquiritur dominium, licet per primam directum, per istam vtile.
2 Et † est inducta præscriptio longa, vtrinque considerata causa, id est, ex parte possidentis fauore, & ex parte eius, qui non petiit, odio: vt habuimus. suprà de edi. diui Adria. tollen. l. vlti.
3 in fine. Locum † habet præscriptio longa in rebus immobilibus, non in rebus mobilibus: nisi in seruo rustico, qui, cum sit glebæ portio, cum gleba: (vt ait P.) vel etiam sine gleba lōgo tempore præscribetur: vt ff. de diuer. temp. præscripti. l. longæ. Item locum habet in quibusdam rebus incorporalibus: puta seruitutibus, quæ habent continuam causam: & ideo acquiruntur longo tempore: vt suprà de seruit. l. ij. Item in seruitutibus omnibus locum habet, quantum ád hoc, vt longo tempore non vtendo amittantur: vt infrà eod. l. vlti. in fine. [Quanto autem tempore acquiratur dictum fuit. suprà de seruit. §. item constituitur.] Item locum habet in libertate hominis: vt su-
4 prà de præscriptio. long. tempo. quæ pro lib. l. ij. Potest † & illud dici, quòd locum habeat in actionibus personalibus quæ scriptæ sunt in rem, vt actio quod metus causa. vt diximus suprà quod met. caus. Item & locum habet in actione mista in rem, & in personam: puta in hæreditatis petitione: cum intenditur contra titul. possidentem: vt suprà dixi. de hære. peti. In actionibus autem personalibus, quæ retinent naturam personaliū actionum, non habet locum ista præscriptio longa: cum illæ extendantur vsq; ad spatium xxx. annor. vt suprà de cōsti. pec.
5 l. pe. † Inducunt autem hanc præscriptionem bona fides, iustus titulus, & cōtinuata possessio sine vitio rei. Bona fides exigitur ementis, vel ex quolibet iusto titulo accipientis: vt infrà eo. l. pe. & l. si fraudē. Quam bonā fidem lex prædicta dicit pos-
6 sessorē debere probare, & intelligo † eam hoc ipso probari, ꝙ non probat in contrariū. Cùm enim bona fides dicatur ex eo,

quòd aliquis ignorat alium esse dominum rei & ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia: vt infrà. eo. qui mil. non pos. l. pen. ergo præsumitur bona fides: nisi probetur mala: neque
7 † nocet ementi mala fides tradẽtis: vt ff. de diuer. temp. præscr. l. an vitium. Et instit. de vsuca. §. quod autem. nisi vtatur accessione malæ fidei possessoris quondam: vt infrà. eod. l. j. & ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. cùm quis. Hodie tamen malæ fidei possessore alienante cessat long. temporis præscriptio, si verò dominus ignorat ius suum, & alienationem factam: & ita spectatur præscrip. xxx. annorum. Si verò is, qui putat easdem res sibi competere, hoc agnoscens intra x. annos inter præsentes: & xx. inter absentes non fuerit contestatus, possessor præscriptio. munitus firmiter res habebit, vt in auth. vt spon. lar. §. rur-
8 sus. De titulo † ideo dictum est: quia sine eo non currit præscriptio: vt infrà eod. l. diutina. & l. nec petente. & l. si is. nisi in casibus propter iustam ignorantiã: vt notauimus suprà de vsucap.
9 pro empt. §. quandoque tamen. Item † exigenda est continuatio temporis longi, id est, vt quis continuò possederit decẽnio inter præsentes, vicennio inter absentes. Et præsentes dicuntur actor & reus: si sint in eadem prouincia, absentes si sunt in diuersis: non distinguo de præsentia rerum aliquid, cùm ius vendicationis incorporale est, & diuino quodam motu, [aliàs modo] institutum, sicut & quælibet actio personalis corporalem effectum, & ius suum vbique possit ostendere, vt per actionem in rem dominium rei, vel vinculum pignoris, ad dominum, vel creditorem possit reuerti: vt infrà eod. l. vlt. Quid autem, si te præsente, cœpi rem tuam præscribere decennio, & possedi te præsente v. annis: aliis autem v. fueris absens? certè non est completa præscriptio. Sicut enim duplicatur decẽniũ, & exigitur vicennium, quando actor nullo tempore præscriptionis fuit præsens: ita si ponamus eũ aliquo tempore ex decẽnio fuisse absentem, id tempus præscriptionis quod deerat, cùm cœpit abesse, debet duplicari: vt in auth. vt spon. lar. §. de præscriptione. Et est hoc notandum, ꝙ prædicta auth. non loquitur, nisi de absentia domicilij. Nã de absentia personæ probabili & necessaria: vel probabili tantùm, vel necessaria tantùm, quæ indulget in integrum restitutionem plenè habuimus & tractauimus suprà de re mil. & suprà quib. ex cau. ma. in int. resti. Vbi autem possessio non est continuata, sed interrupta, præscriptio impeditur: siue sit interruptio naturalis, siue ciuilis vt diximus suprà de vsuc. pro empt. §. item exigitur. & plenius
dicemus

dicemus infrà de an.excep. Impeditur etiam iſta præſcriptio longa propter vitia, vel quaſi vitia rerum, de quibus plene di-
10 ximus ſuprà de vſucap. pro empto. † Effectus autem longæ præſcriptionis hic eſt, quia per eam principaliter acquiritur exceptio contra dominum rei, vel creditorem, cui res ſit obligata: vt infrà de præſcri.xxx.an.l.ſi quis.in princ.& cùm exceptio ſit actionis excluſio: vt ff.de exce.l.ij.ergo patet veteri domino remanere dominium quod habuerat prius: vnde & rem vendicaret ab omni poſſidente, prætcrquam à præſcriptore vel qui ab eo poſſidet.Itē & iſte præſcriptor habet vtilem rei vendicationem: vt infrà de præſcri.xxx.an.l.ſi quis emptionis.etiā contra veterem dominum, cùm lex dicat mutari dominium præſcriptione longa: vt ff.de vſucap.l.cum, qui ædes. Nec moueat quòd vſucapione triennij dicimus acquiri dominiū directum. Facilius enim acquiruntur mobilia, quàm immobilia, ſicut ex ipſo nomine patet.& facilius amittitur rerum mobiliū poſſeſſio: vt ff.de acqui.poſ.l.ſi rem mobilem.& vt diximus ſuprà de acquir.poſſeſ.& hæc eſt ratio, quare vſucapione triennij non tollatur hypothecaria: quia vſucapione ſolum dominium acquiritur, ſed hoc non eſt contrarium hypothecariæ actioni: ſcilicet dominium eſſe in aliū tranſlatum per vſucapionem, & creditori remanere hypothecariam: vt ff.de pign.l.j.§. cùm prædiū.& de vſucap.l.iuſto.§.non mutat.& infrà de pign. l.vſucapio.ſed præſcriptione longa quæritur principaliter exceptio: vt dictum eſt.Hoc autem procedere non poteſt, vt poſſeſſor habeat exceptionem legitimam & efficacē: & actor habeat efficacem actionem: quia impoſſibile eſt vtrunque eorū alterum vincere.Martino autem viſum eſt directum dominiū quæri per præſcriptionem longam, ſicut per vſucapionē triennij: ſicut iſta duo coniunguntur, id eſt, vſucapio & præſcriptio. vt inſti.de vſucap.in prin.tit.

In quibus caſibus ceſſat longi temporis præſcriptio. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Minoribus an & qua præſcriptio currat?*
2 *Præſcriptio longi temporis quibus in rebus locum non habeat.*

QVando locum habeat præſcriptio longi tēporis vidimus, ſed & quaſdam cauſas propter quas ceſſat aſſignauimus:
1 nunc generaliter videamus, quando ceſſet. † Et quidē ceſſat

propter personam eius, cuius est res, vt olim, si fuerat pupillus, vel hodie etiam si fuerat adultus minor tamen xxv.an. vt ff. de acquir.re.do.l.bonæ fidei.& §.in quib.cau.in integ.restit.non est neces.l.vlt. Præscriptio autem xxx. annorum bene currit mi-
a nori, [a] nisi sit impubes, licet possit restitui: vt infrà de præscri. xxx.an.l.sicut. Sed & præscriptio quinquennalis, quæ tuetur statum defuncti currit minori, nec restituitur: vt suprà de sta.defun.si mater. Item in dote cauta, & non numerata quandoque currit minori, & restituitur, quandoque non, vt notauimus su-
2 prà de tempo.in integ.resti.authen.si minor. Item cessat † hæc præscriptio propter qualitatem rei: vt si fuerit sacra, sancta, publica, populi Romani, & ciuitatis: vt ff. de vsuc.l.vsucapio. Itẽ in omnibus rebus vitiosis, vel quasi vitiosis. Idemq; est in rebus mobilibus: vt infrà.eod.l.ij. Item cessat præscriptio propter causam: vt si quis non possideat, vel mala fide possideat. Item cessat in omnibus personalibus actionibus: vt infrà titu.proxi. l.neque mutui. Et in omnibus mistis actionibus: vt infrà eod. vnus, nisi in hęreditatis petitione, cum excedit terminos suos: vt diximus suprà de vsuca.pro emptore.

ADNOTATIO.

a Currit minori.] Ad huius materiæ resolutionẽ vide Bar. in l.etiam.in j.col.ff.de mi.Bald. in l.iij.C. quib.enim obiiciatur præscri.long.temp.Ang.in authen.de hæ.& falc.§.illud.Pau.de Cast.in consi.ccvij.incip.venditio ista: do.Barth.Soci.in consi. lxj.incip.in præsenti consultatione.versi.iij.obiiciatur.in j.vol. chart.cvj.vbi habes totam materiam.

Quibus non obiicitur longi temporis præscriptio. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Absenti non obest præscriptio.*
2 *Præscriptio quibus non currit?*

DIctum est suprà quando ipso iure non currat præscriptio: nunc videamus quando (etsi verè cucurrerit) effectu ca-
1 reat. † Hoc autem accidit propter iustam, probabilem, & necessariam absentiam personæ, quæ petit restitutionem eius temporis quod in vsucapionem cucurrit se absente. Et serua-
2 tur hoc in militibus, † & vxoribus militum expeditione occupatis, & in medicis, & in absentib. Reipublicæ causa, & in captis

captis ab hostibus postliminio reuersis, vel in absentibus fortuito casu: vt infrà eodem.l.j.& ij.& iiij.& l.ab hostibus. &.l.fi. Idémque & in aliis, quos diximus restituendos plenè suprà de resti.militum.

Si aduersus creditorem. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Successor vniuersalis debitum xl.annis præscribit.*
2 *Successor particularis quanto tempore præscribat.*
3 *Mobilia aduersus creditorem vsucapi.*

Qualiter præscribatur rei vẽdicationi gratia dominij competenti dictum est: nunc qualiter præscribatur actioni in rem competenti gratia iuris, quod quis habet in re puta creditor habet hypothecariam actionem: Distinguitur autem † hic
1 vtrum debitor, vel eius vniuersalis successor possideat, & præscribat contra creditorem [eius] vel etiam vnus creditor, viuente communi debitore præscribit contra alium scilicet, primus cõtra secundum, vel è conuerso vtens tempore quo possedit in vita debitoris communis, quib.casibus xl.annorum præscriptio locum habet: vt de præscr.xxx.ann.l.cùm notissi-
2 mi.§.in ipsos.& §.sed cum. Si verò † quis singularitatis tit.habeat causam à debitore vel eius hærede, tuebitur se cõtra creditorem decennio inter præsentes, vicennio inter absentes: vt infrà eod.l.j.& ij.si bonam fidem habeat & iustum titulum: alioquin xxx.anni exiguntur: vt infrà de præscri.xxx.ann.cùm notissimi.in prin. Nec obstat, quod dicitur.ff.de acquir.poss.l.si quis fundum.in fin. Vsucapit enim quis, licet sciat alium fructuarium, vel creditorem in præiudicium domini sed non in præiudicium creditoris. Item non obstat quod dicitur in ff.de dam.infe.l.cum postulassem §.vlt.quia ibi fit quæstio, sed non soluitur. Illud autem solet quæri, an hæc præscriptio long.tẽp. contra creditorem locum habeat in rebus mobilibus, & fertur dominus Guernerius id negasse. Ego contrarium puto, nec enim nocere debet possidenti quòd breuiori tempore quàm x.ann.factus sit dominus, vt ff.de capti.& postli.reuer.l.in bello.§.si quis seruum.

De quadriennij præscriptione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quadriennij in bonis vacantibus fisco delatis quando*

locum habeat, & ex quo tempore currat quadriennium.

2 *Emens rem singularem à fisco vendente vt suam quanto tempore præscribat etiam aduersus dominum rei? & nu.4.*

3 *Hæreditatem à fisco emens conueniri pot. si à creditoribus hæreditatis & a vero hærede etiam post quadriennium.*

1 LOcum habet † quadriennij præscriptio in bonis vacanti-
bus, facta computatione quadriennij, ex quo cœperunt
esse bona vacantia,& denuntiatum est fisco bona esse vacan-
tia:nec exigitur in eo titulus, vel bona fides. Si verò possessor
velit computare præscriptionem ex quo cœperint bona esse
vacantia,& ipse possedit:si quidem non habeat titulum, præ-
scribet contra fiscum xx.annis si titulum habet, vsucapit rem
mobilem triennio : immobilem decennio inter præsentes, vi-
cennio inter absentes : vt ff.de iure fis.l.j.§.Diuus. & institu.de
2 vsuc.§. res.Item † locum habet præscriptio, vbi fiscus vendi-
dit rem alienam singularem vt suam, vel quocunq; titulo alie-
nauit:dominus enim rei, nō eum, cui res est alienata, sed fiscū
pro æstimatione rei intra quadriénium conueniet.Idémq; est
& si imperator, vel augusta alienauerit (vt dictum est) vel etiā
* procurator principis ex epistalmate * imperiali, id est præscri
pto Imperatoris, vel apposito signo quod in chartis consueuit
ponere: vt infrà eod.l.j.§.aditum.& l.ij.& l.vl.§.quæ omnia. Se-
3 cus † vero si vniuersitatem venderet, puta hæreditatem:tunc
enim emptor conuenietur à creditoribus hæreditariis & à ve
ro hærede vtili hæreditatis petitione : vt suprà de hær. vel act.
ven.l.j.& de hær.pet.l.etiam.§.item si quis à fisco. Item secus
4 † si non tanquam suam, sed tanquam alienam vēdidit: vt quia
non soluebantur tributa, tunc enim solēnitas quædam est ne-
cessaria:vt diximus suprà si ꝓpter publi.pensitationes vēdi.fu-
cele.Olim verò, qui emebat à fisco vēdēte rē alienā, vt suam,
erat securus demū post quinquēniū:nisi res esset minoris:vt s.
si aduer.fi.l.edicto.& Instit.de vsucap.§.vlti.Item locum habet
hæc præscriptio in petendis in integ.restit.minorum,& maio-
rum:vt s.quib.ex cau.maio.in integ.resti.l.superuacuam.

* Epistalmate. Ἐπίσταλμα aliud est, quàm Azo putet. Est autem mandatum, quod fit per epistolam, vulgo Commissio dicitur apud nostrates Gallos:idque Iustiniani constitutione liquet l.fi. §.quæ omnia.de quad.præscrip.dum ait hue per procuratores (ex epistalmate tamē nostro) fuerint adsignatæ. Prateius.

Ne rei

Ne rei dominicæ, vel templorum vendicatio temporis exceptionis submoueatur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Principis, templorumue res inpræscriptibiles.*
2 *Templorum res centum annis præscribi.*
3 *Minoris remedia.*

NOn solum in prædictis causis cessat longi tempo.præscriptio: sed etiã in aliis: puta, si res sit dominica, id est, prin-
1 cipis, vel etiam reipub. vel templorum, talium † enim res mobiles, vel immobiles nulla alienationis specie obstante, nulla longi temporis præscriptione officiente, & omni temporis definitione submota principi, vel templo, vel reipubli. debent restitui: ita vt nec pretium iniquis comparatoribus liceat reposcere, licet de euictione sint pacti: quia emerunt contra legem: alioquin agerent. vt infrà de euict. si fundum. Nec poterunt se defendere rescriptis obreptionibus impetratis: vt infrà eod. l. j. & ij. & iij. Sed nunquid possessor se potuerit tueri præscriptione longissima, quæ tempore legum istarum non erat inuenta? & videtur ꝙ sic: vt infrà tit. proxi. l. omnes. Sed lex Iustiniani,
2 quæ est C. de sacrosan. eccle. & incipit, vt inter diuinum. † exigitur præscriptio centum annorum. Absurdum enim esset ciuitatem maioris esse priuilegij, quàm principem. Iure tamen authenticorum in rebus ecclesiarum coarctatur præscriptio in xl. annos. Et idem multò magis in ciuitate, vsucapione triẽnij, & quadriennij præscriptione manente in suo statu: vt plenè diximus suprà de sacrosanct. eccle. Sed fortè ecclesia tanquã minor, imo tanquàm pupilla sicut & aliàs resp. in integrũ restituetur. Reipub. tamen Romanæ non currunt istæ præscriptiones minores: vt ff. de diuer. & tem. præscript. l. in omnibus.
3 Minor † autem quandoq; restituitur in præscriptionibus, & quandoq; ipso iure conseruatur illæsus: vt notauimus suprà si aduer. vsuc. & in quibus cau. in integ. resti. non est neces.

De præscriptione xxx. vel xl. annorum Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio triginta annorum quando locum habeat.*
2 *Præscribi triginta annis posse rem furtiuam, vel vi possessam. & quæ sit huius ratio?*
3 *Actiones tolli præscriptione triginta annorum, item etiam persecutiones,*

cutiones, quæ fiunt officio iudicis quatenus verum sit?

4 *Præscribi actioni in rem triginta annis non posse nisi ab iis, qui tanto tempore possederunt rem: atque ibi quæ alia sint necessaria vt huic actioni præscribatur.*

5 *Præscribi actioni non posse nisi aduersus eum, qui potuit actionem mouere.*

6 *Præscriptio ex quo tempore incipiat currere aduersus annum vel menstruum, vt simile debitum?*

7 *Confessoria actioni an præscribatur etiam aduersus eum, qui non potuit vti seruitute, vel agere?*

8 *Præscriptio an currat contra eum, qui agere quidem potest, sed cum difficultate?*

9 *Præscriptio triginta annorum an currat contra pupillum?*

10 *Præscriptionem currere aduersus absentem, quomodo accipiendum sit?*

11 *Præscribi actioni familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo ex quo tempore possit?*

12 *Commodati actioni ex quo tempore præscribatur?*

13 *Pignoratitiæ actioni quanto tempore præscribatur, & ex quo tempore incipiat currere ea præscriptio?*

14 *Præscriptionis triginta annorum effectus quis sit?*

15 *Præscriptio quadraginta annorum in quibus locum habeat?*

De præscriptione longi temporis dictum est, sequitur videre de longissima. s. quando locum habeat præscriptio xxx. anno. & quando locum habeat præscriptio xl. ann. & quis
1 sit effectus earum. † Locum habet præscriptio a xxx. ann. cùm
a præscriptio longi temporis cessat: quod accidit propter multa & varia: vt suprà diximus in quib. casibus cessat longi temporis præscriptio & de vsuc. pro empt. hæc enim præscriptio non
2 respuit vitia rerum, vel personarum. † Hinc est quia rem furtiuam, vel vi possessam, fur vel inuasor tanto tempore præscribet & est ratio: quia hæc præscriptio odio tantùm non petentium est inuenta, non fauore possidentium: longa autem præscriptio & fauore possidentium, & odio non petentium est inducta: vt suprà de edict. diui Hadri. tollen. l. vlt. in fi. Siue ergo
3 † actio sit in rem, siue in personam, siue pro vniuersitate, siue pro re singulari competat, hac præscriptione xxx. anno. tolletur. Idemque in persequutione, quę fit iudicis officio, & hypothecaria actione: ita tamen si istæ actiones vel persequutiones tales erant, vt olim perpetuo competerent. i. sine præfinitione temporis,

temporis, per omnia secula. Si enim tales erāt, quæ & antiquitus limitabantur breuiori spatio: vt redhibitoria, vel quanto minoris non extenduntur in spatium xxx. ann. vt infrà eo. l. sicut. j. respon. §. sed si qua. & §. hæ autem. & insti. de perpe. & tēp.
4 act. in prin. tit. † Porro vbi quis xxx. annis præscribit actioni in rem, oportet ipsum possedisse rem xxx. annis. Nec conuenit eos appellari possessores, qui ita tenent, vt ob ipsum solitam debeāt præstare mercedem. Alioquin malè ageretur cum dominis prædiorum, si tanta precario possidentibus prærogatiua defertur vt eos post xl. annorū spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat. Item cogerentur domini amittere, quod locauerunt, aut conductores vtiles excludere, aut annis omnib. super dominio suo publicè protestari. vt infrà. eod. l. ij. Item oportet ꝙ quis possederit sine interruptione naturali, vel ciuili. Alioquin tempora præcedentia interruptionem non prosunt in præscriptione: vt suprà de præscri. long. temp. l. j. & infrà eo. titu. cum notissimi. j. responso. Si quis verò actioni in personam, vel iuri personali præscribat, nō est possessio necessaria, quæ verè non potest esse in iure: est tamen quasi possessio, & cum ea procedit: vt ff. de petitio. hęr. regulariter. & l. etiā.
5 §. fin. Item, † vt incipiat hæc præscriptio, oportet in actione in rem, vel in personam, ꝙ is, cuius est res, potuerit actionē mouere: aliter enim sibi non currit præscriptio, vnde filiofa. non currit præscriptio in rebus aduentitiis: nisi ex quo liberatus fuerit patria potestate. Nec mulieri currit in dote; nisi soluto matrimonio, vel marito vergente ad inopiam, nec creditori: nisi existente conditione debiti, vel adueniente die: vt infrà ti. proxi. l. j. §. vlti. & suprà de iure do. l. in rebus. §. omnis. & infrà eod. cum notissimi. §. illud autem.
6 † Quid autē dices in annuis debitis, vel mēstruis, vel alterius singularis tēporis? Et certè dicit lex currere præscriptionē non ab exordio obligatiōis, sed ab initio cuiuslibet anni, vel mēsis, vel alterius singularis tēporis vt ĵ. eo. l. cùm notissimi. §. in his. quod quidam interpretantur ita, vt tot oporteat currere præscriptiones quot debēt esse solutiones: vt sic semper remaneāt xxix. anni præteriti ex quibus possit agi, & semper pro futuro tēpore: quibus lex ista prima facie videtur dissentire. Bul. verò dicit transactis xxx. annis computandis ab initio cuiuscunque tēporis, quo facienda erat solutio: & cessatum est in solutione, non posse postea pro aliquo tēpore agi: vt s̄. de vsur. l. eos. j. responso. Sed ipsi respōdent, ꝙ ibi loquitur in accessoria obligatione

tione vsurarum, quæ responsio nulla est. Nam & soluta sorte, & sic extincta obligatione principali, nihilominus potest peti vsura debita per stipulationem: vt ff. de eo, quod certo loco. l. ij. §. item Iulianus. & l. cẽtum. & bene adapto solutioni præscriptionem: quia qui præscripsit similis est soluenti: vt ff. de admini. tutor. si pupillus. Et potest reddi ratio, sicut & dominus B. reddebat: quia vbi in singulos annos est aliquid promissum, vna est actio, vt ff. de do. caus. mort. l. senatus. §. vlt. Nec obstat, quod dicitur, ff. de verb. oblig. l. pluribus. §. j. ibi recitat opinionem Pauli & Vari, quæ non est approbanda: vt dictum est, vel distingue nominẽtur an anni, vt cum dicitur annua, bima, trima die: & tunc erunt tot stipulationes, quot anni: an dicat generaliter singulis annis: & tunc erit vna stipulatio. argumento ff. de verb. obli. l. quod dicitur. Hac autem actione semel præscriptione elisa, prænimia verecundia suæ frontis iam nõ audet erigere telum, quam rationem multùm comprobat R. Si quæras quæ ergo erat legis dubitatio? Respõdeo magna. Nam quia debitor agnouerat debitũ, putabatur eũ de cæterò contra creditorẽ præscribere non posse: quod falsum est. Mihi autem, quod ait B. æquũ videtur, eo addito vt in legatis aliud, quàm in promissionibus dicamus, nam quia tot sunt legata, quot anni, & tot sunt actiones quot debita: tot eadem ratione occurrere oportet præscriptiones: vt ff. de mor. caus. do. l. senatus. §. vlti. & de annuis leg. l. cùm in annos. Vnde tale legatũ non põt amitti non vtẽdo: vt ff. quib. mo. vsusfruc. amit. l. si fructus. Si mihi opponas, ꝙ lex, cũ notissimi. J. c. videtur æquiparare illa duo. Respondeo ad hoc patria sunt, ꝙ nõ ab exordio obligatiõis (vt dictũ est) sed ex eo tempore quo cessatũ est, currit præscriptio. Si ergo (sicut dictũ est) habuit quis potestatẽ agẽdi, curret præscri-
7 ptio & in actione personali, & in actione in rẽ. † Videtur tamẽ, ꝙ confessoriæ currat præscriptio: etiã si quis nõ potuit seruitute vti, vel agere: vt quia fons siccatus erat non potuit aquã ducere: vt ff. de serui. rusti. præd. l. Attilicinus. Sed fortè ideo est, quia in seruitutibus rusticis vt amittantur, satis est ꝙ quis non vtatur eis. Nec distinguo an poterit, vel non poterit vti: vt ff. de
8 serui. vrba. prædio. l. aurẽ. † Vbi autẽ quis põt agere, sed cũ difficultate, præscriptio currit. Sed si iniũ sit impedimentũ, datur in integrũ restitutio. vt ff. de of. præsi. l. Senatuscõsulto. Fragilitas autẽ sexus mulieris, cui datur actio, vel absentiæ cuiuslis vel militia nõ prodest actoris, quominùs currat ei præscriptio
9 xxx. annorũ. † Pupillaris tñ ætas excipitur siue à prædecessore

impu

impuberis incipiat præſcriptio,ſiue ab impubere ſit inchoãda:
nam in pupillari ætate non currit præſcriptio, ſed adueniente
pubertate,ſtatim inſurget, & excitabitur præſcriptio: & prio-
ri præſcriptioni,vel poſſeſſioni fiet continuatio: vt j.co.l.ſicut.
& s̃.ſi maior factus alien.ratam habuerit.l.vlt.§.vltimo. Et dif-
fert hæc interruptio,quę fit per pupillarem ætatem ab aliis in-
terruptionibus. Nam ſi alias contingat interruptio,nihil con-
fert prior poſſeſſio:vt s̃.de præſcr.long tẽp.l.j.Sed hic cõtrariũ
eſt,& ſic(vt alludã vocabulo)propriè dicitur interruptio hic id
10 eſt interim ruptio: ſed aliàs in medio prorſus rumpit. † Porro
quod dictũ eſt abſenti currere præſcriptionẽ nõ ſic eſt intelli-
gendũ(vt quidã dixerunt)ꝙ licet abſens adhuc poſſideat is ta-
mẽ,qui nõ pro ſuo corporaliter tenet præſcribat: ſed ſic eſt in-
telligendũ cum abſens amiſit poſſeſſionẽ: vel quia ſuſpicatus
eſſet ſe poſſe repelli,vel quia longo tẽpore abſuit,vel aliis ſoli-
tis modis,quos diximus s̃.de acquir.poſ.poſſeſsionẽ amiſit an-
te abſentiã, vel poſtea. Super quibuſdã actionibus dubitatum
eſt:puta de negatoria,& pignoratitia,& fam.erciſc. & cõmuni
di.quanto tẽpore tollãtur. Et in negatoria quid obtineat plenè
11 notaui s̃.de vſufr.In † actione fami.erciſ.vel cõmuni di.dixe-
runt quidã, vt P.non currere præſcr.interim cũ ambo domini
ſimul vtuntur,& fructus percipiunt, & poſsidẽt. Sed dominus
M.ait actiones prædictas naſci ex voluntate,id eſt,tunc demũ
cum à communione volunt recedere,arg.ff.fam.erciſc.l.j.Sed
certè lex dicit eam naſci ex quaſi contractu: vt Inſti.de oblig.
quæ ex quaſi contractu naſcuntur. Potuit ergo intẽtari à tem-
pore communionis,& cum effectu:non obſtante excep.Igitur
ab eo tempore debet currere præſcriptio, vt j. de anna.præſcr.
l.j.§.ad hæc.Nec obſt.quod dicunt ſocios poſsidere, & fructus
præſcribere:nec enim præſcribitur dominio vel poſſeſsiõi, ſed
12 diuiſioni,ne fiat.† Et idem in commodati actione,cui pręſcri-
bitur ex quo potuit illa intentari,ſed non ita in rei vendicatio-
ne quæ datur cõtra cõmodatariũ cui nõ præſcribtiur interim
dum dominus retinet per ſe ciuilẽ,& per commodatariũ natu-
ralem poſſeſsionis ſicut & dicitur in colonis:vt infrà. eo.malè.
Idemq; dicam in locati actione,& in rei vẽdicatione,quod di-
xi in actione cõmodati,& rei vend.licet Pla.dixerit non curre-
re præſcriptionem perſonali actioni,cùm non curreret rei vẽ-
13 dicatio.In pignoratitia† autẽ dico eam tolli xxx.anni compu-
tãdis ex quo ipſa nata eſt,& potuit intẽtari,quod tunc demum
eſt cum ſoluta eſt pecunia & oblata,& conſignata, & depoſita:
vt ff.

vt ff.de pigno.ac.si rem alienam.§.omnis. Quid autem si debitor xxx.annis neque soluit, neque obtulit? Nunquid præscribitur iuri offerēdi? Aiunt quidam,quòd non, sicut nec præscriberetur ius eundi ad ecclesiam,vel per viam publicam,vel ad Sanctum Iac.quod enim dicitur infrà eo.l.omnes.tolli omne ius præscriptione xl.an.de iure agendi,est intelligendum,non de iure excipiēdi,vel(sicut ait Bul.) ius offerēdi tollitur:quia qui potest facere,vt possit agere pignoratitia actione soluendo,scilicet,iam intelligitur posse agere:vt ff.de regu.iur.l.qui potest. & ideo debet ei præscribi, sicut præscribitur creditori secundo contra primum, vel primo contra secundum : vt in-
14 frà eo.l.cum notissimi.§.sed cum illud. † Effectus autē huius præscriptionis hic est, vt qui præscribit xxx.an. bona fide habeat vtilem rei vendicationem contra quemlibet possidentē, præter quàm contra dominum:licet Placen. dixerit contrà.& hoc est,quod dicitur infrà.eo.l.vlt.ita tamen &c. Si autē præscribit xxx.annis mala fide,habet exceptionem tantum,& nō actionem:nisi contra eum,qui sibi abstulit , vel surripuit , vel nisi contra eum qui propter contumaciam huius præscriptoris eiusdemq; possessoris volentis se præsentare iudici missus sit in possessionem : tunc enim præscriptor intra annum se offerendo,& satisdando iudicio sisti , possessionem recuperabit,
15 & rem vendicabit : vt infrà eo.l.si quis. † Præscriptio autē xl.
b ann. [b] locum habet in hypothecaria : vt infrà eo. cum notissimi.& vt diximus suprà,si aduer.cred. Item locum habet in iis actionibus , quarum præscriptio est interrupta sine lit.contest. vt infrà eo.l.vlt.secus si alio modo esset interrupta. Nullū denique ius publicum,vel priuatum , vltra xl.annos extenditur: vt infrà eo.l.omnes.Nec tamen dico, quòd ius publicū,extendatur vsque ad xl.annos : imò dum vltra xx. vt ff.de diuer.& tempo.præscrip.l.in omnibus.sed & quandoque in centum extenditur ann.vt diximus s̃.de sac.san.eccl.Si enim contrarium diceretur,ergo & ius priuatum vsque ad xl.ann.extenderetur, de quo similiter loquitur lex,sicut de publico excipitur curialium conditio,& tributorum exactio.De quibus etiam post xl. annos contenditur:vt infrà eod.l.præscriptionem. & l.comperit.nisi impetrauerit quis,vt,dempto canone,possideat : vt per xl.annos non soluerit vt infrà de fun.patrimo.l.vlti. Item in rebus ecclesiasticis locum habet præscriptio xl.anno.per auth. licet per Codicem extendatur vsque in centum annos vt,diximus suprà de sac.san.eccle.Hæc summotenus de hac præscriptione

ptione longissima, quæ nouissimè per principem tantum est inducta, tetigisse sufficiat. Quod enim à Placen. factum est, vt singuli casus enumerentur in quibus locum habeat præscriptio vnius diei, vel duorum dierum, & sic vsque in infinitum, non puto vtiliter prosequi, nec subtile: laboriosum est enim potius, quàm vtile.

ADDITIO.

a Præscriptio xxx.anno. De ista præscriptione vide Bartol.in l.pro emptore.§.cum stichum.in vltima oppositione.ff.pro empto.& in l.sequitur.§.si viam.versicul.modo quæro. vbi etiam Angel.& docto.ff.de vsucap.Bald.in l.secunda.§.finali.C.com. de lega.Paul.de castr.in l.sequitur.§.si viam.alleg.suprà.domi. Alexan.in l.fin.ff.rem ratam hab.& in l.Flauius.ff.de solu.multa per Pau.de cast.in cõsi.cccxcij.incipit.super primo quæsito.

a Præscriptio xl.ann.De ista præscript.vide Barto.in l.cum satis.versic.quantum autem tempus.C.de agric. & censi.Bald.in l.j.versic.& per hoc dico.C.ne rei do.vel tempo.Ange.in l.vsuras.eodem titul.& vide do.Bartho.Soci.in consil.cccxiiij.inci. subtiliter & eleganter.versi.iiij.ista opi.cum plu.seq.in ij.volu. chart.lxix.& in consi.ccxcix.incip.Capio primum.ver.prætereа.chart.ccxx.in eod.ij.vol. & consi.clxiiij.incip.visa bulla Bonifacij.versi.iij.& vlti.in cap.ij.vol.char.xxv.

De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus [earum.] Rub.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionum omnium tempora esse aut continua, aut vtilia, & quæ dicantur continua & quæ vtilia?*

2 *Præscriptionum interruptiones quot modis fiant?*

3 *Præscriptionem interrumpi ipso iure per litis contestationem.*

4 *Præscriptionis interruptionẽ ciuilem non prodesse nisi facienti eam.*

QVia olim in Italico contractu, & actionibus ex eo competentibus annalis quædam exceptio obseruabatur, ideo de ea ponit. Et quia circa eam nimiæ difficultates erant, ponit de ea tollenda. Vtilis enim erat annus: & quidam ipsum extendebant in decennium: alij in quinquennium: vt infrà eo.

l.j.primo responso. Ponit etiam de diuersis temporibus & exceptionibus,& præscriptionibus super quibus non prosequatur singularum præscriptionum dies,vel annos:vt fecit Plac.in superioris titul.summa,sed summatim quædam generalia notabo. †Est ergo sciendum, quòd omnium præscrip.tempora aut
1 sunt continua,aut vtilia.Continua sunt,in quibus feriati dies, & non feriati computantur : nulla dierum habita discretione. Vtilia sunt, in quibus actor per se, vel per procuratorem non impeditur agere.Item nec per iudicem,cuius habuit copiam. Nec per reum vel quemuis alium,quem actor vel eius nomine poterit conuenire:vt ff.de diuer.& temp.præscript.l.j. Est & tempus quoddam, quod neque potest dici continuum omnino,neque vtile omnino:vt quadriennium, quod datur minori facto maiori,& absenti post reuersionem suam vt diximus supra de tempo.in integ.restitu. Item quandoque dies continui ad aliquid esse vtiles dicuntur : vt quia non incipiunt currere antequam quis habeat copiam experiundi : sed cum cœperit habere copiam agendi.Sed postquam cœperit habere copiam agendi,continui numerātur omnes dies:vt ff.ad l.Iul.de adul. l.quinquennium . item & quandoque dies ad aliquid vtiles sunt : quia non currunt, si impediatur per iudicem, vel horæ, vel causæ conditionem : vt in biduo statuto ad appellandum: vt ff.quando appella.l.j.§.dies.Porrò omnis præscriptio tempo
2 re continuo finitur, nisi lex adiiciat vtile numerari. † Sequi
a tur videre de interruptionibus [a] præscriptionum,nempe,quot modis fiant:& certè fit naturaliter quoties quis amittit possessionem,quod modis multis accidere potest : vt diximus suprà de acquirē.posses.& hæc interruptio prodest omnibus,in quorum præiudicium currebat præscriptio : vt ff.de vsucap.naturaliter.Item fit interruptio ciuiliter, & per litis contestationē: vt suprà de præscript.long.temp.l.nec bona. & suprà tit.proxi. cum notissimi.§.imo.in fine.& tunc extenditur actio in xl.annos. Item per quasi contestationem:vt suprà.vbi in rem actio. si quis.Item fit per executoris solam conuentionem, vt suprà tit.proxi.cùm notissimi.in prin.quæ quasi contestatio dicitur: vt ff.de actio.& oblig.l.constitutionibus. Item propter debiti agnitionem,vel fœnoris,vel partis debiti solutionem:vt suprà tit.proxi.cum notissi.§.sed si quis.Item in casibus fit per solam libelli oblationem,& rescriptionem principis habitā ad eam: puta in annalibus actionibus : vt diximus suprà quando libel. prin.datus fa.lib.con. Sed & quandoq; præscriptio, quæ currit

perpet

perpetuæ actioni meæ, interrumpitur sola libelli oblatione facta apud quemlibet iudicem ordinarium maiorem: vel apud episcopum, vel si iudicis non sit copia, factam, ad domum aduersarij mei, cùm eum cōuenire impedior aliquo de his quatuor modis, scilicet, quia est infans, vel furiosus, vel in dignitate positus, vel absens: vt infrà eodē. l. vt perfectius. Item fit interruptio per detentionem rei, si ille, cuius erat res, vel cui erat obligata, nacifcatur possessionem rei, & hæc detētio imitatur litis contestationem: vt suprà de præscript. quadraginta
3 ann. cum notissimi. §. imo. & illud. † Et illud est notandum, ꝙ litis contestatione interrumpitur præscriptio ipso iure. Secus in vsucapione triennij: vt ff. pro emptore. l. ij. §. vlti. Illa enim mero iure currit contra actorem, sed iudicis officio restituitur ei res: vt ff. de rei vendi. l. si post acceptum. Sed in casibus quatuor etiam vsucapio interrumpitur ipso iure sola libelli oblatione, scilicet cū reus est infans, vel furiosus, vel absens, vel in dignitate constitutus: vt infrà eod. l. penult. Item notandum est, ꝙ ciuilis interruptio non prodest, nisi facienti eam: vt probatur, ff. de diuer. & tempo. præscri. l. intra. & ne de statu defun. post quinquennium quæratur.. l. ij. §. præscriptio.

ADNOTATIO.

a De interruptionibus.] In ista prolixa materia vide Bart. in l. naturaliter. versic. quæro. quid si. ff. de vsucap. Bal. in l. j. versi. sed nunquid. C. de fur. do. Alex. in d. l. naturaliter. d. Abb. discurrentem ferè per omnes casus in capitul. illud. de præscriptio. vbi habes ad plenum.

De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus. Rubrica super Institutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quibus modis dicatur vacans.*
2 *Possessio an admittatur per absentiam, & quando.*

EXposuimus summatim quibus modis iuregentium res acquirantur, modò videamus, quibus modis legitimo, &, pro, id est, ciuili iure acquiruntur: vt suprà titu. proximo. §. vlt. & ideò ponitur de vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus quę à iure ciuili sunt inductæ. Videamus ergo quid sit vsucapio & pręscriptio: & quare sit inducta, quis possit vsucapere, quis non, quas res possit, vel non possit, quæ sint neces

ſaria in vſucapione vel præſcriptione, & quis ſit eius effectus; de quibus omnibus tradidi plenam doctrinam in ſumma. C. de vſucapi. & long. tempo. præſcript.
1 † Sed illud notandum, quòd vacans poſſeſſio dicitur tribus modis, ſcilicet, quia dominus deceſſit ſine ſucceſſore, aut quia fuit abſens, aut quia fuit negligens: vt infrà eodem. §. quod autem. In primo modo
2 non eſt hæſitatio. In ſecundo † autem videtur, quòd poſſeſsio non admittatur propter abſentiam: ſicut dicitur de profecto ad nundinas, vel profecto vltrà mare: vt ff. de acquir. poſſeſs. l. clam. §. vltim. & quibus modis vſusfruct. amit. l. ſi mulieri. Sed quod dicitur de abſentia, eſt intelligendum ſi fuerit longa: vt ff. eod. l. furtum. §. vltimo. & fortè hoc eſt dictum per cauſam: quia longa abſentia poteſt eſſe cauſa obliuionis: vt ita per obliuionem quæ inducitur ex longa abſentia, amittatur poſſeſsio. In tertio modo ſimiliter dicam amitti, quando vera domini negligentia interuenit: quia poſſeſsionem rei reſpuit.

Tractatus

TRACTATVS PERNECESSARIVS PRAESCRIPTIONVM,

EDITVS A FAMATISSIMO Legum Doctore D. DINO de Muxello, fœliciter incipit.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptiones summariæ, dilucide ac distincte comprehendi possunt, quæ sparsim sunt positæ in corpore iuris.*

2 *Iudex eo die quo sententiã tulit, poterit supplere si quid erratũ est.*

3 *Iumentum ornatum qui vendidit, si emptor non petit ornatum ante biduum, postea non habebit.*

4 *Aduocato licet intra triduum suum errorem corrigere. Error aduocati litigatoribus obesse non potest.*

5 *Promittẽs hominem sistere in iudicio certo die, si post quinque dies velit exhibere, non potest.*

6 *Conueniendus non est quis ex persona defuncti ante nouem dies ab obitu connumerandos.*

7 *Reus si fuerit condemnatus, quia erat absens, habet spatium decem dierum ad appellandum tempore sententiæ.*

8 *Testes producti de alia prouincia per quod tempus debeant stare vbi sunt producti?*

9 *Libello oblato ei, qui ad iudicium vocandus est spatium datur viginti dierum, in quibus deliberet, an cedat, vel contendat.*

10 *Præscriptio triginta dierum quæ sit?*

11 *Datus ad tutorem alicuius pupilli, vel curatorem alicuius adulti intra quod tempus possit se excusare?*

12 *Præscriptio duorum mensium qualis?*

13 *Maritus adulterium vxoris potest accusare intra lx. dies à die commissi adulterij.*

14 *Præscriptio centum dierum cui competat?*

15 *Trium mensium præscriptio multis competit.*

16 *Maritus quando confessus fuit se recepisse dotem, quam in ve-*

ritate non recepit, qua præscriptione iuuetur?

17 Præscriptio quatuor mensium quibus pertineat?

18 Præscriptio quinque mensium est quãdo in eadem prouincia testes, vel instrumenta producuntur.

19 Effectus præscriptionis sex mensium.

20 Testes cum producuntur de vltramarinis partibus iuuantur præscriptione ix. mensium.

21 Descendentes post annum non admittuntur ad petendum bo. possessionem.

Præscriptio vnius anni latissima.

22 Creditor qui rapuit res obligatas qua iuuetur præscriptione?

23 Officiales suspecti cùm officium non recte administrãt remouẽtur.

24 Duorum annorum præscriptio datur debitori neganti sibi pecuniã mutuatam.

25 Trium annorum præscriptio quibus adaptetur?

26 Quatuor annorum præscriptio quotuplex?

27 Quinquennalis præscriptio qualis?

Agere volens post quinquennium repellitur.

28 Pupillus institutus heres habet præscriptionem septemnalem.

29 Alimenta simpliciter relicta vt præstentur quam præscriptionem requirant?

30 Decennalis præscriptio in quibus consistat.

31 Præscriptio xij. annorum quibus referatur?

32 Decurionibus datur præscriptio xiij. annorum.

33 Masculo testari volenti si sua interest qualis præscriptio detur?

34 Postulare vt quis posſit quam requirat præscriptionem?

35 Postulare & adoptare vt quis posſit requiritur præscriptio xvij. annorum.

36 Arrogator quam præscriptionem desideret.

37 Maior cuius qui veniam ætatis impetrauit ad vendendum, an præscriptionem xx. annorum habeat?

38 Legitima ætas quot annos requirat.

39 Præscriptio xxx. annorum quos concernat?

40 Quadraginta annorum præscriptio in quibus habeat locum?

41 Diaconiſſa obtinet præscriptionem quinquaginta annorum.

42 Arrogatus per principem qua præscriptione tueatur?

43 Præscriptio lxx. annorum quis excuset?

44 Centenaria præscriptio cui competat?

45 Feuda perpetuam præscriptionem retinent.

Præscr

Præſcriptio viginti horarum.

1 NOtabiliter † collige quod præſcriptiones quæ ſparſim ſunt poſitæ in corpore iuris ſummarie & dilucide ac diſtincte poſſunt comprehendi. Notandum in primis eſt præſcriptio horarum viginti ſcilicet de viro, qui debet detinere adulterum deprehenſum cum vxore. vt ff. de adult. l. capite.

Præſcriptio vnius diei.

PRAESCRIPTIO eſt vnius diei, qui viua voce noluit appellare diſſoluta figura iudicij ſi non illico appellauit, non poſtea auditur ſine libello: vt C. de app. l. litigatoribus. vbi talis caſus: ſcilicet lata ſententia vnus ex litigatoribus vult appellare. ſi appellat ſtatim valet tunc & ſine libello. ſi ex interuallo tunc non valet eius appellatio niſi detur in ſcriptis. vt d. l. Eſt &
2 alia ſcilicet iudicis † qui ſententiam tulit, qui eo die quo diffiniuit poterit ſupplere, ſi quid erratum eſt. vt ecce debebat abſoluere, condemnauit. Vel condemnare debebat aduerſarium meum in centum & duobus aſſibus, & condemnauit in centum tantum: Vel quia debebat abſoluere, condemnauit, vel econtra. vt. ff. de re iudi. l. Paulus.

Præſcriptio duorum dierum.

PRAESCRIPTIO duorum dierũ eſt, quæ obiici-
3 tur ei, qui † ornatum iumentum vẽdidit vbi ſi non ante biduũ emptor ornatum petit poſtea non habebit. vt ff. de edil. e dict. l. ediles. §. videndum. vt ecce habebam vnum equum, vel iumentum & volebam eũ vẽdere, ita quod ipſum ornaui vltra quàm fuerit conſuetum, licitum eſt emptori intra duos dies opponere exceptionem.

Præſcriptio trium dierum.

4 PRAESCRIPTIO † eſt trium dierum vt in aduocato, cui licet intra triduum corrigere errorem ſuum. vt C. de erro. aduo. l. vlti. vbi dicitur, quod error aduocati litigatoribus obeſſe non poteſt. vt aduocatus debebat proponere vnã actionem & proponit aliam, tunc licet aduocato intra triduum corrigere errorem ſuum. d. l. Item recuſanti iudicem vt ſuſpectũ. vt. l. vlti. C. de Iud. Item legenti fructus proprij arboris in agro alieno, vt. ff. de glan. le. l. j.

Præſcriptio quinque dierum.

PRAESCRIPTIO eſt v. dierum ſcilicet illius, qui
5 † promiſit hominem ſiſtere in iudicio certo die, & poſt dies quinque velit exhibere, nõ poteſt. vt ff. ſi quis cau. l. ſi poſt tres.

Præscriptio nouem dierum.

PRAESCRIPTIO est ix.dierum, vt non conue-
6 niatur † quis ex persona defuncti ante nouem dies post morte eius connumerandos. vt C.de sepul.viola.l.cum sit iniustum.in auth.sed ibi posita. vbi dicitur, sed nec ante nouem dies ab obitu connumerandos.

Præscriptio decem dierum.

PRAESCRIPTIO est decem dierum. C.de appel.
7 auth.hodie. vbi dicitur in glo.ipsius quod † si reus fuerit condemnatus a tempore sententiæ, vt quia erat absens, habet spatium decem dierum ad appellãdum. & hoc intellige vbi procurator fuit præsens, vel non soluendo, vel causa istius cõdemnati fuit probabilis, vt in præalleg.auth.in glo.& C.de iud.l.properãdum. C.de fru.& lit.expen.l.iiij.&.C.quo.& quãdo iud.l.ab eo.& hoc si nõ fuit defensus a procuratore & nõ appellauit procu. Modo quæritur an audiatur dominus ad appellãdum? & dic quod nõ. C.de procu.l.quia absente.& C.de iudi.l.properandum.§.fin.& dic vt ibi.& idem est in sententia arbitri. vt C.de arbit.l.pen.§.sin autem.in glo. Est & alia vt.ff.de edil.edict.l.quod si nolit.§.si quid. vbi talis ponitur casus. ego emi à te vnam rem isto pacto, quod si mihi displicuerit sit inempta: quam tunc debeo ei reddere intra decem dies, si res non placuerit mihi, alias non audiat elapsis x.diebus vt d.l.quod si nolit.

Præscriptio quindecim dierum.

EST & præscriptio alia xv.dierum. vt C.de testi.l.si quãdo.
8 vbi dicitur quod † testes producti de alia prouincia, ciuitate, vel loco coguntur ibidem stare vbi sunt producti per.xv.dies, intra quos iurati debent deponere & fideiussores dare de non recedendo: & si dare non poterint eorum committatur iuramẽto, & hoc expensis producẽtis. sed vltra illos xv.dies expectare non coguntur, adeo quod siue iurauerint & deposuerint intra illos xv.dies, siue non, vlterius non coguntur. vt d.l.

Præscriptio viginti dierum.

EST alia præscriptio xx.dierum vt.C.de lit.contesta.auth.
9 offeratur. de eo qui vult litẽ contestare. vbi dicitur quod † oblato libello ei qui ad iudicium vocandus est, datur spatium xx. dierum. in quibus deliberet an cedat vel contendat. vt in prẹal. authen. vbi dicitur exinde præbitis sportulis &c. Est & alia. vt C.de sen.& interlo.om.iud.l.cum Papin.in authẽ.ibi posita. vbi dicitur, quod si conuentus coram iudice delegato habet ipsum suspectum, potest ipsum accusare intra xx.dies, diebus.xx.elapsis

psis non auditur, vt prædicta authē. Est & alia quæ datur iudici qui deposito officio desinit de causa coram eo suborta terminanda siue criminalis fuerit siue ciuilis. vt C. vt omnes tā ciui. quàm mili. l. j. Dy.

Præscriptio triginta dierum.

EST præscriptio. xxx. dierū. C. de nō nu. pec. l. in cōtractib⁹.
10 §. super certis. vbi dicitur, †quod si creditor fuerit cōfessus sibi solutū esse quod non erat, vel reddidit instrumentū, quod tunc contra debitorē cōpetit exceptio. xxx. dierū. & elapsis. xxx. diebus tunc agere nō poterit. Est & alia quod vectigal nō soluit. vt ff. de pub. l. imperatores. & l. interdū. &. §. si super. Est & alia præscriptio illius qui vsus est via, vt ff. de itine. actuq; pri. l. j. §. hoc autē. Est & alia præscriptio, scilicet illius qui vult sæuire cōtra naturā in suis cōdēnatis. vt. C. de pœ. l. si vindicari. Est & alia de eo qui debet suum inuētarium inchoare postquam nouit aperturā. vt. C. de iu. deli. l. scimus. §. si autē primo. vbi dicitur, quòd si quis de iure hæreditatis defuncti dubitat an debeat adire nec ne, nō est necesse deliberare. sed tantūmodo facere inuētariū, & hæreditatē adire: quia recepto inuētario & adita hæreditate incipit currere dictū tēpus, vt in pręalle. l. Est & alia quę incipit currere dānū passo ex certo capite legis Aquilię. insti. e. §. illud. vbi dicitur, quod si aliquis interfecit seruū, quòd intra. xxx. dies non solum possum exigere ab eo pretium serui, sed etiā id quo damnificatus sum, vt quia seruus meus erat institutus hæres, & ipse non poterat adire sine iussu meo, ita quod fuit interfectus antequam adeat. ego contra interfectorem agere possum, non solū ad serui æstimationē, sed etiam ad æstimationē hæreditatis. vt in d. l. Est & alia. vt. ff. de accus. l. iij. §. fi. vbi dicitur, quòd si quis accusauerit, & accusator mortu⁹ fuerit vel impedit⁹ agere, quod tūc reus potest agere cōtra eū, vel ei⁹ hæredes ad integrā satisfactionē. Est & alia vt auth. de intro. & exhi. re. §. j. quæ datur ei, qui reducēdus est ad cōponēdū res suas, & ad cōponēdū mœstos penates corā iudice loci, vel coram magistratibus.

Præscriptio quinquaginta dierum.

EST & alia præscriptio quinquaginta dierum vt institu. de
11 excu. tu. §. qui. vbi dicitur, quod† si quis datur in tutorē alicuius pupilli, vel curatorem alicuius adulti, & velit se excusare non refert si non appellat statim cum possit se excusare spatio quinquaginta dierū. vt. d. §. Est & alia quòd iudex depositus ab officio suo debet in eadem prouincia, vel ciuitate cōmorari. l. diebus vt. C. vt omnes tàm ciui. quam mi. l. j.

Præscriptio duorum mensium.

EST & alia præscriptio duorũ mensium. vt C.de lit.cõtest.
12 auth.libel. † vbi actor infrà duos menses in causa lit.contestare debet, alioquin expensas in duplum cogitur restituere conuento:licet hoc hodie de consuetudine non seruetur.de iure tamen est ita.Est & alia præscriptio.vt.C.de adul.l.fi. quæ datur ad seruos torquendos post missionem repudij.Est & alia vt C.de iu.deli.l.sancimus.§.sinautem.vbi dicitur, quòd incœpto inuentario debet terminari j.duos menses vt in prædic.§.Est & alia de debitore fisci,qui vult dilationem impetrare in minoribus summis & causis.vt ff.de iure fisci.l.delator.§.in fiscalibus quæ causæ dicantur minores distinguitur.vt C.de defenci.l.j.vbi dicitur,quòd minor causa est de quinquaginta. Est & alia fisco opponẽti compensationem.vt ff.de iu.fisc.l.aufertur.§.compensationem,vbi dicitur,quod si quis velit fisco cõpensationem opponere, debet dicere sibi debere j.duos menses, Nam duobus mensibus elapsis non auditur.vt d.l. Item iudici cognoscenti de causa ciuili.vt in auth.vt clerici apud proprios episcopos conue.§.si tamen de decur.col.vj.Item viris religiosis,vel clericis personatus habentibus Physicam vel leges audientibus,vt extra ne cle.vel mo.c.non magnopere.& eo.tit.c. super specula.Est & alia,si ancilla vendita fuerit,& manumittatur si tamen præsens fuit, vt ff.de his qui sine ma.ad li.perue. l.fi.§.sed contra.Est & alia de eo,qui fideiussit sine scriptura sui ad tempus in causis priuatis seu publicis.Est & alia de emphyteuta vt posset vendere possessionem prius denunciatione à domino facta.extra de loca.c.potuit.& C.de iure emphy.l.vlt. §.sinautem.vbi dicitur,quod si aliquod instrumentum inter dominum & emphyteutam interuenit, tunc id quod in dicto instrumento continetur,seruari debet,sinautem nullum pactum fuerit,subaudi de alienando vel vendendo, & tunc primo & principaliter debet domino suo denũciare & expectare ipsum per duos menses.duobus mensibus elapsis poterit vendere meliorationes suas cuicunque,vt d.l.Est & alia vt cum actor promisit se exhibere in iudicio tempore non adiecto,elapsis duobus mensibus talis fideiussor vlterius non tenetur,& est ratio: quia actor videtur à lite discedere velle, cum promittit litẽ se contestaturum j.duos menses à die dati libelli & non fecit.vt C.de iu.deli.l.scimus.§.igitur.

Præscriptio sexaginta dierum.

EST & alia.lx.dierũ vt.C.ad.l.iul.de adul.l.iure mariti.vbi dicitur,

13 dicitur, quod si maritus vult accusare† adulteriũ vxoris, quod si ipse accusat.j.lx.dies bene potest, & computatur à die commissi adulterij.vt ibi dicitur.Item nõ cogitur se subscribere ad pœnam talionis, nec punitur vt calumniator, si non probauerit intra dictos lx.dies. vt ff.eo.l.quãuis indubitati.& l.si is cui. Est & alia quæ datur nomine ornamẽtorum non præstitorum, l.cum redhibẽdum, vt ff.de edil.edi.ad autem.Est & alia.vt C. de lit.contest.l.j.& authen.libellum.vbi dicitur, ꝙ si actor porrecto libello contestatus non fuit litem coram iudice, quod elapsis duobus mensibus non auditur, vt ibi de hoc.Est & alia, vt C.de episc.& cle.authẽ.clericus.& l.omnes qui.§.in hoc autem vbi dicitur, quod si iudex iudicauerit in ciuili, quod sibi competit præscriptio intra duos menses, vt in prædictis.l. Est & alia, vt C.de fid.instru.l.sancimus.quę obiicitur ei, qui promisit præsentare personam alterius sine scriptis, sed tantũ nudis verbis.vt in d.l.Est & alia.vt cum quis emit rem vt si displicuerit sit inempta: tunc seruandũ est tempus de quo est actũ.si vero nil de tempore actum est, lex statuit spatium lx.dierum, intra quos debet emptori rem restituere, & pretium habere. vltra non auditur, nisi cum causæ cognitione.versatur autem causæ cognitio, vt si iudex ꝙ aliqua iusta causa emptor fuerit impeditus decerneret vt nõ restitueret, si res sibi displicebat, nec etiã vltra illud tempus auditur emptor, vt dictis iuribus. l.quod si nolit.ff.de ædi.edict.

Præscriptio centum dierum.

PRAESCRIPTIO est centum dierum vt C.qui admitti ad bo.pos.possunt.l.j. & insti.de bon.pos.§.liberis vbi-
14 que.vbi dicitur quod† aliquis putat sibi competere bo.pos.iure cõsanguinitatis, quod à die mortis defuncti habet spatium centum dierum quibus elapsis non auditur postea.vt ibi. Dyn.

Præscriptio trium mensium.

15 PRAESCRIPTIO est triũ mẽsiũ vt† qñ hæres dicebat se repudiaturũ, necessario expectabatur per spatiũ triũ mẽsiũ. C.de iur.deli.l.scimus.§.cũ igiť. Est & alia pręscriptio quæ obiiciť ei qui nõ pro hærede vt C.de iur.deli.l.fi. Est & alia ad inuentariũ faciendũ. Primo dantur xxx.dies ad incipiendũ, qui currunt sibi a tẽpore quo sciuit sibi hæreditatem delatã ex testamẽto vel ab intestato.postea danť lx.dies ad cõplendũ.& sic in vniuerso sunt tres mẽses.& hoc si oĩa bona sunt in eodẽ loco.Si verò absint ab eo loco, habet hæres spatiũ anni ad inuẽtariũ faciẽdũ, & cõplẽdũ.vt d.l.scim⁹.C.de iu.deli.Est & alia cũ

decu

de decurionũ origine disputatur.vt C.de decu.l.generali. Alia
16 est quæ cõpetit † marito,qñ confessus fuit se recepisse dotem, quam in veritate non recepit.vt in authen.de tempore non so.lo.l.pe.§.ergo.in fi.& authen. ꝙ locum.C.de coll. Est & alia vt in authen.de app.cogno.§.iij.Est & alia si obiicitur quod vnus ex litigatoribus renunciat testibus seu testamento. & alleg.in d.authen.Est & alia si nouum opus fuerit nunciatum , & reum satisdare non est actum.vt C.de no. ope.nun.l.j.& C.de edi.pri. l.vlti.Alia est quæ competit creditori hæreditario contra hæredem.vt C.de iur.deli.l.fi.Alia est de eo,qui non debet morari in sua prouincia.vt C.de asser.l.iij.Alia est de eo,qui dilationem petiit , neque testes neque instrumenta produxit vt C.de dila.l.j.Alia est cum matrimoniũ durauit plus duobus annis,& minus decennio.quia dantur tres menses & vlterius non auditur.Alia est quæ datur parti , quæ vult concludere in causa.vt C.de iu.authen.iubemus.& in authent.vt cum de appe.cogno.

Præscriptio quatuor mensium.

17 EST & præscriptio† quatuor mensiũ vt post latam sententiam iud.vsuræ currant.vt C.de vsur.rei iu.l.ij.Alia est,quæ datur socio,qui impedit refectionem , si potius nolit conferre.vt C.de edifi. prin.l.si vt proponis. & ff.pro so.l.si fratres.§.idem respondit. Alia est quę datur contra tutorem , vel curatorem, qui causam restitutionis non peregerit.vt ff.de excut.tu.l.qui bona gratia. Dy.

Præscriptio quinque mensium.

18 ALIA est præscriptio quinque † mensiũ quando in eadem prouincia testes,vel instrumẽta producuntur. Alia est præscriptio quinque mensium de eo qui potest redimere ab emptore. vt ff.de redhi.l.sciendum.§.fin.

Præscriptio sex mensium.

EST præscriptio vj.mensiũ.scilicet in redhibitoria.vt C.de
19 edi.edict.l.ij.Alia est scilicet de†eo cui ab hærede scripto manente in eadem prouincia querela inoffic.testa.preparatur. vt C.de inf.testa.l.pe.in fi.alleg.§.sancimus vbi expeditum est.Est & alia de eo,qui impetrauit dilationẽ.vt de dila.l.j. Est & alia de eo qui manumisit ancillã.vt instit.qui & ex quibus cau.ma. §.iuste.nisi fuerit iusta causa impediens.vt C.de maior. Est & alia de eo,qui vult redimere mancipiu.vt ff.de ædi.edi.l.sciendum.Est & alia quę competit pro relic.sub condi.vt C.vti pos. l.j.Est & alia in beneficiis concedendis.vt extra de cõcel.præben.c.nulla.Est & alia,quę datur contra accusatorem mulieris de

de adulterio, qui per lapsum sex mensium remouetur ab actione, & computantur isti sex menses vtiles a die diuotij vt ff. ad Turpil. l. j. §. accusationem. Dy.

Præscriptio nouem mensium.

20 EST & alia præscriptio. ix. mensium, scilicet, cũ † de vltramarinis partibus testes producuntur. vt C. de dila. l. j. Est & alia quãdo aliquis post dilationem repetit dilationem, vt C. de iure delib. l. fin.

Præscriptio decem mensium.

PRAESCRIPTIO est x. mensium vt in authen. vt liti. iud. Dyn.

Præscriptio vnius anni.

21 PRAESCRIPTIO est vnius anni, qua † admittũtur descendentes ad petendum bo. pos. & non vltra. Est & alia quanto minoris ff. de ædil. edic. l. sciendum. §. fi. C. eod. l. ij. in quibus dicitur, quod redhibitoria & quanto minoris si distulit emptor cõquerens de morbo vel vitio vlterius non auditur. Est & alia præscriptio de seruo, qui cum subtraxit inscio domino intra annum tenetur in quadruplum, post annum. in simplum. vt C. vi bo. rap. l. si res. Est & alia, que datur ad bo. pos. C. vnde liber. l. fin. Est & alia de eo, qui abfuit causa reipublicæ, vel alia iusta causa, vt C. in quibus cau. in integ. resti. non est ne. l. j. ff. ex quibus cau. ma. l. pe. & C. eo. l. vlti. Est & alia de eo, qui alienat causa iudicij mutandi, vt ipse postea haberet. vt ff. de alie. iu. mu. causa fac. per to. Est & alia quæ datur pro homine mortuo de eo, quod deiectũ erat vt ff. de his qui deie. vel effu. §. hæc actio. ver. si libero homini. Est & alia de seruo interempto, & retro cõputatione facta. vt ff. ad leg. Aquil. l. vlti. §. si ita. Est & alia vt si quis pecuniam recepit, vt negotium aliquod faceret. vt ff. de cal. l. j. Est & alia, vt si quis conuitium faceret. vt C. de iniur. l. j. & l. si non conuitij. Est & alia vt si per metum vendidit. vt ff. ꝙ met. cau. l. si cũ exceptione. §. ij. Est & alia, vt per scriptũ hæredem adeatur hæreditas. vt C. de insti. & sub. l. iiij. in fi. Dy. Est & alia que datur pro nomine peculij. vt C. ad maced. l. macedonianũ. Est & alia cũ seruo cũ peculio pretio peculij, statuto vẽdito. vt ff. de pe. l. & ancilla. §. ij. Est alia de eo, qui in fraudẽ creditoris alienauit omnia bona sua: vt C. de reuo. his quę in frau. cre. l. vlti. Est & alia, vt fiat inuentariũ de rebus existẽtibus alibi, vt C. de iur. deli. l. scimus. § si autẽ. Est & alia de proclamante in libertate si citatus nõ venit, vt C. de asser. tol. l. j. §. si uero. Est & alia vt hæres soluat legata & fideicommissa. vt in auth.

de

22 de hęred.ab intest.§.illud.Dy.Est & alia de †creditore,qui rapuit res obligatas,vt C.vi bon.rapt.l.ij.

EST & alia de eo,qui vocauit in iudicium illum, quẽ vocare nõ debuit, vt ff.de in ius voc.l.pe.Est & alia de accusato, qui petebat honorem.vt C.de mu.& ho.l.reus dol.Est & alia, si quis expulsus vi est.vt C.de iu.l.ij.Est & alia, vt episcopus extra diœcesim existens contra suã ecclesiam non stet. vt in authen.de sanct.episco.§.contra.Est & alia de eo cui imminebat tutoris petitio.vt authẽ.sicut.C.de leg.tut.Est & alia de eo,qui vocatus ad iudicium non venit,vt C.de requi.re.l.ij.Alia est in causa appellationis vt C.de temp.app.authẽ.ei qui. Est & alia de dote soluẽda soluto matrimonio.C.de rei vxo.ac.l.j.§.exactio.Alia est si quis ius dic.non obtempe.vt ff. si quis ius di.nõ obt.l.j.§.fi. Alia est quæ obiicitur filiis emancipatis non petẽtibus bo.pos.vt instit.de bon.pos.§.liberis itaque. Alia est quæ obiicitur extraneis hæredibus.C.de iure delib.l.cũ antiquioribus.Alia est quæ obiicitur postulanti sibi adiici de rebus vẽditis creditoribus.vt C.de iure delibe.l.vlti. Alia est quæ obiicitur dominis,quando quis de nouo est factus seruus.vt in authen.de sanct.episcopis.in prin. Est & alia vt si cui relictũ est
23 vt nubat seruo.Est & alia quia†remouentur suspecti officiales cum officium recte non administrant.vt C.de suspec.tuto.l.j. Alia est quæ obiicitur minori, scilicet de dote non numerata. vt in authen.de tem.non sol.pe.§.generali. Alia est si maritus scripsit se dotem recepisse,quam nõ recepit & sit mortuus intra biennium post annum soluere compellitur. vt de non nu. pec.l.j.Alia est, qui sine commeatu de castris recessit si redire noluerit.vt C.de col.l.vlti.Alia est, qua remouentur fortissimi milites si annonam non petant.vt C.de erogatio. mili.an.lib. xij.l.j.Est & alia quæ obiicitur vasallo inuestituram non petẽti.vt x.col.quo tempore mili.inuesti.pe.de.§.j. Est & alia qui interfecit seruum,vel pecudem.vt ff.ad l.Aquil.l.ij.

Præscriptio duorum annorum.

24 PRAESCRIPTIO est duorum annorum, † quæ datur debitori neganti sibi pecuniam mutuatam.de verbo.oblig.per totum.Est & alia de dolo.vt C.de dolo.l.fi.vbi datur biennium continuum actionem de dolo moueri posse siue præsenti siue absenti.& computatur non à die scientiæ, sed à die commissi doli.Et not.quod non perpetuatur hæc actio lite non contestata nec est reperire in alia actione,quod est notandũ. Est & alia de

de patrimonio fabricenſi, vt C. de fabri. lib. xj. Eſt & alia de locatione horreorum. vt ff. loca. l. cum domini. Eſt & alia de muliere perfectæ ætatis quæ pignus dedit vel locauit. vt C. ad velleia. l. ſi mulier. Eſt & alia de emphyteuta, qui ſi alienat eo nomine. vt in authen. de non alie. §. ij. Eſt & alia vt cauſa incipit. vt C. vt intra certũ tempus cri. q. ter. l. vlti. Eſt & alia de cri. deſer. predij. C. de agri. & cenſi. l. agris. Eſt & alia de ſubmer. C. de naufra. l. penul. Alia eſt de do. fiſci. & defenſoris ciuitatis. C. de aduoca. diuer. iudi. l. ſancimus. Eſt & alia de mortuo in terra tranſmarina legato: vt de leg. l. j. Alia eſt de dormiente creditore. vt C. de bo. auth. iudi. poſ. l. j. Alia eſt de pignore debitoris. vt C. de iu. do. l. pe. §. fi. Alia eſt de non numerata pecunia, vt C. de non nu. pe. l. vlti.

Præſcriptio trium annorum.

25 EST & alia præſcriptio † trium annorum, vt in rebus mobilibus vt inſti. de vſu. & C. & ff. per totum. Alia eſt triennalis, quæ cõpetit mulieribus pro dote ſua, vel exactione dotis annua bima trima die. in primo anno vna pars, in ſecundo alia pars, in tertio anno tertia pars, quæ ſublata eſt per authen. dotis ex ſtipulatu. per quam videntur omnia immobilia ſtatim redire, & mobilia intra annnm. vt C. de rei vxor. act. l. j. §. cum autem. Alia eſt cum quis emerit ancillam vt eam manumittat & ſi diuertat vxor à viro, ſi eam cogere non poteſt. vt in authen. de nup. §. circa. & ff. de diuor. & re. l. vxoris. Alia eſt vt lis nõ protrahatur. vt C. de iudi. properandum. §. j. Alia eſt de emphytheuta C. de iure emphy. l. ij. §. ſinautem. Alia eſt de aleatore, qui ludit ad tabulas. vt in authen. de ſan. epi. §. j. Alia eſt vt ſeruus ſtet in monaſterio. vt C. de epiſ. & cle. authen. debet. Alia eſt vt mulier alat filiũ. vt C. de pa. poteſta. l. nec filiũ. in gl.

Præſcriptio quatuor annorum.

26 ET eſt alia præſcriptio quatuor annor. & illa † primo eſt duplex vna quæ competit ei, qui vi poſſidet bona vacantia, poſt quam fuerunt fiſco denunciata. præſcribit enim quadriennio etiam ſi non habeat titulum, vel bonam fidem, quod eſt mirabile. & hoc eſt ſpeciale propter negligentiam fiſci, qui negligit petere bona denunciata. vt ff. de iure fiſci. l. prima §. diuus pius. Eſt & alia, quæ competit quando fiſcus vendidit rem alienam ſingularem, vel quocunque

titulo

titulo alienauit:dominus eius rei non conuenit eum, cum res est aliena, sed fiscum pro æstimatione rei:postea vero non auditur. vt institu. de vsucap. in fin. C. de quadri. præ. per totum. Est & alia de restitutione hæreditatis: vt C. de temp. in integr. l. fin. Alia est de creditoribus vnde petatur: vt C. de bon. auth. iudic. possi. l. vlti.

Præscriptio quinque annorum.

27 PRAESCRIPTIO est quinque annorum, vt ne de† statu defunctorũ quæratur. vt C. ne de statu defun. l. is quem. vbi dicitur, quòd si aliquis decessit, & quinquẽnium transiuit post mortem eius, status quæstio vltra moueri non potest. Est & alia, vt quærela inof. testa. vt C. de inoffi. test. l. contra maiores. post quinquennium repellitur volens agere. Alia est de capto ab hostibus vt ff. de cap. & postli. reue. Alia est de nauiculariis & mercatoribus. vt C. de naufra. l. naue. Alia est de accusato ex adulterio vt ff. de adult. l. quinquennium. Alia est de hæreditate adita, vt separatio fiat. vt ff. de separa. l. j. §. quod autem. Alia est de filio pro parte excluso qui tacuit, vel repudiauit. vt C. de inoffi. testa. l. si quis in fin. Alia est de morato in libertate post manumissionem. vt C. ad macedo. l. ex eo. Alia est de interfecto a familia. ff. ad syllan. l. in cognitione. Alia est quæ fisco obiicitur iure vectigalis vt C. de vecti. l. ij. Alia est de collusione detegenda vt C. de collu. dete. l. ij. Alia quæ obiicitur hæredi minori de dote non competenti. vt C. de tempo. in integ. restit. authen. si minor. Alia est quæ obiicitur facto maiori petẽti rem, quam vere vendidit, quando minor erat. vt C. si ma. fac. l. fi. Alia est de redimendo ab hostibus. vt C. de postlimi. reuer. l. vlti. Est & alia de cubiculariis reuocandis, qui serui dicuntur. vt. C. de præpo. sa. cu. l. j. lib. xij.

Præscriptio septem annorum.

28 PRAESCRIPTIO est septem † annorũ de pupillo instituto in hæredem vtrum habeat effectum vt. C. de iur. delib. l. si infanti.

Præscriptio nouem annorum.

29 PRAESCRIPTIO est nouem † annorum vt præstarentur alimenta simpliciter relicta. vt ff. de alimen. le. l. vlti.

Præscriptio decem annorum.

PRAESCRIPTIO est decem annorum quæ obiici potest, vt † aduersarius probauerit post latam sententiam quid
30
cum

eum dedisse, vel iudicem accepisse: vt in auth. vt litigantes iũrent. §. si verò. Est & alia quæ locum habet in rebus mobilibus inter præsentes. Est & alia quæ locum habet inter absentes: de quibus duabus satis dictum est. instit. de vsuca. per totum. C. & ff. eod. Est præscriptio de seruo plagium committente. Est & alia de damno sine tempore: vt ff. de pecul. lega. l. si primo. Est & alia præscriptio de debitore fisci, qui & seruum manumisit: vt ff. qui & à quibus. & l. si cum. §. iij. Est & alia quæ inter præsentes bona fide obtinet. C. de præscription. xxx. anno. l. si quis emptionis. Est & alia contra eum, qui fecit testamentum, & nihil ostendit. vt C. de testament. l. sancimus. Est & alia contra eum, qui vsufructu, vel seruitute non est vsus: vt C. de serui. & aqua. l. vltima.

Præscriptio duodecim annorum.

31 PRAESCRIPTIO est xij. annorum † quæ refertur quo ad matrimonium contrahendum, & testimonium ferendum in causa ciuili, & etiam testamentum faciendum. vt institu. de nupt. in princip. & ff. de testa. l. iiij. & institu. qui. non est permissa. testa. §. præterea. Est & alia de dote non soluta: vt C. de tempo. in integ. re. auth. si minor.

Præscriptio tredecim annorum.

32 PRAESCRIPTIO est xiij. annorum † quæ datur decurionibus: vt C. de sena. l. iij.

Præscriptio quatuordecim annorum.

33 PRAESCRIPTIO est xiiij. annorum, quæ datur masculo † testari volenti, si sui interest, & ad matrimonium contrahendum & testimonium ferendum in causa ciuili: vt C. qui testamenta facere poss. l. senium. & l. si frater. & ff. eodem. l. v. in auth. vt spon. lar. §. iij.

Præscriptio quindecim annorum.

34 PRAESCRIPTIO est xv. annorum. † vt postulare quis posset: vt in authen. de temp. non solu. pecu. super dote. §. generaliter. colum. vij. Est & alia de manumissione facta à minore pro procuratore habendo: vt institut. quib. ex causis ma. §. eadem l. Est & alia vt clericus non ordinetur; vt in auth. de san. episco. §. presbyter.

Præscriptio septemdecim annorum.

35 PRAESCRIPTIO est xvij. annorum † vt cum quæritur

quis postulare possit & adoptare: vt ff. de postu. l. j. §. pueritiam. & instit. eod. §. minorem.

Præscriptio octodecim annorum.

PRAESCRIPTIO est xviij. annorum, scilicet in muliere cùm quæritur an admitti posset ad impetrationem ve-
36 niæ: vt C. de his qui ve. ęta. impetra. l. ij. §. fœminas. Est † & alia in arrogatore: vt ff. de adopt. l. arrogato.

Præscriptio viginti annorum.

PRAESCRIPTIO est xx annorum, scilicet in mascu-
37 lino, † veniam ætatis impetrauit ad vendendum: vt C. de his qui ve. æta impetra. l. ij. in principio. Est & alia de eo, qui rem alienam in absentia domini possidet: vt C. de præscriptio. xxx. an. l. si quis. Est & alia de eo qui bona fide in possessione stetit: vt C. de long. tempo. pręscrip. l. præsta. Est alia quæ de his bonis in curia aduocatorum requirendorum contra fiscum obseruatur: vt ff. de iure fisci. l. j. §. j. & hoc postquam scit se posse occupare: vt ff. de acquiren. rerum domin. l. iij. Est & alia vt querela falsi: vt de falsi. l. quærela. & l. cum mora. Est & alia vt de milite à militia dimisso, vt C. quando prouo. non est ne. l. veteranis.

Præscriptio vigintiquinque annorum.

PRAESCRIPTIO est xxv. annorum, scilicet cum quæritur an possit in iudicio interesse sine tutoris authoritate, & dicitur quod sic, si præscripsit tempus xxv. ann. ante verò non sine curatore: vt C. de authori. præstan. l. clarum. Est & alia an
38 † quis sit legitimæ ætatis. & videtur quod vbicunque fit mentio de legitima ætate intelligitur xxv. anno. nisi aliter dictum sit in contrarium: vt l. allega. & l. fin. C. de his qui ve. æta. impetra. Est & alia de eo qui non dedit. vt ff. de mu. & ho. l. ad rem. & ff. de edendo. l. j. Est & alia de muliere, quæ peccauit in corpus suum: vt in authen. de appella. §. si præstet. col. iij. est & alia de eo qui mentitus est in ætate: vt C. de his qui ve. æta. impet. l. fin. Est & alia de eo qui habet annos xx. & filios quinq;, quorum quilibet pro vno anno reputatur: vt ff. de mi. l. ij. Et nota quod omnes supradictæ non veræ præscriptiones dicuntur sed potius exceptiones.

Præscriptio vigintiseptem annorum.

PRAESCRIPTIO est xxvij. annorum, qua iuuatur is contra quem minor in iure restitui postulat.

Præscrip

Præscriptio triginta annorum.

39 PRAESCRIPTIO est xxx. annorum † quando possideo rem alienam sine titulo & mala fide: vel econtra si res fuerit vitiosa, non tamen si res fuerit religiosa, sacra, vel publica communi vsui vel publico deputata. tales enim non præscribuntur: vt C. de præscript. xxx. vel xl. annorum in rubro & nigro. Alia est de ecclesia regia, vel honorabili loco, vt in auth. de alie. & emphyt. §. non est. Alia est de sacrosanct. eccle. auth. quas actiones.

Præscriptio quadraginta annorum.

40 PRAESCRIPTIO est xl. † annorum quę habet locum in hypothecaria, quando creditor aliquam rem debitoris possidet, quæ est ei obligata. tunc enim xl. annorum spatio præscribitur non minori. licet extraneus breuiori tempore præscribat: scilicet spatio xxx. anno. vt C. de præscript. xxx. vel xl. ann. l. cum notissimi. item hæc præscriptio habet locũ in omnibus actionibus, quarum præscriptio est interrupta lite contest. illæ enim non extinguntur xl. anno. secus si alio modo esset interrupta, vt quia desinit possidere. vt C. eo. l. vlti. de quo dic vt supra no. Item in rebus ecclesiasticis non sacris, & immobilibus habet locum hæc præscriptio xl. anno. C. de sacrosanct. eccle. authen. quas actiones.

Præscriptio quinquaginta annorum.

41 EST præscriptio quinquaginta annorum † vt non ordinetur diaconissa: vt C. de episco. & cle. authen. diaconissa. Alia est in authen. habita. C. ne fi. pro patre.

Præscriptio sexaginta annorum.

42 EST præscriptio lx. annorum, scilicet de eo qui † arrogatur per principem: vt ff. de adop. l. iij.

Præscriptio septuaginta annorum.

43 EST præscriptio lxx. annorum † quæ excusat tutelis & honoribus vocatos. ff. de iure immuni. l. maiores lxx. annis à tutelis & muneribus vacant. sed qui ingressus est lxx. annum nondum egressus hac vacatione non vtetur: quia non videtur maior lxx. annis qui agit lxx. annum.

Præscriptio centum annorum.

44 EST præscriptio † centum ann. quæ competit solũ Romæ

ciuitati & ecclesiæ: vt C. de sacrosanct. eccle. l. vt inter diuinum. authen. quas actiones.

Perpetua præscriptio.

45 PERPETVA † præscriptio est sine temporis præfinitione, scilicet in feudis. in constitu. feudorum. l. imperialem decet solertiam, &c.

TRACTATVS PRAESCRIPTIOnum Domini Dini à Muxello. Finis.

TRACTATVS DE PRÆSCRIPTIONIBVS DOMINI GVLIELMI DVRANDI CAESAREI Pontificiiq́ue Iuris speculatoris eximij.

PROOEMIVM.

RECVRRITVR ad summistas: quia practici authores de hac rubrica non tractauerunt, saluo quod de rescissorio dixit Roff. de qua tractauit author. suprà ead. parte. de restit. in integr. Pabulum autem recepit author ab Albe. Gal. sui operis rubrica vltima. de hoc etiã Nepos de Monte Alba. tractauit sua rubrica vltima. Scias quod Host. in summa huius titul. vbi de præscriptione rerũ immobiliũ. §. ij. colligit diuersa tempora præscriptionum, sed copiosius posuerat Azo in brocardis vbi de præscript. Nepos de Monte Alba. enumerauit aliquas, vbi suprà. Guido de Suza. post authenti. & consequenter. C. de senten. & interlo. & videas quod vnam numeratam dedit nobis author de practica quod fuit: quia non habuit conductores suos practicos: vt dixi in princ. cum tamen materia sit valde canonica quod patet eo. tit. per totum. & libellos episcoporum vendicantium iura episcopalia in ecclesiis diœcesis suæ, siue petant ab illis, siue ab ipsorũ possessoribus collige eod. ti. auditis. & c. seq. & c. cũ olim. de archiepiscopo quo ad ius metropoliticum eodem titu. cum ex officij. de censi. sopitæ. in ca. autem. cum non liceat. eodem titul. archiepiscopus agebat vt episcopus: vt ibi patet. Contra istos autẽ solet allegari præscriptio: vt in ipsis iuribus apparet, per quam dicunt ipsi subditi se exemptos & liberos à potestate illorum, & quomodo veniat probanda ipsa exceptio, vel libertas coram ipso, patet hodie in c. cũ personæ. de priui. li. vj. Si verò iudex datus esset ad causam ad petitionem episcopi vel subditi: sit in diœcesi: ipse sub-

ditus reus vel actor habet probare. Forma igitur articulum super præscriptione exceptionis, & libertatis, & iurisdictione illius: sed episcopi solent articulum improbare, dicentes libertatem non posse præscribi: nec obedientiam: nec quē posse possidere seipsum: & sic nec præscribere. per c. cum non liceat. Item addunt illud, posse præscribi contra episcopum, quod per eum posset remitti. sed episcopus non posset remittere. de don. apostolicæ. C. de bonis lib. l. fi. præscriptio quæ est per taciturnitatem remissio. Sed clerici respondent & fatentur quod suo proprio nomine libertatem præscribere non possunt: vt no. in c. auditis. in iiij. glo. sed præscribuntur à Papa, vel alio cuius nomine illā allegant. & si opponatur de ignorantia Papæ: vide quod dixi. s. de teste. §. nunc videndum. in prin. versi. adhuc opponūt. Negant etiam quod dicitur libertatem præscribi nō posse, inducentes ff. de acqui. pos. possideri. §. si seruus. & de lib. cau. liberis. §. fi. & l. igitur. §. j. & apertius. C. de long. tempo. præscrip. quæ pro liber. in rubro & nigro. ad id quod de obedientia dicitur: respondetur verum esse contra obedientiam non præscribi, vt per illam quis nemini sit subiectus: & sic acephalos: contra id. xciij. di. c. nulla. de censi. omnis. & locusta. vt in li. prouer. xxx. Regem locustæ non habent. Sed obedientia certæ personæ, vel certe dignitatis bene præscribitur. Sic de priuile. cum personæ. Quod dicitur neminem se possidere, & sic nec præscribere, respondetur, quod præscriptio quandoque inducitur ad quærendum rem, vel ius in re. & verum est, neminem ius acquirere in seipso; quia se non possidet, bene tamen potest quis acquirere sibi defensionem contra ius alterius, & extinctionem illius iuris. & exceptionem inquantum habet effectum negatiuum præscribit: obedientiam autem inquantum duas personas respicit præcipientem & parentem nullus sibi præscribit: nullus enim sibiipsi imperare potest. ff. de arbitr. l. penult. & correlatiua non cadunt in vnum. de instit. c. vlti. cum concor. Facit ad prædicta ff. de stip. seruorum l. iij. Negant etiā clerici possessionem superiorem dicētes præscribi posse, quę pacto remitti non potest; nam rei communi paciscendo quis seruitutem non quærit, quam tamen quærit præscribendo. primum patet ff. de serui. rustic. prædio. l. si vnus. Secundum, de seruit. vrba. prædi. l. si inter me. & ibi not. & communia præd. l. proprium. & l. seq. & est ratio: quia consensus, qui in præscriptione inest, habet perseuerantiam temporis, quæ superaddit ad simplicem consensum. facit C. ad velle. si mulier. ij sicut & addit

addit ad priuilegium: vt in præ.c.cum personæ.& C.de fun.pa. l.fi.lib.xj.Quidam etiam non fatentur secũdum, scilicet, quod episcopus non possit remittere ecclesiæ ius episcopale. de hoc vide quod plene scripsi de censi.cum venerabilis. super glo.ij. Ad rubricam autem pertinent vj.quæstiones quas scripsi super regula possessor. de regulis iuris libro sexto. Et quæstio quam scripsi super regula, plus semper.de qua.infra dicam. Et quam scripsi super regula, qui ad agendum scilicet quod ecclesia contra laicum præscribit decennio. Item quæstio, an parochiani præscribant præsentationem rectoris? de qua plene super regula, quod alicui gratiosæ. Pertinet etiam quæstio Goffred. xviij. ann. decennalis præscriptio currat laico in iure indiuiduo, quod habet cum ecclesia, quam scripsi de iure patrona.c.vni.in fin.lib.vj.Item quæstio dominicalis.xxij.quam scripsi eo.c.in vlti.glo.de præscriptione contra laicum inchoata, cui succedit ecclesia:& ibi etiam.lxij.q.Pilei.Itẽ venereal. 59.an præscribat emptor rem ecclesiæ sibi venditam sine solennitate? de qua scripsi de reb.eccle.non alie.c.secundo, super glo.lib.vj.Item quæstionem.xxj.Pilei vide supra de restit.spol. §.secundo, in fine. Item quæstionem Goffr.de priuilegiatis de eligendo episcopum cum capitulo, quod eis non currat, si per xl.ann.ecclesia non vacauit.scripsi de consue.c.vlt.in prin.lib. vj.Item de quæstione meri imperij an præscribatur, scripsi de foro compe.cum contingat.in glo.non dixit Roff.sua.c.vbona. tractat an constituta seruitute eo pacto, quod tempore nõ tollatur, impediatur pręscrip.x.vel.xx.an.per tale pactum:& quia quæstio in volumine habetur, sufficiat nunc, solutio quæ habet, quod illi qui per seruitutem intentat confessoriam, non obstabit illa præscriptio, in qua deficit bona fides.ff.quemadmodum serui.amit.l.seruitutem.de serui.vrb.præd.l.hæc autẽ iura. Error enim esset in facto proprio ff.ad Velleia. quanquam.Item si non agatur contra paciscentem, sed contra habentem causam ab illo.ff.communia prædio.venditor.in prin. quod enim obstat venditori: obstabit emptori.ff.si fami.furt. fecisse dic.l.quoties C.de euic.l.emptori.secus dicit si possidet non habens causam a paciscente cum pactum personale non rem sed personam afficiat.ff.de contrahen.emptio.l.fina.& de religi.& sumpt.fune.l.Neratius.subdit autem quod licet Azo dicat confessoriam intentatam melius sibi videtur hæc agi ex stipulatu, vel præscriptis verbis, quæ datur & competit post pactum appositum.licet seruitus sit oblata ff.quib.mo.vsusfru.

amit.l.sicut in annos. Habeatur etiam quæstio Vber.de bo.extra volumen ipsius, qui quærit an.xxx.ann.præscriptio currat contra prodigum, cui bonis est interdictum.ad affirmatiuam allegat de præscriptio.xxx.ann.sicut in rem.vbi enumeratur pupillus, & certæ personæ contra quas non currit, & prodigus de illis non est:non ergo sibi currit.facit C.de caduc.tol.l.vni.§.sinautem.in fin.ad hoc facit C.de in integrum restitutione.l.sicut curatorem habens.vbi talis æquiparatur adulto, cui talis præscriptio currit, & vide quod ibi not.propter quod de quæstione ista taceo. Soluit, quod sicut pupillo non currit: sic nec tali prodigo.lex enim prohibens alienare pupillo:porrigitur ad prodigum.ff.de reb.eorum qui sub.tu.l.qui neque C.de cur.furio.l.secunda.& plus similis est prodigus pupillo, quam adulto.supra remisi.& vide ff.quib.caus.in poss.ea.l.Fulcinius.§.adeo.alias Labeo. ad finem. vbi dicitur quod horum status ab his non multum abhorret.non obstat ff.de tutel.qui habet. quia verum est, quod concurrentibus ætate & dementia naturalis causæ habebitur consideratio in dando curatore: vt ibi: sed non propterea innuit æquè vtrique succurri. Subdit Vber. quod ad omne dubium tollendum quod cõcedatur quod currit:sed datur restitutio;sed in prodigalitate finita præscriptio. sicut in minore dicitur.C.in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.l.finali. Fuit alia quæstio Vbert.super l.si quis alia.in fine.ff.quemadmodum serui.amit.an vasallus libertatem & directum dominium feudi præscribat.xxx.ann. non seruiendo. Et præmitto quod Iacobus Veronensis posuit de hoc rubricam de acquiren.feud. per præscriptionem mihi char.xj.vbi ipse dixit, quod affirmatiua probari videtur per l. omnes.C.de præscriptione triginta vel quadraginta annorum. ipse tamen dicit quod litera ipsius l.si quis.facit ad contrarium, nisi interpellasset ius domini dicendo eum non suum dominum. Subdit autem posse distingui an deberet vasallus dare certas præstationes domino: puta tenere equum pro feudo.& tunc sit imputandum domino quod illas non exegit. Si autem erat feudum honorificum:non est quod imputari possit ei, qui nihil potuit exigere, statim hic resumam.& hoc satis sibi placet, vel distinguitur secundum eum, an intra tempus illud.xxx.ann.dominus habuerit negotia, ad quę vasalli essent vocandi. & verisimile est quod dominus vocasset, si vasallus fuisset:vt in militia, vxore ducẽda, vel similibus.ad talia enim si alijs euntibus, iste nõ fuit, interpellasse videtur ius domini:

& sic

& sic posset libertatē præscripsisse. libertas autem serui si mala fides non obstet, longo tempore præscribitur. C. de præscript. long. temp. quę pro lib. oppo. l. prima & secunda. & no. in præce l. omnes. in vlt. glo. de præscriptio. & tene quod ibi not. & in l. cum satis: C. de agrico. & censi. libro vndecimo, quæ lex in princip. videtur velle, quòd nullo tempore præscribat: Sed dic quod sexaginta annis præscribit. vt in l omnes. ad finem. Ad contrarium responde vt vtrobique. quærebat Iacobus Veronensis vbi suprà in fine. an qui triginta annis præscripsit feudum, si cadat à possessione, illud recuperare possit? distinguit an à principio habuerit bonam fidem, vel non. primo casu habet exceptionem contra omnem agentem: & actionem contra possessorem extraneum, sed non contra dominum. Secundo casu habet exceptionem, sed non actionem contra dominum, vel extraneum nisi contra illum qui vi deiecit: vel cōtra missum in possessionem: quia non venerat ad iudicium. alleg. l. si quis emptionis. in princip. & §. j. & §. sed hoc. & §. sed si quis. vidisti dictum Vbert. quòd à vasallo qui habet feudum honorificum, nil dominus potest exigere. dictum tamen istud non probauit aliquo iure: His diebus habui examinare quandam feudalem causam, in qua dicebatur vasallum illum inuestitum de feudo gentili & franco, alibi de feudo nobili, libero, & franco. & hæc satis sonant in honorificum. Est autem dubium quid sonent hæc verba? Iacob. de bel. qui in princip. vsuum feudorum ponit. x. distinctiones feudorum, in quo numero alios excedit: vt dicam infrà de feudis. in princip. pro sexto membro ponit feudum: nobile, minus nobile, aliqualiter vel medio criter nobile & ignobile. & hæc omnia sumit ex persona concedentis vt concessum ab Imperatore, Regi, Duci, Marchioni &c. dicatur nobile minus nobile concessum à prædictis, aliqualiter vel mediocriter nobile concessum à vasallis proximorum, ignobile concessum à minimis valuasoribus, à quibus nullam nobilitatem vel dignitatem consequi posse dicuntur. inducit Rubricam primam in vsibus feudorum, & Rubricam de feudo Marchiæ &c. cum duabus Rubricis vel §. sequentibus. sed hoc nihil ad propositum. ista enim sapiunt nobilitatem ex parte concedentis: & nos quęrimus nobilitatem, libertatem & franchisiam ex vi verborum: quæ verba possunt non esse etiam in infeudatione quam faceret Imperator. Et possunt esse in infeudatione quam faceret quis minor. Aliqui di-

cunt tunc demum feudum esse tale, quando propter hæresim vel culpam domini vasalli sunt absoluti ab omni eius fidelitate.xv.quæstione sexta nos sanctorum.cum duobus c.proximis.de hereticis.c.finali.sicut de patria potestate dicitur.eod. titu.c.secundo.in fi.libro sexto.Sed hoc non placet: quia per hoc non satisfit quæstioni,quid hæc verba in concessione feudi operentur.Item tales absolutiones quandoq; non sunt perpetuæ: vt in prealle.decre.vlti.scripsi.super prima glossa. Aliis videtur quòd vulgaris & communis dictorum verborum interpretatio sit teneda,vt sic sit francum,liberum, & sic nobile, vt apud vulgum verba sonant.extra de sponsa.ex literis.j.ff.de verbor.significat.anniculus.j.& vide alia iura circa hoc quæ scripsi infrà de fructibus & interesse.§.primo. versiculo sed quid si debeo.in fine.& sic indefinita locutio faciet illū omni libertate liberum, & ab omni seruitio absolutum. facit extra de testamen. significauit.ff. communia præd.si quis duas. in princip. & l.in tradendis. & quod ibi not.hoc dicere sonat in absurdum propter manifestam contrarietatem & repugnantiam. Propter quod dici posset talem infeudationem non valere.de appell.solicitudinem.cum concor.vltima glossa ff.de regulis iuris. vbi repugnantia.ff. de hæredi.institu. si Titius. esset ergo quædam libera donatio.sicut enim nequit quis esse liber & seruus:ita nec in totum liber vel non obnoxius & vasallus:Propter quod dicendum est quòd si qua seruitia fuerūt expressa in concessione:ad illa tenetur.facit ff.de oper.liber.l. vt iurisiurandi.& de libe.causa.l.finali.& ad illa non extendentur verba prædicta liberum & francum, si nil fuit expressum, sed iuramentum fidelitatis præstitit ad illa capitula iuramenti non extendetur libertas.Si vero non iurauit quod esse potest per pactum in prima feudi datione appositum vt in libro feu. per quos fi.inue.capitulo secundo.& de capitu.Corra. in princip.tunc puto quod remissio iuramenti non eximat à fidelitate: quo ad capitula quæ continentur in fidelitatis forma in vsib.feud.titu.de forma fidelitatis.& titu.seq.&.xxij.q.quinta. De forma hoc patet apertè, extra de iureiurando.veritatis. & tunc intelligam Vbertum fuisse locutum exactionem fieri nō posse.scilicet,vltra illa quæ continent fidelitatis formam.hic autem intelligantur dicta salua interpretatione,si quà alia certa illorum verborum in illa patria: per ea quæ dixi & ad quæ remisi in ver.aliis videtur.

SVMMARIVM.

1 Directum dominium dicitur per præscriptionem acquiri.
Libellus qualiter sit in materia præscriptionis concipiendus?
2 Debitor tutus præscriptione xxx. anno. nihilominus soluit, an possit repetere?
3 Præsens vel absens qualiter quis dicatur?
4 Fundum habens cum alio communem, si illum insolidum vendiderit an currat longi temporis præscriptio?
5 Titulus an desideratur in præscriptione longi temporis quæ opponitur contra creditorem?
6 Possessor rei mobilis an eam possit præscribere.
7 Res possessa per x. ann. bona fide & iusto titul. si demum reuertatur ad debitorem an xxx. ann. præscripta dicatur?
8 Præscriptio an currat contra ecclesiam vacantem?
9 Laicus non potest decimam præscribere: quia est res sacra.
10 Præscriptionem longi temporis opponenti, incumbit bonæ fidei probatio.
11 Præscriptio an currat illi qui non potest agere?
12 Colono, xxx. ann. stante an acquirat possessionem?
13 Colono vel emphyteuta per xxx. ann. pensionem non soluente: an postea possit peti pensio.
14 Præscriptio xxx. ann. tuetur quemlibet possessorem.
15 Iuri proprio renunciare an liceat?
16 Promissio de pensione soluenda post completam præscriptionem an sit tenenda?
17 Soluens v. cum annuatim teneatur ad x. an cursu xxx. ann. præscribat alia quinque?
18 Papa an possit contra alias ecclesias præscribere?
19 Præscriptio de consuetudine quantum tempus requirat?
20 Attentatio post completam consuetudinis præscriptionem in contrarium facta, an præscriptionem interrumpat?
21 Præscriptio & consuetudo qualiter differant.
22 Iurisdictio est quid incorporale: nec diuisionem recipit.
Incorporalia dicuntur omnia illa quæ in iure consistunt.
23 Præscriptio an per exceptionem interrumpatur?
24 Clericus an possit præscribere ius excommunicandi?
25 Allegans præscriptionem in rebus ecclesiasticis debet etiam titulum allegare & probare.

Sic

SIc libellum concipit.Libel. Corã &c.con.de P. à quo talem
rem,puta fundũ,vel censum, quem dico me legitimè præ-
scripsisse.xvj.quæstione.iij.cap.j.ij.& iij.& per totum extra eo.
sanctorum.& ca.sequen. Et not.quod libellus iste procedit se-
1 cundũ Bulgarum,& M.& eos qui dicunt† per præscriptionem
directum dominium acquiri.pro quibus facit.C.de bonis ma-
ter.auth.vbi.& xvj.quæstione.iij.inter memoratos.ibi, sit æter-
num dominiũ.& c.clerici.in fi.ibi , in ius suæ proprietatis pos-
se transcribere.res enim præscriptione temporis mutant do-
minium.ff.de vsu.l.eum qui.§.accedit.versi.& vniuersitas. Ioã.
vero , & alij dicunt per eam acquiri tantum exceptionem &
non dominium:nisi vtile,vt ea quæstio quicunque.ibi , secun-
dum ius legis eius non videtur esse diœcesis admittenda : ta-
men contra eum non est actio reposcendi. & ea.q.§.potest.ij.
a prope prin.ibi,vtiliter rem vendicare poterit[a],vt extra,de præ-
scrip.cum olim.& c.se.in quibus in modum exceptionis oppo
b nitur.de hoc secundum Papam extra eo.si diligenti.[b] † Quid
2 si mihi debebas.x.& licet tutus esses præscrip.xxx.ann.tamen
mihi soluisti,nunquid poteris repetere?ar. q sic.ff.rem ra.hab.
c l.fi.[c] ff.quod met.causa.quasdam.qui enim tutus est præscript.
similis est soluenti: vt ff.de admin.tut.pupillus.quidam tamen
contra:quia eras naturaliter obligatus.vnde solutum non re-
petes.ff.de condi.indeb.qui exceptionem ad idem.ff.de leg.j.
3 si creditori.si hoc probat præmissa opinio Ioann. † Quando [d]
d aliquis dicatur præsens vel absens , not.C.de præscript. long.
temp.l.fi.Quod si possessor nullum habet domicilium: pro ab-
sente habetur. Si vero habet in pluribus locis , quod esse po-
test,vt extra de for.compe.ex parte.& ff.ad munic.assumptio.
§.fi.& l.eius qui.quo ad omnes pro præsente habetur. vt ibi-
4 dem not. † Quid si is cum quo habeo fundum communem,
illum insolidum vendidit:nunquid præscribit longo tempore?
videtur q non:quia cum sim actor,habeo actionem commu-
ni diuidundo:vt C.communi diui.l.ij.& iij.ff.eo. communi di.
§.fin.ff.de act.empt.Iul.§.idem Celsus.arg.contra. C.de com-
muni.re.ali.l.j.Sed dic quod non agam.cum non probem me
dominum except.obstante:vt ff.famil.ercis.l.de hoc.C.in qui-
5 bus caus.ces.long.tempo.præs.l.vnus. † Sed nunquid in præ-
scrip.long.temporis , quæ opponitur contra creditorem desi-
deratur titulus?dic q sic , prout not.C.de præscriptio.xxx.ann.
cum notissimi.in princip. Vtrum autem tunc sufficiat alle-
gari titulum probata longi temporis possessione?de hoc extra
de

de censi.peruenit.ff.de vsur.cum de in rem verso.suprà de re-
6 stitutio.spoliato.§.nunc dicamus. † Sed an possessor rei mo-
bilis eam præscribit? Respon.sic, & non debet ei nocere: quia
breuiori tempore dominus factus est: vt not.suprà de cap. &
postli.reuer.in bello.§.seruum.& C. si aduer.creditorem.l.j.§.
7 fi. † Quid si possedi per x.an.bona fide,& iusto titulo, & de-
mum res reuersa,est ad debitoré: nunquid est præscripta.xxx.
annis? & videtur quod sic.ff.de diuer.& tempo.præscrip.an in vi-
tium §.fina. Sed dic contra: vt ff.qui.mod. pign.vel hypotthe.
8 solu.sicut.§. superuacuum est. † Item not.quòd licet contra
ecclesiam vacantem non currat præscriptio, vt extra eod.de
quarta. & capitul.primo iacente tamen hæreditate bene cur-
rit: vt ff.de in diem addic.si prædio.ff.de vsu.l.fin. ff.de diuer.
& tempor.præscriptio. si seruus.ff.de verborum obligatio.ad
9 diem. † Item licet laicus qui nequit decimam possidere cum
sit res sacra nequeat ipsam præscribere: vt ff.de acquiréd. pos-
sessio.qui vniuersas.§.primo & C. de sacrosanctis ecclesiis,
sancimus. & extra de præscriptio.causam quæ.tamen eccle-
sia bene præscribit contra ecclesiam,si habeat titulum & bo-
10 nam fidem: vt extra eo.de quarta. & capitu.ad aures. † Item
præscri. longi temporis opponens debet probare bonam fi-
dem,quod facit eo ipso, quod contrarium non probatur.ff.de
verborum significatio.bonæ fidei.ff.de probatio. verius. C.li-
11 bro duodecimo qui mil.non pos.super seruis. † Sed an ei,qui
non potest agere currit præscriptio? videtur quod non. vt in
præal.l.cum notissimi.§.illud. & C.de annal.exceptio.l.prima.
§.fin.argu.contra quod currat sed restituitur.ff. de serui.rusti.
præ. Attilicinus: sed dic vt ibi not. Quid si impetro priuile-
gium: quod dempto canone vel decima possideam? dic quod
præscribam.vt C.libro vndecimo de fundo pa.l.fin.de hoc.C.
12 de præscriptio.triginta annor.l. competit. † Quid si colonus
stetit triginta annis: nunquid dominus amittit possessionem?
quidam distinguunt: aut soluit pensionem: aut non: & sic in-
telligunt.C.de præscription. triginta ann.malè agitur Azon.
e contra [e] vt not.C.de fi.instrument.plures. & in præ.l.malè: &
13 facit extra de except.præla.illud. † Quid ergò si colonus vel
emphyteuta cessauit in solutione pensionis per triginta ann.
f nunquid postea petetur pensio? Respon.non illius anni: [f] sed
sequentium sic,vt tot sint præscriptiones quot etiam petitio-
nes. Alij contra.de hoc infrà de loc.§.nunc aliqua.versicu.qua-
14 dragesimoprimo. † Pone. colonus vel emphyteuta domino

igno

ignorante vendidit & tradidit fundum conductum tamen à domino à quo conduxit pensionem soluit, emptor iste triginta annis, possedit: tunc ipse colonus in præstatione cessabit debitæ pensionis: dominus vero agit rei vend. contra emptorem. quæritur an possit? & videtur quod non: quia colonus tradendo fundum dominum possessione priuauit. ff. de acquirend. possessio. possideri. §. quod si seruus. & l. peregre. §. quibus. & si emptor ciuilem & naturalem habuit possessionem: & merito præscribit: nam præscriptio. triginta annorum, tuetur quemlibet possessorem. C. de præscriptio. triginta ann. sicut arg. contra quod præscriptio non currat: quia dominus non fuit negligens & contra desides &c. vt C. de annal. exceptio. l. fina. in fine, decimasexta quæstione tertia, §. potest & aliter. extra de præscriptio. vigilanti. Quod autem dominus non amiserit possessionem, videtur: vt ff. de acquirend. possessio. quamuis. §. primo. Sed dic quòd amiserit, secundum Pill. g vt ff. quib. mod. vsusfruct. amittat. Pompon. de æquitate tamen contra præscriptio. restituitur ex generali clausula, si qua &c. ff. ex quibus caus. maio. l. prima, in fine. † Quid si colonus fundum vendidit & tradidit, & emptor triginta annis, possedit: dominus contra emptorem agere cœpit: emptor verò pensionem præsentis temporis obtulit: dominus eam recipere recusauit, nisi & præteriti temporis pensionem offerret: emptor autem id facere recusauit: nunc quæritur an dominus agere possit? & videtur quòd sic: quia emptor offerendo iuri suo renunciasse videtur, vt ff. de l. commisso. l. de lege. §. fin. & post diem. C. de pact. inter empto. & vendito. commissoriæ. licitum enim est renunciare iuri suo: vt ff. de pact. pactum. C. de episcopis & clericis, si qui in conscribendo. extra de reg. ad apostolicam. argumen. contra quia præscriptio legitima tuetur possessorem. C. de præscriptio. triginta annorum, omnes. & emptor iuri quod ignorauit sibi competere, non videtur renunciasse: vt ff. de inofficio. testa. matri. ff. de petitio. hæredita. l. legitimam. dicit Pil. h quòd aut sciuit: & tunc videtur renunciasse. aut ignorauit: & tunc non, vt ff. de noua. & delegatio. si quis delegauerit. ff. de operis liber. cerdonem. & l. sicut patronum.

g (margin)

15 (margin)

h (margin)

16 † Quid si quis post completam præscriptionem se soluturum promittit, numquid tenetur? Respondeo sic, si sciens promisit

misit, secus si ignorans.ff.si quis cau.sed & si.§.fi.ff.ad maced.l.fin.ff.de operis libert.sicut. & l.cerdonem. extra de re iudic.
i quod consultationem [i]. † Quid si cum deberem annuatim
17 soluere: decem nomine pensionis, solui tantum quinque per triginta ann.nunquid præscribo in reliquis quinque? argumēt. quod sic.ff.quibus modis vsusfruct.amitt.placet & ff. si seruitus.vendi.si eo.§.primo.ff.quemadmodum seruitus amitt.l.secunda, argument.contra.C.de vsusfruct. aduersus.ff.eod.cum quidam.C.de non numerata pecunia: cum fidem. de hoc in præ.l.cum notissimi.§.penulti. & infrà de loca.§.nunc aliqua.
k versicul.quadragesimotertiò.[k] † Illud etiam quæritur vtrum
18 Papa possit contra alias ecclesias præscribere? & videtur quòd non: nam omnes ecclesiæ suæ sunt:quia habet plenitudinem potestatis in qualibet earum:secunda quæstione, vj. qui se scit. nona quæstione,tertia nunc vero extra de concessio.præbend. proposuit.C.de quadri.præscriptio.bene.vigesimatertia,quæst. octaua,conuenior:ergo per præscriptionem nihil acquireret: quod verum est: licet aliter negligendo ius suum perdat.sic econuerso contra ipsum non præscribitur: cum ipse nihil perdat,licet aliter sibi acquirat:vnde aliqua ecclesia bene præscribit res ecclesiæ Papæ subiectæ.decimasexta quæstione quarta,
l voluimus.[l] extra eod.cum nobis.quia per hoc nihil deperit Romanæ ecclesiæ: contra quam non præscribitur, cuius ius semper est saluum,extra de re iudic.cum super.& capitul.sub-
m orta extra, de capitul.mo.dilectus. secundum Vin. [m] † De
19 consuetudine autem quæritur quanto tempore præscribatur? Respond. quadraginta annis in rebus ecclesiasticis.decimasexta quæstio.tertia,quas actiones extra de præscript.de quarta. de hoc secundum papam, extra, de consuetudi.cum dile-
20 ctus, & capitulo finali. † Quid si post completam præscriptionem consuetudinis semel, vel bis sit, in contrarium attentatum: an interrupta sit præscriptio? Respondeo, non: argumento ff.de pactis si vnus.§.sed si pactum.ff.de itinere ac-
n túque priuato, l.prima §.finali & l. secunda [n] † Sed quæ est
21 differentia inter consuetudinem & præscriptionem? Respondeo consuetudo est eiusdem actus repetitio: vt C.de episcopa.audien.l.tertia vigesimaquinta quæstione.secunda,ita nos. præscriptio autem est continuatio possessionis tēporis à lege diffiniti.ff.de vsu.l.secunda. vnde si bene attendas præscriptio

se

se habet ad consuetudinẽ, sicut disponens àd dispositum: actus enim repetitum quem consuetudinem dicimus continuatio temporis lege diffiniti, quam præscriptionem vocamus, dispo
o nit.° †Sed pone, miles quidam habebat castrum, & habebat
22 iurisdictionem dicti castri: sed in certis capitulis tantùm visus est dicta iurisdict. in quibusdam verò non per x. an. & amplius. quæritur an ei obstet prescriptio illis capitulis, in quibus visus non est? & videtur quòd non: quia iurisdict. est res incorporalis. ea enim quæ in iure consistunt incorporalia sunt. ff. de rerum diui. l. j. §. fin. & res incorporales diuisionem non capiunt. ff. de acqui. rerum domi. l. seruus. §. incorporales. licet sit arg.
p contra. xxiij. dist. quorundam.ᵖ Quod autem retineat iurisdi. in aliis capitulis quibus non est visus, facit. ff. si serui. vendi. si eo. §. fin. quemadmo. serui. amit. si stillicidium. §. fin. & l. seq. & arg. C. de duo. reis l. fin. arg. contra quod præscribatur. ff. de serui. l. vt pomum. §. j. ff. qui. mo. vsusfr. amit. is qui. & l. placet. Alb.
q Gal. dicit. ᵠ ꝙ obstat præscriptio arg. ad hoc extra de præscri-
r ptio. auditis. Papa videtur dicere contra ʳ: vt not. s̃. de iurisdi-
23 om. iudi. ad fin. ver. illud etiam. † Et not. ꝙ per except. non interrumpitur præscriptio: quia præscriptio introducta est in odium non petentium: vt extra eo. vigilanti. xvj. q. iij. c. dilecto. §. potest. At qui excipit non petit, nec per except. debet aliquid adiudicari: vt extra de or. cog. c. ij. Vtrum per lit. contest. coram non suo iudice, vel coram arbitro habitam fiat interru-
s ptio? not. suprà de lit. conte. §. fin. ˢ † Item vtrùm clericus pos-
24 sit præscribere ius excommunicandi, not. secundum Papam.
t extra de restitu. spo. olim inter.ᵗ † Hoc etiam not. quod alle-
25 gans præscrip. in rebus ecclesiasticis debet allegare titulum & probare: vt in decr. Greg. ix. extrauaganti, eo. titu. venerabi-
v lium ᵛ † Sed & vbi potius ex timore quàm ex debito præsumi-
26 tur aliquid fieri vel præstari: non sufficit, probari tempus, nisi & titulus probetur. ar. j. q. j. nullus. x. q. iij. quia cognouimus. Idẽ est si credatur causa hospitalitatis seu curialitatis præstitum. arg. ff. de acqui. poss. qui ire. quæ dic secundum Papam: vt extra eo. si diligenti. & s̃. de edi. instrumen. §. nunc autem. versic.
x quid ergo. ˣ † Sed nunquid possessor pignoris sciens rẽ obli-
27 gatam præscribit? R ñ. non. habetur enim male fidei possessor quo ad creditorem: vt no. ff. de acquir. pos. si quis fundum. §. si.
28 † Quid si debitor sciens fundum obligatum illum alienauit: nunquid eis mala fides nocet bonæ fidei emptori: videtur ꝙ non

non:nam aut illud malæ fidei,&c. loquitur in possessore alienante: & non in debitore: si dominus ignorauit alienari.[z]
29 † Sed de hypothecaria quæritur quanto tempore tollatur.[a]
Respondeo quandoque quadriennio:vt quando fiscus vendidit rem alterius hypothecatam vt suam:vt C.de quadr.præscr. l.ij.& l.final.Quandoque sopitur spatio x.vel xx.an:vt quando quis vendidit rem pignoratam bonæ fidei emptori ,nam tunc emptori inter præsentes decennio:inter absentes vicennio se tuetur:vt C.quibus non obst.long.temp.præscrip.l.fina. Quandoque xxx.ann.tantum tollitur : vt cum quis extraneus rem pignoratam possidet bona fide, & sine titul.vel cum titul.sed mala fide,vel sine titu.& mala fide : vt C.de præscript.xxx.an. sicut.& l.omnes.C.de annali exceptio.l.j. Quandoque sopitur spatio xl.anno.tantum:vt quando contra debitorem, vel eius hæredem intenditur:vt C.quibus non obstan.long.præscrip.l. fin.& in præscrip.l.cum notissimi.interdum spatio vj.mẽsium. vt C.libro x.C.de agri.& censi.l.final.de hoc not.C.si aduersus
30 credi.l.j.& ij. † Sed nunquid hodie,huiusmodi præscri.x.vel xx.anno.locum habent?& videtur quòd non : nam malæ fidei possessore alienante cessat long.tempo.præscrip.& in præ.authen.malæ fidei.nam semper hic venditor, idémque debitor, qui vendidit quantum ad hoc malam fidẽ habet quando vendidit rem obligatam? Respondeo quod in præ.l.continetur, verum est,cum non dominus vendidit : sed in præsenti materia aliud est.Et vide quod no.extra de re iudica.abbate sanè.li.vj.
31 in princi. † Quid si bene scit emptor rem alienam esse, ignorat tamen obligatam fore ; nunquid præscribit hypothecariæ actioni?Respondeo non,cum non possit præscribere rei vend. Sed quid si nesciuit emptor rem esse alienã:sciuit tamen obligatam fore?Respond.præscribit rei vend.sed non hypothecariæ.[b] Qualiter con.li.in publiciana, dixi suprà de cau.possess. & proprie.§.nunc dicendum[c].

ADDITIO.

a Poterit de hoc ibi,& in cap.præalleg. quicunque. & ea.q.in summa.] Adde quomodo quis possit præscribere obedientiã, quod nõ sit subiectus vni,sed alteri.Oldr.cõsi.clxxij. & ccliiij. & an ecclesia præscribat ius patronatus contra patronos,vide Abb.consi.cvj.secundo libro.Et an laici ex antiqua consuetu-

dine præscribant ius præsentandi, per eundem consi.lxxvj.eo.li.Et an conducens ad longum tempus : scilicet in emphyt.ab ecclesia sine solennitate præscribat? Vide Petr.de Anch.consi.vlti.Et Feuda an possint præscribi? Vide Bald.consil.lxxxij.j.li. Et an emphyteuta præscribat si rem emphyteuticam ecclesiæ tanquam propriam xj.annis possedit ? idem Bald.consil.cccxl.ij.libro.& an emphyteusis præscripta habeat eandem naturá, quam illa quæ pacto datur?vide Bald.consil.xxj.eo.ij.libro. Et an merum imperium præscribatur?& quomodo?per Angelum consilio cclxxxix. Pet.de Ancha.consilio cxlj.& ibi. Et quid si quis exemit ex tribus partibus duas alicuius castri,& vsus est in totum iurisdictione,an præscribat etiã illam tertiã partem? Additio.] Et an merum imperium præscribatur, vide omnino Bald.consilio ccccxxxix.incipi.amplius castrum.in iij.volu.& an acquiratur per consuetudinem & quomodo præscribi possit, vide Cardina.Zaba.in cap.cum contingat.de foro compet. Henry.Ferran.

b Si diligenti non fateor materiam ibi tractatam per Innocen. & vide quod scripsi de regul.iuris.possessor.libro vj. in princi. quæstionis.

c l.fin.& sic ibi not.in vltima gloss.

d Quando incipiunt verba Albe.Gal.

e Contra,scilicet quod soluerit non præscribi.& idẽ ibi Accur.

f Anni primi,scilicet postquam est finita præscriptio : vt patet ex remissione.

g Secundum Pil.] ad finem quæstionum suarum, quæstio quæ incipit,quare si colonus.

h Dicit Pil.]ad finem quæstionum suarum,quæstio quæ incipit, emphyteuta fundum.

i Quod ad consultationem.] alia iura ad idem scripsi infrà de noui ope.nuntia.§.j.in fine.

k Ver.xliij.] vide hanc quæstionem super regula, plus semper. de regulis iuris,libro vj.

l Voluimus.] vbi de hoc. Adde an Papa præscribat, Abbatem consilio lvij.secundo libro.

m Secundum Vinc.]qui hoc nota.in præ.decre.cum nobis.& vide quod scripsi de postul.bonc.ij.super iij.gloss.versiculo contra Papæ vero.

n Et l.ij.] qui concordant huic dicto, scripsi de consue.cap.fur. super pe.gloss.post princip.ver.quærit compe.

o Disponi.] vide quod not.extra de consue.cap.vlti.in vlt.gloss. versi.

versi.sed quam differentiam.& quod ibi plene scripsi.

p Quorundam.] Solennitas sacramentorum bene est diuisibilis:sed sacramenta non.& de hoc vij.quæstio.j.nihil.

q Dicit tit.fin.ante finem.

r Contra.] in decret.ij.de cap.mo.vbi scripsi in gloss.intelligas. vt not.suprà, de iurisdict.omnium iudic.ad finem versic.illud etiam.& not.quod per exceptioné non interrumpitur præscriptio,quæ introducta est in odium non petentium:vt extra eo. vigilanti.xvj.q.iij.c.dilectis.§.potest at qui excipit, non petit. nec per exceptionem debet aliquid adiudicari;vt extra de ordine cogni.c.ij.

s §.final.ibi concordantiæ.

t Olim inter.]ibi scripsi in magna glo.& vide quod etiam scripsi de religio,do:cum dilectus.in glo.hic satis.

v Venerabilium.] quam hodie nō habemus.sed fuit ex ea sumpta decre.j.eo.tit.lib.vj.vt ibi not.in j.glo.

x Versic.quid ergo.] Quæstio Pil.viij.& domini Cyn.xiiij.& distingue vt in præalleg.decreta.in eod.tit.libr.vj.scilicet an ius commune vel præsumptio sit contra præscribentem:& an allegret præscriptionem cuius initij non sit memoria.

y Alienari.] transportatio impedit intellectum. deberet enim dicere loquitur non in debitore : sed in possessore alienante si dominus,&c.hoc intēdit.Si autem loquitur in alienatione facta ignorante domino:ergo non procedit in alienatione facta per dominum:sed per debitorem,qui etiam quo ad proprietatem non possunt dici malæfidei:vt in l.si quis fundum. allega. suprà ver.proxi.& facit infrà duobus versicul.proximis.& hoc etiam placet Iac.de Are. vt sic.l.j.& ij.C.si aduer.cre.alle.infrà ver.proximo.de præscriptione contra hypothecariā non corrigantur.per authen.inducit ad idem.l.sequitur. §. si rem.ff.de vsu.vbi si debitor subtrahit creditori rem mobilem,& vendit: res vsucapitur:quia res non est furtiua,licet ipse teneatur furti.de hoc etiam per Cyn.in præal.auth.malæfidei. patet idem. ff.de furt.cum es.§.j.& §.si rem.Vnde ad intellectum huius,& eorum quæ sequuntur sciendum est, quòd dupliciter dicitur malafides;vna vera & propria,secundum quam quis bene scit rem esse alienā.alia est ficta:cum scilicet ex alterius persona authoris,scilicet si quis malæfidei censetur. Hic etiam distinguitur inter hæredem & singularem successorem:fingitur enim hæres vna persona cum defuncto. in auth.de iureiuran. à mo.præ.in princip.cum concor.non sic singularis successor,

ff.de diuer.& temp.præscrip.l.an vitium.in princ.& l. cum hæres.& quod ibi non.in vltima gl.de prima.scilicet vera & propria loquitur suprà eodem §.versi.proxi.& l.si quis fundum.ibi alleg.& versi.vltimus.infrà eod.secundo vero ficta,scilicet ex persona authoris non impedit præscriptionem contra hypothecariam etiã emptore vel donatario ignorante.& sic saluus maneat titulus præalleg.si aduersus creditorem:nec de eo casu loquatur authen.malæfidei, quod patet dum dicit, si verus dominus ignorat,&c.& idem versic.in auth.vt spon.lar.§.rursus,vnde sumpta fuit authẽ.ibi, si autem ignorat verus dominus,&c.de præscriptione igitur dominij loquitur. Declarandum igitur offertur quod ponit Cyn.vbi suprà post Iacob.de Are.vbi suprà cõstat, quòd de iure antiquo per alienationem rei mobilis committebatur furtum,& fiebat res inusucapibilis.institu.de vsucap.§.furtiuæ. Iustinianus in re immobili in qua non committitur furtum ex rei qualitate:quia contrectari vel baiulari non potest.instit.de vsucap.§.quod autem sustulit præscriptionem long.tempor.per prædictam auth.vt suprà dixi debitore rem mobilem surripiente creditori:quia res furtiua non est,procedit vsucapio emptoris:licet euidens fur fuerit:& sic sciẽtia vẽditoris non nocet emptori, sic in re immobili scientia vendentis, vel donantis sciẽter rem obligatam non nocebit emptori vel donatario contra hypothecariã præscribenti,& sic remanet titulus ille si aduer.cred.& non nocet mala fides ficta ex persona authoris isto casu,sicut nec illo.& vera locutione ille dicitur bonæ fidei.ff.de verb.sig.bonæ fidei. Item non noceret dominio acquirendo: licet sciret rem alij obligatam,vel vsumfructum alteri.ff.de contrahen.empt.qui à quolibet.& ibi no.est enim tale ius extrinsecum & extraneũ à dominio & possessione.argumen.ff.de leg.iij.l.Mæuius.§.penult.vbi vide in vltima gloss.

a Quanto tempore tollatur.] quæstio fuit Albe.Gal.de pig.post princip.sed hic plenius,quomodo autem alias tollatur, plenè no.ff.de pact.si tibi x.milia.§.de pignore.

b Hypthecariæ.]Hoc not. C.de præscript.xxx.vel xl.anno.sicut in rem in glo.malæfidei.

c §.nunc dicendum.

Bald.de præscriptionibus & exceptionibus. Rubrica.

AN solutio census facta perfecta per colonum vel emphytheotam qui de facto vendiderunt alij conseruet domino

no possessionem rei? casus est in l.Pompo.ff.quib.mod.vsusfr. amit.versi.pone colonus.G. An papa sit sub præscriptione actiua vel passiua cum non sit sub lege, versi.illud.G. Consuetudo est actuum repetitio, præscriptio est possessionis cõtinuatio.versi.sed quæ est differentia.G. An vsus iurisdictione in certis capitulis retineat possessionem in aliis capitulis, versic. sed pone miles.G. Quanto tempore tollatur hypothecaria, versi.de hypothecaria.G. An per citationem non præcedente aliqua petitione interrumpatur præscriptio suprà de excep. §.iij.& quando interrumpatur in criminali.suprà de citatio.§. nota quod in criminali.

An sententia det titulum præscribendi, suprà de primo & secundo decreto.quod l.si malæfidei possessor. Quod quale impedimentum impediat præscriptionem. suprà, deposi. §.quidam vult.& quot requirantur vt probetur præscriptio.suprà, de proba.§.pone me possedisse pro materia, vide etiam suprà, de restitu.spolia.§.pone.& §.sequen.vsque ad finem. No. quòd exceptio non numeratæ pecu.potest opponi confessioni vel liberationi: vt ff.de acceptilationibus. lege si acceptolatum. inter acceptilationem & apocham. Bald.

COMPENDIVM SIVE SVMMA DE DIVERSIS PRAESCRIPTIONIBVS,

Antiqui ac immortalis memoriæ doctoris Domini ROGERII.

CAPITVLVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 Præscriptio dicitur quælibet exceptio essentiam capiens ex tempore.
2 Exceptio solo comparata fauore quæ dicatur?
3 Exceptio nec fauore nec odio comparata quæ sit?
Actiones vt plurimum terminantur anno.
4 Præscriptio quædam triduo compleri potest.
5 Appellanti quando obstet præscriptio anni?
6 Præscriptio duorum mensium actioni ex stipulatu potest opponi.
Redhibitoriæ actio quanto præscribatur tempore?
7 Estimatoriæ actioni præscribitur anno.
8 Prætoriæ actiones anno vtili præscribuntur.
9 Actio furti manifesti perpetua est.
10 Petitioni hæreditatis præscribitur quinquennio.
11 Fiscus quadriennali præscriptione gaudet conuentus pro re aliena, quam vt suam vendidit.
12 Actiones criminales (iniuriarum dempta) viginti annorũ tolluntur præscriptione.
13 Præscriptio anni vtilis vel centum dierum obest ei, qui prætorio iure vult succedere.

Omnium præscriptionum viã ita posse facili percipi opinamur, si ipsarum varietates prius diligenter exposuerimus.
1 † Est ergo præscriptio omnis exceptio ex tempore essentiam capiẽs, aliàs abusiuè quælibet exceptio etiã fori, præscriptio vocatur. Sunt autem exceptiones tales: aut fauore, aut odio so-
2 lo, aut vtroque, aut neutro, comparatæ. † Fauore solo comparata

tata est centum dierum, vel anni præscriptio, quæ bonorũ possessori obiicitur. Hæc enim nec primi gradus odio cui obiicitur, nec sequentis fauore, cui competit, sed creditorum gratia, vt citò quàm conuenerunt, habeãt, & ipsius maxime defuncti causa, ne eius bona tanquam prodigi & inopis possideantur, est à prætore inuenta. Huic similis videtur quinquennij præscriptio defuncti statum iuuans, vt institu. de bono. posses. §. vlti. licet non semper comparata est longissimi temporis præscri-
3 ptio siue vsucapio. † Neutro, id est nec odio nec fauore, vt præscriptio annalis, quæ actionibus prætoriis & pœnalibus plerunque obiicitur, quæ nec actoris odio, nec rei fauore introducta est. Sed quia prætoris imperium annuum erat: ideo & à prætore inuenta est. Actiones plerùnque anno finiuntur, vt iniuriarũ actio, & rescissoria, & aliæ multæ, vt instit. de perpe. & tempo. actio. in prin. Sed ex tẽpore oriantur, quæ non semper peræque computantur singularum præscriptionum tempora enumerare non sit tędiosum. Sunt enim pręscriptiones nũc triginta seu quadraginta, nunc decem siue viginti annorum, nunc minoris
4 temporis: quas vt minus frequẽtes statim transcurramus. † Est ergo quædam præscriptio quæ triduo completur: vt illa quæ clientis patrono errorem corrigere volenti obiicitur. vt C. de er. aduo. l. vlt. Sicut & illa x. dierum silentio ex die scientiæ nascitur: quæ appellare volenti opponitur: vt in auth. de appel. & intra quæ temp. §. j. col. iiij. proinde huic si intra decem dies appellasset triginta dierum obstaret præscriptio, si apostolos petere neglexisset, qui dies ex die sententiæ recitatione numeran-
5 tur: vt C. de appel. l. iudicibus. † Appellatori quoque, qui nõ ad principem appellauit, si causam exequi differat, anni præscriptio obstat: aut biennij si iusta causa impeditur primo anno exequi appellationem, vt in auth. de appel. §. ij. & in auth. de his qui ingre. ad appellan. statim post prin. Illi quoque qui volens appellare, seu apostolos petere, non est auditus, statuta sunt tẽpora anni spatij vel sex mensium, siue quatuor pro iudicis qualitate, à quo vel ad quem prouocatur, vt C. de appel. l. si appella-
6 tionem. † Actioni quoque ex stipulatu obiicitur quandoquè duorum mensium præscriptio, veluti cum quis in causa priuata sine scriptis fideiubens personæ exhibitionem pure promittit, vt C. de fideius. l. penul. Redhibitoria quoque sex mensium præscriptione ex ordine, in casu verò duobus mẽsibus tollitur, veluti cum pro cautione, quæ ædicto ædilium continentur, nõ præstita ea actione agatur, vel si conuenit vt redhiberetur res,

si displiceret. Quandoque ex conuētione est perpetua, vt C. de
7 ædil. act. l. si apud. & l. pen. ff. eo. l. si venditor. † Estimatoriæ quoque annalis præscriptio est impedimento ex ordine, & cū pro non præstita cautione intenditur, sex mensium præscriptione tollitur. Cædunt autem tempora quæ cōtra ædilitias actiones, præscriptiones pariunt ex venditionis die, vel ex quo rei venditæ cognosci potuit latens vitium, vt ff. eod. l. si venditor. & l. quod si nolit. §. qui mancipia. l. ædiles aiunt. & l. cum sex. Prætoriæ quoque pœnales actiones ex ordine anni † vtilis præscri-
8 ptione extinguntur. Rescissoria rei persecutoria cum sit: quia contra ius ciuile datur, eadem præscriptione tollitur, si qua verò pœnam & rem persequitur, quo ad rem perpetua, quo ad
9 pœnam annalis est. † Actio vero furti manifesti, licet pœnalis prætoriáq; sit, perpetua est, & ea quæ pro eiecto vel effuso competit, & si quæ similes inueniuntur, vt ff. de act. & oblig. l. in honorariis actionibus ff. vi bo. rapto. l. ij. §. fin. & insti. de tempo. & per act. circa princip. ff. de vi & vi arma. ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero. §. prætor. §. fi. Actioni vero de dolo continui bien-
10 nij excepti: obiicitur. vt C. de dolo. l. optimum. † Petitio quoq; hæreditatis quando sub inofficiosi colore intenditur quinquennali præscriptione tollitur, quæ præscriptio tuetur etiam statū defuncti, qui communi opinione non in fugā conuersus atque latitans: nec passus status controuersiam mortis tēpore vt ciuis Romanus vixit, vt C. de inoffi. testa. l. si quis. C. ne de statu de-
11 functo. per quinque. ll. si mater, si pater. repetitio. † Quadriennij quoque præscriptio tuetur fiscum ab actione vtili, qua conuenitur, cum rem alienam vendidit vt suam: hæc quoque præscriptio fisco opponitur quandoque veluti cum de bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, quis bona fide emerit. Aliàs autē ex ordine fiscus. xx. annorum præscriptionem timet, nisi aduersus eam sint statuta minora tempora, vt C. de quadriennij præscrip. l. j. & ij. ff. de diuer. & tempo. præscri. l. intra quatuor. & l. is omnibus. ff. de requi. re. & ab. dam. l. ij. in casu vero quodam cōtra eum nulla currit præscriptio. vt. C. ne rei do. vel tēplo. vend.
12 † Criminales actiones. xx. annorum præscriptione extingūtur excepta iniuriarum actione, quæ anno terminatur, & adulterij simplici accusatione, quæ contra adulterum quinquennio continuo sopitur, vt C. ad l. Corne. de fal. l. quærela. & C. ad leg. iul. de adult. l. adulter. ff. ad leg. iul. de adul. l. miles. & l. vim passam.
13 † Volenti quoque iure prætorio succedere centum dierum, vel anni vtilis præscriptio obest, qui dies computantur vtiles, ex quo

quo quis cognatum mortuum, seséque ad successionem vocatum sciuit, an scisset nisi ius ignorasset, vt ff. de bonorum pos. l. bonorum possessione. institu. de bonorum possessio. C. de iur. & fact. ignoran. l. tertia.

De longi temporis præscriptione. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longi temporis quando inchoetur?*
Præscriptionem longi temporis quæ inducere possint?
2 *Titulus quid sit?*
3 *Vsucapere non potest qui titulum non habet.*
4 *Error in facto alieno toleratur.*
5 *Bona fides quæ requiratur in præscriptione longi temporis?*
6 *Personæ adminiculum in præscriptione longi temporis est necessarium.*
7 *Præscriptio vt initium capiat quid necessario spectari debeat?*
8 *Præscriptio longi temporis qualiter sit continuanda?*
Præscriptio longi temporis quibus seu per quæ impediri possit?
9 *Priuilegium rei præscriptionem impedit.*
10 *Vitium fundi impedit præscriptionem.*
11 *Præscriptio post sicut ab initio impedire potest.*
12 *Præscriptionis longi temporis quis sit effectus?*
13 *Præscriptio longi temporis solas in rem actiones tollit.*

Restat vt de longi ac deinde longissimi temporis præscriptione videamus. Est ergo videndum quomodo hæc præscriptio inchoetur. Causæ quoque videndæ sunt quæ deficiunt vel impediunt, ab initio vel postea. effectúsque eius tandem li
1 quebit.† Inchoatur autem hæc præscriptio si rem alienã à nõ domino ex empto vel simili causa acceperas. Inducunt autem præscriptionem hanc in primis titulus iustus, fides bona cum personę apprehendentis adminiculo, quæ sibi possit acquirere, ac tandem possessionis statuto tempore continuatio per ad-
2 uersariorum silentium roborata.† Titulus est omnis acquirendi dominij causa, id est, ex qua nostrum fiat, quod non erat nostrum, horum titulorum quidam aliena, quidam solius iuris nituntur authoritate. Et qui aliena authoritate nituntur, plerunque propria nomina habẽt, puta pro emptore, pro donato, pro dote, pro legato, pro derelicto, pro hærede, pro soluto. Qui

vero solius iuris authoritate gaudent, vno generali nomine, idest, pro suo vtuntur, quo solo titulo nostra fiunt omnia, quæ mari, terra, cæloq; capimus. quæ de rebus nostro dominio subiectis nascuntur & ea quæ fluminis iure, agris nostris adcrescunt, vel aucupatione, vel specificatione, vel simili iure nobis obueniunt, & sic istis titulis, nostrum fit tum vero & traditione, quod à veris dominis, vel præceptione quod de re nostra percepimus, ita si credimus, dominos licet non sint, qui nobis quid tradūt, vel ancillam nostram ex qua partum percipimus,
3 præscriptione serui vsucapionem inchoamus. † Si autem verus titulus deest, licet ipsum te habere crederes, non vsucaperes, nisi probabili errore facti deceptus esses, vti de eo dicitur, qui ad emendum aliquid suo mandauit procuratori, qui cum non emerit se emisse persuasit atque ita tradiderit, magis est vt dominus qui tali deceptus errore accipit pro emptore præ-
4 scribat, licet nulla fuerit emptio. † Error enim in alieni facti ignorantia, quia plerunque prudentissimos fallit, est tolerabilis, ideóque præscriptio prodest, vt ff. vsuca. l. Celsus & l. nunquàm. ff. pro empto. l. quod vulgo. ff. pro suo. l. vlt. & l. j. & ij. ff. de vsucap. l. potest. Nulla bona fides ex accipientis parte desideratur & ex dantis, nisi verus dominus, ius suum & alienationem
5 factam, ignoret. † Est & fides bona quantum ad hanc præscriptionem, si is qui accepit, dantem arbitretur alienandi eo modo ius habere. Item & in dante & hanc fidem vt pro emptore præscriptio inchoetur, oportet interesse & venditionis & traditionis tempore. In aliis autem sufficit eam adesse traditionis tempore, vel quo initium sumet præscriptio, vt ff. pro empto. l. ij. & l. qui fundum. §. promittatur. & in authen. vt spon. lar. §. rur-
6 sus. colla. ix. constitu. ij. † Personæ adminiculum in hac præscriptione desideratur vt cum exordium capere debeat, sic sit persona quæ suum aliquid possit habere, quæ si desit præscriptionis cessat initium. Inde est quod si quid seruo hæreditario detur ante, nec eius vsucapio, nec præscriptio inchoabitur: quàm si hæreditas fuerit adita. sic vt inchoetur hæc præscriptio personam desiderat. Vt autem postquàm est inchoata continuauerunt eam, nec bona fides, ita nec personæ desideratur adminiculum, nam nec ex posteriore rei alienæ scientia interrumpitur, & per hæreditatē vacantē cōpletur, vt C. de vsucap. non transf. l. vnica. ff. de vsuc. l. nūquàm iusto, pręscriptio, possessio. &
7 l. hæres. † Sed titulus iustus, fides bona, personæ adminiculū, vt initiū pręscriptio capiat, spectātur, vt vero cōsummationis finē capiat

capiat, possessionis continuatio per x. annos inter præsentes, per viginti inter absentes est necessaria, si præsentes sunt qui in eadem prouincia domiciliũ habent, absentes qui in diuer-
8 sis.† Continuatur autem hæc præscriptio sic, si nec ciuiliter nec naturaliter eius cursus fuerit interruptus. de qua re etiam latius videbimus, vt C. de præscrip. long. temp. l. j. ij. & vlt. Cum ergo ea adsunt quæ nũc notauimus curret præscriptio, si quoque absint ea quæ eam impediunt. Impediunt autem eam domini persona, res, necnon & actionis genus, nam contra personalem actionem hæc præscriptio non currit, vt C. qui. non obstat long. temp. præscrip. l. neque mutui. Neque domini persona hanc præscriptionem impedit, vt si minor xxv. annis, vel furiosus, vel collegium diuinũ rei præscribendæ sit dominus, vt C. qui. non ob. long. temp. præscrip. l. non est. & C. quib. caus. in integ. resti. non est ne. l. vlti. & authẽ. de eccle. tit. §. pro temporalibus. Res quoque multis modis præscriptioni obest, nũc
9 ipsius rei priuilegio, nunc vitio. † Rei priuilegiũ præscriptionem impedit, quod à commercio siue dominio nostro natura vel iure eã eripuit. Natura à cõmercio hominem liberum eximit, ideoque nullo tẽpore præscribitur. Ius autem rem sacram, sanctã, & similẽ à cõmercio, & à præscriptione eximit, necnon & fundum dotalẽ, dummodo matrimoniũ duret, & sit
10 vir soluendo. † Fundi quoque vitiũ præscriptionem impedit, vt si sit impossessus, tunc enim nec ab inuasore, quoniam mala fide & sine titulo posside, nec ab emptore etiã bonæfidei præscribi põt, antequàm possessione ad dñm reuersa, fuerit rei vi-
11 tium purgatũ.† Et sicut præscriptio obstat ab initio, sic & post, & interruptio ciuilis aut naturalis, quæ nõ ob id solũ cõtingit, ꝙ possessor post præscriptionis initiũ rẽ esse alienã cognoscit, vt C. de lõg. tẽp. præ. quę pro li. l. vlt. & ff. de vsuc. l. vsucapionẽ. & l. sequitur. §. ꝙ autem & l. non solũ. & l. quare. & l. cũ vir. ff. de fun. do. l. si fundum. C. de iur. do. l. pen. & C. de vsuc. pro emp. l. si
12 partẽ. & C. de long. tẽp. præscr. l. ij. † Est aũt præscriptionis huius effectus, vt actionẽ per exceptionẽ tollat, & secundũ quosdã, vt etiam dominiũ transferat, & possessori cõtra actorẽ in rem defensionẽ pariat, dũmodo possideat: eidem quoque saltẽ vti-
13 lem dabit vendicationẽ, si à possessione ceciderit. † Solę vero in rẽ actiones, siue directæ, siue vtiles, hac præscriptione tolluntur, necnon quod metus causa actio, siue hæreditatis petitio, quando contra bonæfidei emptorem competunt, & hoc ideo, quia vendicationis loco dantur, & vt rei corporalis vendicatio

dicatio tali præscriptione tollatur, supradicta desiderantur, vt autem rei incorporalis idest seruitutis vendicatio tollatur ex ordine, satis est si prędicto tempore seruitute non fuerit vsus qui eam poterat vẽdicare, si restitutionis iure omnino careat, vt C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. l. si quis. & C. qui. non ob. long. temp. præscri. l. neque. & C. de his quæ vi. C. de edic. diui. Adri. tol. l. fi. & C. de serui. l. sicut. ff. de serui. vrb. prę. l. hæc autem. C. de ser. ru. præ. l. Attilicinus.

De longissimi temporis præscriptione. CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longissimi temporis quando necessaria sit?*
2 *Præscriptio longissimi temporis siue tricennalis quibus prosit aut obsit?*
3 *Ius quot modis quem petere prohibeat?*
4 *Dos mulieri debita matrimonio constante non potest repeti.*
5 *Præscriptio tricennalis duntaxat contra desides locum habet.*
6 *Præscriptio tricennalis quando contra actionem personalem nascatur?*
7 *Præscriptio tricennalis per qua impediri possit.*
8 *Præscriptio triginta annorum impeditur propter actoris impuberis personam.*
9 *Præscriptio xl. annorum in quibus locum habeat?*
10 *Præscriptionis tricennalis & quadragenalis effectus qualis?*

NVnc de longissimi temporis præscriptione videndũ est quæ alias ex xxx. alias ex xl. ann. curriculis completur, & à superioris præscriptionis tractatu longe lateque abest. Porro cum tricennalis præscriptio sit frequentior, primum de tricennali, deinde de quadragenali in eius defectu comperta videbimus. Videnda sunt itaque quæ eam inducant, vel impediant eam, & quis sit eius effectus, & primum quando hæc
1 præscriptio sit necessaria, & quare sit inuenta. † Est autem hęc præscriptio tunc demũ necessaria, cũ longi temporis præscriptio deficit, quod contingit vt & suprà diximus, siue reus personali actione perpetua conueniri possit, siue in rem, & titulo aut bona fide careat, aut si sit res vitiosa. habet autem præscriptio hæc nec titulum, nec fidem bonam, sed rei vitium, sicuti nec

actionis genus:nec actoris siue rei personam omnino distinguit.Fures,enim & inuasores hæc præscriptio munit, imo vero contra milites, adultos, mulieres,& absentes,à iunioribus Diuis principibus est ideo inuenta,vt quæ ante perpetuæ constitutæ fuerãt actiones,certo fine taxarentur, & cum sit odiosa hæc præscriptio, inducunt eam contra personalis actionis desideria,& contra vẽdicationem ipsius longam, & inconcussam detentationem vt enim personaliter quis obligatus est, statim ex quo quis cum effectu conuenire cum creditor potest,& cessat ita vt nil faciat pro suo iure cõseruando, initium talis præscriptio capit, & ideo donec actorem ius agere pro-
3 hibet, nequit inchoari.† Prohibet autem ius quem petere, nunc ipsius actionis,quæ intendi debet,natura,nunc creditoris persona,actionis natura tunc impeditur creditor agere, & ideo contra eum non oritur præscriptio, cum debitum, quod in obligatione vertitur non sit purum,sed aut conditione, aut temporis dilatione, suspenditur. Vt si promittatur vel legetur
4 aliquid in diem vel sub conditione.† Idem est & in dote mulieri debita,quam ante solutum matrimonium ex ordine repetere vetatur, ideoque ante contra eam currere non incipit præscriptio. Actoris persona prohibet ius ipsum, cui quid debetur,petere,& ideo huius præscriptionis cessat initium, vt si quid debeatur filiofamilias,contra quem ideo non currit pręscriptio: quia in iudicio communi iure sine patris voluntate
5 nequit consistere.† Quamobrem si non iudicatur deses nec desidiæ pœnam debet pati,& hæc præscriptio contra desides duntaxat locum habet. Amplius sicut illi, qui non egit: quia non potuit,non currit præscriptio, sic nec creditori, qui ideo suum debitorem non conuenit quod annis singulis ei soluit vsuras, idem in cohærede siue socio, contra quos ideo famil. ercisc.seu com.diui.actio ei non competit: quia cum eo similiter possidendo semper de re tanquàm de communi, obuentionem percepit tali enim facto,licet quidã, quorum sententiam inanem probauimus, contra sentiant non minus actio seruatur incorrupta, quàm si fuisset in iudicium deducta vt insti.de perpe.& tem.act.& C.qui non ob.l.t.pre.l.neque.C.vnde vi.l.vlti.& C.de præscrip.xxx.vel xl.ann.sicut.& l.cum no-
6 tissimi. & l.si quis.& C.de anna.except.l.j.§.fi.C.de iur.do.l.in rebus.& in authen.vt sponsa.lar.§.rursus.col.ix.consti.ij.† Sed quidem sancitum est hic,vt contra personalem actionem nascatur talis præscriptio, vt vero contra venditoré initium capiat

piat & petitorem, ex quo agere possit silere conuenit, & ipsum reum possidere non corporaliter sed tam ciuiliter quàm pro suo. Ideoque nec colonum nec emphyteutã in dominij quæstione, dum cõductionis nomine possidetur, contra dominum tuebitur talis præscriptio. Idem & in creditore dum hypothecæ iure pignori inhæreat licet quidã contradicant, vt C.com. de vsucap.l.j.& C.de præscriptio.xxx.vel xl.ann.l.malè agitur.
7 & C.eo.l.cum notissimi.ff.de vsuca. † Et licet huius præscriptionis facilis sit ingressus, sunt tamẽ præterea quæ suprà diximus quæ eam impediunt ab initio aut post:ab initio impeditur hæc, id est xxx.anno.præscriptio nunc propter rem, nunc propter actoris personam, nunc propter rei personam & actionis genus. Rei ratio hanc præscriptionem impedit, vt si sit liber homo, aut sacrum quod possidetur, aut tale, cuius non sit propria & cõtinua possessio, quorum numero sunt omnes seruitutes rusticæ prçter aquçductum hic enim, quia eius possessio sit quasi continua, rerum immobilium exemplo præscribitur. Idem est in vrbanis seruitutibus in superficie consistentibus, vt tigni immittendi, & stillicidij, fiscalibus quoque functionibus, quoniam eis parere conuenit omnes prædiorũ possessores, sicuti curiali colonariæve, seu adscriptitiæ conditioni, minime præiudicat huius præscriptionis adminiculum, vt C.de seruit.& a.l.si aquã.& ff.de mor.infe.C.de agrico.& censi.l.cũ satis. lib.xj.& C.de præscrip.xxx.ann.l.præscriptionem,
8 & l.competit. † Propter actoris personã impeditur talis præscriptio, si sit actor impubes ei enim nõ curret præscriptio antequàm pubertatis annos ingrediatur, sicuti nec cõtra locum venerabilem, nec contra ciuitatem, vt C.de præscrip.xxx.ann. l.sicut.& l.cum notissimi & in authẽ.de eccle.tit.§.pro temporalibus.C.de sacrosanc.eccle.l.cũ inter. Rei persona, ac actionis genus ab initio hanc præscriptionem impedit, vt si creditori pro pignore quod debitor, vel debitore viuo secũdus creditor possidebat hypothecaria cõpetat actio, vt C.de præscrip. xxx.ann.l.sicut.& l.cũ notissimi.§.sed cum. Ex post facto quoque scilicet, licet iam sit cœpta ab initio, ne inchoetur huic præscriptioni obest litis contestatio, vel conuentio iudicialis, quæ rẽ litigiosam faciat, vt C.de præscript.xxx.ann.l.cum notissimi.& l.sæpe.C.de anna.excep.l.j. His cessantibus: quæ præscriptioni huic obstare notauimus si cœpta fuerit, effectũ sortiretur præscriptio, si non, ante eius consummationem interrumpitur legitimè. Modos vero interrumpendi etiam melius osten

9 ostendemus. † Ad hæc notandum in quibusnam xl.annorum præscriptionibus subrogari:in quibus tricennalem cessare diximus : vt in actione hypothecaria contra debitorem : vel secundum creditorem primo creditori cõpetente : sicut & contra locum venerabilem tunc locum habet , cum ei talis competit actio:quæ si priuato competeret x.vel xxx.annorum præscriptione tolleretur sed vbi aliqua præscriptio iudicij continuatione est interrupta,& hæc,id est xl.annorum præscriptio locum habet & ex eo tempore incipit currere , ex quo vltima procedunt litigia,vt C.de præscrip.xxx.anno.l.omnes.& l,cum notissimi.l.sæpe.& C.de anna.excep.l.j.& in authẽ.de ecclesia.
10 titul.§.pro temporalibus. † Harum duarum præscriptionum cum fuerint perfectę,varius est effectus:nam debitorem contra personalem actionem perpetua muniunt exceptione , cui si soluerit non dant condictionem , quoniam sunt comparatæ creditoris odio , possessorẽ vero qui venditorem poterat conuenire perpetua dum possideat:tuentur exceptione, &si bonæ fidei possessor : & præscriptione finita cadat de possessione: dant ei vtilem in rem actionem: quæ malæfidei possessori denegaretur : si de possessione sine alterius violentia quanquàm re iam præscripta caderet. Sed cum vetus possessor rem vendicare non valeat : quam mala fide præscripserat : rei domino vel creditori : cui ea res fuerat obligata : datur eius rei vendicatio,licet inuasorisi nunc possideret : eos scilicet dominũ vel creditorẽ ab agendo hac præscriptione repellere:vt C.de præscr.xxx.ann.l.sicut.& l.si quis ff.de cond.indeb.l.exceptionem.

De interruptionibus præscriptionum. CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longissimi temporis quomodo naturaliter interrumpitur?*
2 *Præscriptio longissimi temporis litis contestatione ciuiliter interrumpitur.*
3 *Actor quando possit præsidem adire & præscriptionem interrumpere?*
4 *Præscriptiones quæ omnes tollant actiones?*
5 *Præscriptiones minores non currunt contra minores vigintiquinque annorum.*
6 *Præscriptio opposita non numeratæ pecuniæ quibus infringatur modis?*

Sed

SED quoniam istæ & aliæ præscriptiones, ne consummationis finem capiant, interrumpuntur frequentissime: ideo interruptionum modos hoc in loco numerandos duximus, ac de modis xxx. vel xl. an. præscriptiones interrũpendi primum
1 videndum est. † Interrumpitur autem hæc præscriptio naturaliter & ciuiliter, naturaliter veluti si possessor, cœpta iã præscriptione, aliquo casu possessionẽ amittat, scilicet vi vel fluminis impetu, vel sponte propria, vel aliis multis modis, vt ff. de vsucap. l. naturaliter. & l. ei à quo. & ff. de acquiren. possess. l. qui vniuersas. C. de acquir. posses. l. antepenulti. Hic autem interruptionis modus solis vendicationibus, vt perpetuentur,
2 prodest. † Ciuiliter verò interrumpitur præscriptio litis contestatione, quę fit cum cœperit iudex audire negotij summam per partium narrationem hincinde factam: fit quoque interruptio sola conuentione reo declarata, vel eius saltem domui per iudicis executorẽ. Si debitor in suum creditorem nouat, vel emitat cautionem, aut etiã vsurarum faciat solutionem, siue creditor siue vi pignoris nanciscatur possessionem, tali enim facto xl. ann. præscriptio quæ contra hypothecariam, & tricennalis quæ contra actionem personalem currere cœperat, interrumpentur. † Sed & cum reum conuenire difficile
3 sit eo quod absit, vel sit potens, vel infans tutore carens, vel furiosus curatorem non habens, potest actor adire prouinciæ præsidem, vel procuratorem mittere, & absque litis contestatione, vel iudiciaria conuentione præscriptionem interrumpere, si saltem in scriptis apud eum à se factam deponat querelam, sed si præsidem adire nequeat, apud episcopum, vel defensorem ciuitatis in scriptis quærelam deponendo id consequetur. Si verò pręses, & episcopus, & defensor defuerit, licet autori publicè & cum tabellionum, vel saltem trium testium subscriptione, si ciuitas illa careat tabellionibus, quærimoniã proponere, vbi reus habet domiciliũ, vt sic præscriptionis interrumpatur cursus, vt & tũc differtur cum pupillaris ætas interuenit, puta, contra maiorem tali cœpta præscriptione, & nondum completa, eum decessisse eique pupillum successisse. In hoc enim casu intra pubertatis tempus differtur præscri-
4 ptionis cursus. † Hæ præscriptiones omnes actiones tàm in rem quàm in personam tollunt, & postquam sunt perfectæ contra eas denegatur omnis restitutio. vt C. de præscript. xxx. ann. l. cum notissimi. & l. sæpe. C. ex quib. cau. in integ. restit. non est necess. l. vlt. C. de anna. excep. l. j. & ij. Iisdem modis decem vel viginti

viginti & triginta annorum præſcriptio, quæ vſucapio voca-
tur quatuor, vel etiam quinque annorum præſcriptione, & ſi
qua minor ſit interrumpitur, quibus xxx. vel xl. annorum præ-
ſcript. interrumpi diximus, excepta biennij continui præſcri-
ptione, quæ de dolo actioni obiicitur, & quadriennij continui
exceptione, quæ poſtulanti in integrum reſtitutionem oppo-
nitur. hæ enim duæ præſcriptiones nec litis conteſtationẽ in-
terrumpuntur, vt C. de dol. l. optimum & C. de temp. in integrũ
5 reſti. l. ea quæ. & l. petendæ. l. ſuperuacuam. † Hoc amplius cõ
tra minores xxv. annorum ipſo iure non currunt iſtę minores,
ſcilicet x. vel xx. annorum, aut reſciſſoris temporis præſcri-
ptiones, excepta quinquennij præſcriptione defuncti ſtatum
defendente. Contra maiores quoque quandoque aut ipſo iure
defendũtur, aut in integrum reſtitutione eliduntur, puta, cum
actor intra ſtatuta præſcriptionum tempora ius ſuum exequi
ex probabili cauſa fuerit impeditus. Quorũ numero ſunt rei-
publi. cauſa, bona fide abſentes, vel etiam alibi ſtudiorum cau
ſa degentes, & ſimiles, vt C. quibus in integrum reſtitutio non
eſt neceſ. l. vlti. & ff. ne de ſta. de. pe. q. l. nõ eſſe. C. qui. non obſt.
tit. præal. l. j. ij. & iij. & in auth. vt ſponſ. lar. ſpe. ſcilicet con. §. de
6 præſcriptione vero. ff. ex quib. cauſ. maio. xxv. l. j. † Præſcri-
ptio quoque non numeratæ pecuniæ exceptioni opponitur,
modis ſuprà dictis infringitur, & præterea in ſcriptis facta ex-
tra iudicium denunciatione interrumpitur. Præſcriptiones
quoque annuæ ſeu minoris temporis interrumpuntur, etiam
per ſolam precum oblationem principi factam, ſi ad eas prin-
cipes reſcribantur: vt C. de non nume. pecu. l. vlt. C. quan. libel.
princip. da. lit. con. l. j. & ij. Sed quoniam ſunt quædam ſpecies,
in quibus paulo ante præſcriptionẽ currere negauimus, quod
ab aliis affirmatur, ideo quemadmodum contrariam ſenten-
tiam infirmet Iuriſprudentia, ab ipſa expectemus: quod
quidem ita liquebit ſi in quæſtionum modos ad-
uerſariorum allegatione, & Iuriſprudentiæ
reſponſa, quæ ab ipſa per-
cepimus, inſera-
mus.

ROGERII DE PRÆSCRIPTIONIBVS DIALOGVS.

SVMMARIVM.

1 Actio pignoratitia quare post annos quadraginta concedatur debitori soluere parato?
2 Præscriptio quando oriri dicatur?
3 Ius soluendi vel offerendi per quadraginta annorum lapsum non potest auferri.
4 Ius petendi & agendi ad actorem pertinens præscriptione tollitur: non autem ius soluendi siue offerendi.
5 Præscriptio quadragenalis quid requirat, vt contra aliquem currere possit?
6 Filiusfamilias suo nomine vtiles potest actiones intendere.
7 Præscriptiones pœnales molliendæ sunt non exaggerandæ.
8 Deses per omnia nemo iudicari potest.
9 Creditor qua ratione pignus debitori reddere compellatur?
10 Creditor secundus quam præscriptionem primo creditori opponere possit?
11 Ius quodlibet cuique competens an possit annis xl. tolli?
12 Ius offerendi non tollitur præscriptione, licet bene actio hypothecaria elidatur.
13 Actio familiæ erciscundæ, communi diuidundo, siue pro socio, an tollatur sociis in communi longissimo tempore possidentibus?
14 Actiones familiæ erciscundæ, communi diuidundo, & pro socio, quando competant?
15 Socius dum in re possidenda communiter fructus communes percipit actionem incorruptam perinde ac si consocium iudicio vexaret retinere dicitur.
16 Res communiter possessa annis xl. an maneat communis actione pro diuisione sublata?
17 Actiones pro socio familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, quando præscriptione tolli possint?
18 Præscriptio consociis contra suas actiones currit, altero velut propriam possidente.
19 Consuetudinis cuius timeri debeat interpretatio.

Personæ

PERSONAE.

Rogerius & Iurisprudentia.

1 ROGERIVS. Quæro cum † omne ius triginta vel quadraginta annorum præscriptione tollatur, quare post annos quadraginta debitori soluere parato concedatur actio pignoratitia? *Iurisprudentia.* Hoc ideo concedo, quoniam antequã soluat vel offerat quod debetur, vt quidam minus rectè dicunt, pro recipiendo pignore debitori nõ nascitur actio pignoratitia. Tunc enim demum pro recuperando pignore hæc actio debitori competit ex ordine, cum soluere saltem paratus fuerit. Cum ergo ante non possit intendi, merito ante con
2 tra eam non oritur præscriptio, † quæ tunc demum oritur, cũ actor nullo iure petere impeditus: desidiæ negligentiæve deditus: quod ei etiam statim ius concedit, petere contemnit: ei enim soli cum non egerit, & merito imputatur, cui nihil, quominus ageret, obfuit: vt C. de præscript. triginta anno. l. sicut. & l. cum notissimi. C. de annali except. l. j. *Roge.* Atqui potuit debitor ante, quod debebat offerre, & sic pignoratitiam habere, quare licet his annis quadraginta, pignoratitia nõ sit sublata: eo quod nondum erat nata, non tamẽ vltra valet intendi, etiã debitore soluere parato: quia offerendi ius quod pignoratitiæ sit præparatorium, est causa annorum xl. præscri. ablatum. *Iu-*
3 *rispru.* † Annorum etiam xl. lapsu soluendi siue offerendi ius debitori non potest auferri, & sic nec pignoratitiã tali præscriptione adhuc potest perdere: quia nondum ei competit nec offerendi ius, quod actori præstat auditum. *Roge.* Atqui omne
4 ius xl. ann. præscriptione tollitur. *Iurispru.* † Minime quod assumis verum est. solum enim petendi agendíve ius, quod ad actorem pertinet: tali præscriptione tollitur, at soluendi siue offerendi ius cum agendi, petendíve iure nil commune habet, nec ad actorem iuuandum: contra quem sunt præscriptiones istæ inuentæ: sed ad reum liberandum: pro quo defendendo sunt comparatæ, pertinet: vt sic quidem rectius dicamus post annos etiam quadraginta, quoniam adhuc saltem naturaliter sit obligatus: debitorem posse & se & pignus suum soluendo liberare. *Roge.* Sed cum debitor potuit soluere: & sic pignoratitiam actionem quærere: miror quare contra eum quasi desidem non currat talis præscriptio. *Iurispruden.*
5 † Vt contra te currat talis præscriptio: non satis est quod ali-

quid facere potuisti: quo facto actionem cum effectu quære-res. Nam & filiosfamilias actionem aliquam habenti, licet vt sibi agere permitteretur, facile posset à patre impetrare: non curret tamen præscriptio, cui rectius si quod allegasti, intueamur quod non egerit, quam debitori quod non soluerit: vt sic
6 actionem pignoratitiam haberet, potest imputari. † Nempe & filiusfa. & suo nomine vtiles potest intendere actiones: vel uti cum absit pater, vel sit vitæ suspectæ: & sæpe facillimum ei est à patre cõsequi: vt vel ipse pater agat: aut sibi agere permittat, quod etiam quandoque facere cogitur, vt cum hæreditatem sibi delatam patre repudiante adeat. debitori verò sępius grauissima est debiti solutio: & cum filio non currat, vel cui sit latior agendi via: satis minus debitori in casu curret: cum
7 sit ei multo angustior. †Et in summa præscriptiones istæ: etiá pro pœna contra desides sunt inuentæ: & ideo non legum interpretatione exaggerandæ: sed minuendæ sunt. Inde est vt si quædam contra actorem quasi desidem videantur laborare: quædam verò vel pauciora pro eo: à desidiæ pœna excusando faciant semper mitiora, id est, quæ non puniunt, eligantur. Vt tunc dicitur cum ex causis variis habeas obnoxium, & cum conuenias non pro singulis causis nominatim, sed cum aduersus eundem personalem & hypothecariam actionem habeas,
8 alterã duntaxat intendas. †Nam tunc dicitur contra omnem præscriptionem interruptionem factam: quia non possis per omnia deses iudicari Similiter & contra filiumfamilias creditorem hic, vt sit deses, & sic cõtra eum currat præscriptio, hæc faciunt quod actionem habet etiam vtilem, quandoq; suo nomine, & quidem in iudicio, si pater permittat, qui etiam hoc permittere quandoque cogitur, potest sistere & agere quacunque etiam directa actione. hoc vero solum pro filiofa. faciens contra omnia à desidiæ quoque pœna eum excusat. Quod pater cum esset vitæ suspectæ, posset eum ne ageret prohibere, eo quod ad eum vsusfructus nomine actionis commodũ pertinet iure communi. Cum ergo hic à præscriptione excusetur qui etiam actionem, vti dixi, habuit, agendiq; facultatem habere potuit, non difficulter cuique volenti per iudicis officiũ consentire compellitur: quandoque genitor multomagis debitor excusabitur: qui nec actionẽ habuit nec vt eam haberet: fuit ei satis facile: vt C. de bon. quæ lib. l. vlti. §. j. & in authẽ. de nupt. §. sed quod sancitum est: & C. de anna. exceptio. l. j. ff. de actio. & obligat. l. filiusfamilias. & l. in factum. ff. de iniur. l. sed si

9 si vnius.§.filiofamilias. ff.de proc.l.filiusfamilias. †Est alia ra-
tio multa validior:quæ creditorem:licet diutissime inhæserit
debitori soluere parato,pignus reddere cõpellit:quia credito-
ris possessio ad præscriptionem generandam non ei,sed debi-
tori prodest:licet enim creditor sibi, non tamen pro suo possi-
det:& ideo rem pignoratam nequit præscribere:sed ei:quo ad
præscriptionem possidet:à quo possidendi causam habet: cu-
10 iusque tenet imaginem. † Inde quod secundus creditor:quia
debitoris nomine videtur possidere primo creditori debitorę
superstite eam solam præscriptionem: quam & debitor valet
opponere. Nam quoniam dum secũdus creditor possidet:ipse
debitor tenere videtur:ideo in Codice dicitur xl. demum an-
norum præscriptione secundum contra primum:ad ipsius de-
bitoris similitudinem se posse defendere.& cõtra dicitur: vbi
creditor primus teneat:& secũdus offerendo velit sibi pigno-
ris causam confirmare:esset quidem vltra modum absurdum:
cum creditoris possessio debitori: vt eius propriã præscriptio-
nem pariat ad rem defendendam si foret aliena:& eandẽ con-
tra ipsum:vt re careat:similiter præscriptionem pareret:vt sic:
dum debitor possideat:& enim per creditorẽ in hoc casu possi-
det:contra eum:quanquam possessionem perdat: currat præ-
scriptio,quod nunquam inuenitur:& eadem vt rem habeat,&
contra eum:vt careat,& sic contrarium operetur præscriptio-
nem inducat, possessio quod non posse dici suadet ipsa ratio:
vbi de solutione dicitur facta ab eo, qui ciuiliter tantum te-
nebatur: vt enim illa solutione contrarium operetur non po-
terit debitori liberationem & obligationem parere: si nec
creditoris intentio deberi, & contra eundem præscriptio-
nem pariet: vt ff.de solutionib. lege qui decem. in fine.ff.de
vsucapio.l.pignori.& C.de præscript.triginta annorum.l.cum
11 notissimi. *Roge.* † Intellexi:ius xl.anno.non concedes tolli.
Iurispru. Inquam. *Roge.* At creditor secundus: ne prio-
ri offerendo sibi pignus confirmet: aliorum quadraginta an-
12 norum præscriptione remoueatur. *Iurispru.* † Licet hoc sit
verum: non tamen eo pertinet, vt offerendi ius præscriptio-
ne sit sublatum. Sed vt actio sit hypothecaria: quæ ei contra
primum creditorem cum obligationis replicatione compe-
tit:illa pręscriptione sit elisa:namq; tanto tẽpore ab actione ex-
cluditur:ideo id auxilium ei denegatur,quod actioni opitula-
tetur,id est,obligationis replicatio:vt ff.qui po.in pig.ha.l.po-
13 tior. C.de pręscri.xxx.an.l.cũ notissimi. *Roge.* †Et authorita-

te & argumentis conuictus:hoc fateor, sed cur sociis, cohæredibúsve in commune xxx.vel.xl.ann.possidentibus, fami.ercis. communi diuidundo siue pro socio actionem non tolli dicas moueor:hic enim & actio competit:intendíq; potest : ex quo res cœpit esse communis: lex quoque has actiones xxx.anno. præscri.tolli dicit. *Iurisprn.* Licèt quod proponis fatear : non tamen dum communiter possident:actio diuisoria,sed nec prætoria eorum cuilibet præscriptione tolletur : & quod dicitur præscriptione has tolli actiones:tũc cum alter pro solido rem communem teneat locum habet:vt tunc demum actioni communi diuidundo,seu familiæ ercisc undæ præscribatur,cum & à suæ partis venditione excludatur.nam dum suæ partis venditionem & ad diuidendum actionem retinet:adeò vt nec pacto de diuidendo facto:& multóminus communis detentionis præscriptione:perdere posset eam : ne res absurda eueniat : vt quod peti possit,diuidi nõ possit:vt ff.commu.diuidun.l.in hoc
14 iudicio. *Roge.* † An hæ actiones,statim vt incipit communis esse, competant? *Iurispru.* Inquam,nec enim omnino lucem noscunt:qui eas tunc nasci dicunt:cũ alteri sibi placeat à communione discedere. *Roge.* Quare ergo contra eas(licet communiter socij possideant)non currit præscriptio? *Iurispru.* Vt contra te talis currat præscriptio non est satis,quod actionem habeas , quam possis statim intendere & cesses:sed oportet te sic in actione intendenda cessare : vt nil facias quod tuum ius:
15 quasi nec deses nec negligens,conseruare videaris.†At socius dum communiter possidenda re communes fructus percipit, tali facto non minus actionem incorruptã retinet,quàm si consortem iudicio vexasset:nec enim maiori diligentia ius , quod in re communi habet potest conseruare:quàm rem iugiter tenẽdo,eius fructus pro sua parte capere:qui enim hoc facit: sui iuris contemptor vel deses non recte iudicatur. sicut creditor tunc recte deses non potest dici:ideóque contra eum non currit præscriptio: cum debitorem iudicio non conuenit : qui in vsurarum solutione extitit deuotus. nam sicut ille pro debito vsuras capiendo:sic & hic pro re cõmuni percipiendo fructus: actiones suas vigilando perpetuat. Et sicut illi,qui deuotũ debitorem non exigit:sic huic qui à concordante socio non recessit,non potest imputari.Hoc amplius pro socio: ne ei occurrat præscriptio,facit quòd nec post communem iugem,tricennalemque possessionem,quod sic possessum est,aliquo iure desinat esse commune.Imo si alterius tantum esset effecta communi-

nis tantum tanto ſpatio:fieret vt de his actionibus,potius prodeſſe quàm obeſſe, tricennalis communis detentio deberet.
16 *Roge.* † Rem communem manere, quamuis communiter annis ſit poſſeſſa xl.fateor:ſed actionem pro diuiſione tolli dico: vt ſic in poſterum communioni ſtare per hãc præſcriptionem arceatur ſocius:quẽadmodũ hucuſq; ſteterat. *Iuriſpru.* Eadẽ ratione dices,quòd ſi per ann.xl.ſolas vſuras accepit creditor, vt nec ſortem nec pignus poſſit petere,ſed pro vſuris duntaxat litiget,vt ei in futurum præſtarentur,vt ſunt retro præſtitæ: ne quid aliud vltra petere valeat:quod nec tu vt reor cõcedis. Nõ ergo tali præſcriptione quem inuitũ communioni ſtare dicis: ſicut nec inuitum creditorem vſurarum quæſtui ſtare compelleres:vt C.commu.diuid.l.vlti.& C.de xxx.ann.præſcri.l.ſi quis
17 emptionis.† Sed tunc tantum præſcriptione has actiones tolli dicas:cum alter ſocius ſolus per ann.xxx.rem velut propriam tenuerit. Hoc enim in caſu non eſt quærendum vltra de re an communis fuerit,ideòque communi diuidundo actio tollitur, ſed ſolum hoc,an alter tanto tempore pro ſuo rem tenuerit, & quod etiam aliàs obtinet,& an tunc præſcriptio locum habeat cum author in quæſtionibus præiudicet.At cum ambo & communiter poſſident,& de re veluti communi,fructus percipiãt, ſicuti ſuper re tanquàm cõmuni per actionem diuiſoriã quæri poteſt,vt alter in eam ſolus impendat,delinquat, vel de ea quidem ſolus percipiat,ſic quod ad diuiſionem pertinet,per eaſdẽ actiones quæri poſſe non deſiit,nec eadẽ actio tempore, quantum ad rem principalem,pereat,quod ad acceſſiones,licet pro
18 principali ſublata poſt,duret:quod eſſet abſurdũ. *Roge.* † Tũc cõtra actiones dicis eis currere præſcriptionem, cũ alter ſolus velut propriam rem poſſideat. *Iuriſpru.* Inquam. *Roge.* Nunquàm fuit de hac re hæſitatio? *Iuriſpru.* Has actiones nullo tempore finiri,etiam altero ſolo poſſidente,putabatur: quia ſæpius naſci videbantur.Credebatur enim , quoties ſocius ſolus de communi re capiat,vel in eam impẽdat,ſeu delinquat , has enaſci actiones:eo quod ꝓ omnibus his prout eueniunt ſocio obligatur ſocius. Idem in actione furti dicebatur : eo etenim quod aſſidua contrectatione fur ſemper furtum faciat quaſi ſæpius renaſcendo,dicebatur,donec rem poſſideret:nullius temporum luſtris,furti actionem expirare,& ad has tollendas opiniones ſimilis de familiæ erciſcundæ,communi diuidũdo, pro ſocio,furti actione,locuta eſt conſtitutio : vt annorũ xxx.præſcriptione tolleretur.licet etenim aſſidue cõtractãdo fur furtũ

faciat:veruntamen quod in se reuoluitur fit furtum : sicq; pro eo vna sola,semelque tantum furti actio , siue conditio nascitur:& ideo vnius tricennij præscriptione tollitur. Sic quoque licet de communi re percipiendo, vel in eam impendendo, delinquendóve, socius obligetur, seu sibi alterum obliget, non tamen plures familiæ ercisc. seu communi diuidundo actiones, sed vna sola , semelque tunc nata est inter eos actio, vt sic vna possit præscriptione tolli. nam sicut ipsa cõmunio vna est tãtũ: sic quod ea nascatur vna sola actio est. *Roge.* Et rationes &
19 exempla proposita retinet interpretatio. *Iurispru.* † Eius solius consuetudinis timenda sit interpretatio, quę errore vacua, legibus rationíque ostendetur contraria. Quicunque sit ergo, cui plus placeat Capitone Labeo , præmissas distinctiones tot rationibus comprobatas, æquitati legum ac sensu commendabit, legúmque argumentis tanto fortioribus cõprobabit: quanto sibi faciliora esse maiora non diffidat.

CATALOGVS PRAESCRIPTIONVM, DOMINI ROGERII.

EST præscriptio trium dierum, vt in aduocato , cui licet intra triduum errorem corrigere. vt C. de erro. aduo. l. fi. 1

Est decem dierum, vt de appellationibus hodie, vt in auth. de ap. in prin. ff. de iti. actuq; pri. l. j.

Est quindecim dierum vt cum testes producuntur, vt C. de testi. l. si quando.

Est viginti dierum in eo qui vult litem contestari, vt in authen. de exhi. & intro. re. §. illud quoque.

Est triginta dierum, vt de creditore qui scripsit se accepisse creditum. vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. super cæteris.

Est quinquaginta dierum quæ datur tutori ad excusandum, vt insti. de excu. §. qui autem.

Est sexaginta dierum, cum quis emit ita, vt si displiceret esset res inempta: vt ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. si quid vænierit.

Est sexaginta dierum quæ marito obiicitur iure mariti accusare volenti: vt C. ad l. iul. de adult. l. iure mariti.

Est centum dierum ad petendam bonorum possessionem. vt C. qui admit. ad bo. pos. l. si bonorum.

Est duorum, vel quatuor mensium si promisisti te exhibiturũ sine scrip

ſcriptis, vt ff. de re iudi. l. debitoribus.

Eſt trium & ſex & nouem menſium, vt C. de dilat. l. prima.

Eſt quatuor menſium poſt datam ſententiam, vt vſuræ currant, vt C. de vſur. rei iudi. l. ij.

Eſt ſex menſium, vt redhibitoria. C. de ædil. edict. l. ij.

Eſt octo menſium ad faciendum inuentarium, vt C. de iure deli. l. ſcimus.

Eſt annua, vt æſtimatoria, & reſciſſoria, & quāto minoris. vt ff. de ædil. edic. l. ſciendum. §. vlt.

Erat olim annua bima trima die, quæ hodie ꝑ ex ſtipulatu actionem eſt ſublata. vt C de rei vxo. act. l. j. §. cum autem.

Eſt annua quæ datur parentibus & liberis ad petendam bonorum poſſeſſionem. vt C. qui admit. ad bo. poſ. l. emancipata.

Eſt biennalis vt de dolo & de debitore, qui ſe ſcripſit accepiſſe pecuniam, vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. in prin.

Eſt biennij vel quadriennij qua creditores in bonorū poſſeſſionē miſſi ab aliis ſe defendunt. vt C. de bo. autho. iu. poſ. l. cū apud.

Eſt triennij in vſucapione mobilium rerum, in inſti. de vſucap. in princip.

Eſt quadriennij quæ datur ad implendam reſtitutionem poſt minorem ætatem, quæ etiam datur pro vtili anno hodie, vt C. de temp. in inte. reſti. l. vlt.

Eſt quadriennij. ne aduerſus ſacrum ærarium agatur, vt. C. de quadrien. præſcri. l. j.

Eſt quiuquennij, vt de inofficioſi quærela, & de donatione facta ab adminiſtratore, vt C. de contra. iud. C. de inoffi. teſt. l. ſi quis filium.

Eſt quinquennij vt ne poſt quinquennium de ſtatu defunctorum quæratur, vt C. ne de ſta. defunct. quin. quæſt.

Eſt quinquennij ne adulter poſt quinquennium quam cōmiſſum adulterium dicitur, quod continuum numeratur accuſetur. vt C. ad l. iul. de adult. l. adulter.

Eſt ſeptem annorum cum quæritur vtrum fuerit infans necne, vt proinde habeat effectum, vt C. de iur. delib. l. ſi infanti.

Eſt decem & viginti, & triginta & quadraginta annorum, vt C. de præſcrip. l. j. & de præſcrip. xxx. annorum.

Eſt xij. vel xiiij. annorum cum quæritur pubes vel impubes quis ſit, vt proinde teſtetur, vt C. qui teſt. fa. poſ. l. ſi frater.

Eſt quatuordecim annorū: vt currat præſcriptio triginta vel quadraginta annorum.

Eſt. xvij. annorum cum quæritur an quis poſtulare poſſit, vt ff. de

postu.l.j.§.initium autem.

Est xvij. annorū præscr. cum quæritur an manumittere quis possit, vt insti. qui & ex quib. cau. ma.

Est xviij. annorum vt si mulier veniam ætatis impetret, vt C. de his qui ve. æta. impe. l. vlti.

Est xviij. annorum cum quæritur an quis adoptare possit, vt ff. de adopt.

Est xxv. annorum vt exinde maior & legitimæ sit ætatis.

Sunt & aliæ præscriptiones quæ obiiciuntur volentibus adipisci honorem vt in magistratibus & sacerdotio à summo vsque ad minimum.

Sunt & aliæ quæ longū tempus non habent expressum vt in vsuris, vt de ea dictum est, quæ longo tempore stetit, quæ non capit certam formam, nisi in libertate: vt ff. de vsu. l. cum de in rem verso.

TRACT

TRACTATVS FOECVNDVS AC PERVTILIS,

Profundæ, subtilísque, ac quotidianæ materiæ omnis præscriptionis, tam ciuilis, quàm canonicæ: qui de præscriptionibus inscribitur: editus per præclarum I. V. Doct. D. Ioannem Franciscum Balbum.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionum actio quæritur tam in foro canonico quàm cæsareo: quàm sit huius præscriptionis materia vtilis & profunda; quámque diligentius animaduertenda ex infinitis iuris partibus satis liquet.*

2 *Antiquitas non est negligenda, sed veneranda: quæ in huius operis calce inseritur: præscriptionis materia commendatiua.*

3 *Honor debetur his qui vltra aliorum scripta per eos ordinate disposita & cumulata aliquid pertinenter, vtiliterque addere conati sunt.*

4 *Inuentis inuenta non obstant.*

Intellectus se habet ad instar solis, qui oritur & occidit: vadit & redit, & nunquàm moritur, sed suis vicibus occultatur.

5 *Minori sæpe plus reuelatur, quàm maiori: & quanto est maior, tanto cupit edoceri.*

6 *Horatij sententia summopere notanda ad studiosorum animositatem.*

7 *Poeticum quoddam inuitans ad placendum doctisque bonisque: Summa quidem laus est displicuisse malis.*

8 *Liber nullus tam malus reperitur qui non ex parte aliqua prosit: inquit Plinius:*

PROOE

PROOEMIVVM.

PRæscriptionum materia quàm sit vtilis: quámque frequens & necessaria quotidiana docet forensium causarum experientia rerum magistra. Maximè cum in omnibus pene occurrẽtibus casibus,& in quauis actione de præscriptione quæratur tam in foro canonico; quàm cæsareo. Et non solum in prophanis: verumetiam in spiritualibus & ecclesiasticis negotiis. Adeo vt commendatione non indigeat. Ipsa enim se pro rostris ostendit. Ideo diligentius animaduertenda: vt inquit
1 Paulus iureconsultus. † Quam vero hæc præscriptionũ materia late pateat: sitque subtilis & profunda: ac in variis multifariis & prope infinitis iuris partibus diffusa: satis liquet. Nam in iure ciuili tam in Digestorum libris, quàm in Iustiniano Codice vigintiquatuor peculiares tituli de ipsa materia sunt inscripti vltra titulum in institutionibus insertum. In Decretis vero specialis habetur tractatus xvj.q.iij.per totam illam quæstionem multa capitula complectentem. In Decretalibus autem positus est admodum diffusus de præscriptionibus titulus. Tenet igitur hæc materia iuris vtriusque mixturã: magisque canonica quàm ciuilis cẽseri debet. Etenim in præscriptione nedum lucrum & pecuniarum commodum: verumetiã peccatum & animæ periculum versatur, prout ex infrascripto tractatu diffuse patebit. Ex quo plures extant tituli: tanto laboriosior est materia & magis apprehensione difficilis. Hactenus enim ad plenum reducta, & vnum in corpus ordinate congesta & disposita non reperitur. Sed vltra in his specialibus titulis nullo ordine tradita per totum pene iuris corpus variis in locis abditis & extraneis in particulas est dispersa. Et quanquàm apud Canonistas in titulo de præscriptionibus multa in præsenti materia copiose scripta sint: non tamẽ omnia ibi collecta fuere: licet super illo titulo copiosissimus doctor dominus Felin. accuratè scripserit. Sed desunt multa: ibique quàm plura admiscentur extranea. Nec in eo vel alibi cõgrue disposita, & ordinata cõperitur. Ita vt vniuersalis & clara ac in occurrentibus quæstionibus,& casibus absque magna difficultatè certa possit haberi doctrina. Vtile igitur mihi inprimis, & in communi saltẽ pro nouis tyronibus fore putaui: materiam ipsam ordinate in vnum corpus redigere: plenóque (vt aiunt) manipulo per modum tractatus comprehendere. Subiiciens

satis

satis plenam pro ipsius materiæ complemento repetitionem
1 solennis.l.Celsus.ff.de vsuçap. † Postmodum vero ne antiquitas neglecta videatur in calce operis inserenda putaui scripta super hac materia reuerẽdissimi ac excellentissimi vtriusque iuris monarçæ sempiternæque memoriæ domini henrici olim Hostiensis episcopi, Cardinalisque Romanæ curiæ primarum:
a Secusini ᵃ compatriotæ & vicini nostri in sua celebratissima summa: sub rubrica de præscripi. Qui totius hujus nostræ pedemontanæ regionis splendor est: perpetuúmque decus. Ipse enim inter cæteros Canonistas obtinet principatum. Diciturque alterũ ex luminaribus magnis: vt Speculator in proœmio sui operis ingenue profitetur. Superadditis insuper opportunis additionibus & suppletionibus: vt quod ad materiã pertineat: quantum ingenioli nostri penuria sufficere potuit, nil deesse videatur. Vt noui tyrones in hac laboriosa & ardua præscriptionis materia: resecatis ambagibus: recto calle instruantur. Quid eos tam aduocando, quàm iudicando secundum communes doctorum sententias: quas vbique refero: sequi oporteat. Ne forte ipsos aliquando sub autoritate iurisprudentiæ perniciose errare contingat. Iuxta Celsi adolescentis iureconsulti sententiam: quam Paulus disertissimus non aspernatur in l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.oblig. Reliqui vero longæ inconditionis & tot voluminum reuolutionis laboré effugiant: & saltem leuamen aliquod nostro ex labore suscipiãt. Non est enim hoc multiplicare volumina: sed potius multiplicata resecare: & ad breue vtilissimumque compendium redigere. Quod hisce temporibus in tanta librorum multitudine, opinionúmque varietate & conflictu noscitur apprime necessarium. Non est hoc augere laboré: sed minuere. Adeo vt tractatoribus qui sparsim à maioribus tradita diligenti indagine in corpus vnum colligere & labenti memoriæ nostræ pleno aliquorum tractatuum compendio succurrere studuerunt: si modo vera fatemur, plurimũ debeatur. Non ꝙ de suo quicquàm attulerint: sed quòd suis laboribus per difficilem & sua mole grauem, ac varias in partes diffusam scientię partem aliquam in vnum collegerint. Atque maiorum scripta recẽsendo iuxta comicum illud. Nihil dictum quin prius: & bene scite disposuerint. Nec quisquàm profecto nisi insanus os damnabit: imo commendabit & extollet plurimum. Vt nõ minus vere quàm eleganter inquit reuerendissimus & celeberrimus iuris nostri doctor dominus Præpositus Mediolanensis postea cardinalis

Alexan

Alexandrinus meritissimus in epistolari præfatione commenti sui in quartum decreta. librum. Quo in loco contra obtrectatores aliquid vtile scribentium iustissime stomachatur: & acerrime inuehit: illósque manifestis rationibus plurimum increpat. Tantomagis debetur his qui vltra aliorum scripta per eos ordinate disposita & cumulata aliquid pertinēter vtiliterque addere conati sunt. Et vt obtrectatorum, qui plerumque pro sola maledicendi cōsuetudine solóque liuore latrant: nulla ratione commoti os obstruatur.
3 † Nam teste Hieronymo. Is solus malignātium linguas euitat: qui nihil scribit. Placet in medium adducere: quod præclare scribit Baldus in prologo decre. col. j. inquiens. Dicet aliquis ad quid loqueris: cum tot scripserint: qui mundum illuminauerunt. Respōdeo, adhuc multum restat operis multúmque restabit. Nec vlli nato post mille secula præcludetur occasio aliquid adhuc adiiciendi.
4 † Quia inuentis inuenta non obstant teste Sene. viij. epistola ad Lucil. Nam instar solis intellectus oritur & occidit: vadit & redit: & nunquàm moritur: sed suis vicibus occultatur. Et alibi ait idem Seneca epistola quinta in fine. Patet omnibus veritas. Nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est. Refert solēnis doctor dominus And. de Iser. in prologo lecturæ suæ feudalis. colum. j. adiiciens.
5 † Ideo interdum reuelatur minori: quod nō maiori. C. de offi. recto. prouin. l. potioris gradus. xcv. distin. c. esto. in fin. Et beatus Augustinus senex & episcopus tot annorum, ab anniculo dicit se paratum edoceri. xxiiij. q. iiij. c. si habes. Pluráque alia ad excusationem commendationémque eorum, qui aliquid vtile de nouo scribunt, si modo sapiant adducit Iser. aureásque sententias ex diuinis codicibus haustas: quas silentio prætereo. Ne nostra nimis euagetur oratio. Nam & si in talibus eminens scientia requiratur: mediocris tamē toleranda est, vt dicit summus Pontifex in ca. nisi cū pridē. §. pro defectu. de renun. & est sentētia iurecōsulti in l. sciēdū. §. illud. ff. de ędil. edic. Nec iam vltra restare videbatur aliqua iuris pars fructuosa: quæ celeberrimorū iuriscōsultorū superioris & nostri æui plenis tractatibus cōprehensa nō esset. Collegerunt etenim multi viri doctissimi varias vtriusq; iuris materias: nō quidē absq; summis laborib⁹ & vigiliis, nam alij de testibus: alij de arbitris: alij de iudiciis: alij de quęstionibus: alij de sindicatu rectorū: alij de maleficiis: alij de statutis: alij de legitimationibus: alij de vltimis volūtatibus siue testamētis: alij de emptione & vēditione: alij de vsuris: alij de

de duobus fratribus & sociis; alij de vectigalibus & gabellis: alij de dotibus: alij de priuilegio fisci: alij de iure emphyteutico: alij nouissime de feudis & iure patronatus: alij vero de aliis multifariis & prope infinitis vtriusque iuris materiis scripsere: & speciales fecere tractatus. Ita vt nulla videatur superesse materia speciali nota digna: quę specialem tractatum non habeat. Et si de his vt plurimum speciales extent tituli. Multaque tradantur sparsis tamē locis ordinariis & extraordinariis. Eorum certe: vt inquit solennis doctor dominus Ioannes Berrachinus Firmanus in prooemio sui tractatus de gabellis: quisque laudandus est: ac à posteris iuris professoribus percolendus. Quod leuius in addiscēdo passurus sit onus: qui collectas in vnum materias lectabit. Sola præscriptionum materia profundissima, & late patens hactenus derelicta est: specialemq; tractatum non habet. Hanc igitur pertractandā disponendamque assumpsi. Multis hincinde sparsis apū more collectis. Non quidem ambiendi: sed proficiendi, discendique studio. Quod & si difficilem prouinciā & humeris meis longe imparē adoriri visus sim. Tractatúsque ipse pro amplitudine: dignitate: vtilitate: difficultatêque materiæ pene inextricabilis aliū ex-
6 posceret autorē. † Nec me lateat illa Horatiana sententia. Sumite materiam vestris: qui scribitis æquam viribus: & versate diu; quid ferre recusent: quid valeāt humeri. Et Persiana. Scribimus indocti: doctique pœmata passim. Et si inter artifices: iureconsulto teste: longa sit differētia. Confisus tamen: non in meo tenui sensu: sed in eo: à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum: & qui cunctarum est auctor scientiarum: quique sapientiam paruulis præstat, & intellectum: vt Psalmista inquit. Tractatum ipsum aggredior: diuino prius implorato præsidio: quod opus: qualecunque sit cum omnium bonorum & peritorum iudicio correctioníque subiicio: quibus solis placere studeo: iuxta pœticum illud,
7 † Curandum est semper placeas doctisque bonisque. Summa quidem laus est displicuisse malis. Tum maxime correctioni & iudicio sacri consultissimique vtriusque ducalis senatus: in quo summos legum vertices adesse conspicimus, senatorésque clarissimos: inter quos eminent Magnifici præstantissimique patres iureconsultissimi Antonius Dyuone: dominus Bernardinus Parpalia: & Angelinus de prouanis: dignissimi iustissimique præsides: nec non Reuerendus Magnificúsq; pater Antonius ex Romagnani Marchionibus

bus: apostolicus prothonotarius, quamplurimum ecclesiarum titulo meritissimè decoratus: sigilliférque ducalis, qui tanquã sydera in illo sublimi senatu, scientia, iustitia, prudentia, moribus, grauitate, irradiant, atque coruscant: & vna cum aliorũ insignium peritissimorúmq; senatorum collateralium cœtu: tantum senatum geminum splendidissime complẽt. quicquid enim à tantis senatoribus approbatum fuerit: me approbare profiteor: & reprobare, quod ab eis fuerit reprobatum. Et si forsitan in aliquo me peccasse offenderint clementer veniam dabunt, non immemores: nihil perfectum humanis in rebus inueniri. Nec propterea libellum ipsum reiicient: quia iuxta Plinij sententiam † nullus est liber tam malus: qui aliqua ex parte non prosit. Rogo etiam, ne quis temere prius scripta nostra damnet, quàm legerit: atque perlegerit: vt maliuoli vel ignari facere solent: qui prius iudicant: quàm intelligant. Teste Boetio in topicis. Nosti inquit oblatrantis morsus inuidiæ. Nosti quam facillimè in difficillimis causis liuor iudicium ferat. Opus enim ipsum rectè animaduersum & examinatum: quale sit: ostendet. Nam cuncta legenti. Forsitam occurret, vacuas quod mulceat aures. Pœniteatque minus suscepti in fine laboris. Vt inquit splendidus ille pœta Franciscus Petracha in principio Aphricæ. Sed iam ad rem ipsam descendamus.

8 (margin)

Hæc ita præfatus ad ipsum præscriptionis tractatum deuenio. Et quia forma dat esse rei: & ordo cuncta bene disponit. Diuido ipsum tractatum in sex partes principales.

In prima parte ponã præludia & essentialia præscriptionis: videlicet ipsius diffinitionem. Vnde dicatur. Quo iure inducta fuit: & propter quid. An tollat naturalem obligationem. Quòd differt à consuetudine. Et tractabuntur plures aliç quæstiones ex his dependentes.

In secunda parte tractabo de natura præscriptionis: videlicet an sit fauorabilis vel odiosa. & quis inde resultet effectus: maxime an præscriptio extendatur.

In tertia parte tractabo principaliter de præscriptione rerũ corporalium. Quæ sit differentia inter ius canonicum & ciuile in hac materia præscriptionis: & in specie materiam tituli: ac bonæ & malæ fidei: & de prærogatiua & effectu temporis: cuius initij memoria non extat latius quàm alibi cum quæstionibus opportunis.

In quarta parte tractabo. Quantũ tẽpus requiratur in omni præscriptione cum accessoriis illud cõcomitãtibus. Et quando dicat

dicatur inter præsentes vel absentes. & de præscriptione iurium incorporalium, præcipue seruitutis & libertatis: & actionum personalium, realium, & mixtarum, & aliorum iurium: tam in genere quàm in specie, præsertim de præscriptione iuris emphyteotici, & feudalis: & an aduersus præscriptionem concedatur restitutio ex capite ignorantiæ: & de præscriptione fructuum & accessoriorum.

In quinta parte tractabo de præscriptione ecclesiastica, siue canonica, & iurium spiritualium: & de præscriptione contra fiscum & rempublicam, & de præscriptione regalium, & rerum acquisitarum à fisco; & an ea quæ competunt per modum facultatis, & de iuregentium possint præscribi: & an præscriptio tolli possit per pactum, priuilegium vel statutum, ac plures alias quæstiones ordinate connectam pro ipsius præscriptionis materiæ complemento.

In sexta & vltima parte tractabo de quatuor principaliter: videlicet, in quibus casibus & cõtra quos præscriptio à principio non currat, seu nunquam inchoetur. Secundò, quando & in quibus casibus præscriptio iam inchoata dormiat. Tertiò, qualiter & quomodo interrumpatur. Quartò & vltimò, qualiter actio perpetuetur.

ADDITIO.

a Host. ipse in summa appellat Secusiam Taurinensis diœcesis villam suam: prout retuli in fronte scriptorum suorum quæ applicantur in calce operis.

SVMMARIVM.

1 *Cognitionem specierum præcedere debet cognitio generum.*
2 *Institutio quæ à ratione de aliqua re suscipitur, debet à diffinitione proficisci.*
3 *Iuri operã daturus nosce prius debet, vnde nomen iuris descẽdat.*
4 *Ordo est incipere à genere.*

TRactaturus itaque profundam præscriptionũ materiam imitabor iureconsulti sententiam in l.j.ff.si certum pet.
1 quæ habet. † Quod ad cognitionem specierum præcedere de-
a bet cognitio generum[a]: & Ciceronis primo officiorum libro
2 inquientis. † Quod omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio debet à diffinitiõe proficisci. Vt intelligatur quid sit id de quo disputetur. Refert Bald. in prælu. feu. col. iij. Et iurecon. in lege prima, in princip. ff. de iustitia & iure dicentis.

3 † Quod iuri operam daturum prius noſce oportet: vnde nomen iuris deſcendat. Hinc dicit Bald. in rubri. ff. ſi certum pet.

4 † Quod ordo eſt incipere à genere. Facit gloſ. quæ plura ſimilia adducit in rub. de reg. iur. in vj. in prin. ibi. Si quæratur, &c.

Pro introducenda igitur hac materia præmitto quæ habétur per gloſſ. magiſtram. xvj. q. iij. in ſumma, videlicet, Quid ſit vſucapio. Quid præſcriptio. Quid inter ſe differãt. Quis ſit eorum effectus. Et quæ res poſſint vſucapi vel præſcribi. Quę requirantur ad præſcriptionem. Et qualiter præſcriptio interrũpatur. Quæ omnia permixtim tradit gloſ. & imperfectè. Et de his omnibus infraſigillatim dicetur per partes, & quæſtiones ſuis locis diſtinctas.

Præmitto etiam pro fundamentis quæ plenè tradit Hoſt. in ſumma de pręſcrip. maximè ſub rubr. de præſcript. re. amo. per totum: Et Azo in ſumma. C. de vſucap. pro empt. & Pract. Papi. in forma reſponſio. rei conuent. in verbo præſcriptionis. columna prima & ſecunda.

ADDITIO.

a Ad hæc vide do. Phil. Decium in rubr. extra de proba. colum. j. adducentem plures glo.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio præſcriptionis vel vſucap. quæ ſit, & iſtud nomen vſucapio quomodo accipiatur.*

2 *Præſcriptio decem vel viginti annorum appellatur vſucapio.*

3 *Diffinitio præſcriptionis ſecundum Ioan. And. quam ipſe tanquã veram approbat explicans ſingula eius membra, & communiter etiam tenetur.*

HIs generaliter præmiſſis ad ipſum ſpecialem deueniens tractatũ. Primãq; partem eiuſdem ingrediẽs. 1 † Quæro in primis, quid ſit vſucapio ſiue præſcriptio. Iurecon. in l. iij. ff. de vſuc. ponit diffinitionẽ dicẽs, ꝙ vſucapio eſt acquiſitio, vel adiectio dominij per continuationẽ poſſeſſionis tẽporis à lege diffiniti. Et ibi largè vſucapio pro præſcriptione accipitur ſecũdũ glo. & Hoſt. in ſumma de præſcrip. in prin. dicentẽ, ꝙ ponitur hic vſucapionis nomẽ: tam pro præſcriptione rerũ immobiliũ, quã vſucapione mobiliũ. Nã olim: vt dicit Hoſti. etiã res immobiles dicebãtur vſucapi. l. furtũ. & l. quã rem. ff. de vſuca.

2 † Quod intelligendũ eſt de præſcrip. lon. tẽp. x. vel xx. ann. quæ appellatur vſucapio: vt patet per totũ illũ tit. ff. de vſuca. & per totos titulos ſequẽtes. Nõ aũt de præſcriptione xxx. vel xl. an.

quæ nõ erat cognita de iure digestorũ:vt dicit gl.in l. qui occidit.in prin.in verbo amisit.ff.ad l.Aquil.& in l.Iulianus.alias incipit non solũ.ff.ex quib.caus.maio. cũ aliis gl.cõcor.adductis per d.Pet.Phil Corn.cõsi.xxxviij.placet mihi.col.iiij.in princ. ij.vol.vbi dat hunc intellectũ b ad titulũ.ff.ce vsucap.cũ titulis sequẽtibus dicẽs,ꝙ loquuntur in vsucapione:sub qua comprehenditur longi tẽporis præscriptio, quæ iure digestorum fere semper vsucapio appellatur:vt est videre per totum illum titulum & titulis sequẽtibus.Vnde hæc diffinitio non est vniuersalis:quia non cõuenit propriè nisi vsucapioni triennij: per quã acquiritur directũ dominiũ:& largę præscriptioni longi temporis cum titulo & bona fide:vel præscriptioni longissimi temporis:iuncta bona fide absque titulo.Ex quibus quæritur vtile dominiũ.l.si quis emptionis. in prin.& §.j.iuncta gl.C.de præscript.xxx.ann.& latè dicetur in ij.parte principali huius tractatus.Sed hæc diffinitio non cõuenit præscriptioni actionum personaliũ,& aliorũ iuriũ:nec præscriptioni xxx.anno.rerũ immobiliũ cũ mala fide:ex qua paratur exceptio tantũ de iure ciuili.d.l.si quis emptionis.§.j. Et sic nõ est cõuertibilis generaliter cũ omni suo diffinito.iuxta text.in l.j.§.dolum.ff.de dolo. Est ergo ista diffinitio specialis non generalis. Et propterea gl. xvj.q.iij.in summa latius diffinit dicẽs,ꝙ præscriptio est exceptio ex tempore substantiã capiens, quæ actioni personali vel in rem opponitur:quam diffinitionẽ simpliciter sequitur Goff. in summa de præscri.Sed eã impugnat Ioã.And.per plura media in c.possessor.col.iij.cum seq.de reg.iur.in vj. Et tradit aliã diffinitionẽ dicens, ꝙ præscriptio est ius quoddã ex tempore congruẽs,legũ autoritate vim capiẽs:negligẽtibus pœnã inferẽs,& finẽ litibus imponẽs. Et hãc approbat pro vera explicãs singula eius mẽbra. referũt & sequũtur Pa.& Fel.in rub.de pſc. col.j.Et declarat Pau.de Ca.cõ.cccxiij.alias ccxcvij.visis & põderatis omnibus in antiquis cõsiliis:maximè circa illa verba. pœnã negligẽtibus inferẽs.& ipsam latè prosequitur Ioã.And. in d.c.possessor.& ibi refert & sequitur Alb. de Ros.recitãs aliã diffinitionẽ Host.in summa de præscrip.§.j.Sed est sub rubric. de præscript.rer.immo.in princi.Et communiter tenetur hæc diffinitio Ioan.And.per Panor.& Ca.in d.rub.de præscrip.ideo latius non insisto.

ADDITIO.

a Et ita ante gloss.] & Hostien.dixit Azo in summa.C.de vsuca. pro empto.col.j.circa princi.ver.& ponitur.

b Adde quòd iste fuit intelle.Azo.vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio est nomen verbale deriuatum à præscribo, quod idem est quòd præfigo, statuo, præfinio, vel limito.*

2 *Præscriptio dicitur horarum, dierum, hebdomadarum, mensium, annorum.*

3 *Proscribere & præscribere in quo differunt.*

4 *Proscriptus quis dicatur?*

5 *Termini isti præscriptus & proscriptus secundum subiectam materiam considerantur.*

1 SEcundò principaliter quæro. † Vnde dicatur præscriptio? Et licet non inuenerim istam quæstionem tactam per summistas: nec per aliquem doctorem, Dico quod est nomen verbale: & deriuatur à verbo præscribere: quod significat idem quod præfigere, statuere, præfinire, vel limitare. vt probat tex. in c. ij. de cõcess. præb, in verbo, & infrà præscriptum terminum, id est, præfixum. & in cap. in singulis. lxxxvj. distin. ibi. ne vltra præscriptum exigant, id est vltra statutum. Vnde dicitur præscriptio quasi temporis præfixio, vel præfinitio. Et propterea
2 omnis terminus potest appellari præscriptio. † Hinc dicitur præscriptio multiplex, videlicet horarum, dierum, hebdomadarum, mensium, & annorum: vt per gloss. in rub. ff. de diuer. & tempo. præscrip. Et latissimè per Hostien. in summa, in titu. de præscript. rerum immobi. versi. quot sint eius species.
a Secundo modo accipitur præscriptio [a] pro exceptione: vt in l. præscriptione: iuncta gloss. C. si contra ius vel vtil. publi. & in rubr. ff. & C. de except. & præscript. vnde præscribere sæpissime ponitur pro excipere: vt in l. final. in primis verbis. ff. de suspe. tuto. & in l. si maritus. §. præscriptiones. ff. de adult. & in l. scio. ff. de appel. & alibi sæpe. † Differunt autem inter se isti duo
3 termini præscriptio & proscriptio. mutata litera e in o. Et pariter præscribere & proscribere. Nam præscriptio & præscribere accipiuntur prout supra. Proscriptio vero dicitur bonorum
4 publicatio: inde dicitur proscriptus proprie † qui corporaliter non damnatur, sed cuius bona publicantur: vt in rub. C. de bo. proscrip. & in l. si quis intra. in verbo stilum proscriptionis: iuncta glo. quę exponit, id est confiscationis: & l. si quis posthac. & in auth. bona damnatorũ. in primis verbis. eo. tit. & in l. j. iuncta gl. in verbo proscriptionis. C. ne sine ius. princi. & in c. legimus ibi: proscriptione bonorũ. de consec. dist. v. no. Alb. in dictionario, in verbo proscriptus. Aliquando vero proscribere accipitur, id est in publico legendum ponere, vt quando ponitur edictum

ctum seu scriptura in loco publico & patenti ad finem quod deducatur in notitiam populi. Iuxta text.in l.sed si pupillus.§. proscribere.& §.pscriptũ.ff.de instito. †Et sic isti termini accipiuntur diuersimode secundum materiam subiectam: vt appa ret ex his not.in apostilla.

ADDITIO.

a Adde quòd præscriptio aliquando exponitur, id est iniuria, vt in l.pręses.in verbo, præscriptione, cum gl.C.de pigno. aliquando exponitur præscribitur, id est, contra veritatem scribitur, siue in pręiudicium veritatis.l.quę sub cõditione, in verbo pręscripserit: iuncta glo.ff.de condit.& demon.& l.cum ea.in verbo præscribitur.cum glo.C.de transact.

SVMMARIVM.

1 Vsucapio proprie respicit mobilia, præscriptio vero immobilia, quamuis large sumendo præscriptio cõprehendat vsucapionẽ.n.se.

2 Exceptio præscriptionis pro re mobili opposita non dicitur inepta.

3 Lex correctoria corrigens in vno casu extenditur etiã ad alium, qui ex lata significatione comprehendi poterat sub illo.

4 Vsucapio semper est fauorabilis: præscriptio vero regulariter odiosa.

Statutum loquens de præscriptione non trahitur ad vsucapionem.

5 Legislator promiscue vtitur istis terminis vsucapionis & præscriptionis.

TErtiò principaliter quæro, quæ sit differentia inter vsucapionem & præscriptionẽ? glo.in l.ij.ff.de vsuca.& instit.de vsucap.in princi.super verbo vsucapiantur: & xvj.q.iij.in summa respondet, †quòd vsucapio proprie respicit mobilia: & pręscriptio immobilia, quamuis largè sumpto vocabulo præscriptio comprehendat vsucapionẽ secundũ glo.in d.l.iij. Hinc dixit Bald.in l.j.col.pe.ver.nec tamen puto.C.de ser.fug. †Quod si pro re mobili opponitur exceptio præscriptionis: nõ dicitur inepta. Ex quo infertur, quòd in materia correctoria, in qua fit stricta interpretatio: & verba debent accipi proprie: statutum loquẽs de præscriptione non trahitur ad vsucapionẽ? licet sub lata significatione vocabuli appellatione præscriptionis veniat vsucapio. Ita dicit Aret.in l.Põponius.§.cũ quis.ff.de acq. poss.& hoc colligit ex verbis Bar.ibi circa intellectũ.auth.ma læ fidei, &c. Et refert simpliciter Ias.colũ.tertia. † Sed obstare videtur regula quæ habet, quòd lex correctoria corrigens in vno caso extenditur ad alium: qui ex lata significatione comprehendi poterat sub casu expresso ex identitate rationis: vt est gloss.elegans in clemen.j.in verbo eligatur: cum ibi

no.de elect.& glo.in anth.vt hi qui perhi.hab. obli. res mi.in princip.in verbo ad curationem:& in auth.minoris debitor.C. qui da.tut.pos.per quas gloss.hanc regulam tradit Alex.in l.ij. col.j.ff.de leg.j.& cõsi.xcvij.viso themate suprascripto. & cõsi. ccxvj. nec arguendi sumus pen.col.ij.vol.& repetit alibi sæpe tam in lectura:quam in consiliis:nisi respondeatur quod nõ est
4 eadem ratio:quia † vsucapio dicitur semper fauorabilis. Præscriptio vero regulariter odiosa,vt late dicetur in secunda parte principali. Et sic statutum loquens de præscriptione nõ debet trahi ad vsucapionem.

Addo ad præmissa Dy.in c.fine possessione.in princip. com-
5 men.de reg.iur.in sexto.vbi dicit † quod legislator vtitur promiscue istis vocabulis præscriptionis & vsucapionis : referen-
a do tam ad mobilia quàm ad immobila.*

ADDITIO.

a Adde Barto.in l.seruitutes la grande.versic.dicitur,hic ante me.commen.ff.de serui.ti.generali.vbi dicit quòd olim nomẽ vsucapionis erat commune ad vsucapionem & præscriptionẽ: vt patet in diffinitione l.iij.& l.eum qui ædes.ff.de vsucap.sed per Iustinianum est attributa vsucapio rebus mobilibus.præscriptio vero rebus immobilibus : vt l.j.C.de vsucap.transfor. Ita dicit ibi Barto.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio introducta est de iure ciuili & propter bonum publicũ.*
2 *Lex ciuilis ex causa potest recedere à iure naturali vel gentium, & illi derogare in aliquo casu.*
3 *Lex & princeps ex causa publicæ vtilitatis possunt alicui auferre dominium rei suæ.*
4 *Rationes propter quas fuit introducta præscriptio ponit Petrus de Ancha. vide.*

1 QVarto principaliter quæro. † Quo iure fuit introducta præscriptio:& propter quid?Respondeo quòd de iure ciuili.& propter bonum publicum l.j.& iij.ff.de vsucapio. not.Azo in summa.C.de vsucap.pro empto.circa princip.

Hinc dixit Bald.in repe.l.j.col.iij.circa me.C.de eman.libe. quòd si ius ciuile non esset,præscriptiones non essent. Et fuit præscriptio introducta:vt esset litium finis.l.fi.ff.pro suo.

Sed opponitur quòd præscriptio seu lex ciuilis quæ præscriptionem

ptionem introduxit:non possit auferre dominium: quod est de iure gentium.l.ex hoc iure.cum ibi plene no.ff.de iusti.& iure: iuncto §.sed naturalia.insti.de iure natu.

2 † Ad hoc respondetur quòd lex ciuilis ex causa potest recedere a iure naturali vel gentium, & illi derogare aliquo casu: sed non in totum.text.est not.in l.ius ciuile.ff.de iusti.& iur.

3 † Hinc est quòd lex & princeps cum causa: præsertim propter bonum publicum: & ex causa publicæ vtilitatis possunt alicui auferre dominium rei suæ.l.item si verberatum.ff.de rei vendi.& l.Lucius.ff.de euict.no.glo.& Barto.in l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.facit.l.si priuatus.ff.qui.& à quib. & l.Anthiocensium ff.de priui.credi.no.Barto.in l.omnes populi.in prima quæstione quartæ quæstionis principalis.ff.de iusti.& iure.Alex.in l.j.col.antepe.ff.sol.mat.Et plene Feli.in c.quæ in ecclesiarum.col.viij.cum seq.post Panor.& alios Cano.de consti.Et latè dom.Ias.in l.Barbarius.col.vij.cum duabus seq.ff.de offic. præto.Alex.consi.cxc.æterni numinis.ij.& iij.col.ij.vol.

Hac igitur ratione potest lex ciuilis per præscriptionem auferre & extinguere dominium quæsitum de iure gentiũ,Quia præscriptio introducta fuit propter bonum publicum. Ne rerum dominia diu essent in incerto.l.j.ff.de vsucap.Et principaliter ratione publicæ vtilitatis secundũ Barto.in l.nemo potest col.iiij.versi.quærit Dy.ff.de leg.j.& est de mente eiusdẽ Bart. in d.l.j.circa fi.Vel saltem secundario secundum veram opi.vt per Ang.Imo.& Alexand.in d.l.nemo potest.col.pen.& vt esset litium finis d.l.fin.ff.pro suo,quod publicam vtilitatem cõcernit l.properandum.in prin.cum ibi not.C.de iud.

4 † Et rationes,propter quas fuit introducta præscriptio: plene explicat Petr.de Ancha.in repe.c.possessor.col.ij.de reg.iur. in vj.post Io.And.in Mercu.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum optimum an præscriptio possit dici contraria iuri naturali.*

2 *Ius naturale est immutabile.*

3 *Voluntas non interuenit in præscriptionem.*

4 *Verbum videtur importat fictionem.*

5 *Verbum vix est nota improprietatis.*

6 *Præscriptio currens contra scientem habet in se tacitam renunciationem.*

7 *Præscriptionem non esse contra ius naturale probat Ioan. Andr. per*

hoc quòd infert pœnam negligentibus, & imponit finem litibus, & pluribus aliis mediis.

8 *Arbitrator habens potestatem pronuntiandi de veritate potest condemnare reum, vel possessorem ad solutionem, vel restitutionem reiecta exceptione præscriptionis.*

9 *Iudex habens liberum arbitrium procedendi non potest exceptionem præscriptionis, vel aliam ex mero iuris rigore procedentem reiicere.*

10 *Tutus præscriptione longissimi temporis.xxx.ann. & cū bonafide si soluit, repetere potest.*

11 *Ius canonicum eo discrepat à iure ciuili, quia non admittit præscriptionem aliquam cum mala fide.*

12 *Canon potest ex causa vrgenti & rationabili inducere præscriptionem in certis casibus cum malafide, quod non potest lex ciuilis.*

13 *Præscriptio non dicitur ex toto contra ius naturale: nec ex toto contra illud: nam ex toto non recedit ab eo: nec ei per omnia deseruit.*

14 *Testator mandans satisfieri omnibus creditoribus an comprehendere videatur præscripta per defunctum?*

15 *AEquitas scripta præferri debet rigori scripto.*

16 *Probationes in specie semper præualent probationibus in genere.*

QVintò principaliter quæro. Vtrū præscriptio dicatur esse
1 contra ius naturale. † Pro maiori huius quæstionis enucleatione arguo pro parte affirmatiua sic. Ius naturale disponit neminem debere cum aliena iactura locupletari. l. nā hoc natura ff. de condi. indeb. & c. locupletari. de reg. iur. in vj. Sed præscriptio facit præscribentem locupletari cum iactura eius contra quem præscribitur l. j. ij. & iij. & per totum ff. de vsuc. cū titulis seq. l. omnes. l. sicut. l. cū notissimi: & l. si quis emptionis. C. de præscript. xxx. vel xl. anno. quæ iura loquuntur tam in actionibus personalibus, quàm realibus. Ergo præscriptio est
a contra ius naturale[a]: & per consequens non procedit[b], † quia
b ius naturale est immutabile. §. sed naturalia. insti. de iure natu.
2 Ad istud argumentum respondet glo. in d. l. nam hoc natura. & in d. l. j. ff. de vsucap dicens, quòd regula illius l. nam hoc natura. fallit in omni vsucapione & præscriptione: quia ille, qui patitur vsucapi vel præscribi patitur damnum sui culpa: & pro-
c pter sui negligentiam: cum videatur consentire[c] & alienare: patiendo vsucapi vel præscribi. l. alienationis ff. de verb. signifi.
ergo

ergo sibi imputare debet. vt in regula damnum. de re. iur. in vj.
3 † Contra istam rationem est glo. no. in l. j. §. fin. in glo. fi. ff. de dolo. quæ dicit quòd in præscriptione non interuenit voluntas eius, contra quem præscribitur. quam no. Bal. in §. si quis per triginta. circa fi. ij. col. in ti. si de feud. fuerit contro. Cui respondetur quod in præscriptione non interuenit voluntas vera: sed ficta & præsumpta, & ita respondet Barto. in l. fina. col. pen. versi. item oppo. C. in quib. cau. in integ. resti. & in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. col. pen. ff. ex quib. cau. ma. Imo. in repe. c. fin. colum. xxvj. versicu. sed aduerte. de præscri. Ioan. And. in regula possessor. in vlt. art. & vlti. colum. de reg. iur. in vj. Bal. in auth. ad hæc. col. iij. C. de vsur. Pro qua responsione facit text. in d. l.
4 alienationis. ibi, vix est enim vt non videatur alienare. † Nam verbum, videtur, importat fictionem. l. ossa. in fi. ff. de reli. cum
5 si. † Facit etiam verbum vix: quod est nota improprietatis. Vel responde vt per Alex. in l. filiusfamilias. §. diui. circa. vij. col. ff. de lega. j. quæ distinguit inter scientem & patientem rem præscribi, & ille dicitur consentire, & ignorantẽ, & tunc secus, faciunt quæ habentur in c. quod ad consultationem. de re iudic.
6 † Adde etiam ad illud quod dicitur, quòd quælibet præscriptio currens contra scientem habet in se tacitam renuntiationem, quod verum est in iure radicando: secus in iam radicato, quia præscriptio non habet in se consensum: cum præscribatur inuito, vt per Bald. in c. ad audientiam. circa finem. colum. prima de præscriptio.
7 † Hanc quæstionem an præscriptio sit contra ius naturale: diffuse examinat Ioan. Andr. in d. c. possessor. in primo articulo de
d reg. iur in. vj. in mercur. Cõcludẽs per plura quòd præscriptio [d] non est contra ius naturale. Sed quod potius respectiuè cõcordat cum iure naturali: quàm discrepet ab eo, saltẽ ex toto: quia infert pœnam negligẽtibus, & imponit finem litibus: quod est naturali rationi congruum. Vt ipse probat pluribus mediis: cuius dicta refert: & sequitur Pet. de Ancha. in rep. d. c. possessor. col. iij. iiij. & v. & Panor. in rub. extra de præscrip col. j. Et sic ex toto non recedit à iure naturali: nec ei in totum deseruit: quod est proprium iuris ciuilis, per quod ipsum ius naturale distinguitur: vt dixit text. in l. ius ciuile. ff. de iusti & iure: quem ad propositum multum notat Pet. de Ancha. in d. c. possessor. col. v. probans per plura exempla. quòd lex ciuilis & canonica cõstitutio ius naturale interpretatur addendo: modificando: declarando: extendendo: vt ibi plene per eum.

Accedat glo.in c.ius naturale.j.dist.dicens, quòd licet vsucapio & præscriptio sit contra naturalem æquitaté: quæ habet quòd nemo cum aliena iactura locupletetur. Tamen talis rigor fuit inductus ex causa:& pro bono pacis,& publico. Et eá sequitur ibi Dominicus dicés,quòd & si præscriptio sit iniqua respectu priuatæ vtilitatis: est tamen æqua respectu publicæ. Et ex quo non repugnat saluti animæ:saltem cócurrente bona e fide, vt habetur in c.fina.de præscriptio.seruanda est:[e] quia vtilitas publica præfertur priuatæ.l.j.§.fina.C.de caduc.tol. quod comprobat illa glos.per plura exempla.Et male refert Felin.in rub.de præscriptio.paulo post prin.illam glo.dicere.quòd præscriptio non est contra ius naturale.quia dicit oppositum,scilicet quòd rigor præscriptionis inducitur contra naturalem æquitatem:licet ex causa & pro bono pacis,& publico. Et tradit regulam generalem prædicta glo.quod subsistente ratione lex potest inducere rigorem contra æquitatem naturalem. Et sic limitat regulam.d.l.nam hoc natura.& d.c.locupletari. Tunc enim proprie & respectiuè non dicitur contra æquitatem.Procedit ergo illa regula non existente causa rationabili.

Hinc dixit Pet.de Ancha.in d.c.possessor.colum.ij.quod receditur à iure naturali propter commune bonum, & obseruantiam iuris publici per text.in l.bona fides.ff.depo.

Sed in contrarium: quòd præscriptio sit penitus iniqua, & contraria iuri & æquitati naturali videtur text.no.in §.habeat itaque.in auth.vt eccl.Rom.colla.ij.qui est §.j.ibi.Nec iniquis hominibus impium remaneat præsidium.iuncta glo.quæ exponit, idest auxilium præscriptionis: & no.præscriptionem esse odiosam: & dici iniquum præsidium.quem text.dicit singularem:& summe not.Ang.in l.sequitur.§.si viam ff.de vsucap.

8 Et per illum singulariter decidit:quòd † arbitrator: qui habet potestatem pronuntiandi de veritate & æquitate: potest condemnare possessorem, vel reum conuentum ad restitutionem rei, vel solutionem debiti: reiecta exceptione præscriptionis: & ex hoc arbitramentum non redditur iniquum, nec poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, secundum Angel. quem refert Felin.& imperfectè in rubr.extra de præscri.col.j. versi.sed aduerte.ad idem allegans eundem Angel.in l.j.C.de præscript.xxx.anno.vbi nihil dicit.

Vltra quem addo Angel.in repet.l.j.circa fin.commen.C.de iudi.notantem text.in d.§.habeat.& Bald.in d.l.j.C.de præscri. xxx.anno.dicentem. quod præscriptio dicitur iniquum præsidium

dium per illum text.ex quo infert: quòd si causa est commissa arbitratori, qui debet cognoscere vt vir æquus: poterit secundum Deum & bonam cõscientiam reiicere exceptionem præscriptionis. Et sequitur Roma.in rubr.de arbi.colum.j.vbi late probat: quod exceptio præscriptionis est de rigore iuris. Sed istud dictum: ꝙ Feli.attribuitur Ange.& ante ipsum fuit decisio Bald.licet non referat: impugnat ipse Feli.vbi.s̃.reprehendens Ange.& firmat contrarium, quod immo arbiter vel arbitrator non possit reiicere exceptionem præscriptionis per not. doctri.Bar.in extrauagan.ad repri.in verbo, videbitur, circa fi.
9 qui no.vult. † Quod iudex habens liberum arbitrium procedendi non potest reiicere exceptioné præscriptionis, vel aliam procedétem ex mero rigore iuris ciuilis: quia licet ipse iudex in his, quæ habet facere: seu in concernétibus eius processum vigore arbitrij sibi attributi ex statuto, vel rescripto nõ teneatur seruare ordinem iuris in procedendo. Tamen in his que iam à iure facta seu disposita sunt: ita ꝙ est quæsitum ius parti: iudex non potest illud auferre: sed tenetur sequi: quod est à iure dispositum: & de hoc dicit Bar.esse casum in l.bonafides.ff. depo.alias secundum Bart.esset auferre ius alterius: quod est contra naturalem æquitatem. Et hanc notabilem doctrinam refert & sequitur Feli.in c.j.colum.pen.de constit. & Lanfranchus in loco infrà allegato. Sed male reprehendit Feli. Ang. quem nõ bene vidit: nec eius verba fideliter recitat. Ipse enim optimè loquitur, & cum grano salis. Adeo quòd reprehẽdi non meretur: dicit enim formaliter Angel.in d.§.si viam.quod arbiter qui habet potestatem pronuntiandi de veritate & æquitate: potest condemnare reiecta exceptione præscriptionis: & quòd arbitramentum non est iniquum si de malafide præscribentis doceri potest, aliàs secus, hæc sunt verba Ange. Et vbi præscribens est in malafide certum est, quod nedum arbiter: sed etiam iudex potest & debet reiicere exceptionem præscriptionis etiam longissimi & cuiuscunque tẽporis, tam in actionibus personalibus quàm realibus secundũ communem conclusionem Canon.in capitu.fina.per illum textum de præscriptio. Nec Roman.[f] contradicit Angelus, in consil.cxlix.conclusionem primam, versiculo, quintam autem. allegato per Felin.in dicta rubric.de præscriptio.sed declarat vt suprà licet non sit opus cum Angelus, seipsum declaret.

f

Et vltra Felin.istud notabile dictum Angel.quòd prius fuit

Bal.

Bal.vt ſ.retuli approbat Lanfran.de Oriano.in ſuo tract.de arbit.in xxv.q.xlviij.col.vbi mouet in terminis quæſtionem : an arbiter, vel arbitrator debeat admittere exceptioné præſcriptionis,vel reiicere.Et concludit q̃ hæc eſt ipſa veritas : vt diſtinguamus in hoc articulo prout diſtinguit Angel.in dict.§. ſi viam.melius quàm alius:quod aut præſcribens eſt in malafide & arbitrator debet reiicere exceptioné præſcriptionis. Si vero præſcribens eſt in bonafide non debet reiicere , ſed ſtare præſcriptioni : quia etiam iudex ſecularis non debet ſeruare præſcriptionem malafide introductam : vt per Bar.in l.omnes populi.col.vij.ff.de iuſtit.& iur.& per Cano.in d.c.fin. Ita dicit ibi Lanfrancus ſubdens , quod non putat in hoc poſſe melius dici.qui etiam refert & ſequitur doctrinã Bart.in extraua.ad reprimen.ſ.relatam,& cum Ang.tenet Imo.in d.§.ſi viam.circa fi.j.col.& in repe.c.fi.col.xiij.in fi.ſeq.de præſcrip.vbi illud notabilem dictum Ang.ſed prius Bal.plenè diſcutit : & multũ inſiſtit circa tex.in d.§.habeat.in authé.vt eccle.Roma.Ad quem per præmiſſa reſponſio patet : quia loquitur in præſcriptione malæfidei:vt aperte colligitur ex illis verbis. Et tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur , prout in ſpecie ponderat Ang.in d.§.ſi viam,& Ro.conſi.præalle.& Imo.vbi.ſ. Et ſic apparet quicquid incaute dixerit Feli.in d.rub.de præſcript.q̃ deciſio Ang.eſt vera,& communiter approbata. Addo d. Pet. Philipp. Cornel.conſil.cclj.in hac conſultatione columnn.ij.in prin.iij.volu.vbi concludit indiſtincte : quod arbitrator debet reiicere exceptionem præſcriptionis : & condemnare ad ſoluendum naturaliter debitum : prout faceret iudex eccleſiaſticus aditus per denuntiationem euangelicam: & eundem conſil.cxlv.in ſupraſcripto themate.j.col.ij.vol.vbi ſimpliciter dicit , quòd arbitratores , in quos factum eſt compromiſſum de veritate & æquitate:non debent admittere exceptionem præſcriptionis:quia dicitur iniquum compendium per illum text. Sed tu diſtingue vt ſ.ſecundum veram & communem opinionem. Concludo igitur in hac quæſtione:quod aut præſcriptio eſt cum malafide,& tũc dicitur odioſa & iniqua. Et ita procedit text.in d.§.habeat.Ideo reprobatur de iure canonico quod magis attendit æquitaté:quam rigoré.c.dilecti.cum ibi not.de iud.& quod cõſiderat ſaluté animæ & bonã fidem.c.fi.de præſcrip. Quinimo ſecundũ Ang.in d.§.ſi viam.cenſetur etiã reprobata de iure ciuili per tex.ſolenné in d.§.habeat. Sed Imo. in locis præallega.is ponderat illum tex.contra Ang.quod lex ciuilis

ciuilis videatur approbare præſcriptionem cum malafide: ex quo ponit ius ſingulare in eccleſia Romana: vt ibi latius per eum. Aut vero præſcriptio eſt iuncta cum bonafide: & cenſetur fauorabilis:& naturali æquitati congruens. Iſta diſtinctio colligitur ex notabili doctrina Pau.de Caſt.in l.fi.§.j.in fin.cōmen.ff.rem rat.hab.quam ſequitur & cōmendat Feli.in ca.fin. col.iiij.ver.demum circa prædicta.de præſcrip.Et ita declarat. d.Philip.Fran.in c.poſſeſſor col.pen.poſt Io.And.ibi in j.arti.de reg.iur.in vj.Et ſic debet intelligi quod vult Bar.in extraua.ad repri.in verbo denuntiationē.ver.ſed quid de obligatione,quę
10 tollitur præſcriptione:& gl.not.in d.l.fi.§.j.que vult † quod tutus præſcriptione longiſſimi temporis xxx.ann.ſi ſoluit repe-
g tere g poteſt. Hoc eſt enim verum:ſi præſcripſit bonafide: quo caſu dicitur tutus exceptione fauorabili.Secus ſi malafide: nā tunc dicitur tutus exceptione odioſa: & ideo ſi ſoluat non repetit ſecundum Pau.de Caſt.ibi per tex.not.in l.qui exceptionem.in prin.ff.de condi.inde.De cuius intellectu ponunt Cyn. Bar.Bal.& alij in l.ij.C.quod met.cauſ.in ij.oppo.dicentes q; illa l.procedit in exceptione mere odioſa.vt eſt exceptio maccedoniani.Secus vero eſt in exceptione partim odioſa: & partim fauorabili: ſeu reſpectiue inducta ſecundum naturalem ęquitatem: vt eſt exceptio præſcriptionis concurrente bonafide.

11 h † Quare autē ius canonicum diſcrepet à iure ciuili h in materia præſcriptionis in hoc:quia non admittit præſcriptionem aliquam cum malafide:c.vigilanti, & c.fi.cum ibi not.de præſcrip.prout facit ius ciuile in præſcriptione longiſſima triginta annorum:quæ currit cū malafide.l.ſicut. & l.ſi quis emptionis.§.j.C de præſcrip.xxx.ann.& l.j.§.ad hæc.C.de anna.excep. Late explicat Io. And.in d.ca.poſſeſſor.in mercu.in iij.q.aſſignans plures rationes huius diſcrepantiæ:& declarans qua ratione motus fuerit vterque legiſlator:refert & ſequitur ibi Pe. de Ancha.col.ij.& iij.& Albe.col.iiij.cum tribus ſequentibus, & tangit do.Philip.Franciſ.ibidem colum.ij.

12 † Et not.quod canon ex cauſa vrgenti & rationabili pōt inducere præſcriptionem in certis caſibus cū malafide: ſed non lex ciuilis ſecundum Panormit.in ca.j.in j.not.de præſcriptio. per text.cum gloſ.in ca.inter hæc.xxxiij.quæſtio.ij. Et ex his tria correlaria inferuntur.

Primo infertur quod præſcriptio longiſſimi tēporis triginta annorum non dicitur mere odioſa concurrente bonafide: ſed potius fauorabilis ſeu mixta. Dicetur autem mere odioſa: quando

quando est iuncta cum malafide: vt latius dicam in secunda parte principali.

13 Secundò infertur † quod præscriptio non dicitur expresse contra ius naturale: quia ex toto ab eo iure non recedit. Nec etiam secundum ius naturale in totum: quia ei per omnia non deseruit. Tenet ergo medium: & dicitur præter ius naturale per text. in d.l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Et hoc sentit gl. in c.j. in gl. magna, circa medi. de præscript. in vj. Ita dicit Flori. in l. seruitutes la grande. in prin. ff. de serui. tit. generali. & Areti. in c. æquè. col. v. circa fi ver. adducit tamen. insti. de actio. Et ideo malè locutus est Bal. in l. ancillæ. col. ij. versi. confirmātur prædicta. C. de furt. qui dixit indistinctè quod præscriptio est contra naturalem æquitatem. Et idem prius dixit Azo. in sum. C. de vsucap. pro empto. col. j. circa princip.

14 † Tertiò infertur quod si testator mandet satisfieri omnibus creditoribus suis, vel restitui per hæredem omnia ab ipso testatore debita, nō tenebitur hæres soluere vel restituere præscripta per defunctum. Ita not. decidit Bart. in l. si is cui. §. flauius, per illum tex. not. circa fin. ibi. quia non est verisimile &c. ff. de solut. & in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. & in l. legaui. ff. de libe. lega. Quod est verum si præscripsit bonafide: secus si mala per prædicta. & sic limitat, & declarat Imol. in d. §. dominus, & plenius in d. c. fin. col. xviij. versi. & per prædicta. de præscrip. & in l. sequitur §. si viam. colum. pen. ff. de vsucap. cum cōcor. adductis per Feli. in d. rub. de præscriptio. col. j. ver. pro hoc quia si testator. & vltra Feli. Ang. Aret. in tract. de testam. in glo. Item mandauit omnibus satisfieri ab eo recipere debentibus colum. ij. vbi attingit istam quæstionem. Bene faciunt notata per Pau. de Cast. in d. l. fin. §. j. in fine commen. ff. rem rat. habe.

15 † Nō ob. si opponatur quod præscriptio est inducta de rigore iuris: contra quem habemus scriptam æquitatem naturalem in d. l. nam hoc natura. ergo æquitas scripta debet præferri rigori scripto. l. placuit. C. de iudic. Nam ad hoc respondet Bar. in l. j. ff. de vsucap. post Dy. in c. possessor. col. iiij. versic. tertio opponitur, de regu. iur. in vj. quod quando ambo scilicet rigor & æquitas essent scripta in specie: tunc procedit regula d. l. placuit, & præfertur æquitas rigori: secus quando æquitas esset scripta in genere: vt neminē debere locupletari cum aliena iactura. Rigor vero est scriptus in specie: vt in vsucapionibus & præscriptionibus: quia tunc rigor præfertur æquitati: vt

specie

species generi.c.generi per speciem, de regul.iur.in sexto refert Iaso.in dicta l.placuit, circa finem. Pro qua responsione bene facit text.in l.cum de indebito.ff.de probatio.vbi notat Barto.quod præsumptio in genere tollitur per præsumptionem in specie, refert Alexand.in l.si prius.columm.viij.ff.de oper.no.nunc.& consil.lxxvj.in causa accusationis.colum.secunda, versicul.nec prædictis.ij.volu.quod est repetitum consi.
16 lxij.iij.volu.Addens † quod probationes in specie semper præualent probationibus in genere secundum Innoc.in c.auditis, de præscriptio.quod est notandum.

Et nota quod iudæus potest vti exceptione præscriptionis contra Christianum: licet sit adinuenta de rigore iuris: vt est gloss.in capitu.pori.in glos.prima,& ibi Archidia.xvj.quæstione.tertia,& gloss.in l.si fur.§.primo,in verbo vsucapere, & ibi Imol.ff.de vsucap.not. Felin.in capitul.ij.de iudæ. & do. Ias.in l.si insulam,in fin.j.col.ff.de verbor.obligat.

ADDITIO.

a Et quòd præscriptio sit contra naturalem æquitatem: secundum quam non conuenit aliquem locupletari cum aliena iactura, dicta l.nam hoc natura.firmant Angel.& Alexand.post antiquos in l.possessio quoque.§.& si possessio.colum.prima,ff. de acquirend.possessio.

b Duo fortia argumenta ad probandum quod præscriptio non procedat.& responsionem ad ea vide per Bald.in repetitio.l.fina.columna quinta.C.de præscript.long.tempo.quę repet.solet imprimi de per se.

c Hinc est quòd præscriptio sapere dicitur naturam pacti contra eum contra quem decursa est: gloss. & Baldus in l.prima columna septima, versicul.oppono ad medium.C.de seruit.fugit.not. Specul.in titul.de feud.§.quoniam. versicul.quæritur tamen contra.& gloss.in l.prima.ff.famil.herciscund. Et propter ea dicunt gloss.& cano.in capitulo audi.de præscriptio. Quod præscriptio videtur confirmari per scientem & patientem rem suam præscrib.

d Adde domi. Philip.Franc.in d.c.possessor.col.ij.

e Adde dominum Philipp. Francisc.in dicto capitulo possessor. colum.ij.qui hæc verba refert.

f Adde quòd etiam ita plene declarat Ro.in rubric.ff.de arbit. vbi hanc quæstio.latè examinat col.j.& ij.& ibi adducit doct.

Bart.

Bart.hic relatam in extraua. ad reprimẽ.& alia plura, & refert quòd hic fuit originale dictum Bald.in d.l.j.C.de præscriptio. xxx.anno.sed nec etiam ipse bene viderat Angel.qui seipsum declarat,vt hic retuli. Et adde,quòd pro hoc dicto Bald.& Ange.consuluit Raph.Fulg.consi.cix.in proposita quæstione.

g Quid si quis post completam præscriptionem se soluturũ promittit,an teneatur? vide per Spec.in tit.de præscrip.in iiij.parte.colum.iij.versic.quid si quis post completam. vbi determinat quod sic si sciens promisit. Secus si ignorans. Et an tutus exceptione præscriptionis si soluat repetat not. idem Spec.co.titu.colum.j.versi.quid si mihi.concludens quod non:quia remanet naturalis.Sed contrarium communiter tenet gl. & doc. in l.fi.§.j.ff.rem rat.hab.hic alle.Ideo dicas vt hic.

h An iura ciuilia sint correcta in materia præscriptionis per iura canonica,vide per Ioan.And.post Dyn.in d.c.possessor.in v. q.Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle. Bald.consil.cccl.vir fuit confessus.circa fin.ij.vol.not.gl.& omnes in d.c.fi.de præscrip.vbi communiter concludunt can.ꝙ sic quo ad malam fi. Et latius dicetur infrà.

SVMMARIVM.

1 *Ciuilis obligatio ipso iure tollitur per præscriptionem:naturalis verò quo ad effectum.*

2 *Debitor elapso tempore xxx.annorum plenissimam secundum leges consequitur liberationem.*

3 *Obligationi præscriptæ non potest accedere fideiussor.*

4 *Præscribens similis est soluenti.*

Solutione eius quod debetur tollitur obligatio.

5 *Præscriptio habetur pro veritate.*

6 *Consuetudo æquiualet veritati, nec potest dici legitima,nisi sit præscripta.*

7 *Præscriptio æquiparatur pacto: & priuilegio.*

8 *Præscriptione firmatur quod ipso iure irritum est.*

SExtò principaliter quæro. Vtrum per præscriptionem tollatur ciuilis & naturalis obligatio descendens ex contractu
1 vel quasi? Bart.in l.fi.§.j.ff.rem ra.ha.concludit † quod per præscriptionem ipso iure tollitur ciuilis obligatio, naturalis vero quo

quo ad effectũ. Quia si remansisset naturalis, nõ esset locus repetitioni. l. Iulianus. ff. de cõdi. inde. Et tamen ille qui præscripsit, si soluit, repetit secundũ glos. in d. l. fi. §. j. & ibi pulchre declarat Pau. de Ca. circa mediũ commen. dicens non posse dici, quòd per præscriptionẽ quæ est de iure ciuili tollatur naturalis, quæ est de iure gentiũ: sed ciuilis bene tollitur, quia procedit à pari potentia. Et licet per præscriptionẽ non tollatur na-
2 turalis, tamen eliditur, cum leges dicant: † quod elapso tempore xxx. annorum debitor consequitur plenissimã liberationẽ: vt l. omnes. & l. sicut. C. de præscri. xxx. anno. & sicut per pactũ de non petendo, quod est de iuregentium tollitur naturalis, & eliditur ciuilis. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. ita & econtra. per præscriptionem, quę est de iure ciuili tollitur ipso iure ciuilis, & eliditur naturalis. Et ista elisio facit vt illa naturalis non habeat effectum repetitionis impediendæ. Distinguendo tamen an ille qui præscripsit sit in bona vel mala fide: vt ibi latius per Paul. de Cast. in fin. commen. & dixi in præcedenti quæstione. & ante Paul. sic dixit Bald. in l. sicut. col. j. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. & firmat latius ipse in l. omnes. col. j. co. ti. vbi idem dicit in præscriptione statutaria, & in repe. l. fin. colum. v. & vj. C. de præscriptio. long. tempo.

Hanc quæstionem latè examinat Imol. in repet. c. fin. col. vj. versi. item aduerte inquantum glos. de præscrip. & cum Bar. in d. l. fin. §. j. refert transire Ang. in repe. l. j. C. de iud. vbi Ang. col. xix. cum duabus sequen. latissime disputat istum passum: & facit tres conclusiones, quæ tamen reincidunt in idem. & cõcludit Imol. ꝙ tollitur naturalis per præscriptionẽ in effectu, siue actio sit temporalis sui natura, vt actio redhibitoria & quanto minoris: siue non. per text. no. in l. si quis postquam. ff. de fideiu.
3 qui dicit † quod obligationi præscriptæ [a] non potest accedere
a fideiussor, notat Bald. in l. tam mandatori. col. ij. versi. item dubitatur. C. de non nume. pec. Ergo sequitur, quòd est in totum sublata naturalis saltem respectu effectus. Nam si subsisteret naturalis obligatio: illi soli naturali accederet fideiussor. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. & ibi no. Bar. & Pau. de Cast. ff. de fideius. Idem tenet Paul. de Cast. in d. l. fin. §. j. non faciens differentiam in hoc inter actiones temporales & perpetuas: licet ibi Bart. distinguat. Et quòd præscriptio tollat naturalẽ in effectu firmant Abb. Panor. & Feli. in ca. ad aures. colum. prima. de præscript. vbi est optimus text. & dicũt per illum text. expresse dicentem, quòd præscriptio omnem prorsus actionẽ excludit.

b Quod licet non tollatur naturalis, remanet inefficax[b] & inutilis: & per gloss. in l. obligationum fere. §. placet. in gloss. ij. ff. de actio. & oblig. & per no. per Ioan. And. in d. c. possessor. Vbi vult quòd præscriptio tollat dominium quo ad effectum: licet non
4 quo ad totalem eradicationem. † Est autem ratio quare præscriptio tollat naturalem, saltem quo ad effectum: quia præ-
c scribens similis est soluenti. [c] Vt dicit tex. in l. si pupillus. in fi. ff. de admi. tut. quod declara: vt ibi per Bar. & Fel. in dicto cap. ad aures. colum. ij. qui dicunt, quòd licet præscribens sit similis soluenti, non tamen quo ad omnia. Cum præscriptio tollat obligationem ciuilem tantum: ita quod remanet naturalis: sed elisa & inefficax. Solutio autem tollit naturalem in totũ: quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. institu quib. mo. toll. oblig. in princip. Sed æquiparatur soluenti quantum ad hoc: vt excludatur ille, contra quem est præscriptum. subdit Fel. in dicto cap. ad aures. post Butr. & Imol. quòd parui est effectus ista remanens naturalis: ex quo est inefficax ex toto. & ideo non induceret compensationem: nec posset accedere fideiussor, vt ibi latius per Imol.

5 Confirmatur ista conclusio: † quia præscriptio habetur pro veritate. glo. not. in l. j. in princip. in gloss. magna, versicu. sed si egi. ff. de eden. quam ad hoc allega. Bald. §. si quis per triginta. col. ij. in tit. si de feu. fuc. contro. & ibi not. Præpo. in fine. consi. sed est melior gloss. in lege prima. C. de seruitu. & aqua, quæ di
6 cit, † quòd consuetudo æquiualet veritati: quam allegat Bal. in dicto §. si quis per triginta. colum. iij. & eam notat Alexander in consi. vj. viso themate & dubiis. j. col. j. volu. & Bald. consilio clxxxvij. quia consuetudo. iiij. vol. vbi ponit de priuilegiis consuetudinis: & potest trahi ad præscriptionem, quæ inest cõsuetudini: quia nõ potest dici consuetudo legitima, nisi sit præscripta: vt plenè habetur in ca. fin. de consuet. & in l. de quibus. ff. de legib. & ita per illam gloss. dicit Bald. in §. final. in titu. de feu. da. inui. l. commis. & idem consil. cxiiij. sententia. j. volumi.
7 vbi dicit etiam † quòd præscriptio æquiparatur pacto per not. in l. ij. C. de do. promissa. Item præscriptio æquiparatur priuilegio secundum Baldum in l. j. colum. v. de emancipa. lib. & di
8 cit Baldus in lege prima. C. ne de stat. defun. † quòd præscriptio firmat quod est ipso iure irritum. De hoc tamen articulo, an per præscriptionem tollatur naturalis obligatio: vide plenius infrà in tertia parte tertiæ partis principalis: vbi bonis fundamentis impugno opinionem Bartoli in dicta lege finali. §. j.

§.j.ff.rem ratam hab.& communem & posui nouam considerationem vltra scriptores,dic vt ibi.

ADDITIO.

a Dicit tamen Bald.in rub.C.de consti.pec.colum.ij.ver. Item circa,quod præscriptio non obstat constituto,licet obstet primæ obligationi.Et sic vult,quòd obligatio præscripta possit deduci in constitutum, quod videtur contra text.in d. l. si quis postquam:quia constitués est similis fideiussori. Nisi dicatur, quòd iste obligatur principaliter,& non accessoriè.

b Quod præscriptio reddat actionem inefficacem.Adde text. cum glo.in l.j.C.si aduersus credi.lib.vij.

c Ad hoc vide Bald.in l.tam mandatori.colum.ij.versic. Item dubitatur.C.de non nume.pecu.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio descendens ex delicto an præscriptione tollatur?*
2 *Obligatio naturalis an intelligatur esse in delictis?*
3 *Delinquens videtur se obligare ad pœnam.*
4 *Consensus in pœnam non est verus,sed fictus consensus.*
5 *Obligatur quis ciuiliter & naturaliter ex maleficiis.*
7 *Præscriptione tollitur naturalis obligatio in maleficiis.*
8 *Delictum præsupponit dolum & latam culpam, & per consequens malam fidem.*

1 SEptimò principaliter. † Quæro vtrum per præscriptioné tollatur naturalis obligatio descendens ex delicto. Istam quæstionem tangit Bald.in authen. ad hæc. colũ.iij. C.de vsuris.& Ange.in repe.l.j.colum.xx.C.de iudi.& latius Imol.referens istos in repe.d.c.final.col.xxiij.versic.sed aduerte.de præ-2 scriptio.Et primò disputant præfati doct.† an in delictis intelligatur esse obligatio naturalis? & concludunt quod sic per glossam in lege prima.§.bestias.in verbo onerari. ff. de postulationibus.& per textum in §.quia vero leonis. in verbo amatores periculi.in authen.de non aliena.bene facit textus in lege prima,in fine.ff.de furtis.ibi, quod lege naturali.& in §.primo,institu . de obligationib . quæ ex delict . & quasdam alias glossas.ad hoc adducit Imol.vbi suprà. Et quamuis ipse simpliciter concludat, ꝙ in delictis oriatur naturalis ex quodã con-

3 sensu præsumptio, † quia delinquens videtur consentire, & se obligare ad pœnam. Et ante ipsum Angel. in repeti.d.l.j.colū. xx. Baldus tamen in dicta authentica ad hæc.columna tertia. versicul.sed hic dubitatur.concludit, quòd naturalis non oritur ex delictis, accipiendo obligationem naturalem strictè: 4 prout oritur ex consensu. † Quia licet ille, qui delinquit, videatur consentire in pœnam, non est consensus verus, sed fictus. Verum accipiendo obligationē naturalem largè pro omni obligatione, quæ oritur ex æquitate naturali: hoc modo reperitur in delictis. Et ita reperio ante Bald. tenere Bartolum quem Imol. non allegat in lege prima circa princip.ij.colum. versicul.præterea ex maleficiis.ff.de condit.indebit.vbi dicit, 5 † quod ex maleficiis quis obligatur ciuiliter & naturaliter ex æquitate.l.non solum.§.primo.ff.de iniu. Et tamen ille qui delinquit, & in quem delinquitur, non consentit: æquitas ergo naturalis est, quæ producit hanc naturalem obligationem secundum Bartol.ibi. Sed pro opin.Angel.imo quod delinquens obligetur suo consensu: adduco bonum textum in l.Imperatores. ff.de iure fisc.ibi. ipse te huic pœnæ subdidisti. Ad quem potest responderi, quòd delinquens se subdit pœnæ occasionaliter ratione delicti, quod est causa pœnæ, nō autē ex cōsensu.
6 † Et redeundo ad quæstionem supra formatam concludit Imola in dicto cap.final. quod tollitur naturalis in maleficiis per præscriptionem: quatenus actio est pœnalis. Inquantū vero est rei persecutoria non tollitur secundum Bal.in d.auth.ad hæc relatum per Imol.qui subdit, ꝙ licet non tollatur ipso iure: saltem tollitur quo ad effectum concurrente bona fide per l.omnes.& l.sicut.C.de præscriptione triginta vel quadraginta anno. Sed videtur Imol. quo ad hoc vltimum male loqui: 7 quia non potest delinquens esse in bona fide. † Quum delictum præsupponat dolum vel latam culpam: & sic præsumptio doli contra delinquentem.lege prima.C.de sica. & lege nec exemplum.C.de falsi.notat plene Bartolus in lege prima. §.non autem. ff. si quis testame.libe.esse iuss.fuer. Nec etiam possumus considerare istam bonam fidem respectu hæredis, in quem non transit regulariter actio descendens ex delicto.l. vnica.C.ne ex deli.defun.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non tollit actionem ipso iure, sed ope exceptionis redditur*

ditur inefficax & inutilis.

2 *Iudex an possit repellere ex officio agentem, contra quem est præscriptum?*

3 *Iudex quo casu possit agentem repellere?*

4 *Exceptio est exclusio actionis.*

1 Octauò principaliter quæro. † Vtrum præscriptio tollat
a actionem ipso iure? concludo quod non: sed ope [a] exceptionis illam reddit prorsus inutilem & inefficacẽ, ita Baldus in lege prima.C.si aduersus credi.libro septimo. & in lege sicut.columna secunda.circa finem post glossam ibi.C.de præscriptio.triginta annorum.& in lege prima.columna secunda. C.de annali exceptione.notant do.Panorm.& Feli.in capitulo ad aures. columna prima & secunda. de præscriptio. qui for-
2 mant quæstionem.† An iudex possit repellere ex officio agentem, contra quem est præscriptum. & dominus Panormita.ibi tenet quòd sic.& sequitur Felinus si apparet probata præscriptio ex actis, licet non sit opposita exceptio: sed videtur implicare contradictionem, quòd præscriptio non tollat actionem ipso iure, sed ope exceptionis: & tamẽ quòd iudex possit agentem ex officio repellere, quia regulariter iudex ex officio parte nón petente non repellit actorem, nisi prorsus actione carentem siue agentem de facto. Secus si habeat actionem quę eliditur exceptione, iuxta doctrinam gloss. & Bartol.communiter approbatam in lege vbi pactum. C.de transactio.& in l.si vnus.§.pactus ne peteret.in verbo, in opponendo.ff.de pactis. cum concordan.ibi adductis per Moder.

Hanc contrarietatem sensit Felin. in dicto capitulo ad aures.columna prima.versicul. stantibus istis: dicens, quòd per
3 hoc ampliatur prædicta doctrina gloss. † quòd iudex possit repellere nedum illum, cui nulla competit actio: sed etiam illũ, cui competit, sed inefficax & inutilis: & plura cumulat ibi Fel. ad istam conclusionem, quòd præscriptio non tollat actionem ipso iure, sed ope exceptionis.

Vltra quem addo gl.Bal.& late Sal.comprobantem per plura, & respondentem ad contraria in l.sicut.in vj.oppositio.C.de præscript.xxx.anno.in gloss.in verbo habeant.& Bald.in l.omnes.eodem titul.Et ad hoc pondero tex.in dicto cap.ad aures. dum dicit, quòd pręscriptio actionem excludit: ergo sequitur,
4 quòd ope exceptionis, † cum exceptio sit actionis exclusio.l prima & secunda.ff.de exceptio.

ADDITIO.

a Adde Bald.in l.si pœnę causa.in princip.ff.de condit.indebi. Alexand.in l.fina.in appo.ad Barto.ff.rem ra.ha.Bertach.plura allegantem in verbo præscriptio.vlt.versi.tertio.Et pręscriptio inducta à statuto non loquente per verbum ipso iure non tollit actio nisi ope exceptionis secundum do.Nellum in tracta. de bannitis.in secunda parte.secundi temporis.q.v.

SVMMARIVM.

1 Exceptio præscriptionis an impediat litis ingressum?

2 Lis moueri prohibetur tuto præscriptione: quod tamen duobus modis limitatur.

3 Liquidum esse, & de facili, vel citò liquidandum paria sunt.

4 Exceptio præscriptionis si lex prohibet, impedit litis ingressum.

5 Exceptio præscriptionis impedit compromissum faciēdum ex forma statuti.

6 Exceptio præscriptionis an possit opponi, tā in vim dilatoria, quàm peremptoria. & infra quantum tempus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.

NOnò principaliter quæro. Quia suprà visum est quòd præscriptio non tollit actionem ipso iure, sed ope exce-
1 ptionis. † Vtrum exceptio præscriptionis impediat litis ingressum? Breuiter concludo quòd sic: ita not.Bart.& docto.in l.fratris.C.de transact.pro qua conclusione est bonus text.in l.fina. ff.pro suo.ibi: vt sit litium finis.& ibi no.Bart.dicens per illum
a text.quòd exceptio præscriptionis est litis finitæ [a] & bonus text.in l.omnes.C.de præscript.xx.annorum. in verb.moueatur.
2 † Vbi prohibetur moueri lis tuto præscriptione. & ibi notant Bald.& Sali.cum multis concordantiis:adhuc per Feli.sic late concludentem & respondentem ad contraria.in rubri.extra de præscript.col.iiij.vbi hanc conclusionem implicite limitat duobus modis.

Primo vt procedat quando exceptio præscriptionis opponitur ad impediendum processum.Secus si opponatur ad merita causæ.iuxta plene no.per Barto.in l.cum quærebatur.ff.iudic. sol.& per docto.in l.nam & postea.in princ.ff.de iureiur.habetur & notatur in c.j.de lit.contest.in vj.

Secundo limitat dummodo sit liquida ex solo lapsu tempo-

ris, vel statim liquidabilis: secundum Bald.in l.si is quem.per illum text.C.ne de stat.defunct. Et pro hoc vltra Felin.bene faciunt nota.per Bald.& Salic.in l.neque.C.de compen.vbi di-
3 cunt: † quod paria sunt quòd aliquid sit liquidum, vel possit cito: vel de facili liquidari.per l.fina.C.de competen.refert Alexan.consi.clxj.viso puncto.circa finem secundo vol.& consi. cj.super quæsito.ad fi.iiij.volumi. & ibi declarat quando dicatur posse cito liquidari:de quo plene per Barto.& doct.in l.iiij. §.condemnatum.ff.de re iudica.

Et his duobus modis potest responderi secundum Felin.ad text.in l.emptor.C.de præscriptio.longi tempo.qui innuit probandam esse præscriptionem post fundatam intentionem actoris.& ibi Bald.not.quòd est exceptio litis finitæ:& impedit litis ingressum:si opponatur in vim dilatoriæ.& in l.sicut.j.alleg.

Eandem conclusionem quòd exceptio præscriptionis impediat litis ingressum firma per plura dom.Præpo.in c.si quis per triginta.circa fin.j.colum.& in princip.ij.in titu.si de feud.fue. controuer.dicens quod est exceptio litis finitæ: & quòd potest opponi tam ad processum quàm ad merita.

Et vltra text.allegatos per Felin.& Præpo.adduco text.formalem in l.sicut.in fi.ibi: nulli litem mouendi vlterius facultatem patere censemus.quem ibi Bald.not.colum.secunda.dicens ibi esse casum rotundum.C.de præscript.xxx.ann.qui expresse tollit facultatem mouendi litem completa præscriptione.notat late Bald.in l.fina.in xiij.oppo.C.de edict.diui Adria.
4 tollen.vbi dicit † quòd si lex prohibet & annullat, talis exceptio impedit litis ingressum: & pulchre idem Bald in repeti.l. ij.circa.xx.colum.ff.de iureiuran.declarans ad extensum quando possit opponi præscriptio statutaria:& pōderat diuersa verba statutorum: vt si dicant,non audiatur,ista impedit litis ingressum.Secus si dicunt,non possit exigere, vel similia verba: quæ impediunt à sententia obtinenda: vt ibi latius per eum, quem refert Felin.vbi suprà. Addo Corne.consi.xlvj.in causa.
5 colum.j.versicu. & exceptio.ij. volumi. vbi concludit † quòd exceptio præscriptionis impedit compromissum faciēdum ex forma statuti:& dom.Philip.Deci.consi.xxij.& pro tenui mea. colum.iij. concludentem quòd exceptio præscriptionis non impedit iudicium, vel compromissum,nisi sit statim liquidabilis vt prædixi.

6 † Et vltra prædictos an exceptio præscriptionis possit opponi tam in vim dilatoriæ quàm peremptoriæ: & infrà quantum

tempus: tam in ciuilibus quàm in criminalibus? not. plene Sali. in l. adulter: col. fina. C. de adulte.

ADDITIO.

a Adde Alex. consi. ccxiij. viso & opportune. in princip. c. ij. vol. Bald. & Alexan. in apo. in l. sicut. in fi. C. de præscript. xxx. anno.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio in quibus differt à consuetudine?*
2 *Consuetudo requirit tacitum consensum populi, vel maioris partis.*
3 *Ius priuato acquiritur ex præscriptione: per consuetudinē vero non.*
4 *Consuetudo dicitur lex non scripta.*
5 *Titulus non est in consuetudine requisitus: etiam si consuetudo sit contra ius: in præscriptione autem contra ius, sic.*
6 *Consensus tacitus quo casu habeatur loco tituli.*
7 *Consuetudo potest induci à populo sine titulo, & absque bona fide. In præscriptione autem semper requiritur bona fides.*
8 *Præscriptio requirit probationem scientiæ & patientiæ aduersarij. In consuetudine autem inducenda nō est necesse probari de aliqua scientia, vel patientia: etiam si agatur de præscriptione pedagij, & regalium.*
9 *Consuetudo est plenioris interpretationis, quàm præscriptio: ideo tanquam fauorabilis non est restringenda sed adiuuanda.*
10 *Aequitas in consuetudine consideratur: rigor autē & odium vertitur in præscriptione.*
11 *Præscriptio est rerum: consuetudo vero morum.*
12 *Præscriptio dicitur illa, quæ tendit ad tollendum iam in esse productum. puta dominium, vel actionem. Consuetudo autem econuerso ad inducendum de nouo.*
13 *Præscriptio & consuetudo licet in multis differant: tamen non dicuntur contraria.*

DEcimò & vltimò. Pro huius primæ partis complemento
1 principaliter quæro. † Quid differt a præscriptio à consue-
a tudine, & in quibus? Est profunda & diffusa quæstio quam format glos. in c. fina. in glos. magna in verbo legitime. versicu. sed quam differentiam facis. de consuetu. quæ ponit tres differentias: & ibi notat domi. Panormi. post alios Cano. col. pen. versic. circa secundam partem, dicens, quod in hac q. gloss. ibi nihil perfecte loquitur. Et plenius not. Host. in titu. de consue. §. fina. versicu.

versicu.extra summam.Et ex ibi not.ac aliunde collectis com pendiose colligo infrascriptas differentias inter præscriptionem & consuetudinem.

2 Prima differentia est quod in consuetudine requiritur consensus tacitus populi, vel maioris partis.l.de quibus.in fi.ff.de legib.Sed præscriptio non requirit consensum aduersarij: quia currit etiam contra ignorantem.l.fina.circa fi.C.de præscript. long.tempo.& l.sicut.in fi.C.de præscrip.xxx.anno. Hanc differentiam ponit glos.in d.c.fina.not.Bald.in l.fina.in xv.oppo.ad fi.ibi:& magis est consuetudo.C.de edict.di.Adri.tollen.

3 †Secunda principalis differentia est, quia ex præscriptione acquiritur ius priuato: siue illud ius trahatur ex publico, siue ex priuato.Per consuetudinem vero non acquiritur ius alicui priuato:sed in publico vndecunque causetur, etiam si ius trahatur ex priuato: vt in l.venditor.§.si constat.ff.commu.prædi. vbi patet, quòd potest introduci consuetudo, quòd quisque possit dato pretio fodere lapides ex fundo alicuius. Et licet istud ius trahatur ex priuato:tamen acquiritur in publico & in communi. Et ideo si acquireretur certis personis priuatis non

4 esset consuetudo sed præscriptio.†Nam consuetudo est lex nõ scripta.d.l.de quibus, & sic debet esse communis.c.erit autem lex.iiij.dist.Si ergo acquiritur priuato non potest dici lex: quia non est communis.Istam differentiam ponit Panor.in d.c.fina. cui addo Bald.in rub.ff.de re.diui.col.j.circa fi.vel ij.versic.hic ergo quæritur.& versi.seq.vbi dicit,quòd est differentia:an aliquis habeat ex præscriptione aliquod ius, vel ex consuetudine: quia præscriptione ius vnius quod ab eo aufertur: alteri applicatur. Sed cum applicatur alteri:ita quod alicui non auferiur: illa proprie dicitur consuetudo. & sic Veneti & Ianuenses sua maria habent distincta ex inueteratissima consuetudine secundum Bald.ibi refert Aret.in §.flumina.insti.de re.diui.quæ verba videntur contraria verbis Panor.vbi suprà:circa hanc differentiam vide quod subtiliter dixit Bald.in auth.quas actiones. col.pen.versi.extra quæritur.C.de sacrosan.eccle.

Quandoque tamen vnum & idem potest esse præscriptio respectu certorum:& cõsuetudo respectu aliorum. Vt pulchre declarat Ioan.Andr.in c.iij.de consuet.lib.vj.tradens notabile exemplum,refert & sequitur Panor.in d.c.fina.

5 † Tertia principalis differentia est inter præscriptionem & consuetudinem:quod in consuetudine etiam contra ius nõ requiritur titulus: quia hoc iure non cauetur: quinimmo potius

oppositum. Nam in consuetudine cum sit quædam lex, vt dictũ est, inspicitur sola voluntas seu tacitus cõsensus populi. Sed in præscriptione contra ius requiritur titulus. c. j. de præscrip. lib. vj. Istam differentiam ponit Pan. in d. c. fi. & ante ipsum & vltra per eum adducta sensit glo. in c. super quibusdam. §. præterea. in verbo memoria. de verb. signifi. not. Archi. & Ioan. And. in d.
b c. j. de præscript. in vj. [b] cum concor. alleg. per Ias. in d. l. de quibus. col. xv. versi. item dum suprà dixi. Et vltra cum addo Bald. in repe. l. j. col. viij. C. de eman. lib. posita in calce octaui libri co
6 dicis. Vbi dicit: † quòd hoc casu tacitus consensus habetur loco tituli. & idem voluit ipse Bald. in commento pacis constan. in verbo nos Romanorum. col. iij. versi. & scias. & in c. j. in titu. qui feu. da. pos. & Inno. in c. cum ecclesia. versicu. Sed in præscriptione iuris. de causa pos. & propri. & Alex. consi. cxxiiij. super primo. ij. col. iiij. vol. & consi. vj. viso themate. j. col. j. vol. & cõsi. xvj. in causa & lit. iiij. col. v. volu.

7 † Quarta differentia inter præscriptionem & consuetudinem est, quod sicut in præscribenda consuetudine non requiritur titulus: vt suprà dixi. Ita nec etiam bona fides. Et sic populus potest inducere consuetudinem sine titulo & cum mala fide secundum Ang. in d. l. de quibus. quem ibi refert Ias. col. xv. Sed in præscriptione semper requiritur bona fides. c. possessor. de reg. iur. in vj. & c. fina. de præscri. Sequitur Alexand. consi. vj. viso themate & dubiis. j. col. j. volu. vbi dicit vtrunque scilicet quod in consuetudine non requiritur titulus, nec tituli allegatio: nec etiam est necesse docere de aliqua bona fide.

8 Quinta differentia est. † Quod licet in præscriptione iuriũ incorporalium debeat probari de scientia & patientia aduersarij. l. ij. C. de serui. & aqua: & plene dicetur in secunda parte quartæ partis huius tractatus in materia præscriptionis seruitutum: tamen in consuetudine inducenda nõ est necesse probari de aliqua scientia & patientia: etiam si agatur de præscriptione pedagij & regalium: vt late per Alexand. in præallega. consi. vj. j. volu. & consi. xvj. in causa & lite. colum. iiij. versicu. posset etiam declinari. v. volu. remissiue tangentẽ de istis differentiis inter præscriptionem & consuetudinem: de quibus latius scribit Hostien. in summa. in tit. de consue. §. fi. versi. extra summam, cum pluribus concor. adductis in apost. ad Panor. in d. c. fi. a. & Panor. consi. xviij. in causa & q. col. pen. Notat plene Feli. prædicta tamen aliquibus exceptis non allegans, nec ordinans illas differẽtias in c. auditis. col. xj. ver. quinta & vltima decla

declaratio:de præscrip.vbi dicit ꝙ consuetudo se habet ad ius commune & vniuersale.Prescriptio vero ad particulare priuatum. Item ꝙ consuetudo tanquàm fauorabilis nõ est restrin-
9 genda sed dilatãda.Præscriptio vero debet restringi:quia† cõsuetudo est plenioris interpretationis: quàm præscriptio.allegat c.cum olim.de consuet.Inno.& Butri.in c.dilecto.de offic. Archi.Car.in cle.j.de supplen.negli.præla. & alia de quibus ibi
10 per eum.† Subdit ꝙ in consuetudine consideratur æquitas. Sed in præscriptione vertitur rigor & odium secundum Bald. in l.de quibus.col.xxiij.versi.restat videre.ff.de legi. & in l.scimus.prope fi.princi.C.de inoffi.testa.& dicit idem Bal.in l.non dubium.col.iij.versic.tu potes.C.de leg. ꝙ licet consuetudo & statutum interdum extendatur: tamẽ secus est in præscriptione.Et dicit Pau.de Cast.in l.cum de consuetudine.ff.de legi.ꝙ super hac differetia inter præscriptionem & consuetudinem
11 Cano.Dicunt infinita verba.† Sed breuiter secundũ eum præscriptio est rerum:consuetudo vero morum.Item per præscriptionem priuatus acquirit. Per consuetudinẽ autem respublica acquirit ius quoddam:quo subditos regat. Cano.tamen interdum sumunt consuetudinem pro præscriptione: vt ipse dicit.& de hac materia pulchre scribit Areti.consi.xxiij.in præsenti consultatione ad fi.confirmans dictum Panor.s̃.relatum in prima differentia: ꝙ actus gesti à priuato possunt inducere consuetudinẽ: quando acquiritur in publico per.d.l.venditor. §.si constat. Modos autem cognoscendi:quando aliquid competat ex consuetudine vel ex præscriptione tradit gl.in c.seruitium.xviij.q.ij.& Hostien.solenniter vbi s̃.videlicet in summa.in tit.de consue.§.fi.versi.extra summam.col.penul.& vlti. late tractãs de hac materia:& ibi omnino videatur cum multis concor.allega.per Feli.in d.c.auditis.col.xj.vltra medium.
12 † Vltra præmissas addo sextam differentiam fundamentalem: videlicet, quia præscriptio dicitur illa: quæ tendit ad tollendum iam inesse productum puta dominium vel actionẽ,Consuetudo vero tendit ad inducendum de nouo:quod non est: vt per Iaso.in d.l.de quibus.col.xiij.versic.secunda est opinio.vbi refert Pe.Cy.& Ang.& ibi plene vide per eum post glo. Bart.& alios:quæ dicatur consuetudo præscripta.Et quantum tempus requiratur ad inducendam seu præscribendã consuetudinem tam de iure ciuili quã canonico in illa col.xiij.cũ duabus sequentibus.& per Bal.in authẽ.quas actiones.col.pen.ver.extra quæritur.C.de sacro.eccl.& per Pan.post gl.& alios.Can.in c.fi.

col.

colum.vij.versic.quantum vero tempus de consuetudi. Et ibi etiam habetur quantũ tempus requiratur ad eam tollendam.

Et de istis differentiis inter præscriptionem & consuetudinem vide Alexand.in l.more.columna secunda, ad fin.& columna tertia, de iur.omn.iudic.vbi ponit duas differentias & dat plures remissiones.

Vltimò not.quòd licet præscriptio & consuetudo differant in multis: vt ex prædictis apparet. Tamen præscriptio & consuetudo non dicuntur contraria. Ideo simul possunt allegari secundum Bald.in l.j.colum.vj.C.de serui.fugit.

ADDITIO.

a De diferentiis inter præscriptionem & consuetudinem vide remissiue per do. Claud.Aquen.in l.more.col.iiij.ff.de iurisdictio.omn.iudic. & tres differentias ponit Bald.in l.imperium.colum.vj.eod.titul. & in l.fin.in xv.oppo.colum.ix.C.de edi.diui Adri.tollend.

b Vide ibi Francum referentem colum.iij.in fin.& quòd præscriptio consuetudinis absque titul.procedat firmat Bertach. plures adducens in verbo præscriptio.secunda columna tertia versicul.præscriptio consuetudinis.

SEQVITVR SECVNDA PARS TRACTATVS PRAESCRIPTIONVM.

Venio ad secundam partem principalem huius tractatus, in qua videndum est de natura præscriptionis:& quis inde resultet effectus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio merè fauorabilis & merè odiosa quæ sit: & quæ partim odiosa: & partim fauorabilis?*

2 *Vsucapio est fauorabilis:præscriptio vero odiosa.*

3 *Præscriptio xxx.anno.non habet locum in feudis nisi mediante bona fide.*

Quæro

1 QVæro igitur primo. † An præſcriptio ſit fauorabilis vel odioſa. Dic quòd præſcriptionum aliqua eſt merè fauorabilis vt vſucapio: quæ eſt introducta mero fauore poſſeſſoris. Alia merè odioſa vt præſcriptio longiſſimi temporis xxx. vel xl. annorum introducta principaliter propter negligentiā non petentis & eius odio: quādo eſt cum mala fide. Si vero ſit cum bona fide cenſetur potius mixta: vt j. dicetur. Alia eſt mixta: partim odioſa & partim fauorabilis vt præſcriptio longi tēporis, decem, vel viginti annorum. Hanc diſtinctionem facit text. cum glo. not. in l. fin. in verbo ex vna parte. & in verbo ex vtroque. C. de ædil. diui. Adria. tollen. & text. not. in c. placuit. el ij. §. præſcriptionum. xvj. q. iij. & gloſ. inſti. de vſucap. in princip. in ver-
2 bo per trienniū. dicens † quòd vſucapio eſt fauorabilis, & præſcriptio odioſa: & ibi Ioan. Fab. colum. ij. & Areti. colum. pen. Notant Dy. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in vj. & Bart. in l. ij. §. fin. ff. pro empt. & in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fac. erit. & ibi late Iaſ. & Bart. in l. naturaliter. colum. j. ff. de vſucapio. & in l. ſicut. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum. Panor. in c. illud. colum. ij. de præſcriptio.

Prædicta concluſio fallit in feudis; quia ibi præſcriptio triginta annorum: de qua in §. ſi quis per triginta, in titulo ſi de feud. fue. controuer. reputatur fauorabilis, ſecundum Bald. not. in §. ſi quis de manſo. colum. iij. circa fin. in verſicu. opponitur iſta litera. in titul. de controuer. inueſt. Refert & commendat Iaſo. in l. fina. in princip. colum. ij. de eo per quem fac. er. & in l.
3 iij. §. genera. ad fin. commen, ff. de acquirend. poſſeſ. † Sed aduerte: quia cum iſta præſcriptio triginta annorum locum non habeat in feudis: niſi concurrente bona fide, ſaltem quo ad dominij acquiſitionem; vt concludunt communiter glo. & doct. in dicto §. ſi quis per triginta. & de iure canonico ſemper requiratur bona fides: vt ibi per docto. maximè dom. Præpo. nihil ſpecialitatis videtur habere, per ea quæ infrà dicentur.

SVMMARIVM.

1 *Effectus multiplex reſultat ex præſcriptione.*
2 *Præſcriptor malæ fidei nunquam acquirit.*
3 *Præſcribens dicitur acquirere dominium reſpectu vtilitatis & diſpoſitionis: quia pōt vti re præſcripta, vt vult, & de illa diſponere.*
4 *Ciuilis ratio non poteſt naturalia iura corrumpere.*
5 *Dominium directum & vtile: & quotuplex & quæ ex hoc reſultat*

tat vtilitas?

6 *Proprietas quid sit: & quid differt à dominio, & an proprietatis appellatione veniat vtile dominium?*

7 *Vtile dominium quæsitum ex præscriptione differt à quasi dominio.*

8 *Probare dicitur quis dominium si probat se tanto tempore fructus percepisse: quod sufficit ad præscriptionem.*

9 *Vtile duntaxat dominium acquiritur præscriptione. Fallit vbi præscribitur contra scientem & patientem.*

10 *Præscriptione temporis cuius initium memoria non extat acquiritur directum dominium.*

11 *Præscriptio tanquàm regulariter odiosa non est amplianda.*

12 *Regula generalis: quod præscriptio non extenditur, declaratio, & limitatio.*

13 *Præscribens fundum præscribit & omnia accessoria.*

14 *Præscriptio principalis an prosit fideiussori cum obligatio fideiussoris sit accessoria ad principalem: & quid si econuerso.*

15 *Præscriptio non extenditur quo ad extranea: secus quo ad præambula.*

16 *Præscriptio partis extenditur ad totum ratione indiuidui.*

17 *Præscriptio decimarum in vna parte agri culti, si alia pars inculta redigatur ad culturam censetur in toto: licet præscriptio inducta vno excepto ad illud non extendatur.*

18 *Monasterium præscribens ius decimandi in certa terra comprehendit omnes fructus ex illa prouenturos.*

19 *Ius decimandi est vniuersale & indiuiduum.*

20 *Ecclesia vna potest maiores decimas præscribere: & alia minores.*

21 *Vsus partis iuris comprehensi sub vniuerso comprehendit vsum respectu alterius partis sub eodem vniuerso comprehensa.*

22 *Præscriptio iurisdictionis an extendatur?*

23 *Condemnandi potestas dicitur præscripta, vbi præscripta est potestas absoluendi.*

24 *Iurisdictionis præscriptio in causa appellationis non extenditur ad simplicem querelam. Præscriptio iurisdictionis in ciuilibus non extenditur ad criminalia.*

25 *Extensio consuetudinis quo ad certum separatum territorium an possit fieri?*

26 *Quasi possessio totius iuris retinetur per vnum actum singularem.*

27 *Casus quidam in quo limitatur conclusio quod præscriptio non ampliatur*

ampliatur.

28 *Iurisdictionem territorij praescribens puniendo subditos, potest etiam punire forenses in territorio delinquentes.*

29 *Consuetudo an extendatur?*

30 *Debitor tutus praescriptione potest repetere si soluit per errorem, Vbi exceptio praescriptionis est fauorabilis & iuncta cum bona fide.*

1 SEcundò quæro.† Quis resultet effectus? dico quod multiplex. Primus effectus est quod per vsucapionem cum sit
a fauorabilis: acquiritur [a] directum dominium: per præscriptionem vero xxx. vel xl. ann. tanquàm merè odiosam, quia est inducta in odium negligétium, quæritur duntaxat vtile dominium: si præscribés habet bonam fidé. Alias acquirit exceptionem tantũ contra dominũ, si est in mala fide. Nec habet actionem, si cadat à possessione. l. si quis emptionis. §. j. C. de præscr. xxx. ann. Per præscriptioné autem longi temp. x. vel xx. ann. in qua versatur fauor gratia possidétis: quia bonã fidem habet: & odium ex parte nõ petentis, seu petere negligétis eligitur quędam media via, quia ex ea parte qua est inducta in fauoré possessoris, quæritur vtile dominiũ possessori. Ex ea vero, qua dicitur inducta in odiũ negligentis facit directũ dominiũ penes ipsum negligenté remanere: cuius prætextu agere põt actione in rem directa contra alium possessoré. Non contra eum qui præscripsit. d. l. si quis emptionis. in prin. iuxta regulã quæ habet, odia restringenda: & fauores ampliandos. c. odia. de regu. iur. in vj. Ista sunt verba Dy. in d. c. possessor. vlti. col. circa med. Et in effectu: si eius verba cõsiderentur: non est differentia quo ad acquisitionem dominij inter præscriptionem longi, vel longissimi temporis: quia ex vtraque quæritur duntaxat vtile dominium concurrente bona fide. bene est differétia respectu tituli: qui requiritur in præscriptione longi temp. sed non in longissimi. d. l. si quis emptionis. Et latius dicetur in seq. parte. Et sic colligitur intellectus ad verba Dy. & Bart. dum simpliciter dicunt, ꝙ præscrip. xxx. ann. est merè odiosa: quia verũ est: si sit
2 cum mala fide.† Ideo tunc nõ acquirit præscriptor malæ fidei: nisi duntaxat exceptioné & non dñium vel actioné. Sed qñ est iuncta cũ bona fide æquiparatur præscriptioni longi téporis & eundé operatᷣ effectũ, quia p ipsam acquiritur vtile dñium, & ius agẽdi absq; titulo. Nã cursus maioris téporis supplet defectũ tituli. ꝓ hoc est bon⁹ tex. in §. põt. xvj. q. iij. ita declarat Pan. i c. illud. ad fi. ij. col. ver. pręterea dubitaẗ. de p̃scr. & firmat Pau.

de

de Castro in l.final.§.j.ff.rem ratam habe.vbi vult, quòd præscriptio xxx.annor.cum bona fide dicatur potius fauorabilis, quàm odiosa.Et retuli in præcedenti parte. & propterea gloss. & Bartol.in l.iij.ff.de vsucap.simpliciter dicunt, quòd per vsucapionem quæritur directum dominium: & per præscriptioné vtile.idem dicunt gloss.Bart.& communiter docto.in authen. nisi tricennale C.de bo.mater.& gloss.institu.de vsuca.in prin. super verbo dominium.& ibi not.Aret.in fin.princip. qui attestatur hanc esse communem opini.quæ conclusio procedit in præscriptione longi temporis cum titulo & bona fide:vel longissimi temporis cum bona fide tantum,vt prædictum est.

Et hunc articulum:an per pręscriptionem acquiratur dominium,& quale,latè disputat Io. Andr.& post eum Alb.de Ros. in d.c.possessor.col.viij.versi.quarto proponebatur, cum duabus seq.vsque ad versic.quintò &c.vbi post adducta hincinde
3 motiua concludit † quòd respectu vtilitatis & dispositionis præscribens acquirit omne dominium , quia potest vti re præscripta vt vult , & de illa disponere : vt de re sua. Sed capiendo dominium directum prout descẽdit à iure naturali , illud non pręscribitur,quia non potest tolli iure ciuili,quod est naturali ratione quæsitum,sequitur do.Panor.in d.rub.de præscrip.col. ij.quæ satis inculcate refert Ioann. And. Et quamuis non allegent pro hoc vltimo est bonus text.in l.eas.alias incipit, has
4 obligationes.ff.de capi.dimi.ibi. † quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest, & in l.ij.ff.de vsufr.ea.re.quæ vsu coniu.ibi.nec enim naturalis ratio authoritate senatus commutari pôtuit.quem tex.not.do.Præpo.in rub.de appel.colum. x.& hos text.ad hoc propositum adducit Bald.in auth.ad hæc. colùm.iij.C.de vsur.

Hanc materiam latissimè explicat do.Feli.in d.rub.de præscrip.col.j.versi.directum dominium.cum tribus seq. vbi facit regulam secũdum communem opi.quòd per præscriptionem
a non acquiritur directum dominium:sed vtile [a] tantum : quam limitat nouem modis:& in sexta limitatione dicit , quòd fallit in vsucapione,per quam acquiritur directum, & in quinta sequitur opi.Ioan.And.in d.c.possessor:quòd respectu facultatis vtendi & disponendi, præscribens acquirit totale dominium. Et de hac materia ponunt docto.in l.traditionibus.C.de pact. vbi Ias.colum.iij.summarie refert sex limitationes ad prædictam regulam.

5 † Verum pro vberiori præmissorũ declaratione operę pretiũ est

est videre, quid sit dominiũ directum & vtile, & quotuplex, & quę ex hoc resultet vtilitas, ꝙ ex pręscriptione acquiritur vtile tantũ? Bar. in l. si quis vi. §. differentia. circa fi. ver. quæro vtrũ vtile dominiũ. ff. de acqui. poss. dicit quòd duplex est dominiũ. Vnum quod opponitur, & cõtradicit vero dominio. Nec illud recognoscit, sed potius elidit: vt dominiũ quæsitum ex pręscriptione. Aliud est, ꝙ verum & directũ dominiũ recognoscit: vt illud quod cõpetit emphyteotę, feudatario, superficiario, & simili. Et ibi Bar. ver. quæro q̄d sit dominiũ, declarat quotuplex sit dominiũ. No. Bal. in l. cũ res. C. de prob. & Alex. in d. §. differẽtia. col. iiij. & ibi declarãt.
6 † Quid sit proprietas: & quid differt à dn̄io? & an appellatione proprietatis veniat vtile dominiũ. Refert Ias. tacito tamen Alex. in §. omniũ. col. xviij. in anti. impres. & xij. in noua. insti. de act. & quæ sit differẽtia inter proprietatẽ & dn̄ium late declarat Ias. in d. l. traditionibus. col. ij. circa fi. & seq. C. de pact. Vel aliter dic, ꝙ duplex est vtilę dominiũ: quoddã verũ, vt & illud quod perimit directũ, quale est hoc quod quæritur ex præscriptione, quod extinguit antiquũ dominiũ, vt statim dicetur. quoddã est vtile dominiũ nõ verũ, vt est illud quod recognoscit dominiũ directũ tãquã superius, secundũ Bart. in l. j. in prin. col. iiij. ver. v. ff. de acquir. poss. & ibi no. Ias. & idem in l. iij. §. ex contrario. col. iiij. circa fin. eod. titu.
7 † Et not. ꝙ vtile dominiũ quæsitũ ex præscriptione differt à quasi dominio, vt declarat Bar. in l. si minor. §. fin. ff. de euict. dicens, ꝙ deducto in iudicio directo dominio, videtur etiã deductũ vtile ex præscriptione quæsitũ, sed non quasi dominium: & est de mente Inno. in c. cæterũ. de iudi. & ibi refert Panor. colũ. pe. vbi ex hoc infert, ꝙ si agens rei vendicatione exprimit causam, quia dominus: & probet solum præscriptionẽ, obtinebit: dicens se obtinuisse de facto. refert Fel. in rubr. de præscri. col. iij. in prin. & vltra eum idem voluit Panor. in c. cum cõtingat. j. not. per illum text. de deci. vbi dicit, ꝙ verbũ pertinere comprehendit etiam dominiũ ex præscriptione quæsitũ: & ideo cũ quis dicit rem petitã ad se pertinere, satis est quod probet de
8 dominio ex præscriptione causato. & facit secundũ Pau. ibi, ꝙ no. Bart. in l. ad probationem. C. loc. † vbi concludit quem probare dominium: si probat se percepisse fructus tãto tempore, quod sufficiat ad præscriptionem.

Sed videtur ꝙ nullus sit effectus, an ex præscriptione quæratur vtile vel directũ, quia cum dominiũ nihil aliud sit, quàm ius de re corporali perfecte disponendi: vt diffinit Bar. in d. l. si

quis vi.§.differentia. non refert an quis habeat directum vel vtile tantũ:ex quo ille qui præscribit habet liberam dispositionem, & vtile ex præscriptione quæsitũ opponitur directo: vt prædictũ est,quinimo præscriptio extinguit antiquũ dominiũ, gl.not.in l.iij.§.ex pluribus.in verbo possideo.ff.de acqui. poss. a & in l.si ædes. [a] la j.in gl.fi.ff.de ser.vrb.præd.quas glos. declarat Alex.in d.§.ex pluribus.col.iij.dicẽs,ꝙ pscriptione dicit occidi dñium,quãuis pscribẽs directũ nõ acquirat:sed vtile,quia illud vtile præfertur directo,& eo potẽtius est, cũ dñs primus per hoc excludatur,& ex hoc dicitur occidi dñium antiquum & directũ.Breuiter dico,ꝙ duo resultãt effectus.Primus est,ꝙ vbi remanet directũ penes eũ, cõtra quẽ præscribitur, põt ille ratione directi dñij,ꝙ penes eũ remãsit, intẽtare actionẽ contra tertiũ,& rem vẽdicare à tertio possessore actione directa: sed nõ ab eo,vel cõtra eum qui præscripsit.d.l.si quis emptionis.§.j.C.de præscript.xxx.an.& hunc effectũ tangit Dy.in d.c. possessor.circa fi.j.col. Secũdus effectus est,quia si res præscripta deueniat ad primũ dñm, ille qui præscripsit bona fide spatio xxx.an.absq; titulo,& sic quæsiuit dũtaxat vtile:non põt rẽ ab eo vẽdicare,quãuis actionẽ habeat cõtra quẽlibet aliũ:casus est in d.l.si quis emptionis.§.j.C.de præscri.xxx.an.secũdũ intel.Io.& gl.ibi cõmuniter approbatũ.Cuius l.intel.latius exequiá in iij.parte.Sed istud nõ videtur hoc casu operari illa ratio,ꝙ quæsiuerit vtile tãtum,sed defectus tituli, vt dicam ibi.

Tertius effectus est.Quia illis casibus,quibus acquiritur directũ dñium,exceptio præscriptionis impedit litis ingressum, tanquã inferẽs actionẽ nõ cõpetere,aliàs nõ:secũdũ Bal.& Sal. in auth.nisi tricẽnale.in fi.cõmẽ.C.de bo.ma.Sed hunc effectũ impugnat Fel.in rub.de præscri.col.iiij.circa med.firmãs indistincte,ꝙ exceptio præscriptionis potest opponi ante litẽ contesta.ad impediendum processum , & dixi in j.parte.quæst.ix.

9 † Et inter cæteras limitationes,quæ dãtur ad communẽ cõclusionẽ,ꝙ ex præscriptione quæritur dũtaxat vtile dñiũ, not. bene illam,ꝙ fallit vbi præscribitur cõtra scientẽ & patientẽ, quia tũc ex tacito illius cõsensu præscribẽs acquirit directum dñium.Ita limitat no.Bal.in auth.nisi tricẽnale.in fin. cũ C.de bo.ma.& firmat Fel.in d.rub.de præscr.col.j.ad fi. & se.in j.fal.

Addo vltra Fel.in dicta rub.de præscri.& Ias.in d.l.traditionibus duas notabiles fallentias ad pdictã cõmunẽ cõclusionẽ.

10 †Prima est in præscriptione tanti tẽporis,cuius initij nõ extat memoria: quia ex ea acquiritur directũ dñium secundum Bald.

Bald.Sal.Alex.& Moder.in dicta l.traditionibus.

Secunda fallētia est vt cōmunis theorica procedat,qn̄ præscribitur cōtra dn̄m habētē vtrūq; dn̄ium:quia tūc nō præscribitur nisi vtile. Secus si p̄scribatur cōtra habētē directū tantū: q̄a tūc per p̄scriptionē acquiritur directū ad hoc, vt p̄scriptio aliqd operetur.Ita limitat Alua.in c.j.co.ij.circa me.in ti.de feu. nō hab.propr.na.feu.Referēs ita tenere Rayn. & seq.in d.auth. nisi tricēnale & Nic.de Neap.in d.c.j. Secūdus principalis resultat effectus ex p̄dicta doctrina:an præscriptio sit fauorabi-
b lis vel odiosa[b] respectu interruptionis,vt latè per Bar.in l.fi.in prin.ff.de eo per quē fac.erit;& in l.ij.§.fi.ff.pro empt.& in l.naturaliter.co.j.ff.de vsuc.& in l.sicut.C.de p̄ſc.xxx.an.Cuius doctrinā refert & declarat Ias.in d.l.fi.in prin.& in § pœnales.co.pe.& vlt.post Are.insti.de actio.Et latius dicetur in vltima par
11 te huius tractatus. † Tertius principalis resultat effectus ex prædicta distinctione, ꝙ præscriptio tāquā regulariter odiosa nō est ampliāda,etiā ad iura similia : sed restringēda.c.odia.de reg.iur.in vj.& ibi gl.dicēs,ꝙ præscribēs visitationē nō acquirit procurationē.No.Dy.in c.possessor.col.vlti.de reg.iur.in vj. & est gl.in c.auditis.super verbo interruptionē.in fi.de p̄script. quę dicit,ꝙ licet p̄scribatur in vno capitulo nō prȩscribitur in alio:& ibi Inno.dicēs,ꝙ p̄scriptio super vno iure,nō extēditur ad aliud.Et latissimè Fel.col.vj.cū quinq; seq.cumulans infinitas decisiones:& facit regulā,ꝙ præscriptio nō extēditur cum quinq; declarationibus:sed in pluribus loquitur satis obscure: & nimis diffuse.Et ideo conabor hanc materiā extēsionis prȩscriptionis difficilem & periculosam à nullo moderno integrè examinatā:vt attestatur Fel.vbi s̄.ad breue, & clarū cōpendiū redigere,quoad fieri poterit, addēdo plura vltra Felin. Facio igitur regulā generalē,ꝙ p̄scriptio nō extēditur per p̄allegata, quā per plura cōprobat Fel.in d.c.auditis.col.vj.de p̄scri.Hinc dici solet,Quātū possessū,tantū præscriptū.l.quod meo.§.fin.& ibi no.doct.ff.de acq.pos.& probat text.cū gl.in l.j.§.si quis hoc interdicto.ver.Iulianus.ff.de iti.actúq; priua.vbi hæc no.Bart. & expressius Ang.ex quo inferūt, ꝙ si quis dicit se præcessisse ius colligēdi pedagiū:quis probat,ꝙ cōsuetus est colligere de talibus rebus:in illis tantū quæsiuit ius,in quibus apparet vsus. & idē dixit Bar.vltra Fel.in l.si publicanus.§.fin.ff.de pub.in l. Tytiū & Mæuiū.§.altero.co.fi.in fi.ff.de admi.tu.& pulchre in l.cū de in rem verso.col.fi.vers.breuiter aduerte.ff. de vsur.vbi dicit,ꝙ vsus p̄stationis nō producit effectū,nisi ad illud tantū,

quod est factũ, vel ad id q̃d necessario infertur ex illo per text. in d.l.j.§.si quis hoc interdicto. & ibi ponit exemplum, & dicit Barto.in auth.qui rem.circa fin.con.C.de sacrosan.eccle.quod præscriptio & cõsuetudo nõ extendũtur vltra id quod agitur.

Et hanc regulam firmat Panor.in d.c.auditis. col.ij.circa fi. in pe.no.dicẽs, ꝙ tantũ præscribitur, quantũ possidetur. per illũ tex.cũ gl.& per tex.in c.cũ olim.& in c.cum contingat.vbi idẽ ipse no.de deci.& in repe.c.si quis cõtra clericũ.col.antepe.de fo.cõpe.dicẽs, ꝙ præscripta institutione vel cõfirmatione non præscribitur destitutio: quia præscriptio in vno nõ extenditur ad reliquũ: & in c.cum in tua.in iij.not.per illum text.de deci.

e vbi etiã dicit, ꝙ tantũ præscribitur quantũ possidet [e] vt in c.si. ne possessione.de reg.iur.in vj.& est bo.text.secundũ eum in l. deniq;.cũ l.seq.ff.ex quib.caus.maio.& dicit idẽ Pa.in d.c.cum contingat.circa fin.de deci.quod licet quis præscripserit decimas omnium prædiorum alicuius parochiæ vno excepto, præscriptio ad illud non extenditur: de quo latius dicetur infrà.

Hinc est quòd præscriptio certorũ iuriũ de pręsenti non extenditur ad futura omnino cõsimilia iuribus præsentibus præscriptis, vt probatur in d.c.cũ cõtingat.vbi licet decimæ noualiũ sint eiusdẽ iuris, cuius sunt antiquæ, tñ ad præscriptionem antiquarũ nõ sequitur præscriptio futurarũ. & ibi no.Pa.in vlt. not.assignans rationẽ, quia in præscriptione debet fieri stricta interpretatio, cum veniat ad detractationem iuris alterius.

Addo Io.And.in addi.ad Spec.super rub.de his quæ fi.à præl. absq; ma par.ca.ante finem magnæ apost.vbi dicit, ꝙ præscriptio est restringibilis intantum, quòd per illam separãtur connexa & vnita, vt ipse probat per plura. Prædictam regulam latè confirmat Alexan.consil.cxxij.viso puncto.ad fi.iiij.vol.Dicens, ꝙ præscriptio nõ operatur, nisi in illo actu, quo quis fuit vsus.& idẽ Alex.consi.xvj.in causa & lite vertente.col.vj.circa prin.& cõsi.xxxiij.põderatis his.col.ij.circa med.v.vol.Et Soc. consi.lxxiiij.in præsenti cõsultatione.circa fi.referens Inno.in c.cum dilectus.de reli.domi.vbi dixit, quòd pręscriptio in vna re, quãdo alius est in quasi possessione generali, non extẽditur ad reliqua.& consil.cclxxv.in causa fratrum.colum.iij.ver.sed posito.Concludens quòd præscriptio non extenditur de similibus ad similia [f].

f

22 † Hanc generalẽ regulã primò limita, & declara: vt nõ procedat quo ad accessoria & connexa rei principali præscriptæ inseparabiliter: quia ista præscribuntur cum principali. Et sic

præsi-

præscriptio ad ea extenditur:casus est in l.eos.iuncta gl.C.de vsur.& ibi notãt Bal.& Doct.vbi sublata actione principali per præscriptionẽ respectu sortis: censetur etiam sublata accessoria respectu pœnæ & vsurarum. Quam conclusionẽ latè comprobat Fel.in d.c.auditis.col.x.in iiij.declara. Et firmat do.Petrus Phil.Corne.consi.xliiij. in hac consultatione.ij.col.ij.vol.

Addo bonũ tex.in l.longè.iũcta gl.ff.de diuer.& tẽp.pręscri. & in l.si aliena.§.j.ff.de vsuc.Per quẽ dicit Bart.in rep.l.de quibus.siue in ij.lect.col.ij.ff.de leg.ꝙ præscribẽs fundum præscribit omnia accessoria vt seruitutes,vt ibi dicitur. Et vltra Feli. pulchre Bald.qui ad hoc dat intellectũ in repe.l.fi.col.xx.C.de præscri.long.tẽp.Et bene dictũ est, ꝙ præscriptio extẽditur ad accessoria & cõnexa inseparabiliter. Nõ aũt ad simpliciter cõnexa,quia illa separantur per præscriptionẽ, si possunt separari:vt pulchrè dixit Io.And.de quo non meminit Fel.in addi.ad Spec.super rub.de his quæ fi.à ma.par.ca.cir.fin.magnæ apost.

13 Ex quibus infero ad q.vltra † Fel.An præscriptio principalis prosit fideiussori,cum obligatio fideiussoris sit accessoria ad principalẽ.l.fideiussor obligari.in princ.& ibi plenè no.Bart.ff. de fideiuss.Istã q.pulchrè decidit Bal.in l.tam mandatori. col. ij.circa fin.aliàs iij.ver.item dubitatur.C.de non nuspecu.& di-

14 stinguit,vt ibi per eum. † Quid autem ecõuerso, si fideiussor præscripsit, & nõ reus:Puta quia præscriptio fuit interrupta cõtra reum,& contra fideiussorẽ,an prosit reo.Tangit ibidẽ Bal. col.fin.ver.sed quæro si fideiussor: & hæc faciunt ad propositum:quia his duobus casibus tractatur de extendenda præscriptione de persona ad personam.

Prædictam limitationem sublimita, & declara : vt pulchrè per Ro.singulari cccccvij.incip.tu habes regulam.folio xvij. vbi dicit : tu habes regulam, quòd præscriptio facta de principali trahitur ad accessorium:casus est in lege eos.C.de vsuris.in l.si aliena.§.primo.ff.de vsucapio.Quod est verum,si accessorium ab initio inchoatæ præscriptionis inerat principali. Secus, si ex postfacto cœpit inesse: quoniam tunc est opus quo ad illud noua præscriptione. Casus est singularis & non alibi : quem notabiliter dicit Romanus : quia de eo habebis honorem.in l.qui fundum.§.primo.ff.de vsucapio.pro empt.& bene facit l.rerum mixtura.in fin.ff.de vsuca. Hæc sunt verba Roma.vbi suprà.Sequitur Felin. non allegans Roma.in dicto singulari : sed in dicta l.qui fundum.§.j.in dicto cap.auditis.colum.x.in quarta declaratione.

15 †Secūdò principaliter limita:& declara prædictam regulam quòd prescriptio non extenditur:vt procedat quo ad extranea. Secus quo ad præambula:vt pulchre declarat Ro.cōsi.ccxliiij. ad prædictorum corroborationem:vbi concludit: quòd quā ratione consuetudo seu præscriptio conferens iurisdictionem in vno censetur,contulisse in eius consecutiuo seu accessorio: vt est text.optimus secundum eum in d l.si aliena.§.j.eadem ratione consuetudo siue præscriptia : quæ cōfert iurisdictionem in vno videtur contulisse in eius antecedenti siue præambulo. Ex quo infert quòd præscripta iurisdictione exequendi laudā: videtur præscripta iurisdictio pronuntiandi super executione. Refert & sequitur Feli.in d.c.auditis.colum.xj.

16 †Tertiò limita & declara prædictam regulam:nisi præscribatur pars indiuisibilis ab ipso toto : quia tunc præscriptio partis extenditur ad totum ratione indiuidui : per id quod nota.in c. cum in tua.de deci.& per Inno.in c.dilectus.de capel.monac. Ita notat do.Corse.in c.bonæ.el ij.in apo.ad Panor.super iij.no. de postu.præla.

Pro qua limitatione siue declaratione vltra eum est casus in l.si stillicidij.§.fina.cum l.seq.ff.quemad.serui.amit.

17 †Hinc est quod licet præscriptio decimarum inducta in omnibus prædiis parochiæ : vno excepto:ad illud non extendatur secundum Inno.in c.tua.de deci.Archi.in c.quicunque.xvj.q.j. Panor.in c.cùm contingat.circa fi.de deci.quos refert Felin.in d.c.auditis.col.vj.Et vltra eū no.Pan.in c.cum in tua.in iij.not. per illum text.de deci Tamen qui præscribit decimas in vna parte agri culti:si alia pars inculta redigatur ad culturam:censetur præscripsisse in toto: ex quo alius nō possedit decimas in ea.Ita eleganter consuluit Panor.consi.lxxj.casus talis est quidam clericus.ij.volu.Pariter quæ præscripsit ius decimandi in prædio:in quo toto tempore præscriptionis fuit decimatū tritici:si completa præscriptione seminetur milium: de ipso debetur decima,ne eadem res diuerso iure censeatur contra l.eū qui ædes.ff.de vsucap.Ita decidit Ioan.And.post Hostien. in c. cum in tua.de deci.Et ibi refert & sequitur do.Anton.de Butr. versicu.vnde dicit Ioan.And.& Panor.in versi.sed quæro de ratione.& in consi.proxime relato.Et idem secundum Ioan.And. & do.Anto.si de arboribus forte nouiter plantatis prouenirent aliqui fructus.Et satis probat text.in d.c.cum in tua.secundum

18 secundam lectu.vbi est casus † quod monasterium,vel ecclesia præscribēs ius decimādi in certa terra videtur præscripsisse quo

quo ad omnes fructus: qui possunt ex illa terra prouenire: licet tempore præscriptionis solum receperit decimã de certis fructibus: quia alij fructus non fuerunt inde collecti. Secus autẽ: si fuissent alij fructus percepti: ex quibus iste non percepisset decimam: vt declarat Panor. in d.c. bonę. el ij. col. ij. in iij. nota. de postu. præla.

Quod intellige quando decima aliquorum fructuum perceptorũ fuit soluta alteri, quàm huic. Sed si nulli alij soluta fuit: tunc debetur illi, qui præscripsit decimam certorum fructuũ, decima omnium aliorum. Nã si fuisset soluta decima de aliis fructibus ecclesiæ prædiali: tunc decima deberetur de illis fructibus ecclesiæ prædiali, & reliquorum fructuum ipsi ecclesiæ quæ præscripsit: vt no. Panor. in d.c. cũ in tua. in ij. lectu. Ex quo infert: quod vnum prædium potest esse parti decimale vni ecclesiæ: & parti alteri. Puta respectu tritici vni ecclesiæ: & respectu vini alteri. quod refert Panor. placere Hosti. & Io. And. ibi: licet Inno. videatur discrepare: & respondet post eos ad regulam: quæ facit in oppositum: quod vna & eadẽ res diuerso iure censeri non debet.

19 † Ex quo infero quod ius decimãdi est vniuersale & indiuiduum: vt dicit Corse. vbi suprà. licet non declaret: videlicet quando decima debetur: & soluitur vni & ecclesiæ tantum respectu eiusdem fundi. Secus si debeatur: & soluatur duobus ecclesiis, vt prædixi.

Vnde in proposito est constituenda differentia: an sit vnus vel plures fundi. Nam si fundi sunt plures: quamuis in eadẽ regione: præscripto iure decimandi in vno: præscriptio non extenditur ad alios fundos: in quibus nunquam fuit percepta decima, seu causata præscriptio. Non sic autem cõtingit in eodẽ fundo vbi datur vnitas terminorũ: quia tunc possessio vel præscriptio in parte extenditur ad totum: vt pulchre declarat Pan. in pręalle. consi. lxxj. circa fin. ij. volu. Et bene facit text. in l. iij. in prin. iuncta l. quod meo. §. fin. cum ibi no. ff. de acquiren. pos. Et istud apertius quam faciat Panor. dicunt & declarant Ioan. And. & do. Anto. de Butr. in d.c. cum in tua. Dicit enim Io. And. 20 ibi. † quod bene potest vna ecclesia præscribere maiores decimas & alia minores etiã ex fructibus eiusdem prædij. Sicut per pactum hoc potest induci c. ex multiplici. eod. titu. & licet hoc non placeat Inno. dicit Ioan. And. quod placet Host. & sibi, & subdit. sed pone quod prædium colitur, in quo sunt etiam vites vinum ferẽtes: vna ecclesia semper percepit decimã bladi:

altera semper decimã vini:vna de aridis,alia de liquidis: quare non valet?non video dicit Ioan.And.Sed do.Anto.de But.ibi adhuc plenius loquitur,licet obscure in j.not.dicens.no.quod præscriptio extenditur ad particularitatem iuris comprehensi sub vnico iure vt vniuersali,& licet præscriptio sit inextensibilis ratione accessorij:vt notatur in reg.odia.lib.vj.si tamen habet vsum iuris:vt quid vnicum & vniuersale ad speciẽ vt partem in iure vniuersali comprehensam fit præscriptionis extensio:ne contingat eandem rem diuerso iure censeri, quando habent se vt partes separatæ diuerso iure censentur. Ideo non fit extẽsio præscriptionis.Vnde ius decimale præscriptum in vna re non extenditur ad aliam.Sed ius decimale præscriptum in vna re ex vsu decimæ grossæ extenditur ad minutã in eadẽ re.

21 † Et ex hoc no.quod ex vsu partis iuris comprehensi sub vniuerso videtur etiã datus vsus respectu alterius partis sub eodẽ vniuerso comprehensæ.Et hoc ideo:quia ibi datur quædã contiguitas saltem respectu generis. Ideo pro tanto fit extensio. Allegat plene no.per Inno.in d.c.dilectus.de cap.mo.

Subdit do.Anto.in d.c.cum in tua.circa med.doct. nostri sic intelligunt decretalem istam inquantum dicit.Ex præscriptione grossas & minutas decimas deberi:hoc esse verum quando non apparet decimas minutas per aliam ecclesiam vel personam fuisse perceptas:quo casu ex perceptione decimarũ grossarum sub nomine decimæ simpliciter sunt decimę ipsę grossę & minutæ vnum,& id maius.Et ideo etiam quantum ad minutas censetur præscriptum,sed si alia ecclesia percepisset minutas esset interrupta præscriptio,quo ad minutas. Ideo tunc colligenti grossas dicuntur grossæ,& minutæ colligenti minutas. non est enim absonum eandem rem diuerso iure censeri propter diuersum accidens concurrens. Et sicut ex pacto possunt hæ decimæ separari,& ex diuersis deberi:sic & possibile est ex præscriptionis actu.Et sic arguunt ibi Ioan.And.& do.Anto.de pacto ad præscriptionem.Hæc sunt formalia verba do.Ant.licet lectura sua sit multum corrupta:quæ reduxi ad bonum sensum vt melius potui.Et prędicta sunt bene notãda.Nec de ipsis facit mentionem Feli.in d.c.auditis.

22 † Secundò principaliter quo ad hunc articulum prædicta regula,quæ habet,quòd præscriptio nõ debet extendi,inducitur ad arduam q.Vtrum præscriptio iurisdictionis extendatur?in qua Barto.in d.l.j.§.si quis hoc interdicto.ff.de iti.actúq; priuato determinat quòd nõ.dicens quòd in iurisdictione præscribẽda probata

probata quasi possessione certi actus: in illo tantum actu præscribit: secus est si haberet concessionem ab alio: qui habet ius concedendi. Nam tunc si vtitur iurisdictione in vno actu: retinetur in omnibus: vt ibi latius per Bartol. & in l. si publicanus. §. fina. de publica. & in l. Titium aut Mæuium. §. altero. in fin. ff. de admi. tuto. Cuius dicta refert & sequitur do. Bertach. Firmanus. in prima parte sui tract. de gabel. col. vij. circa fin. & seq. in xj. q. Et vltra allegata per eum not. Bar. in l. cum de in rem ver. col. fina. versi. item si volo probare. ff. de vsur. vbi dicit, quod si volo probare iurisdictionem ex vsu non probabitur: nisi circa ea, circa quæ fuit vsus. Eandē conclusionē firmat Pan. in d. c. auditis. col. ij. circa fi. de præscri. Not. Inn. in d. c. dilect. de cap. mo.

Istam quæstionem examinat per vnam colum. do. Ias. in l. imperium. col. xv. ver. tertio circa prædictam materiam. ff. de iur. om. iud. Referens doctri. Inno. in c. dilecto. de offi. archi. vbi tenet, quòd talis præscriptio iurisdictionis non extenditur: licet extendatur consuetudo. Et tandem concludit Ias. veram esse opinionem, & communem sententiam: quòd cum tres sint species iurisdictionis: videlicet, merum, mixtū imperium, & simplex iurisdictio, si quis est vsus vna specie: intelligitur præscripsisse quo ad omnes actus: qui sunt eiusdem iurisdictionis, & speciei. Sed non intelligitur præscripsisse in alia specie iurisdictionis. per l. si prius. in prin. ff. de aqua plu. arc. Et ibi no. Docto. & ista fuit doctrina Cy. & Salic. in l. j. in fi. C. de eman. li. Bald. & Pau. de Cast. in d. l. imperium. quam latius declarat ibi Iaso. qui tangit circa fin. xiij. col. an præscribens iurisdictionem præscribat modicam cohertionem: cum sit diuersæ speciei. & concludit quod non secundum decisionem do. Car. & Pan. in c. cū contingat. per illum text. de foro comp. quam sequitur Alex. in l. ij. post prin. ff. de iur. om. iudi. Et firmat Feli. in d. c. auditis. col. vij. circa fi. ver. præscriptio super iurisdictione. de præs. dicēs quòd text. in d. c. cum contingat. non reperitur alibi, quo ad hoc secundum Cardi. & Imo. in c. pastoralis. in prin. de offic. delega. & in c. ex literis. j. no. eo. ti. Et idem Feli. in d. c. auditis. col. x. circa fin. qui refert & sequitur decisionem Bald. in d. l. imperium. in j. commen. versi. circa vltimum. col. iiij. † vbi dixit: quod præscripta potestate absoluendi: est præscripta potestas condemnādi: quia sunt eiusdem speciei: vt ibi latius per Fel. & faciunt plene no. per eum in c. non potest. de re iudi. Vbi late tractat: an condemnatio & absolutio à pari procedant? Et vtrum: cui cōpetit vnum: competat aliud. Et notant Aretin. & Sozi. in rubri. ff. de

acquiren.possess.licet contrarium tenuerit Panormi.in c.cum olim.colum.ij.versicu.sed iuxta prædicta.de præscript.& concorda:vt per Feli.vbi suprà.

Et vltra eum:& Ias.addo: quod hanc q.late examinat Alex. consi.lxviij.viso & dubium discusso.penult.colum.ij.volum.Et sequitur doctri.Cy.& Sali.in d.l.prima.C.de eman.lib.Concludens post eos:quod si per consuetudinem aliquis vsus est vna specie iurisdictionis, puta simplicis iurisdictionis acquirit iurisdictionem quo ad omnes actus, qui comprehenduntur sub illa specie iurisdictionis simplicis:argu.l.si stillicidij.§.fina.ff. quemadmo.seruit.amit.Non autem quantum ad diuersam speciem iurisdictionis:videlicet quo ad ea quę sunt meri imperij: argum.d.l.si prius.in princip.ff.de aqua plu.arcen. Et ibi not. Docto.& in d.c.ij.de capel.mona.cum pluribus concord.adductis per Alexand.vbi suprà.

Et ita procedat vltra præfatos docto.quod voluit Panor.in c.cum in tua.in ij.nota.& in versicu.sed quæro ex mente Ioan. And.ibi.de deci.vbi videtur impugnare dicta Barto.in d.l.prima.§.si quis hoc interdicto.dicens:quòd si in aliquo loco aliquis exercuit actus iurisdictionis occurrentes animo,scilicet vtendi iurisdictione vniuersali:quod post præscriptioné completam poterit vti iurisdictione in aliis casibus occurrẽtibus, in quibus non fuit vsus. Finge enim: dicit Panormi.quòd homicidium non fuit ibi commissum per quadraginta annos: sed in eo loco commissa fuerunt alia scelera:quæ iste tanquam superior puniuit,si post præscriptionem contingat perpetrari homicidium, certè poterit iste,qui præfato modo præscripsit iurisdictionem illud punire secundum Panorm.argu.illius text. Et est ratio,licet ipse non dicat:quia tunc non fit extensio ad aliam speciem iurisdictionis, sed ad alios actus eiusdem speciei:videlicet,meri imperij.

24 † Sic etiam procedit: quod no.voluit Flori.in l.si quis diuturno.ff.si ser.vendi.vbi dixit, quòd præscriptio iurisdictionis in causa appellationis non extenditur ad simplicem querelã. Et quòd præscriptio iurisdictionis in ciuilibus non extenditur ad criminalia. Et hoc vltimum refert Feli.in d.c.auditis.circa medi.de præscript.Ratio,quia ista sunt diuersæ speciei.

25 † Sed si quæratur: an possit fieri extensio consuetudinis quo ad certum separatum territorium: concludit Alex.vbi.s.quòd non:& ita procedunt not.per Inn.in c.fi.de offi.archi.Et idẽ est quando iurisdictio esset quæsita præscriptione: sicut quãdo est quæsita

quæ sita consuetudine vt ibi per Alex.& in dicto consil.xvj.in causa & lite.col.vj.v.volu.vbi concludit : quod præscriptio iurisdictionis in certa parte hominum villæ non extenditur ad totam villam.& consil.xxxiij.ponderatis his.ij.col.v.volu.not. Sozi.cõsi.cxvj.abunde & subtiliter circa fi.ij.col.ver.solum ergo restat:dicens : ꝙ si præscripsi iurisdictionẽ in certis actibus non possum extẽdere ad alios actus: quod intellige secundum prædictam doctrinam videlicet respectu diuersæ speciei.

Et sic vult Alex.præal.cõsi.xvj.ꝙ præscripta iurisdictione in certas personas nõ extẽditur ad alias.De quo articulo:an præscriptio iurisdictionis in vna persona extẽdatur ad alias?dic vt plene patet in c.dilectus.col.j.& super verbo possessoriũ de capel.mona.& Butr.ibi : & per Ro.consi.ccclxvij.ad fi.Et pulchre per Pan.in sua disputatione inci.duo clerici.col.vlt.& late per Feli.in d.c.auditis.col.ix.versi.tertia,declaratio.

Prędictam cõclusionẽ,quæ habet ꝙ pręscriptio iurisdictionis nõ extenditur ad diuersam speciẽ:vt ꝑdixi:limita:& declara primo:vt ꝓcedat in iurisdictione acquirẽda: Sed sec⁹ est in iurisdictiõe retinẽda:quia tota retinetur ꝑ exercitũ vnius act⁹ secundũ Bar.in l.arborib⁹.§.de illo.ff.de vsufr.ꝑ illũ tex.vbi ꝓ-
26 batur † ꝙ per vnũ actum singularẽ retinetur quasi possessio totius iuris in vniuerso.Et ita summat ibi Bar.& ideo si q̃s exercet iurisdictionẽ in accusando:sed nõ in inquirẽdo:dicit̃ quasi possessio toti⁹ iurisdictionis retineri:vt nõ currat cõtra eũ præscriptio.ita Bar.in l.si vn⁹.ff.de ser.rust.ꝑdi.& ibi not. Flo.& idẽ Flor.in l.vna est via.e.ti.& fuit de mẽte Spe.in ti.de ꝑscr.in iiij. parte.col.pe.ver.sed pone miles.vbi videt̃ concludere,ꝙ si habẽs iurisdictionẽ in vniuerso vsus est ipsa in certis capitulis:& retinuit iurisdictionẽ in totũ:adeo ꝙ sibi nõ obstat ꝑscriptio in his,ĩ qb⁹ vsus nõ est.& ita limitat:& declarat d.Bertach.Firmanus dicta Bart.ĩ d.§.si q̃s hoc interdicto.in j.ꝑte trac.de gabel. col.viij.in prin.in xj.q. Vltra quẽ addo Bal.in l.is q̃ vsumfructũ. ff.quẽad.ser.amit.vbi dixit ꝑ illũ tex.ꝙ q̃ nõ vtit̃ iurisdictione in totũ:sed in ꝑte:retinet quasi possessionẽ toti⁹.& ante oẽs hoc apte voluit Inn.ĩ d.c.dilect⁹.col.ij.in gl.suꝑ verbo possessoriũ. de capel.mona.vbi formaliter dicit:ꝙ si eps, vel quicunq; ali⁹, qui habet iurisdictionẽ,vel aliud ius gñale à iure, vel à cõsuetudine,vel statuto in aliqua loca vel ꝑsonas:quãtocunq; tẽpore stet:ꝙ in aliquo illorũ locorũ,vel ꝑsonarũ nõ vtatur iurisdictione,vel omni iure:ꝙ in eis habet,vel aliquo capitulo:nõ tamẽ cõtra eũ ꝑscribitur : quia semꝑ possidet.Nã exercẽdo illud ius,vel vnũ capitulũ illius iuris gñalis in vno solo loco:in om-

nibus locis, personis, & capitulis retinere videtur: nisi amittat possessionem: vel quia expellatur, vel reuertens, non admittatur: vel suspicetur se posse repelli: Nam cū hæc iura sint contingua: sufficit in vno prędictorum retinere possessionem. ff. de acqui. posses. l. possidere. in princip. Immo nec præscriptio eius tēporis: cuius non extet memoria: currit. De qua not. in c. quid per noual. de verbo. sign quia semper possidet. & si contrarium diceretur: sequeretur absurditas: vt ibi late probat Inno. cuius hæc sunt verba. idem tenet d. Signorel. consi. lxx. in q. vertente inter cōmune Parmæ. col. vij. versi. venio ad quartum: vbi concludit: ꝙ ex retentione & vsu in vna parte rei indiuiduæ impeditur præscriptio in omnibus: & bene facit text. in præallegata l. si stillicidiis. §. fin. cum l. seq. ff. quemadmo. seruit. admit.

27 † Secundò limita, & declara prædictam conclusionē, & dicta Bart. in d. §. si quis hoc interdicto procedere quando alius est in possessione, vel quasi vniuersali certi loci. Tūc enim prę scribens cōtra eum in certis actibus, in his solum acquirit ius. Sed nullo alio existēte in quasi possessione iurisdictionis, quasi possessio vnius actus causat ius vniuersale. Ita solenniter declarat Inno. in c. dilecto. col. fi. de offic. archi. per tex. optimum in c. j. de relig. domi. vbi ipse idem tenet cum concor. adductis per Felin. in d. c. auditis. col. viij. in iij. declara. comprobantem per plura. Vltra quem addo, ꝙ idem voluit Innoc. in c. dilectus. col. j. de capel. mona. & in c. cum dilectus. de reli. domi. quē refert & sequitur Panor. in præalle. consil. lxxj. vltra med. ver. tertio ad idem. ij. volu. vbi dicunt, quòd exercens iurisdictionem vniuersalem in loco, videtur iurisdictionem in totum acquirere, dummodo alius non sit in possessione generali. Nam tunc tantum acquirit respectu capitulorum seu actuum, quos exercuit, & hoc casu potest procedere dictum Barto. in d. §. si quis hoc interdicto. secundum Panor. vbi suprà qui idem sentit in c. cum in tua. in iij. not. de deci. & in d. c. auditis. ad fin. ij. col. in

28 pen. no. † Hinc est quòd præscribens iurisdictionem territorij puniendo subditos, potest punire etiam forenses in territorio delinquentes, licet in eis nunquàm sit vsus iurisdictione. vt not. Flori. in l. si quis diuturno. ff. si serui. vendi. Bald. in addi. ad Spe. in tit. de iurisd. om. iud. §. fi. quos refert & sequitur Fel. in d. c. auditis. col. ix. versic. sic etiam intellige.

Tertiò principaliter in hoc articulo vidēdum esset: an consuetudo extendatur? Sed quia hic non intendo tractare nisi de præscriptione, & non de consuetudine nisi incidenter: inquantum

tum habet in se inclusam præscriptionem, tangam succinctè. Dico igitur quòd istum passum attingit Fel.in d.c.auditis.col.
29 vij.ver.cõsuetudo.dicens: † quod consuetudo regulariter non extenditur.vt not. Bal.in c.j.in fin.princ.in titu.de feu.cogni.& hanc conclusionem cõprobat per plura, quam postea ipse Feli. ibi latius declarat col.ix.dicens quod consuetudo tãquàm fauorabilis non est restringenda, sed dilatãda saltem ad ea, quæ sunt similia & eiusdem rationis: vnde & si præscriptio non extendatur ad noua monasteria, cõsuetudo tamen extenditur.c. cum olim.de consue.Et late notat Inno.in c.dilecto.prope fi.& ibi clare Bu.de offi.Archi. Nam in consuetudine consideratur æquitas sed in præscriptione vertitur rigor.& odiũ, secundum Bald.in l.de quibus.col.xij.versi.restat videre.ff.de legi.& in l. scimus.prope fi.princip.C.de inoffic.testa.& in l.non dubium. col.iij.versi.tu potes.C.de legi.Vbi dicit: quòd licet consuetudo & statutum interdum extẽdatur: tamẽ secus est in præscriptione: quia præscriptio consistit in actibus limitatis.& non egreditur formam illorum actuum: alleg.Innoc.in d.c.dilecto. Subdit deinde Feli.vbi suprà quòd multi nõ faciunt differentiam inter præscriptionem & cõsuetudinem: quo ad extensionem per plura ibi adducta.& ideo cõcorda: vt ibi per eum: qui concludit prædictam declarationem procedere in consuetudine non præiudicante iuri alterius.nam tunc debet extendi. Contraria autem loquuntur secundum eum in consuetudine præscripta præiudicãte iuri alterius: quia illa non extenditur:
f & videtur bona concordia. [f] Et idem dixit Feli.in d.c.auditis. colum.ix.versic.sic etiam transeat: quia consuetudo potest extendi ex identitate rationis: quando non habet legem contrariam secundum Panor.in c.translato.in fi.de constit. & ita procedit glo.in l.de quibus.ff.de legi.extendens consuetudinem: quæ excludit canonicum regularem à feudo ad personam similem, cum ibi not.per Bald.qui trahit cõsuetudines ad casus similes: ponendo plura exẽpla.Et vltra Feli.an consuetudo extendatur de similibus ad similia tangit Bart.in repe.siue in secunda lect.d.l.de quibus.col.j.circa fi.& ij.& ibi not.late Iaso. col.ij.& iiij.qui post omnes late tractat: an attendatur simile consuetudinis vt vincat legem.

Vltimò an præscriptio extẽdatur de tempore ad tempus: de re ad rem: de loco ad locum: de personis ad personas: de rebus ad res? vltra Feli.in d.c.auditis.tradit latissime Bald.in repe.l.j. in tribus vlti.col.C.de eman.libe.posita in calce sui commenti

octaui

octaui libri Codicis.

Et de istis quatuor extensionibus in simili circa prorogationem iurisdictionis est glos. ordina. in l.j.C.de iurisdictio. omnium iudic.

Et per hæc remanet expedita hæc difficilis, & periculosa materia extensionis præscriptionis: vt attestatur Felinus in dicto capitulo auditis.columna sexta, in principio, versiculo, cæterum pro ordinanda.& si quis viderit scripta Felin. comperiet me clarius loquutum fuisse in hoc laborioso articulo, & plura addidisse vltra eum, licet ibi cumulauerit prope modum infinita.

Quartus principalis resultat effectus ex prædicta doctrina: an præscriptio sit fauorabilis vel odiosa:quia vbi exceptio præ-
h scriptionis est fauorabilis,[h] vt quia iuncta cum bona fide † de-
30 bitor tutus præscriptione si soluat per errorem,repetit. Secus quando præscriptio esset odiosa:quia iuncta cum malafide: vt declarat Paul.de Castr.post glo.in l.fi.§.j.ff.rem rat.habe.per l. qui exceptionem.ff.de condi.indeb. Refert & commendat Felin.in capitu.fina.columna quarta,versicu. demum. circa prædictam.de præscriptio.Et dixi in j.parte princip. in v.quæst.col. vij.circa medium.

Sed erit difficile dare casum: in quo currat præscriptio in actione personali de iure cano.propter malam fidem debitoris,vel defuncti:quæ nocet hæredi:vt latius dicetur in ij.parte. iij.partis principalis proximè sequenti.

ADDITIO.

a An ex præscriptione quæratur vtile, vel directũ dominium: vide per glos.Bart.Bald.& Salic.in authen.nisi tricennale.C.de bon.mat.Ioan.Fab.Bald.Christo.porc. Aret.& do.Iaso.instit.de vsucap.in princi.in glo.in verbo dominia.doct.omnes in l.traditionibus.C.de pact.vbi Alexand.col ij.gloss.in l.si quis emptionis.§.j.in verbo creditoris.& ibi Salic.C.de præscript.xxx. anno.late Imo.in repe.c.fi.col.xxiiij.de præscript.glo. & Ange. in authen.vt eccle.Ro.&c.Archi.in c.seruitium.xviij.q.ij. Maria.Sozi.in rub.de causa pos.& proprie.versicu.decimooctauo.

Panor.

Panor.in ca.ad aures & in rubr.de præſcriptio. Alexand.conſi. lxxxviij.eximie domine vicarie.columna tertia, in princip. verſicul.probauit.ſecundo, volumi.practi. Papi.in forma libel. in actio.reali.in verbo iure dominij. Bartol.in l.prima,§.denique.ff.de aqua pluui.arcend.gloſſ.& Bald.in l.tertia, ff.de vſucap.& Barto.in l.ſticho.ff.de vſufruct.legat.Innocen.& Panormita.in capitul.cæterum.prope fin.commen.de iudic. Bald.in authentic.hoc ius porrectum.columna ſecunda, C.de ſacroſanctis eccleſiis,& infrà late dicetur.& vtrum ex præſcriptione acquiratur dominium:& quale vide late per Ioann. And.in mercur.& poſt eum per Alber.de Roſ.in capitul.poſſeſſor.in quarta, quæſtione de regul.iur.in ſexto, & vtrum ex præſcriptione quæratur directum vel vtile dominium: & an præſcriptio tollat dominium ipſo iure vide Alexand.in l.fin.columna vltima, ff.de eo per quem fact.erit. Et plura not. Berta.in repertorio in verbo præſcriptionis effectus.verſiculo, præſcripto acquirit.

b Adde plene Bald.in ſua repetitio.l.fin.columna quinta, & ſexta,C.de præſcriptio.long.tempor.vbi firmat: quòd præſcriptio.non tollit dominium: ſed effectum dominij tantum: & quòd eſt communis opinio gloſſ. & doctor.in authentic.niſi tricennale.C.de bon.mat. & in l.ſi quis emptionis.in princip. C.de præſcriptio.xxx.anno.

c Vide Bartolum,ibi:qui declarat,iſtud procedere in præſcriptione,ſecus in vſucapione: quia illa non occidit dominium ſed transfert,ſecundum Bartolum, quem ſequitur Paulus de Caſtro, & declarat circa finem conſiliorum, dicens hoc eſſe ſubtile.

d Dixit tamen Baldus, in §.ſi quis per triginta.columna prima,in titulo,ſi de feud. fuerit controuerſia, quòd præſcriptiones non fuerunt inductæ in pœnam ſed propter libertatem ſubditorum: ne de iure ſuo ſemper dubitent: vt notat eleganter gl.quę non eſt alibi ſecundum eum in authen.de temp.non ſoluta pecunia, ſuper dote,§.j.quod non videtur bene dictum quia præſcriptio triginta annorum, cenſetur merè inducta in odium negligentis:vt late dictum fuit.ſuprà circa principium huius ſecundæ partis.

Et ſic

Et sic dictum Albe.debet restringi ad vsucapioné triennij, vel præscriptionem longissi.tempor.tantum per ea quæ latè dicta sunt suprà.

e Addo do.Ias.in l.imperium.colum.xiiij.versi.secundo not.limita.ff.de iur.omnium iud.& do.Iacobus de sancto Georg.in suo tract.feud.in gloss.in verbo,cum mero & mixto impe.col.iiij.dicentes.Eatenus præscriptũ,quatenus possessum:& d.Phi. deci.consil.lxxxv.& diligenter pro tenui, qui firmat per plura quòd præscriptio est limitata: ita quod de vno ad aliud non extenditur.

f Hinc dixit Bald.in cap.j.in verbo abbatissa. in titul.qui feud. dare poss.quòd præscriptio & consuetudo non debent extendi:quia tantum habent de potentia quantum de actu.per text. in d.l.j.§.si quis hoc interdicto.vers.iulianus.ff.de iti.actúque priua.per quem etiam dixit Feli.in c.cum accessissent.col.xij. de consti. ꝗ actus taciti non sunt interpretandi vltra quàm se extendant.Et vltra prædictos addo Bal.in l.quod constitutum. C.ne de statu defun.vbi pulchre dixit:quòd verba statutorum sunt multum ponderanda:in quo casu loquantur:quia etiam si præscriptio fauorabiliter disponit:tamẽ ad similia non extenditur.per illum text.& Aret.consi.xxxij.in causa quæ vertitur. circa princ.vbi dicit quòd consuetudo non debet extendi de persona ad personam,nec de re ad rem : sicut non extenditur præscriptio.Et sic parificat consuetudinem & præscriptionem respectu extensionis : de quo dicetur infrà colum.x.ver.tertio principaliter.Et hoc cõsilium adde ad ibi dicta vltra Feli.in d. c.auditis.

g Adde quòd pro ista cõcordia bene faciunt plenè no.per moder.in l.fin.colum.quinta, ff.de constitut.princip.vbi in beneficiis & gratiis fit latissima interpretatio nisi quatenus præiudicant iuri alterius : quia tunc restringuntur vt non lædant ius tertij.

h Quod præscriptio triginta annorum dicatur potius fauorabilis quàm odiosa data ignorãtia & bona fide prout suprà conclu.in princ.huius secundæ partis.col.ij.sentit aperte Panor.in c.fina.col.v.circa fi.de præscript.

TERTIA

TERTIA PARS.

NVNC transgrediamur ad tertiam partem principalem huius tractatus: in qua principaliter videndum est de præscriptione rerum corporalium, & habet tres partes. In prima tractatur de titulo. In secunda de bona & mala fide & titulo permixtim. In tertia & vltima de traditione & possessione.

SVMMARIVM.

1 *Corporalium rerum præscriptio quatuor principaliter exigit.*
2 *Præscriptio non cadit nisi in aptis & habilibus præscribi.*
3 *Titulus iustus cum possessione iniusta non prodest ad præscriptionem: quia in præscriptione requiritur ius, & factum.*

1 PRimò igitur quæro, capiendo primam partem huius tertię partis principalis. †Quot requirantur ad præscriptionem rerum corporalium? Dico quòd quatuor principaliter requirũtur, titulus, bona fides, traditio, vel aliquid, quod habeatur loco traditionis; & possessio continuata absq; interruptione per tempus à lege diffinitũ; videlicet triẽnio in mobilibus, & decẽ annis inter præsentes, & viginti inter absentes in immobilibus: cum titulo & bona fide. Ita no. Bart. in l. vnica. C. de vsuca. transfor. per illum text. & Pet. de Anch. in c. possessor. in fi. commen. de reg. iur. in vj. Hæc probantur in l. ij. & in l. diutina. & l. super longi. C. de præscri. long. temp. & in l. nullo. C. de rei vendi. iuncta l. iij. & l. sine possessione. ff. de vsucap. & instit. de vsucap. in princ. & est glo. magistra. in rub. ff. de diuer. & temp. præscript. quæ ponit aliud requisitũ, quòd res non sit prohibita
2 pręscribi, sed videtur superfluum: †quia præscriptio non cadit nisi in aptis & habilibus præscribi: vt in simili notat do. Ias. in l. j. in prin. col. vj. circa fin. ff. de acqui. pos. dicẽs, quòd diffinitio semper intelligitur loqui de habilibus per l. vt gradatim. §. j. ff. de mune. & hono. Et plenè notant Bald. & Ang. in d. l. super longi. in princ. colligentes septem requisita ad præscriptionem longi temporis, quæ in effectu comprehenduntur in prædictis quatuor: & quinque ponit Paulus de Cast. in l. Celsus. circa finem. ff. de vsucapione.

Hinc dixit Bald. in repe. l. j. colum. iiij. C. de emanci. lib. quòd in præscriptione requiritur ius, & factum, id est titulus & pos-
3 sessio: & in vtroque debet adesse iustitia. † Et ideo titulus iu-

ſtus cum poſſeſſione iniuſta non prodeſt ad præſcriptionem.l. nec ex vera.& ibi notat Bartol.C.de acquir.poſſeſ.& l.ſtipulationem:& ibi not.ff.eodem titul.

Et requiſita in omni præſcriptione, tam in rebus corporalibus,quã iuribus incorporalibus:ſummatim colligit practi.Papi.in forma reſponſio.rei conuen.in gloſſ. in verbo exceptionem præſcriptionis. colum.j.& ij.quæ latius infrà ſigillatim declarabuntur ſuis in locis.

Et quæ requirantur ad præſcribendum res corporales:plenè not.Hoſt.in ſumma de præſcript.ſub titul.de præſcript.rerum immo.& Azo in ſumma.C.de vſucap.pro empt.

Sed hoc loco principaliter videndum eſt de titulo,& de bona & mala fide.De traditione autem & poſſeſſione ac eius cõtinuatione,& qualiter probetur: plenè dicetur in repeti.l.Celſus.in tertia & quarta parte: & ibi videbimus in prima parte poſt Bart.qualis titulus requiratur: & an error iuris, vel facti cauſet iuſtum titulum?& quis dicatur error iuſtus circa titulum?& in ſecunda & tertia parte qualiter probetur, vel præſumatur bona vel mala fides?& ex quibus? hic autem ſolum attingam ea quæ non dicentur, nec habentur in d.l.Celſus. De tempore vero requiſito ad præſcriptionem cum acceſſoriis dicetur in quarta parte principali huius tractatus, quæ proxime ſequitur.

SVMMARIVM.

1 *Titulus dicitur cauſa habilis ad dominij tranſlationem,quantum ad propoſitum,& quot modis ſumatur titulus?*

2 *Titulus dicitur iuſta cauſa poſſeſſionis.*

1 SEcundò quæro. In ſpecie,quid ſit titulus?& breuiter † titulus dicitur cauſa habilis ad dominij tranſlationẽ, quantum ad propoſitũ:licet multis aliis modis ſumatur titulus ſecundũ Cyn.in l.cogi.C.de petit.hære.Refert Paul.de Caſtr.in d.l.Celſus.circa finem commen.verſi.vlti.ex omnibus notant gloſ.& do.Card.in cle.j.circa princ.de cenſi. Et dicit Bal.in l.ancillæ.
2 in iiij.op C.de fur.† q; titulus dicitur iuſta cauſa poſſeſſionis.

Et quot modis in iure accipiatur titulus : tradit gl.magiſtra. in l.non eſt.in glo.j.C.fam.ercíſc.& alia gloſ.in auth. de eccle. titul.ſuper rubr.

Et qui ſint tituli habiles ad dñij tranſlationẽ:enumerat text. in l.j cum ſeq.ff.de publici.& habetur in pluribus titulis poſitis poſt rub.ff.de vſucap.vſque ad titulum de re iudicata.

Summ

SVMMARIVM.

1 *Titulus qualis requiratur ad præscriptionem?*
2 *Rem suam nemo præscribere dicitur.*
3 *Quod semel est meum non potest amplius esse meum.*
4 *Tituli qui sufficiant ad præscribendum plenum dominium, aut vsumfructum, aut emphyteosim?*
5 *Titulus iustus sufficiens ad præscriptionem quot modis dicatur?*
6 *Titulus lucratiuus donationis, vel legati rei alienæ, an sit potens ad præscribendum cum bona fide, & de iure canonico?*
7 *Donatio iuris spiritualis facta laico, an præstet iustum titulum præscribenti?*

1 TErtiò quæro. † Qualis titulus requiratur ad præscriptionem? Dic quod talis, qui esset sufficiens ad transferendum dominium: si tradens esset dominus, qui habitus à no domino transfert vsucapiendi seu præscribendi conditionem.l. clauibus.in fin.ff.de contrahen.empt. Aliàs, si ille à quo habitus fuit titulus, & qui tradidit fuisset dominus, translatum fuisset dominiũ per titulum & traditionem.§.per traditionẽ.insti. de rerum diui.& l.traditionibus.C.de pactis. Nec esset de præ-
2 scriptione tractandũ: † quia nemo præscribit rem suam.l.sequitur.§.lana.ff.de vsuca.per regulam quæ habet. Quod semel est meum, non potest amplius effici meum.l.& an eadem.§.actiones.ff.de excep.rei iudic.ita declarat Imol.in repe.cap.fin. col.viij.ver.qualis autem titulus.de præscrip.& Areti.instit.de vsuca.in prin.ver. nota etiam, quòd requiritur tituli habilitas.

Quod est verum, quando res est sua irreuocabiliter. Sed si est sua reuocabiliter: quia ille tenetur alteri restituere, siue potest ab eo auocari: præscribere tũc potest quis rem reuocabiliter suam.l.in bello.§. si quis seruum. & ibi notat Bartolus ff.de capti. Et Barto.in l.sequitur.§.fructus. ad finem.ff.de vsu-
3 capio. Adde pulchrè Baldum in rubrica de præscriptio. circa princi.vbi dicit, † quòd ad præscribendum plenum dominiũ sufficit habere titulum super proprietate: ad præscribendum vsumfructum sufficit habere titulum super vsufructu: ad præscribendum emphyteosim sufficit habere titulum super em-
4 phyteosi, & sic de similibus[a].

Et dicit glossa in capitul. si diligenti.in glo. † magna in verbo iustus titulus. circa medium.de præscript.quòd titulus iustus ad præscriptionem dicitur: quaando quis habet causam

à non domino: si tamen præscribẽs credidit tradentem esse dominum. Item dicitur iustus titulus, qui tẽdit ad domini translationem cessante scientia rei alienæ. l. iusto. in princ. ff. de vsuc. Item omnis titulus, quem prætor tuetur etiam cum rei alienæ scientia, dicitur iustus. casus est not. in l. & generaliter. ff. de noxa. no. Firma. in repertorio in versic. titulus iustus.

Et de illius text. intellect. & an procedat de iure canonico no. plene Alexan. post Bart. & Imol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. col. iij. & iiij. ff. de dam. infect. & dicam in vlti. q. ij. partis proximæ seq. Et sufficit titulus verus vel putatiuus causatus iusto errore: vt l. Celsus. cũ materia: vbi latè dicetur. ff. de vsuc.

5 † Et an titulus lucratiuus, puta, donationis, vel legati rei alienæ sit potens ad præscribendum cum bona fide de iure canonico? not. Fel. in c. si diligenti. colum. vlti. de præscrip. vbi cõcludit, quòd sic reprobata opi. Aret. in l. apud Iulianum. §. constat. colum. penult. ff. de lega. j. Sequitur d. Claud. Aquen. in l. naturaliter. colum. ij. circa finem. ff. de vsucap.

6 † Et nota, quòd donatio iuris spiritualis facta laico non præstat iustum titulum præscribendi: vt per Panor. in cap. dudum. circa princip. de decim.

Successiue esset hic tractandum an & quãdo titulus sit necessarius ad præscribendũ, tam de iure ciuili, quàm canonico. Sed quia ista quæstio est connexa cum materia bonæ fidei: videlicet, an ambo scilicet bona fides & titulus requirantur ad præscribendum, vel alterum sufficiat? Ideo reseruo dicendum in seq. parte huius tertię partis, vbi tractabitur materia bonæ fidei: & ibi vide in v. quæst.

ADDITIO.

a Adde eundem Bartolum in l. iij. columna final. versicul. ad tertium. C. quod met. causa.

SVMMARIVM.

1 *Titulus diuisionis an sit sufficiens ad præscribendum?*

1 QVartò quæro. † An titulus diuisionis sit sufficiens ad pręscribendum? de hoc est casus no. in l. j. cum gl. C. cõmu. vtriusq; iudi. Et ibi no. Bal. & Sal. in l. cum solus. secundũ vnum intelle. ff. de vsuca. vbi Bart. ponit doctri. in j. col. vers. sed extra glo. Quam ibi declarant & sequuntur Ang. & Imol. circa prin. commen. not. Alex. consi. cxxxvij. in causa & lite vertente. col. iiij. ver.

iiij.versi.nec etiam probatur.ij.volu.& consi.xxiiij.ponderatis his quæ in themate.vltima colum.v.volu.

SVMMARIVM.

1 *Distinctio super titulo transactionis an sufficiat ad præscribẽdum?*
2 *Titulus transactionis sufficiens est ad præscribendum vbi res traditur.*

1 QVintò quæro. †Quid de titulo transactionis? An sit sufficiens ad præscribendum? De hoc est casus reputatus sing.in l.profundo.C.de transact.Et ibi not.glo.Bart.& Docto. vbi singulariter distinguitur, q aut res dimittitur penes possessorem:& tunc transactio non habetur pro titulo,nec transfert dominium,vel præscribendi conditionẽ.Aut verò res traditur à parte:& tunc habetur pro legitimo titulo.Et ex transactione transfertur dominiũ,si tradens erat dominus:alias præscriben di conditio.Et ita per illum tex.distinguit gloss.not.in l.j.& ibi Bart.ff.de vsucap.pro emptore.Et sequuntur cõmuniter doct. in d.l.si pro fundo:vt ibi per Alex.& Iaso.col.vltim.Vltra quos addo Bald.in cap.j.in princ.in tit.de cõtro.inter vasal.& alium de benefi. Alexan.præalleg.consi.xxiiij.ponderatis his.col.fin. versic.accedit etiam titulus.v.volu.

2 †Et quod titulus transactionis sit potens ad præscribendũ vbi res traditur:est casus in l.ex causa transactionis.C.de vsucap.pro empto.not.Corne.consi.xvj.viso primo themate.circa princip.secundo volu.

SVMMARIVM.

1 *Vendens,donans,vel concedens,quicquid iuris habet in aliqua re an causet titulus istius venditionis, donationis, & concessionis præscriptionem?*
2 *Possideri non potest res sub incerto concessa; & absque possessione non procedit præscriptio.*
3 *Vendentis mala fides nocere non debet ementi.*

1 SExtò quæro. † Quid si quis vendit,donat, vel cõcedit quicquid iuris habet in tali re. An iste titulus causet præscriptionem. Istam quęstionem attingit Bartol.in l.si sic.§.primo. in fine commen.ff.de legatis primo.& plene in l.emptor.ff.pro emptore.Vbi notabiliter decidit, quòd talis concessio, siue titulus nihil operatur : & quod non sufficit ad præscribendum: nisi constet de iure concedentis propter incertitudinem : &

sequitur Alex.in d.l.si sic.§.j.col.vlti. adducens pro conclusione Barto.text.no.in l.quod si in venditione.& in l.quod si sic.ff. de hære.vel act.vendi.& idem Alex.consi.xxviij.visis & accurate ponderatis.col.iij.versicu.ad prædictorum.j.volu.& cõsi. xiiij.viso & considerato themate.col.ij.& cõsi.clxxxvij.in hac causa.col.ij.versicu.circa primum.ij.volu.Roma.consi.clxiiij. viso priuilegio.Feli.in c.ij.col.v.de rescrip.

Hanc conclusionem limitat no.Barto.in d.l.emptor.vt procedat:quando venditio fuit facta hoc modo. Vendo quicquid
2 iuris habeo.Item tibi trado quicquid iuris habeo:† tunc enim non potest sic possideri propter incertitudinem l.iij.§.incertá. & l.locus.ff.de acquir.poss. Ideo non procedit præscriptio sine possessione.l.sine possessione.ff.de vsucap.

Sed si vendo quicquid iuris habeo: & trado fundum totum: tunc procedit præscriptio:quia emptor credit se totum emisse. arg.l.ij.§.sed si fundum.ff.pro empt.ita dicit Bart.vbi suprà.

Et limitationem istam sequitur Alex.in d.l.si sic.§.j.vbi aliá tradit Pau.de Cast.quem ad præmissorum declarationem omnino vide: & pulchre Alex.in d.l.locus.qui ponit an vendens quicquid iuris habet teneatur de euictione: vel ad pretij restitutionem: si apparet eum nullum ius habere? & ibi examinat dicta Barto.in d.l.emptor.& sequitur.Excepto in quantum vult
3 † quòd mala fides vendentis modo prædicto non nocet emptori,dicens hoc hodie non procedere per auth.malæ fidei.C.de præscript.long.tempo.

Adde de titulo donationis, an sufficiat ad præscriptionem Bal.decidentem quod sic in c.si diligenti.còl.pen.de præs.& ibi an per clausulam nõ obstante conferatur iustus titulus,vel per verba enuntiatiua.

SVMMARIVM.

1 *Titulus habitus ab eo, cui bonis erat interdictum, vel ab eo quem quis scit male consumpturum, an præstet causam præscribendi?*

SEptimò quæro † Quid de titulo habito ab eo:cui bonis erat interdictum,vel ab eo quem quis sciuit consumpturum in aliquos malos vsus. An talis titulus præstet causam præscribendi:Dic vt per Barto.in l.si quis cum scire.vbi text.ff.de vsucap. pro empto.Et ibi vide de titulo habito à ludẽte: per glo.& Pan. in c.si diligenti.col.v.de præscript.Vbi inuenies de titulo habito à prodigo,vel luxuriose viuente.Et ibi not.Feli.col.iiij.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Titulus habitus à furioso an det causam praescribendi?*
2 *Titulus habitus à fure habetur pro non titulo.*

1 Octauò quæro. † Quid de titulo habito à furioso, pupillo, vel adulto absque decreto, & solennitatibus requisitis, An præstet causam præscribendi? Dic vt habetur in l.ij.§.si à furioso.& §.si à pupillo.ff.de vsucap.pro empto. Vbi Bar.dat plenam doctrinam. No. Panor. & Felin.in d.c.si diligenti.col.iiij.& v. Et dicetur aliquid in repetitione l.Celsus.& in prima parte vltimæ partis huius tractatus.

Quid autem de titulo habito à fure? Bald.in l.inciuile, versi. 2 conclusiue ergo.C.de furt.dicit, † Quod titulus habitus à fure habetur pro non titulo. Nec patrocinatur emptori. Et sic non præstat vsucapiendi causam. Nec mirum, Quia res est affecta vitio reali.§.furtiuæ.insti.de vsucapio.

SVMMARIVM.

1 *Habens titulum: ignorans autem se habere, non præscribit, quia non dicitur habere bonam fidem.*
2 *Scientia tituli ad causandam bonam fidem est necessaria.*
3 *Furiosus & infans possunt præscribere mediante tutore vel curatore.*
4 *Ad præscribendum non requiritur quod appareat aliquem sciuisse de titulo, sed quod appareat titulum habuisse, & possedisse.*
5 *Bonæ fidei possessor dicitur, qui putat rem esse tradentis.*
6 *Scientia tituli in initio possessionis nō est præscribenti necessaria sed tantum quod scientia tituli superueniat ante completam præscriptionem.*
Vsucapio scienti competit.
7 *Testis deponens super titulo emptionis ad præscriptionem probandam non tenetur deponere de pretio.*
8 *Confirmatio tituli inualidi an ipsum reddat iustum ad præscribendum?*

1 Nonò quæro. † Vtrum ille qui habet titulum, & ignorat se habere, præscribat? Dic quod non: quia non dicitur habere bonam fidem. Et hoc vbi titulus est necessarius ad præscriptionem. Ita dicit Bald.in l.j.col.j.versi.nunc venio.C.per quas perso. Et ibi sequitur Salic.allegans pro casu text.in l.possessio quoque.§.& si possessio.ff.de acquiren.pos.ibi scienti vsucapio

competit refert Feli.in c.illud.col.j.de præscript.Et ante ipsum
Alex.in l.naturaliter.in apost.ad Bart.col.iij.ff.de vsucapio.Sed
Bal.etiam allegat illum text.ante Salice.& assignat rationem.
Quia ad præscriptionem requiritur bona fides:quæ non cadit
2 in ignorante.† Et sic exigitur scientia tituli ad causandam bo-
nam fidem.Addo text.in l.j.vbi est casus:& ibi glo.in verbo,in-
teruenerit.quæ assignat prædictam ratione͂.C.de acquir.posses.
Et ibi no.docto.& Alex.in d.§.& si possessio in primis verbis.

Et vltra ibi not.adde Dyn.in c.sine possessione.col.ij.de reg.
iur.in vj.vbi tractat: an quis possit præscribere, per procurato-
rem & negotiorum gestorem.Non obstat: si opponatur de fu-
rioso & infante:qui non possunt scire.l.in negotiis.ff.de re.iur.
3 Tamen præscribere possunt.† quia præscribunt:mediante per-
a sona tutoris vel curatoris: [a] per quos possunt possessionem ac-
quirere:& iam quæsitam continuare.Et sic exigitur scientia tu
toris vel curatoris:vt declarat Are.in l.locus.circa fi.commen.
ff.de acqui.pos.Sed licet Fel.ita simpliciter transeat cum dicto
Bald.& Salic.in d.l.j.C.per quas perso.Reperio vltra eum quod
Barto.voluit totum contrarium.in l.ij.§.si sub conditione.in fi.
commen.ff.de vsucap.pro empto.Vbi dicit hæc verba. Ex his
4 concluditur † quod sufficit,si apparet titulum me habuisse: &
possedisse:licet no͂ appareat me sciuisse de titulo in initio pos-
sessionis. Quod est not.Et loquitur ad effectum præscribendi:
5 vt ex præcedentibus patet: & ibi sequitur Imo.dicens. † Item
not.quod bonæ fidei possessor dicitur: qui putat rem esse tra-
dentis: licet non putet se adhuc factum dominum, quod est
nota.dignum.Et nota bene:quia talis vsucapit: si verus titulus
adsit:licet ipse ignoret eum adesse:& co͂sequenter ex illo titulo
non possideat:quod est etiam singulariter notādum. Hæc sunt
verba Imo.Et idem tenet ibi Ang.dicens.quod si re vera appa-
ret titulus:& est facta traditio:& recipiens habuit bonam fide͂
tempore traditionis:licet titulum ignorauerit:hæc ignorantia
sibi non nocet. Non est ergo necesse:dicit Ange.vsucapientem
scire de titulo in possessionis initio. Et hoc est secundum eum
quod dicit ille text.Subiiciens.Nec obstat:quod qui ignorat ti-
tulum:non possidet cogitatione domini: ergo non bona fide.l.
apud antiquos.C.de fur.Quia quantum ad vsucapiendi poten
tiam considerare debemus hoc modo quod credat tradentem
dominum:qua credulitate interueniente: licet ignoret titulu͂:
illa ignorantia non nocet sibi.

6 † Vnde ex verbis Barto.dum dicit: licet non appareat me
sciuisse

sciuisse de titulo in possessionis initio &c.& Ang.colligi videtur concordia:videlicet quod non requiritur:quod præscribés sciat titulum in initio suæ possessionis:sed sufficit quòd scientia tituli superueniat ante completam præscriptionem.Et talis scientia superueniens trahitur retro:sicut dicimus in ratihabitione: ex quo extrema sunt habilia ad tempus tituli:quem per talem scientiam ratificare videtur possessor : ex quo tendit ad acquisitionem : & sic ad commodum suum: & possedit statuto tempore.

Et vltra scientiam interuenit factum continuando possessionem: vt not.glos.& docto.in l.si absentis.C.si cert.pet.& pulchre Bart.in l.quo enim.in prin.ff.rem rat.habe.& ita procedat tex.in d.l.possessio quoque.§.& si possessio.dum dicit quod vsu capio scienti competit:& in d.l.j.cum glo.C.de acqui.posses.& miror quod Alex.& docto.in d.§.& si possessio. nullam faciant mentionem de dictis Bar.Imo.& Ange.in d.§.si sub cõditioné. Et credo quòd ista fuerit mens ipsorum.

7 † Et circa prædicta not.quod quando testis deponit super titulo emptionis ad probandam pręscriptionem:non est necesse quod deponat de pretio , quia non inducitur principaliter ad probandum titulum. Ita singulariter decidit Bald.in l.j.C.de reb.ali.non ali. Refert: & sequitur Alex.in l.sciendum.col.iij. circa princip.ff.de verb.oblig.

8 †Quid autem si apparet de nullitate primi tituli confirmati, vel non apparet de titulo confirmato. An confirmatio præbeat iustum titulum præscribendi? vide per Panor.in c.dudum. columna secunda vel tertia,versiculo sed quæro iuxta prædicta.de decim. Et faciunt plene not.per Bart. & in l.more.ff.de iuris.om.iudi.

ADDITIO.

a Circa quod not.quod pupillus:si tutore autore cœpit possidere : vsucapit:vel præscribit sine tutore: aut si habet animum possidendi:poterit præscribere.Furiosus autem non potest incipere possidere per se:& ita non incipit vsucapere. Quod autem ante furorem incepit possidere: potest vsucapere vel præscribere.l.sequitur.§.j.ij.& iij.ff.de vsucapio.no.Azo.in summa C.de vsuca.pro empto.col.j.versi.vsucapere potest.

SVMMARIVM.

1 *Titulus ad iustificandam præscriptionem præsumitur allegatus ex cursu temporis requisiti ad præscriptionem.*

2 *Probando cursum temporis, & allegando titulum præscriptio dicitur completa.*

3 *Cursus temporis non sufficit ad præscriptionem absque titulo.*

4 *Solennitas extrinseca quæ in facto consistit non præsumitur.*

5 *Titulus seu probatio obligationis an præsumatur, seu iudicatur per præstationem, seu solutionem diuturnam.*

6 *Subditi possunt compelli ad faciendum ea quæ longo tempore facere soliti sunt.*

7 *Titulus præscriptionis an præsumatur, an sola patientia?*

8 *Conclusio quòd ex solo longi temporis vsu inducatur obligatio quomodo intelligatur, & limitetur?*

9 *Titulus præscriptionis non præsumitur ex præstatione diuturna seu ex cursu longi temporis vbi ius commune resistat.*

10 *Titulus præsumitur ex patientia si de patientis commodo & fauore tractetur.*

11 *Triginta anni requiruntur ad illam præscriptionem, quæ requirit mutationem status, vel subiectionem personæ.*

12 *Titulus nunquàm præsumitur ex patientia longi temporis, vbi agitur de magno præiudicio.*

13 *Actionibus personalibus non præscribitur minori spatio triginta annorum.*

14 *Titulus liberatorius præsumi potest cursu longi temporis.*

15 *Dos mulieris lucratur à viro per dissolutionem matrimonij contingentem culpa mulieris.*

16 *Cursu longi temporis præscribitur vbi concurrit ius sanguinis, diuturnitas temporis, & multiplicata computatio rationis.*

17 *Silentium continuum inducere videtur remissionem in casu, quo non petitur interesse.*

18 *Ostendens se per triennium soluisse tributum, vel censum, præsumitur vsque retro postea semper soluisse, nisi probetur contrarium.*

19 *Patientia longi tẽporis cum præstatione, vel sine licet præsumptionem inducat, tamen allegari debet id, quod ex tempore præsumitur.*

20 *Ex diuturna præstatione cum cursu longi temporis præsumitur titulus.*

Diutina

21 *Diuturna præstatio obligat in futurum, nisi constet eam non animo se obligandi factam verè, vel præsumptiuè.*
22 *Lex cum de in rem versi, quomodo limitetur in materia præscriptionis ex diuturna præstation.?*
23 *Præstatio non plus debet operari quàm stipulatio.*
24 *Præscriptio non currit contra eum, qui longo tempore soluit sine causa.*
25 *Præsumptio l.cum de in rem verso, quæ insurgit ex longa præstatione non est iuris: quia probari potest contrarium.*
26 *Maior pensio soluta per errorem ab emphyteotis etiam per xl.annos non obligat ad præstationem in futurum.*
27 *Titulus ex patientia longi temporis præsumitur allegatus si nulla interuenit præstatio: & vbi tractatur de paruo præiudicio.*
28 *Solennitas mandati nunquàm præsumitur per diuturnitatem longissimi temporis etiam per mille annos.*
29 *Mandatum patris præcedere debet ad hoc, vt filiusfamil. possit adire hæreditatem sibi delatam.*
30 *Patientia includit in se necessario scientiam.*
31 *Obligatio, seu titulus qui probatur acquisitus ex longa præstatione an causet præscriptionem?*
32 *Titulus non præsumitur vbi tractatur de præsumendo titulo liberatorio ex sola patientia longi temporis.*
33 *Longum tempus, sine longa aut diuturna præstatio quomodo intelligatur?*
34 *Ius vasallagij & subiectionis an præsumatur vbi alicui quis longo tempore seruiuit præstando seruitia personalia?*
35 *Emphyteota an præsumatur ille, qui diu tenuit rem tanquàm emphyteoticam, & pro ea præstitit canonem debitum.*
36 *Tempus quantum requiratur ad præscribendum ius emphyteoticum.*
37 *Prælatus, vel clericus qui diu tenuit beneficium an præsumatur canonice institutus?*
38 *Ecclesia, vel capella longo tempore fundata an præsumatur autoritate episcopi fundata?*
Autoritas episcopi requiritur in fundatione ecclesiæ.
39 *Diuisio bonorum an præsumatur vbi duo fratres, vel socij diu steterunt separati possidendo quilibet vnam partem. & numero quadragesimoprimo.*
40 *Diuisio bonorum à minore facta tempore minoris ætatis sine curatore,*

ratore, vel decreto iudicis an sit valida?

42 Argumentum à communiter accidentibus est bonum.

43 Probata diuisione præsumptiue sequitur quod etiam sit probata redditio rationis præsumptiue.

44 Diuisio bonorum non præsumitur vbi nulla in bonis separatis habetur proportio.

45 Argumentum de possibilitate actus ad ipsum actum non tenet.

46 Fratres instituti à patre hæredes quorum vnus patitur alium longo tempore totam hæreditatem possidere, an ille postea possit partem suam repetere: aut censeri debeat exclusus tacita repudiatione per tantam taciturnitatem?

47 Repudiatio à bonis non inducitur per diuturnum silentium.

48 Ius suum nemo debet per solam negligentiam amittere.

1 DEcimò quæro. † Vtrum ex diuturnitate, seu cursu temporis præsumatur titulus allegatus: licet non probetur ad iustificandam præscriptionem? glo.not.in capi.dilectio tua. in verbo offerre.xvj.quæstio.iij.dicit, quòd si quis probat cursum temporis requisiti ad præscriptionem: & allegat titulum:
a præsumitur titulus ex cursu temporis: [a] nisi præscriptio iuris
2 sit contra eum. † Et sic probando cursum temporis: & allegando titulum præscriptio dicitur completa. & cum illa gloss. transit ibi Archidia. Sed non est ita indistincte intelligenda: quia diceret contra text.in l. Celsus.ff.de vsucap.& in l.nullo. C.de rei vendicatio.& in l.diutina.& in l.super longi.C.de præscriptio.longi tempor.cum similibus. Vbi ad præscriptionem requiritur titulus verus, vel putatiuus causatus iusto errore cum cursu legitimi temporis. Ergo solus cursus temporis non sufficit absque titulo vero, vel putatiuo.

3 † Hinc dicit glossa notabilis in capitulo duo similiter.de offic.ordin.quòd præscriptio & consuetudo non causantur ex solo tempore nisi habeant suos debitos comites, & quòd titulus in dubio ex solo temporis cursu non præsumatur. firmat Bartol.in l.cum de in rem verso.columna tertia, circa princip. & circa fin.ff.de vsur. & Barba.consil.xlj.illud afferam.xj.columna, per iura præallegata.

4 Et est ratio † quia titulus est facti, & solennitas extrinseca: quæ in facto consistit non præsumitur.l.quæcunque.§.penulti. ff.de publici.not.plenè.in l.sciendum.ff.de verbo.oblig.

Et ideo in hac quæstione conclusiuè distinguo ex mente Bart.

b Bart.in d.l.cum de in rem verso.[b] colum.ij.& iij.versic.veniamus ad tertium passum. & versi. & ideo distingue.& in l.j.§.fin. ff.de aqua plu.arcend.& in aliis locis de quibus infrà secun-
5 dum communiter doct. † quod aut quæritur an per præstationem siue solutionem diuturnam præsumatur titulus, seu inducatur probatio obligationis:& communiter concluditur quod sic, per text.in d.l.cum de in rem verso.cum glo.& ibi late not. Bart.& per text.in l.litibus.in princip.& ibi Ioann.de Pla.circa fin.j.col.& seq.Colligens breuiter tria membra ex dictis Bart. vbi suprà, C.de agri.& censi.lib.xj.Et plenè Bart.in l.solent.§.j. ff.de offic.proconsf.& legat.

Quæ conclusio procedit secundum Bart.si agens non fundat simpliciter intentionem suam ex præstatione, sed ex promissione, & titulo & ad probationem promissionis, seu tituli inducit & probat præstationem diuturnam, allegando titulum & causam efficacem præcessisse, aliàs vero si fundaret intentionem suam ex solo cursu temporis, siue ex sola præstatione, vel allegaret causam inefficacem, non obtineret. Quia solus temporis cursus nõ est potens ad inducendam obligationem, nec ad inducendum titulum: vt late per Bart.in d.l.cum de in rem verso.col.j.& ij.circa med.versi.veniamus ad secundum. & in d.l.solent.§.j. Not.plenè Felin.multa solito more cumulans.in c.cum Bertoldus.col.x.& xj.de re iudi.Et sequitur Ale-
6 xand.consi.cxxiiij.super primo quæsito, prima, & secunda, columna, quarto volumine, vbi per hoc not.decidit † quòd homines, & subditi possunt compelli ad faciendum, & præstandum dominis terrarum ea, quæ longo tempore præstiterunt & quæ soliti sunt facere, & præstare ex longeua consuetudine: si allegatur aliqua causa specifica & legitima quamuis aliter de veritate ipsius non probetur:& illud est valde elegans consilium pro nobilibus, & dominis terrarum, qui consueuerunt percipere operas, seu roydas, & alia seruitia à subditis suis: & non possunt probare de titulo: quia sufficit quòd probent præstationem diuturnam, seu longam consuetudinem: allegando aliquem legitimum titulum, siue obligationem validam præcessisse concurrentibus tamen his de quibus.infrà,
7 † Aut vero secundo casu quæritur: an præsumatur titulus ex sola patientia: nõ interueniente aliqua præstatione, & tunc si tractatur de modico præiudicio: vt de inducenda, vel præsumenda seruitute: præsumitur titulus ex cursu longi temporis: si allegetur: talis titulus præsumptus sufficit ad præscriptionem,

ptionem, & acquisitionem seruitutis: licet sit seruitus discontinua: & seu ex cursu longi temporis cum allegatione tituli præsumitur legitimè constituta, secundum glos. in d.l. cum de in rem verso. in gloss. magna: quæ ita procedit: & ibi plenè not. Bartol. colum. tertia, & est melior gloss. in l. seruitutes. la grande. in princip. in gloss. magna circa finem, vbi late not. Bartol. Flori. & Paul. de Castr. ff. de seruitut. titul. generali. & ibi Paul. colum. vltim. optimè declarat: & attestatur hanc esse communem opin. cano. & legist.

Et has gloss. sequitur etiam Bartol. in l. qui in aliena. §. j. circa fin. ff. de acquirend. hæredi. & ibi late per Alexand. colum. fin. qui relatis variis opinionibus tenet opin. glos. & Bart.

Eandem conclusionem firmant Albericus in l. secunda, C. de seruitut. & aqua. & Angel. Areti. in §. æque. colum. quinta, versicul. cautela. instit. de actio. dicens: quod ita communiter tenetur. Et latè Cæpol. in tracta. serui. vrba. præd. capitu. xix. incipié. octauo principaliter. colum. ij. qui etiam attestatur hanc esse communem opin. & quòd semper vidit obseruari opinio. gloss. in practica. Felin. in c. de quarta, colum. xiiij. & seq. versic. fallit secundò, de præscriptio. vbi diffusè tractat istam materiam: & refert hanc conclusionem esse communem. & late examinat Alexand. in l. si certis annis. colum. penultim. & vlti. C. de pact. concludens relatis opin. omnium hanc opin. esse veriorem: & quòd ista opin. seruaretur in practica: maximè propter authoritatem prædictarum gloss. & refert quod pro illa consuluit: videlicet, consil. lxviij. circa primum dubium columna prima, vel secunda, versicul. præterea potest. quintò volumine, vbi plura allegat.

Aut vero & tertiò casu tractatur de magno p̃iudicio: vt de præsumendo titulum translatiuum dominij siue habilem ad dominij translationem, puta, emptionis: donationis: & alium similem. Et tunc non præsumitur ex solo cursu longi temporis. Sed requiritur quod probetur titulus verus, vel putatiuus iusto errore caussatus: aliàs præscriptio non procedit: nec quæritur dominium, vel præscribendi conditio. text. est in l. Celsus. ff. de vsucap. & in l. nullo. C. de rei vendicatio. Per quæ iura ita concludit Bartol. in d l. cum de in rem verso. columna tertia, & in l. prima, §. fin. columna penultima, versicu. contra hoc tamen dictum. ff. de aqua plu. arcend. & in sua quæstio. incipien. mulier habens amplum patrimonium. columna vltim. & in d.l. seruitutes. dicens, Quod in his quæ sunt magni præiudicij

cij non habet locum l.cum de in rem verso. Sicut est in acquisitione dominij, vel partis eius. Ex quo infertur quod si possiderem rem tuam tanquàm meam per longum tempus, te sciente & patiente: vel etiam vsumfructum eius: qui est pars dominij.l.quarta, ff.de vsufruct. Et postea dicerem te mihi eam vendidisse vel concessisse:non probaretur per hoc venditio, vel concessio. Sed in his quæ sunt parui præiudicij sicut sunt seruitutes prædiales,per quas non acquiritur dominium, nec pars eius procedit opin.gloss.in dicta l.seruitutes.vt est de mente Bartol.vbi suprà per text.in l.si filius.C.de petitio hæredi.& l.qui in aliena.§.primo,ff.eodem titulo, & in l.quam Tuberonis.§.sunt quædam.ff.de pecul.& per gloss.not.in simili.in l.penulti.C.commu.diui.vbi contra patientem præsumitur titulus diuisionis:quia est parui præiudicij: vt ibi not.& ita declarat Paul.de Cast.in l seruitutes.col.fin.circa medium.

Et sic colligitur limitatio ad glo.ord.& communiter approbatam in d.l.seruitutes.vt procedat in seruitute prædiali: quia illa ex patientia & vsu longi tempo.bene præsumitur constituta:siue præscribitur longo tempore:si titulus allegetur, cum sit modici præiudicij.Sed locum non habet in seruitute personali:vt in vsufructu: quia ibi versatur magnum præiudicium: vt sentit Bart.in d.l.seruitutes.circa med.commen.versic.non obstant.l.cum de in rẽ verso.vbi dicit quòd in Patiente idem est quod in faciente seu præstante in his, quæ non sunt magni præiudicij,hoc est in his in quibus nõ vertitur amissio dominij per iura præallega.& in dicta l.prima,§.fin.versicu.contra hoc tamen dictum.ff.de aqua plu.arcend.& in dicta quæstio.mulier habens,&c.columna fin. Sequitur & declarat Cæpo.prout suprà in dicto capitulo xix.columna secunda,circa finem, in tractat.seruitu.vrb.prædior. & Areti.in dicta l.§.æque.columna quinta, Paulus de Castro, in dicta l.si filius.circa med.per illum textum,versicul.& per istam l. dicit Bartolus, & docto. communiter sequuntur: vt dicam j.quamuis ipse Bart.in d.l. cum de in rem verso.col.iij.ver.licet mihi dicat expresse contrarium,quòd in præscriptione seruitutis realis,vel etiam personalis vt vsufructus ex diuturna patientia titulus præsumatur,& malè:quia hic tractatur de magno præiudicio,[a] cũ vsusfructus sit pars dominij,vt prædixi,& declarant præfati doc.& firmat Bal.in l.si.C.ne de statu defun.† Præterea prædicta conclusio gloss.communiter approbata debet intelligi, & limitari quando apparet quod ille vsus fuisset tanq̃ ex causa seruitutis

a

8

ibi

ibi debitæ, aduersario sciente & patiente. Alias non procederet, si simpliciter de vsu probaret, vt per Alex. in d.l. si certis annis. circa finem cōmen. post Sal. ibi in fin. Et idem firmat Alex. consil. cviij. in causa & lite vertente. circa fin. secundo volmu. vbi dicit, ꝙ oportet vt fiat probatio ita qualificata, scilicet, quòd vsus est seruitute ex illa causa allegata per decē annos inter præsentes. & Fel. in c. de quarta. col. xiiij, circa fi. versi. vel concorda. de præscrip. vbi respondent post Paul. de Cast. in d.l. seruitutes. colum. fin. motiuis contrariis. Et hoc modo concordant contrarias opiniones.

Et ex his colliguntur duæ limitationes, seu declarationes ad prædictam conclusionem vltimo relatam, quam Pau. de Castro & Feli. vbi suprà attestātur esse communē Cano. & Legist. & Alex. præalle. consil. lxix. colum. ij. versi. præterea. v. volu. vbi late comprobat. & de hac materia latius dicam in ij. parte. iiij. partis principalis in materia præscriptionis seruitutum. Nunc generaliter limita totā prædictam doctrinā prout infrà.

9 † Primò limitatur prædicta doctrina ex mente Bart. vt non procedat vbi ius commune resisteret præscribenti: quia tunc nunquàm præsumitur tit. ex præstatione diuturna, seu ex cursu longi temporis; vt si vnus prælatus probaret se longo tempore percepisse decimas in parochia alterius: ex quo ius commune resistit. Sed tunc requiritur tempus: cuius initij &c. ca. j. de præscript. in vj. iuncto c. ad decimas. de restitutio. spolia. eodem libr. & l. competit. C. de præscriptio. xxx. annorum. ita se ipsum declarat Bart. in d.l. cum de in rem verso. colum. iij. & in locis præallega. & in decimis sentit Felin. in d.c. de quarta, colum. penulti. versicu. considera secundò, & loquitur sub dubio forte, quia ibi non meminit de Barto. not. do. Ias. in d.l. si certis annis. prope fin. in xj. limi. ponens aliud exemplum.

10 † Secundò limitatur prædicta doctrina ex mente Bar. in d.l. cum de in rem verso. col. iij. vt non procedat: vbi principaliter tractatur de præsumendo titulum ad commodum & fauorem patientis: quia tunc ex sola patientia titulus præsumitur: licet præstatio non interuenerit: & quamuis tractetur de acquisitione dominij, vel partis eius: per tex. in d.l. si filius. C. de peti. hær. quem Barto. & docto. ibi reputant singularem: & per text. no. in l. qui in aliena. in prin. versi. sed si non adiecit. vbi Alexan. plene tra. de intellec. illorum iurium. ff. de acqui. hære.

Et text. in d.l. si filius. facit singularem idem Alexand. & per illum dicit plura notanda. consi. lxxix. circa primum. de quo quæri

quæritur. col. sed præmissis omnibus non obstantibus.j.volu.

Et intelle.d.l.si filius.late explicat do.Ias.in l.j.colũ.v.C.qui admit.& limitat quinque modis.& declarat Alex.in l. sciendũ. col.iij.vel iiij.versi.item fallit secundũ Ang ff.de verbo.oblig. vbi limitat illum tex.procedere in terminis suis,scilicet,quando non tractatur principaliter de præiudicio alterius:quia tũc non sufficeret longũ tempus decennij, sed requiritur tempus xxx.an.per text.no.qui non est alibi secundũ eum.in ca.peruenit.in verbo.xxx.annis cum glo.de emp.& vend.quem ad hoc ibi ponderat Imol.& refert Alex.ita tenere Pet.de Anch.cõsil. cxxvij.ex consiliis excellentium doctorum.& Paul.de Ca.consil.xlviij.in causa quæ dicitur:dicens,quòd est singularis limitatio ad d.l.si filius.Et idem firmat ipse Alex.consil.lxxix.præalleg.col.ij.ij.circa fic.ver.fortificantur.j.vol.refert Ias.in d.l.si certis annis.col.fin.in v.limi. & late no.in d.l.sciendum.col.vj. & vij.& in d.l.j.col.v.in iij.limi.C.qui admit.Vbi dicit,ꝙ Alex. in d.l.qui in aliena.in prin.col.iij.ver.sed cõtra prædicta tenet contra istam limitationem per d.l.si filius. vbi tractabatur de præiudicio patris.& propterea dicit Ias.quòd Alex. in hoc fuit sibi contrarius.Sed ipse Alex.ibi.ver.sed responde, soluit hanc difficultatem: & respondet quod in d.l.si filius.& in d.l.qui in aliena.in prin.tractabatur de modico præiudicio:ideo tũc præsumitur consensus.Et sic non est Alex.sibi contrarius recte intuenti,quicquid dixerit Ias.Et hanc limitationem seu declarationem refert & pungit Fel.dicens eam non elici ex text.in d. c.peruenit.quem ponderat in c.sicut.col.xv.vel xvj.ver.secundo aduerte.de re iudic.Et eam sequitur domi.Fran.curt.consi. lxxvj.super motiuis.colum.ij.circa med.

Confirmatur ista limitatio seu declaratio Imol.& Alex.ex no.per Bart.post antiquos.in l.litibus.C.de agri. & censi.& in l. solent.§.j.circa finem commen.ff.de offi.procon.& per Cyn.& Bald.in d.l.si certis annis.col.fin.& ibi refert Ias.colum.vlti.in vj.limi. † Vbi volunt, quòd quando agitur de obligando aliquem ad seruitium personale,puta ad ius vasallagij, vel subiectionis:tunc requiruntur triginta anni, licet etiam interuenerit præstatio:ex quo agitur de mutuatione status,& subiectione personæ,& sic de maximo præiudicio, secundum Bart.vbi suprà:& latius dicam in j.quæst.proximæ seq.

Et intelle.d.l.si filius.excutit Alexã.in d.l.qui in aliena.circa fin.ijcol.fi.ver.extra gl.& cõsi.cxiiij.viso & diligenter considerato themate.col.pe.ver.iiij.cõprobatur.iij.vol.& cõsil.xij.viso

processu.col.fin.iiij.volu.Qui vbiq; dicit, q in casu d.l.si filius
a tractabatur de modico præiudicio [a]. & idem Alex.consi.ponderatis his.co.pe.circa princ.v.vol.ibi dicit, q illa iura non habent locum vbi tractatur de præiudicio iuris dominij:sed alterius minoris,& fuit intellect.Bart.in d.l.cum de in rem verso.col.iij.& in præalleg.q.mulier habens amplum patrimonium.col.vlti.vbi latè declarat.& Paul.de Ca.in d.l.si filius.Sequitur Fel.in d.c.sicut.col.xvj.ver.secūdo aduerte. de re iudi.firmans
12 post Bart.quòd nunquã præsumitur titulus ex patientia longi temporis:vbi agitur de magno præiudicio:& Ias.in l.j.col.v.in iiij.limita.C.qui admit.qui declarat post Bart.vbi supra: quomodo in casu d.l.si filius dicatur agi de modico præiudicio filij,licet alij intelligant, quòd ibi tractabatur de modico præiudicio patris,& non filij:vt per Alexã.in d.l.qui in aliena.col.iij.ver.sed hæc limitatio.Et etiam declarat Alex.in dicta lege si certis annis.columna finali.

Et videntur Bart.& Doct.variare circa intellectũ illorum iurium.quia aliquando dicunt,quòd in l.si filius.tractatur de præiudicio filij.Aliquando de præiudicio patris, &c. & quod in d.l.qui in aliena.§.j.tractabatur de præiudicio filij : & tamen recte intuenti videtur vnus & idem casus.d.l.si filius.& l.qui in aliena.§.j.respectu effectus:licet diuersificentur in facto.Nam vtroq; casu cõmodum quæritur patri : vt declarat Pau. de Castro in d.l si filius.circa prin. No.Bald.in l.j.colum.penul.versi.not.gloss.C.de fideicom.dicens,quòd in casu d.l.qui in aliena.§.j.tractabatur. de commodo patientis, nõ de incommodo:licet alij aliter dicant.

Alium notabilem intellectum ad illam l.si filius . & l. qui in aliena.in princ.vltra Ias.in locis præal.posuit Alex.cõsi.ix.viso themate suprascripto.col.fi.ver.non obstat, si diceretur:& melius versi.potest etiam aliter responderi prope fin.iij.volu.vbi dicit,quòd ideo ibi præsumebatur præcessisse iussum patris ex illa diuturna patientia patris:quia pater allegat se iussisse filiũ adire hæreditatẽ.Nam tũc præsumitur quod successerit,adeo quòd patri acquiritur commodũ & incommodum illius hæreditatis delatæ filio. Secus dicit ipse quando pater negaret se iussisse,quia tunc non præsumeretur in casu illius l.cum simili præcessisse iussum:licet interuenerit diuturnitas temporis, quia solennitas extrinseca non præsumitur.l.quæcunq;.§.pe.ff.de publ.& refert Alex.quòd iste fuit intellectus Sali.in d.l.si filius.vbi hoc voluit Sali.licet non loquatur tam late in j.q.& dicit

dicit secus esse quando pater ipse possedisset: vt in casu d.l. qui in aliena. §. j. vbi idem sensit Alex. post Paul. de Cast. col. vlt. circa medium. declarans quomodo ibi patientia allegetur contra patientem.

Et secundum prædicta non videtur probari limitatio supra relata, quæ elicitur ex verbis Bart. in d.l. cum de in rem verso. col. iij. in d.l. si filius. per quam mouetur Bart. quia ibi non tractabatur simpliciter de mero commodo: vt sentit Bart. vbi supra. Sed etiam de præiudicio: licet modico, prout vult Bart. in eadem met l. cum de in rem verso, & in locis præalleg. & communiter volunt doct.

Procedit tamẽ proculdubio hæc limitatio, quia si præsumitur consensus ex patientia diuturna: vbi tractatur de modico præiudicio: tanto magis vbi agitur de cõmodo: per doct. Bart. in l. quæ dotis. colum. penult. ff. sol. mat.

Sed pro pleniori intellectu d.l. si filius. moueo dubiũ. Nam videtur, quòd ibi non tractaretur de aliquo præiudicio: sed de commodo tantum. Ita probat ille text. in illis verbis commodum acquisiuisse videtur. Et firmat Alex. in l. ij. §. voluntatem. circa princ. ff. sol. mat. & Bal. ante eum. licet non alleget. in d.l. j. col. pe. ver. no, dicit glo. alibi. C. de fideicommiss. Et sic probat limitationẽ Bart. suprà relatam. Ergo non procedit prædictus intellectus Bart. & doct. quòd ibi tractabatur de præiudicio patris: quamuis modico. Vnde videtur secus esse, quãdo hæreditas delata filio esset onerosa: quod tunc non sit præsumendus consensus patris in casu d.l. à contrario sensu: iuncta doctrina Bart. in d.l. quæ dotis. col. penulti. vbi concludit, quòd facilius præsumitur consensus quando tractatur de fauore & commodo alicuius, quàm vbi tractetur de præiudicio suo. Istum intellectum sensit Bald. in d.l. si filius. ad fin. Et deinde reprobat per illam l. quia hæreditas in se habet commoda & incõmoda. & ideo etiam si hæreditas esset damnosa: locũ habet illa l. secundũ Bal. per tex. in l. si hæreditatẽ. ff. mãd. & ibi idem sentit Sali. circa med. cõ. ver. & hęc faciũt ad quæstionẽ. & secundũ istum intellectũ non erit simpliciter verum dicere, ꝙ ibi tractaretur de modico præiudicio. Nec videtur procedere alius intellectus Sal. & Alex. suprà relatus. Nisi dicatur, quòd ibi pater allegabat se iussisse: quo casu sibi quęritur commodũ & incommodum, vt ipsi dicant. Vel dic secundũ Bal. no. in l. ij. C. de legi. hæred. quòd in casu d.l. si filius. agebatur principaliter de fauore patiẽtis: videlicet de acquisitione. & ideo licet in consequẽtia

posset redundare damnum ex aditione hæreditatis damnosæ: tamen hoc non attenditur per regulã l.si quis nec causam.ff.si cer.pet.ad quã plura no. Alex.consil.j.viso processu.col.pe.ver. item respõdeo.iij.vol.& bene facit tex.in l.j.ff.de auto.tut.licet Bart.habuerit alium intellectũ ad illam l. in dicta l.cum de in rem verso.colum iij.& in dicta quæst.mulier,&c.col.fina.

Et rationẽ d.l.si filius.assignat Bald.in d.l.ij.in fine commen. C.de leg.hæred. Alexã.in d.l.qui in aliena.§.j.circa princip.iij. colum.& in d.l.ij.§.voluntatem.circa princip.commen.

Vel dici potest vltra doct.quòd ibi hæreditas poterat ita afferre commodũ,sicut incommodũ:ideo ratione dubij facilius præsumitur cõsensus per no.doctr.Bar.in l.quo enim.in princ. ff.rem rat hab.Et bene facit pro hoc intellectu tex.in l.si pater puellæ.C.de inoffi.testa.& in l.de fideicom.C.de transact.cum ibi no.in ratiõe sui.Et põdera,ꝙ in casu d.l.si filius.interueniebant duo:videlicet diuturnitas tẽporis, & lõga possessio:vt ibi ponderat Bal.& Alex.in d.l.qui aliena.col.iij.circa prin.versic. præterea. Tertiò limitatur prædicta doctrina ex mente Bart. in d.l.cum de in rem verso.circa fi.iij.col.vt nõ procedat : vbi tractatur de præsumendo titulo liberatorio;quia tunc ex sola patiẽtia longi tẽporis nõ præsumitur titulus per l.liberis.§.j.
13 ff.de ali.& cib.leg.Et patet in omnibus legibus quæ dicũt,† ꝙ actionibus personalibus non præscribitur minori spacio xxx. an.l.ij.C.de consti.pecu.cum concor.Secus si cũ patientia lõgi tẽporis alia interueniãt:vt in casu l.Procula.ff.de proba.De cuius intelle. dicetur infrà. Fallit hæc conclusio, nisi agatur de
14 liberatione lucri odiosi, vt vsurarij:† quia tunc ex cursu longi tẽporis præsumitur titulus liberatorius : vt l.cum quidã.§.diuus.ff.de vsur.& l.cum post.in prin.ff.de iure doti. Ita colligitur ex verbis Bart.vbi suprà.& in l.quæ dotis.col.ij. ver. opponitur.de l.Procula,&c.soluto matri.

Et intellect.d.§.diuus.excutit Alexan.consil.xvj.in præsenti consultatione.col.vlti.versic.nunc restat.& consi.lxiij.stãtibus his col.iiij.versic.non obstat,etiã quod alimentis præscriptum sit.iiij.vol.Et plenius Rom.consil.cccccxvij.in casu propositæ consultationis.col.v.versic.secundo tamen.vbi dicit,quòd ille text.loquitur in vsuris,quæ veniunt vt merum lucrum. Secus autem in vsuris,quæ debentur tanquã interesse:vt in vsuris dotis propter supportata onera matrimonij dote nondum soluta quia illæ non intelliguntur remissę,licet maritus non petierit & tacuerit per decennium. Et ibi facit Ro.cõclusionem, quod sola

sola temporis diuturnitas ad præscriptionem non sufficiens, seu taciturnitas in non petendo debitum, non inducit remissionem debiti per casum, in d.l.libertis quos.§.j.

Fallit in tribus casibus secundum Roma. vbi suprà. Primò, in debito odioso, seu lucro pœnali: vt vsurario. d.l. cum quidam.§.diuus.& licet Rom. non alleget: ita intelligit expressè Barto.in locis prædictis.& sequitur Alex.in præalleg.consiliis: vbi etiam intelligit illum textum in verbo, longi temporis: loqui de decennio: reprobata glos.quæ intelligit de triennio, vel quinquennio.

15 † Secundò fallit secundum Roman.in lucro dotis, quam vir lucratur propter dissolutionem matrimonij contingentem culpa mulieris: vt est casus in l. cum post. in princ.ff.de iure dot.

16 † Tertiò fallit, quando concurrunt hæc tria, scilicet, ius sanguinis: diuturnitas temporis, & multiplicata computatio rationis: vt in casu no.l.Procula.ff.de proba.& hæc tria requiruntur copulatiuè: vt locum habeat dispositio illius l.secundum glo.& Bar.in d.l.libertis quos.§.j.& not.doct.præsertim Aret.in l.recusari.ff.de acq.hære.Et plenè Alex.consi. xlvj. visis & acuratè consideratis.in fi.j.volum. & consil.lvj. in præsenti consultatione.ad fi.iiij.vol. vbi bene explicat intellectũ d. l. Procula.

17 † Subdit Rom.præalleg. cons.ccccclxvij. col.v. vltra med.ꝙ si vir per totum tempus durantis matrimonij tacet, quia non petit vsuras seu interesse dotis sibi non solutæ ipsum silentium continuũ, inducit tunc tacitam ipsarũ vsurarũ seu interesse remissionem. Iste est tex.sing.secundũ Rom.iuncta glo.ij. in l.vir vsuras.ff.de don.int vir.& vxo.quæ ad hoc probandum allegat opti.tex.in l.cùm oportet.§.sinautem res.C.de bo.quę lib.vbi si pater in vita sua non petiit vsumfructũ bonorum aduentitiorum filij, sibi debitum videtur remisisse, nec hæredes patris possunt petere: sed Bart.in d.l.quæ dotis.col.ij. videtur intelligere tex.in d.l.vir vsuras.ꝙ loquatur in vsuris quę non petebant tanquam interesse: sed tanqua promissę certa quantitate expressa: & sic in lucro odioso: vt refert Alex.præall.cons.lxiij.col.iij.vel iiij.vers.similiter nõ obstat.l.vir vsuras.iij.vol. vbi dat alios intellectus ad illum no.tex.secundum quos non potest procedere prædicta conclu.Rom.in præal.cons. quæ impugnat quandã opi.Bar.in quodã suo cons.vbi tenuit, ꝙ maritus videatur remisisse vsuras seu interesse dotis non solutæ tacẽdo per decẽniũ. Veruntamen non inuenio quicquid dicat Alex. vbi s.ꝙ Bar.in d.l.quę dotis.faciat aliquam mentionẽ de tex.in d.l.vir vsuras

18 † Quarto fallit vltra Roma.in casu singu.l.quicunque.C.de appo.pub.lib.x.vbi ille, qui tribus annis proximis ostendit se soluisse tributum vel censum : præsumitur vsque retro postea semper soluisse,nisi probetur contrarium,& illum text.ad hoc ibi reputat singu.Bart.& dicit aureum Bald.in c.literæ. ad fi.de dila.& ita per illum text.determinat glo.in emphyteota, quòd præsumitur semper retro soluisse,si probat de solutione trium annorum proximorum in l.secunda in gloss.magna.C.de iure emphy.no.Ias.in d.l.si certis annis.circa fi.j.colum.versic.adde similiter.

Et illum no.tex.limita & declara vt per Alex.consi.cvj.magnifice prætor.col.j.circa fin.& seq.iij.vol.& plenius per Ias.in trac.iur.emphy.col.lxxiij.& seq.vbi ponit:an procedat generaliter in quolibet qui tenetur ad annuam pensionem : & refert plures extollentes illum text.& eum multum exornat,& limitatur ille solẽnis text.in d.l.quicunque.vt procedat,dummodo probetur de tribus solutionibus separatis quolibet anno:secus si esset facta vna appoca,vel confessio simul pro tribus : vt per Alex.in d.l.quicunque.in apo.ad Barto.& per Ias.ibi suprà.& in l.si certis annis.col.ij.in prin.C.de pact.

19 † Et not.quod licet ex patientia longi temporis cum præstatione vel sine aliquando insurgat præsumptio iuxta prædicta: debet tamen allegari id,quod præsumitur ex tempore: vt titulus vel consensus. Alias non resultaret præsumptio ex eo,quod fuit allegatum , licet probarentur extrema ex quibus insurgit secundum Paul.de Cast.in d.l.si filius.per l.si adulterium cum incestu.§ idem Pollioni.ff.de adult.& per doctrinam Bart.in l.cum quid.col.vlti.ff.si cer.pet.Et ibi late not.Ias.col.pen.& vlti. Et plene Feli.in c.cum ordinem.col.pen.de rescript.Alex.in l.a diuo Pio.§.si super rebus.col.vij.ff.de re iud.Et in terminis no. Bald.in d.l.si certis annis.& ibi refert Ias. col.fina.in iiij.limita.C.de pact.& Pau.de Cast.in d.l.qui in aliena.§.j.& fuit de mente Bar.ibi circa prin.vbi Alexan.not.col.penul.versi.extra glo. Feli.in c.de quarta.col.fina.circa princip.versic.& istis addendum de præscriptio.& hoc vltra Alexan.& Moder.expresse sensit Bart.in d.l.cum de in rem verso.col.ij.circa fi.versic.veniamus ad tertium. & col.j.in ij.opi.licet Bald.in d.l.ij.C.de legi. hæred. dixerit contrarium & male: & plene dicetur de hoc in repeti.l.Celsus.in iij.parte.

Prædicta doctrina cum tribus principalibus limitationibus suprà relatis elicitur ex verbis.Barto.in d.l.cum de in rẽ verso. col.

col.iij.versi.ideo distingue.& in l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arcen. & plenius in sua disput.incip.quædam mulier.col.vj.vbi principaliter distinguit an tractetur de magno vel modico preiudicio ad præsumendum titulum ex cursu tēporis contra patientem.& sequitur Feli.in d.c.sicut.col.xvj.versi.secundo aduerte de re iud.& late Ias.in l.j.col.v.in iiij.limit.C.qui admit.& plene no.Alex.in d.l.si certis annis.col.pe.& vlt.C.de pact.vbi Ias. plura cumulat ad materiam.d.l.cum de in rē verso.ff.de vsur. & limitat duodecim modis.& in §.præiudiciales.in tribus vlt. col.insti.de actio.sed non ponit claram & perfectam doctrinā.

Vnde ex omnibus præmissis vt clarior habeatur doctrina circa diffusam & intricatam materiam.d.l.cùm de in rem verso. facio infrascriptas breues conclusiones.

20 †Prima conclusio est.Quod vbi interuenit diurna præstatio cum cursu longi temporis præsumitur titulus vt ex prædictis apparet.& hic nō distinguitur:an tractetur de modico vel magno præiudicio:vt apertè sentit Barto.in locis præalleg.& Pau. de Cast.in d.l.si filius.circa medium.& expresse vult do.Ant.de Butr.in repe.c.peruenit.col.xxij.circa fi.de censi.

Istam cōclusionem limita principaliter & vtiliter tribus modis,& longe plenius quàm referat.do.Ias.vbi suprà vltra quem addam multa.

21 †Primo limita:vt nō procedat: vbi constare posset aliquem soluisse non animo se obligādi verè vel præsumptiuè:puta per protestationem:vel aliter.Quia tunc diutina præstatio nō obligat in futurum.Ita not.limitat Bald.in l.fina.C.ne de statu.defun.sequitur Alexand.consi.cxc.maturè digestis ad fin.ij.volu. Et est ratio:quia illa præsumptio quæ insurgit ex longa præstatione:non est iuris & de iure:sed recipit probationem ad oppositum:vt infra dicetur. Vel si appareat saltem per aliquas præsumptiones:quòd præstatio facta fuerit non animo obligandi: sed gratis. Vnde si quis pretendit titulum donationis non probat ipsum virtute d.l.cum de in rem verso. Quia præsumptio iuris est in contrarium:quòd nemo velit donare & iactare suū. l.cum de indebito.ff.de proba.secundum Bald.not.in d.l.fi.per glo.ord.in l.solent.§.fi.in glo.fi.ff.de offi.procon.Refert hoc vltimum & sequitur Ias.in d.l.si certis annis.prope fin.commen. in duodecima limitatione.

22 †Secundo limita.d.l.cum de in rem verso.cū materia procedere dummodo capituletur: & probetur per actorem:quòd singule præstationes dicti longi temporis factæ fuerunt ex causa

&titulo allegatis in libello: in quo debet in specie allegari, &
a exprimi causa validaª tituli & obligationis talis annuæ præsta-
tionis. Ita singulariter limitatur Sali. in d. l. si certis annis. in j. q.
& clarius in d. l. cum de in rem ver. in j. & iiij. q. vbi dicit: quòd
hoc erit difficilis probationis & pulchre refert & sequitur Alex.
consi. cxiij. super primo dub. j. vol. vbi multum eleganter decla-
rat intellectum. d. l. cum de in rem verso. cum materia: & illud
consilium omnino vide. Et Ias. succincte & in confuso. in d. l. si
certis annis. col. iiij. circa fi. in ij. limit. & vltra eum Alex. consi.
cviij. in causa & lite vertente inter dominos. circa fi. ij. volu. &
cōsi. lxxv. visis & ponderatis. col. iij. circa fi. iiij. volu. dicēs istud
esse de mēte Bar. in d. l. cum de in rem verso. col. fi. vbi dicit hęc
verba. Sed si non soluisset simpliciter sed respectu certæ causę:
verbi gratia pro laborerio: quod teneo à te domino meo vnum
par caponum, tunc præsumitur titulus etiam pro futuro tem-
pore: quatenus teneat laborerium: & cogetur ad soluendum: si-
cut in l. nostra. dicit Bart. pro tempore: quatenus teneo sortem
cogor ad præstationem vsurarum. Ad idem. l. litibus. C. de agri.
& censi. Et eodē modo apparet: quòd non præsumitur vasallus,
nec titulus vassallatus: nisi aliqua contemplatione soluisset. Et
sic intellige. l. solent. in fi. ff. de offi. procon. hæc sunt verba Bart.
ex quibus apparet quod Bar. vult quòd pręstatio fuerit formis,
& facta contemplatione certæ causæ: vt obliget in futurum.
Et hanc limitationem seu declarationem refert & sequitur
Felin c. causam quæ. col. iij. ver. sed aduerte, quia oportet quòd
allegans titulum. de præscript. & ibi restringit: vt non procedat
quando probaretur de tanto tempore, cuius initij memoria nō
extat. Quia tunc non est opus: quòd quis probet præstationem
fuisse factam ex illa causa allegata contra Alexand. in d. consi.
lxxv. Et fuit de mente Bart. in d. l. cum de in rem verso. col. ij. Et
vltra Feli. hoc voluit Pan consi. xciiij. videtur primo. circa fin. j.
col. ij. vol. & in c. fi. col. ij. de causa possel. & proprie.
Et istam materiam ante Sali. licet nullus alleget sic declara
uit Bald. in terminis in §. si quis per triginta. col. ij. versic. & hoc
modo. in titu. si de feu. fue. contro. vbi dicit quòd l. cum de in rē
ver. locum habet in præstatione formi. i. facta inserta causa. Se-
cus in informi: quia non debet plus operari præstatio quàm sti
pulatio: quæ non valet sine causa. l. ij. §. circa. ff. de except. doli.
23 † Item quia legum præsumptiones non adaptantur ad ea, quæ
habent incertam formam errogationis. Alleg. ad hoc text. in l.
Seio. ff. de an. leg. & ibi sequitur Alua. formaliter referēs verba

Bald.

Bald.col.j.& idé sensit Alb.de Rosa.vltra præfatos doct.in suo dictiona.in verbo præscriptio.in ver.an currat præscriptio.vbi 24 dicit † quòd nõ currit præscriptio contra eum:qui longo tempore aliquid soluit sine causa per l.litibus.C.de agri.& cẽsi.Et sic innuit expresse:quòd præstatio debet esse formis & cũ causa.& ratio potest esse licet prefati docto.non dicant:quia alias si non cõstat præstationem fuisse formam,& factam ex aliqua legitima causa præsumeretur facta in dubio ex curialitate,seu vrbanitate,quo casu nunquam currit præscriptio,nec tunc habet locum.d.l.cum de in rem verso.vt not.Specu.in ti.de præscript.in iiij.parte.col.fi.versi.hoc etiam not.Et not.Inno.& Cano.in c.cum ecclesia Sutrina.de causa pos.& proprie.& est glo.ordi.in l.solent.§ fina.ff.de offi.procon.in glo.fi.quæ dicit quod id quod fit gratis: non debet ad necessitatem deducit:& inducit ad quæstionẽ de rustico: qui aliquid præstitit aliquãdiu &c. Et dicam in v.q.quartæ partis quintæ princi.huius tract.

Tertio no.limita.d.l.cum de in rem verso cum materia: vt procedat dummodo non probetur de contrario secundũ Cyn. in d.l.si certis annis.in x.q.Bal.& Paul.de Cast.in l.ij.C.de dot. promiss.Io.And.in c.fina.de cau.pos.& proprie. Et est de mente glo.& Arch.in c.seruitium.xviij.q.ij.Et voluit do.Ant.in c.peruenit.col.xviij.de censi.Et pulchre sequi.Alex.præalleg. consi. cxiij.vlt.col.j.vol.Refert Ias.in d.l.si certis annis.col.fi.in prin. in iij.limi.Vltra quem addo.glo.in c.fi.in gl.magna vltra med. de consue.& ibi But.& Cepo.in tracta.serui.vrb.prædio.c.xix. 25 col.iij.vbi dicit † quòd præsumptio d.l.cum de in rem verso. quæ insurgit ex longa præstatione:non est præsumptio iuris & de iure : quia potest probari contrarium:vel per confessionem partis.faciendo positiones de non titulo:aut probando : quòd solutum fuit per errorem, vel ex falsa causa, seu rem aliter se habere:vt per Alex.no.præalleg.consi.cxiij.col.vlt.versicu.pro 26 confirmatione prædictorum.j.vol.vbi determinat not.† si emphyteotæ siue homines subditi soluerunt : nedum per decem: sed etiam per.xxx.& xl.annos maiorem pensionem vltra modum in inuestituris descriptum:quod non possunt cogi ad soluendum in futurum:quia per tenorem inuestiturarum constat de contrario.& quòd maior pensio fuit soluta per errorẽ:quod est bene notandum.Quarto limitã prædictam conclusionẽ: vt non procedat,quãdo tractaretur:nedũ de magno: sed de graui & maximo præiudicio : vt de mutatione status, & subiectione personæ.Quia tunc licet præstatio interuenerit:non sufficeret

longum tẽpus:sed requiruntur.xxx.anni secūdū Bar.in l.solet §.j.circa fi.commen.ff.de offi.procon.& in l.litibus.C.de agri. & censi.& plenius dicam.in j.q.proxime sequen.

Quintò limita d.l.cum de in rẽ verso.cum materia vt procedat dūmodo præstationes factæ per decẽniū fuerint separatæ: & sic vbi præstatio fuit annua.Secus si fuerit facta vna solutio pro decem annis,vel pluribus secundum Cy.in d.l.si certis annis.& Cy.& Bald.in l.ij.C.de dot.promiss.Bar.in l.eum qui.ff.de an.leg.& not.Iass.in d.l.si certis annis.col.ij.circa princip.

27 Secunda principalis cõclusio est: † quòd si nulla interuenit præstatio:præsumitur titulus allegatus ex patientia longi temporis:vbi tractatur de modico prçiudicio.vt de præsumẽda seruitute.Et ita procedit glo.ordi.in d.l.seruitutes.la grãde.cū ibi no.Et idẽ si tractetur principaliter de mero commodo,& fauore patientis per l.si filius.cum ibi no.C.de pet.hær.& plene dixi suprà.& ista cõclusio est communis: vt late patet ex præmissis.

Tertia cõclusio est.Quod ex sola patientia cū cursu lõgi tẽporis nõ interueniẽte præstatione aliqua nõ præsumitur titul9 allegatus:vbi tractatur de magno præiudicio:vt cõmuniter cõcludūt Bar.& doct.in d.l.cum de in rẽ verso.& in l.si certis annis.& in locis præal. Hãc cõclu.limita vt procedat vbi solū intercessit spatiū lõgi tẽpo.x.vel.xx.ann. Secus si intercessisset spaciū long.tẽpo.xxx.vel xl.ann.quia tunc præsumitur titulus licet tractetur de magno præiudicio alteri9:& ita ꝓcedat tex. reputat9 singularis cū gl.in c.ꝑuenit.in verbo.xxx.ann.de emp.& vendi.& ibi no.Imo.col.iij.Et Alex.in l.sciendū.col.iiij.ff.de verb.obli.& in terminis decidit do.Fran.Cur.consi.lxxvj.super motiuis.col.ij.circa med.adducẽs plura : & latè retuli suprà.Et comprobatur ex his quæ dicentur in q.proxime seq.

Prædictæ omnes conclusiones generaliter limitantur vt non procedant.vbi probaretur de contrario : quia ista non est præsumptio iuris & de iure:vt plenè dixi suprà.

28 † Secundo generaliter limitantur,vt non procedãt in præsumenda solẽnitate mandati:quia solennitas mandati nunquam præsumitur propter diuturnitatẽ alicuius temporis, etiam per mille annos nõ adhibita distinctione,an tractetur de commodo vel incommodo,magno vel modico præiudicio. Istud fuit not.dictum Bald.in l.ij.C.si ex fal.instrum.& in l.j.C.de re alie.non alie.& ibi Salice. Quod sequitur Alex.in l.sciendum.col. iiij.vers.vnum tamen sciatis.ff.de verb.obl.& in d.l.qui in aliena.in princi.colum.iij.& consi.j.ponderatis his vlt.colum.circa fi.iiij.

si.iiij.volu. Feli.in d.c.sicut.col.xvij.versic.sexto aduerte.de re iudica.vbi hoc dictum nouiter limitat duobus modis. Sed illud impugnat Iaso.in d.l.sciendum.col.ij.circa princi.versicu. sed aduerte.& in l.j.col.v.in ij.limi.C.qui admit.dicens: quod licet nemo contradixerit, putat contrarium per text.cui nunquàm vidit bonum responsum in d.l.si filius.C.de petit.hæred.
29 † vbi ad hoc vt filiusfamilias possit adire hæreditatem sibi delatam, oportet quod præcedat mandatum patris.l.si quis mihi bona §.iussum.ff.de acqui.hæredi.Et tamen ex diuturnitate temporis decem annorum præsumitur mandatum præcessisse: sed videtur facilis responsio. Quod ibi tractabatur de modico præiudicio:vt late declarat Bart.in præallega.disputa. incip.mulier habens amplum patrimonium:in tota vltim.col. quem sequitur Feli.in d.c.sicut.col.xvj.& sæpe dixi.Et sic istud dictum Bald.videtur dumtaxat procedere, vbi tractaretur de magno præiudicio.Secus si de modico.

Vel potest aliter dici quòd in casu.d.l.si filius.interuenerat scientia & patientia patris:vt per Bar.in dicta l.cum de in rem verso.col.iij.vbi expresse intelligit in duobus aut tribus locis: quod ibi interuenit patientia diuturna præsertim in versic.videtur &c.Et clare notant Salicet.& Paul.de Cast.in dicta l.si filius. Et plenè Alexand.consil.ix.suprà allegat.vltima columna.tertio, volumine. Si enim interuenit patientia in casu di-
30 ctæ.l.vt dicunt Bartol.& omnes:ergo & scientia. † Quia patientia necessario includit scientiam.l.quotiens.la secunda,ff. de seruitut.titul.generali. Per quem text.sic dixit domi. Anto. de Butri.in capitul.peruenit.columna.quinta, circa finem.de censit. Et patientia facit præsumi mandatum.l.qui patitur.ff. mandat.Not.plenè Bartol.in l.quæ dotis.columna.penultima, & vltim.ff.solut.matrimo. Sed dictum Bald.procedit quando non apparet de scientia & patientia. Quo casu mandatum nunquàm præsumitur per mille annos.Et ita intelligo hoc dictum procedere: & satis hoc vult Alexand.in consilio nono, proximè allegato. columna. fin. Verumtamen istud dictum Bald. latissimè impugnat per plura domi. Francisc. Curt.in præallegato consilio septuagesimosexto super motiuis.versiculo,sed præmissis non obstantibus per quatuor columna. Referens plura de præsumptione insurgente ex antiquitate temporis: quæ non prosequor. Notat plenè Felinus multa cumulans in d.capitulo sicut.colum.decima quinta,cum quinta,seq.

de

de re iud. late tractans an & quando solennitas extrinseca: siue ea, quæ consistunt in facto: præsumantur ex diuturnitate, siue antiquitate tẽporis: nihilominus hoc dictum videtur communiter approbatum & tenẽdum cum prædictis declarationibus.

31 † An autem obligatio seu titulus qui acquiritur: seu acquisitus probatur ex longa præstatione causet præscriptionem. Et an ille qui percepit præstationẽ annuam: dicatur in possessione vel quasi illius iuris? declarat Bar. in d. l. solent. §. j. col. vltim. versic. iuxta hoc quæro. Facit text. in l. litibus. cum ibi not. per Bart. C. de agrico. & censi. & in c. quærelam. & ibi late not. Cano. de elect. Et not. plenè & viliter Feli. in c. cum Bertoldus. col. x. circa finem. ver. perceptio pensionis. & col. xj. de re iudica.

Et an illa. l. cum de in rem verso. cũ materia locum habeat in rusticis? not. Alexan. consi. 50. in causa & lite vertente. ad fi. v. volu. dicens quòd in rustico requiritur tempus. xxx. anno. & alleg. Spe. ita tenere. Sed hoc non est verum vt late per Ias. in d. l. si certis annis. col. pen. versi. tertiò extende: qui concludit: ꝙ illa. l. cum de in rem verso locum habet in rustico & in muliere. & videtur magis communis opi. vt apparet ex ibi not. & ita tenet Bart. in. d. l. cum de in rem verso. col. iij. circa med. versic. Item glo. videtur dicere. & secundum hanc opi. consuluit Alexand. sibi contrarius. consi. cxxiij. super primo quæsito. j. col. j. volu. & attestatur eam veriorem.

32 Tertia principalis conclusio est in hac materia: quod vbi tractatur de præsumendo titulo liberatorio: ex sola patientia longi temporis non præsumitur titulus per l. libertis. §. j. ff. de ali. & ciba. leg. & firmat Bar. in d. l. cum de in rem verso. col. iij. circa fin. & in l. quæ dotis. col. ij. versi. opponitur de l. Procula. ff. solu. mat. Nisi concurrant tempus sufficiens ad præscriptionem: vt ibi per Bart. & in d. l. cum de in rem verso. col. ij. versic. veniamus ad secundum passum.

Fallit in tribus casibus not. per Rom. consi. cccccxvij. in casu propositæ consultationis. col. v. ver. secundo tamen. quos supra retuli ad extensum in iij. princ. limi. doctrinæ Bart.

33 † Et not. ꝙ in propositũ longum tempus, siue longa aut diuturna præstatio intelligitur de x. annis per text. in l. si cum fideicommissaria. §. Aristo. ff. qui & à qui. & in iti. de vsucap. in princ. versi. & ideo. Not. glo. & doc. in rub. C. quæ sit longa consuet. Et in terminis firmat Alex. in l. sciendum. col. ij. vel iij. ff. de verb. oblig. dicens, ꝙ diuturnitas in proposito accipitur pro longo tempore, idest decennio. vt per gl. & doct. in d. l. si filius.

C. de

C.de peti.hæredi.& plenè not. Feli.in d.c.ſicut.col.xv.circa fi. verſic.& primo aduerte.de re iudic.

Nunquid aut ſubſequens præſtatio confirmet titulum nullum.Dic vt plenè per Bar.in d.l.cum de in rem verſo.col.ij.ver. veruntamẽ. quia iſte paſſus & per omnes doc.in l. ſi certis annis.C.de pac.vbi excutitur plenè intellectus textus ſingularis. l.j.C.de fideic.maximè per Iaſ.col.j.circa fi.& ij.ponentẽ octo limita.ad illam.l.

Et prædicta inducuntur in ſpecie ad plures not.quæſtio.

34 † Et primo. quid ſi aliquis ſeruiuit alicui longo tempore tanquàm vaſallus præſtando ſeruitia perſonalia, an præſumatur ius vaſſallagij & ſubiectionis? Breuius,eſt concluſio:ꝙ ex quo hic tractatur de ſubiectione perſonę:& de mutatione ſtatus:& conſequenter de graui & maximo præiudicio : nõ ſufficit lon-a gum tempus decem annorum : ſed requiruntur triginta anni.[a] Item Bar.in d.l.ſolent.§.j.ad fi.commen.ff.de offi.procon.& in d.l.litibus.circa med.verſi.ex prædictis apparet.C.de agrico.& cenſibus.Et ibi ſequitur Ioan.de Pla.col.ij.circa prin.cum con cor.adduc.per Iaſ.in d.ſi certis annis.vbi idẽ tenent Cy.& Bal. col.vlti.in vj.limi. Eandẽ concluſionem late firmat idem Iaſ.in trac.iur.emphy.col.lxxxij.verſi.quarto quæro.Et bene faciunt quæ ſuprà dixi per c.peruenit.cũ ibi not.de emptio.& vendit.

Et not.ꝙ per talem longiſſimã præſtationem non præſumitur quis vaſallus:nec titulus vaſallatus:niſi aliqua contemplatione ſoluiſſet.Et ſic oportet ꝙ præſtatio fuerit facta contemplatione certæ rei & cauſæ.Ita not.declarat Bar.in d l.cũ de in rem verſo.circa fi.cõmen.Refert & ſequitur Alex.conſi.cviij. in cauſa & lite vertẽte.circa fi.ij.vol.& ibi Bar.col.vlt.videtur ſentire:ꝙ tunc ſufficiat tempus.x.ann.Sed cõis opi.eſt in contrarium:ꝙ requirantur.xxx.anni:vt ex prædictis apparet.& in hac.q.vide quæ dixi in viij.q.ſecundæ partis quartæ principa.

35 huius trac. † Secundo prædicta faciũt ad.q.quid ſi quis diu tenuit rem tanq̃ emphyteoticam:& pro ea pręſtitit debitũ canonem:an præſumatur emphyteota?Hac q.tangit gl.not.in l.ij.in gl.magna ad fi.C.de iure emphy.& ibi late not.Iaſ.in ſuo trac. iur.emphyt.col.xxxij.& ante ipſum Alex.in l.qui in aliena.in prin.col.iij.ver.Itẽ inferebat hic Ang.ff.de acqui.hære.& conſil.lxxix.circa primum de quo quæritur.col.iij.verſi.ad idem.j. vol.Feli.in c.ſicut.col.xv.de re iudic.Et ex ibi not.apparet magis communem concluſionem eſſe : quod ſi quis diu poſſedit rem vt feudalem vel emphyteoticã præſumitur conceſſionem

rei

rei emphyteotice vel feudalis in perpetuũ solenniter præcessisse: & inducitur præscriptio concessionis feudi, vel emphyteosis respectu priuati. Sed respectu ecclesiæ non præsumitur facta concessio emphyteosis, nisi vsque ad tertiam generationem secundum formã.§.emphyteosim.in authen.de non alie. vt per Alex.in d.l.qui in aliena.& firmat late Ias.in d.tract.iur. emphy.col.lxxxij.versi.vj.quæro.& seq.licet Alexã.non alleg. vbi concludit, ꝙ emphyteosis ecclesiæ præscripta non extenditur vltra tertiã generationẽ, licet emphyteosis priuati præsumatur perpetua & plura adducit. Et ad propositum plura notat Feli.in c.cum Bertoldus.col.xj.circa fi.& seq.de re iudic.

36 † Sed est dubium quantum tempus requiratur ad præscribendum ius emphyteoticum? Bart.in l.competit.per illum text.C. de præscrip.xxx.vel.xl.ann.& gl.in d.l.ij.in fi.videntur velle ꝙ requiritur tẽpus.xxx.vel.xl.annorum vt præsumatur contractum emphyteoticum præcessisse, siue ad præscriptionem iuris emphyteotici.d.Ant.de But.in c.peruenit.de censi.tenet, ꝙ sufficit tempus decẽ annorum.& sequitur Alex.in consil.cxiij. viso & diligenter considerato.circa fi.iiij.volu.vbi refert sic tenere Bal.in duobus locis.Sed Ias.in d.tract.iure emphy.colum. lxxxj.refert communem opinionem esse cum gloss.& Bartol. quòd requirantur triginta vel quadraginta anni ad præscriptionem iuris emphyteotici.

Contrariam partem ꝙ sufficiãt decem anni pluribus autoritatibus firmat Feli.in d.c.cum Bertoldus.col.xj.circa fi.& se.

Vnde pro concordia videtur distinguendum, ꝙ aut quæritur: an possit præscribi contra aliquem tanquàm cõtra emphyteotam, vel tanꝗ contra colonum: si per longum tempus præstitit pensionem, vt ex hoc præsumatur emphyteota vel colonus: ita vt in futurum possit compelli ad soluendum tanꝗ emphyteota: & tunc sufficit longum tempus: licet sit secus in vasallo: quia ibi agitur de mutatione status personæ: quæ non mutatur ex diutina præstatione secundum Bartol.in l.litibus. per illum text.C.de agri.& censi.

Et ita procedat decisio Bal.in l.j.post med.C.de fideicom.& in l.prima, colum.secunda, ff.de re.diui. Sic etiam procedant decisiones allegatæ per Feli.in d.ca.cum Bertoldus.& not.per Alexand.in præallegatis consiliis.

Si vero quæratur econtra: an aliquis præscribat ius emphyteoticum: ita quod præsumatur contractus emphyteoticus præcessisse contra dominum: si diu possedit rem tanquàm emphyteoti

phyteoticam:& tunc requiruntur triginta vel quadraginta anni:vt vult gl.in d l.ij.C.de iure emphy.& Bartol.in l.comperit. C.de præſcript.xxx.anno.cum concor.adductis per Iaſo.in d. tract.iure emphy.colum.lxxij.

Et hæc diſtinctio colligitur ex ibi not.& col.ſeq.verſic.iiij. quæro.licet prædictæ diſtinctioni videtur contrariari deciſio Bal.in d.l.j.col.ij.circa fi.verſi.pone quidam: vbi determinat ꝙ ſufficit decennium ad præſumendum rem emphyteoticam: quando quis ſoluit eccleſiæ cenſum pro quadam re tanquàm emphyteotica: ſiue agat: ſiue conueniatur à ſoluente, quam fortè eccleſia negat emphyteotam ſecundum Bald.ibi.

Vel dic: ꝙ aut loquimur reſpectu ſoluentis: & ſufficiunt decem anni. Aut reſpectu tertij: & tunc requirũtur triginta anni: vt late per Ro.præal.conſil.cxxvij.poſito quod dominiũ vbi ad hoc alleg.Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.ver.liij.& ver.lvij. & alia plura maximè Ioã.And.in c.qui agendũ.de reg.iur.in vj.

Et quod ſufficiat ſolutio decem annorum reſpectu eccleſiæ: cui ſoluitur penſio pro aliqua re tanquàm emphyteotica: niſi probetur contrarium: firmat Paul.de Caſtr.in l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur vltra med.capit.commend.verſicu.& per prędicta patet.ff.ſi ſeruitut.venditio.

37 † Tertiò præmiſſa faciunt ad notat.quæſtione, Vtrum prælatus, vel clericus qui diu tenuit beneficium: præſumatur canonice inſtitutus?

Et ſic an ex curſu longi temporis præſumatur titulus, & canonica inſtitutio in beneficio: quæ eſt neceſſaria: vt licite teneatur.c.j.de regu.iur.in vj?

Hanc q.late examinant Hoſt.Ioan. And.& omnes Cano.in c.illud.& ibi late not.Feli.de præſump.& Alex.præalleg.conſil. lxxix.iiij.col.j.vol.ſecundum Bar.inter conſilia Alex.cõſi.vlti. clementiſſimi dei.iiij.col.iij.volu.vbi q̃ plura refert circa præſumptionem ſurgentem ex diuturnitate temporis. Et plenè Feli.in d.c.ſicut.col.xv.& xvj.de re iudic.dic vt ibi copioſe per eum, qui ponit plures declarationes.

38 † Quartò præmiſſa faciunt ad no.q.vtrũ eccleſia, vel capella longo tempore fundata præſumatur fundata autoritate epiſcopi ſine qua non eſt licita fundatio.c.nemò.de conſecra.di.j.

Arch.ibi decidit ꝙ ſic.& ſequitur Barb.præal.conſi.vltı.aducẽs plura.& cõſi.xxxv.ſapiẽter ſcribitur col.viij.ij.vol.& Iaſ. in d.l.ſi certis annis.circa princi.iij.col.non allegans prædicta conſilia.& plenè not.Felin.in d.ca.ſicut.colum.xv.de re iudic.

† Quintò

39 † Quintò præmissa faciunt ad not.& vtilem q.quæ quotidie contingit. Quid si fratres, vel socij steterunt diu separati:possidendo quilibet vnam partem. An præsumatur facta diuisio:& sic titulus diuisionis ex cursu temporis?

Istam q.decidit glo.nota.& reputata singularis in l.penulti. C.com.de diui. quæ dicit, quòd si quilibet sociorum possedit partem propriam per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes:& solus subiuit onera pro illa parte:& solus sen sit commodum, verissimile est diuisionem fuisse factam. argu. d.l.cum de in rem verso.& eam ibi sequitur Bartol.& mandat perpetuo notari.& sequuntur Barto.Bald.Ange.& alij.in l.qui in aliena.in princip.ff.de acqui.hære.Paul.de Cast.in l.si filius. circa med.commen.C.de peti.hære.Ias.in l.si certis annis. col. vj.versi.sexto facit.C.de pact.Rom.consi.ccv.in puncto proposito.& consilio ccccxviij.in eo quod quæritur:vbi dicit, illam gl.ordi.& Alexã.in pluribus consiliis infrà relatis in limitatione illius gl.& Sozi.in consi.clxiiij.visa bulla Bonifacij.col.vlti. prope fi.qui attestatur prædictam glo.esse communiter approbatam.& d.Philip.Decius consi.lxxix.& pro tenui in l.ij.& vlti.dub.& ad eam dat plures remissiones antiquas domi.Iaso.in §.quædam.colum.xj.in antiqua impressione. & vij.vel viij.in noua.institutio.de actio.

40 † Et illam gl.pulchre sequitur Bal.consi.cl.proponitur quod minor.j.volu.dicens, quod illa est glo.ordi.vera, & communiter approbata, per quam decidit not.quod si minor diuisit bona cum fratribus suis tẽpore minoris ætatis sine curatore vel decreto iudicis:quo casu diuisio nõ valet præsupposito, si erat pubes:quod non iurauerit ad formam.authen.sacramenta &c. l.penul.C.de prædi.mino.& l.j.§.si communis.ff.de reb.co.Tamen si post maiorem ætatem tacuit per decem annos possidendo pro diuiso:censetur inducta tacita & solennis diuisio: adeo quòd non potest amplius retractari.Et dicit Bal.quòd istud est melius fundamentum, quàm illud:quod aliqui faciebant per l. fin.C.si maior fac.quæ habet varias intellectus.

41 † Prædictam glos.sequitur etiam Pau.de Cast.consi.xciij.nõ sequendo ordinem circa med.in antiq.consiliis:vbi plus singulariter determinat:quòd nedũ præsumatur facta diuisio:quando fratres, vel socij steterunt separati, & diuisi per longũ tempus:sed etiam ex taciturnitate tanti temporis:si nunquam fuit petita redditio rationis præsumẽdum est: quod omnia in dicta diuisione fuerũt inter eos terminata,& ratio hinc inde reddita.

Alias

Alias credendum non esset: quòd tanto tempore tacuissent vel quòd diuisionem fecissent. Mouetur per l. Procula. ff. de proba.iuncta glos.in d.l.penul. C.cōmu.diui. quàm dicit ordinariam & cōmuniter teneri:& est valde notabilis decisio:quia sæpe contingit de facto,quando non sunt confecta instrumenta diuisionum:nec constat quòd fuerit reddita ratio inter fratres vel socios,sed longo tēpore quilibet possedit partē suam: & steterunt separati:& postmodum alter frater, vel socius petit sibi reddi rationem de fructibus, & aliis administratis ab altero fratre,vel socio, qui forte insolidum administrauit bona & fructus percepit durante communione,nec aliquā quietationem de redditione rationis habet.

Et cum hæc quæstio hoc anno de facto mihi occurrisset, consului,quòd præsumeretur reddita ratio per d.l.Procula. & iuxta consilium Pauli suprà relatum.Et adducebam aliud motiuum videlicet,quòd secundum communiter accidentia antequam fratres,vel socij perueniant ad diuisionem consueuerunt inuicem calculare rationes:&reddere computum de datis & receptis,& discutere quis eorum remaneat debitor,iuxta modum traditum in l.cum seruus.ff.de condi. & demonstr.

42 † Et à communiter accidentibus bonum est argumentum glos.no.in l.neque natales. C. de proba.quæ dicit quod si sunt duo talia quorum vnum non est sine altero:vel raro esse solet, vno probato,probatur & reliquum. & eam sequuntur Bald. & Salice.ibi & Alex.in l.non hoc.iiij.not. C.vnde cogna. vbi late Ias.colum. v.in ij.& iij.limita.

Et adducit Alex.aliam glo.in l.cum dotem.cum ibi not.per Bald. C. de iure doti. dicens, quòd lex præsumit pro eo quod
43 communiter & frequenter accidit. † Ergo probata diuisione præsumptiue:eo quod socij vel fratres steterunt longo tēpore separati:possidendo quilibet partem, vt communiter tenetur, sequitur quòd etiam est probata præsumptiue redditio rationis, quæ est seu esse consueuit præambula diuisionis: & sine qua raro fieri solet diuisio per illam gloss.

44 † Nunc limita no.dictam glos.ord.in d.l.penult.C commu. diui.communiter approbatam vt procedat,quando partes essent æquales,seu quando esset in partibus proportio quæ posset ad æqualitatem diuisionis adaptari, secus si in illis rebus separatim possessis nulla esset proportio: seu debita congruitas partium: sed magna disportio: quia tunc non præsumitur diuisio.argumen.l.cum de indebito.ff.de proba.

Ita not.declarat:& limitat illam glossam Bald.in d.l.penult. & ibi sequitur Paul. de Castr. & Alexand.consil. xxv. attentis narratis in themate.columna iiij.versic. confirmo. quinto volumine.vbi dicit quod illa glos.non procedit,si ex aliis coniecturis comprehendi, vel præsumi potest,quod fratres seu socij non habuerunt animum diuidendi : quia tunc non præsumitur facta diuisio,licet ita separatim possederint per longum tempus:vt si portiones quas separatim possederunt erant valde dispares & male conuenientes. Cùm Bald.etiam tenet Felin. allegans plures docto. qui sequuntur in c.sicut. colū.xiiij. vel xv.versic.hanc fallentiam.de re iudic.

Comprobatur ista limitatio vrgenti fundamento : quia ratio, propter quam præsumitur facta diuisio in casu posito per glo.in dicta l.penul.est:quia ibi tractabatur de modico præiudicio. vt declarat Paul. de Castr. in l. si filius. circa med. C.de petitio.hæred. & latè Bartol.[a] ante eum in prçalleg.qu.mulier habens amplum patrimonium. columna vltima.& in d.l.cum de in rem verso.colū.iij. & Iason.in l.j.colum.v.in iiij.limit. C. qui admit. quæ ratio cessat : vbi resultaret magna disportio: nam tunc verteretur magnum præiudicium alterius partium: & non modicum. Ideo non debet eo casu induci præsumptio diuisionis : cessante ratione modici præiudicij. l.adigere. §. quamuis. ff.de iurepatro.cum concord.

Contrariam opinionem tenuit Salic. in dicta lege penulti. relata opin. Bald.in versi.quidam Perusini. dicens quod credit glos.ibi simpliciter esse veram : quam Iaco.but. Bart.& cæteri patres nostri communiter sunt secuti. & sequitur Alexan. sibi contrarius. consi. xcij.viso & discusso laborioso processu : per totum. ij.volum.vbi late comprobat illam glos.& eam simpliciter tenet:concludens quòd non attenditur disportio:& consil.iij.viso processu causæ principalis.ad si.iij.volu. Et Areti.in §.fin.insti. de soci.tenens cum Salice. quòd illa gloss. indistincte procedat.Et inuehit contra dilapidantes partem suam:qui postea reuertuntur ad petendum diuisionem aliis fratribus: quia non debent audiri secundum eum:quando steterunt longo tempore separatus quilibet separatim possedit vnam partem per illam gloss.etiam data inæqualitate. Mouetur : quia licet partes sint inæquales:tamen alter frater vel socius potuit recipere compensationem in pecunia. Sed istud motiuum

45 non videtur bonum : nec concludit. †Non enim sequitur potuit recipere,Ergo recepit.l.non hoc cum ibi not.C.vnde cog. & l.

& l.ad probationem.la ij.C.de probatio.vbi Bal.not.quod probatio nunquam concludit per possibile: sed debet concludere per necesse, vel probabile. Tamen quia: vt prædixi: ista præsumpta diuisio insurgit ex diuturnitate temporis: quo separatim fratres vel socij possederunt. Ita demum si tractetur de modico præiudicio secundum Bart.& communiter doctores in locis præallegatis.ergo vbi agitur de magno præiudicio cessat ista præsumptio.

Concludo igitur prædictam limitationem Bald. tanquam veram & cõmunem esse tenendam consulendo & iudicando.

Hinc infertur, quòd vbi resultat magna inæqualitas: quia res quas ego possedi: valeãt longè plusquam illę, quas tu possedisti: non præsumitur diuisio ex separata possessione longi temporis:vnde potes petere:quòd diuidantur æqualiter,Ita dicit Paul.de Castr.in dicta l.penul C.commu.diuid.

46 Sextò præmissa faciunt ad nota. quæstionem: pone quòd erant duo fratres à patre hæredes instituti:vel qui successerãt patri ab intestato: vnus ipsorum altero sciente & patiente insolidum possedit omnia bona paterna,& fructus percepit longo tempore puta decem vel viginti annis: modo alter petit partem suam. Quæritur nunquid possit:& an censeatur exclusus tacita repudiatione: ex quo passum est fratrem insolidum omnia bona paterna possidere tanto tempore.

Hanc quæstionem attingit Bald.in l.licet. in prin.commen. C.de iure delibe. & late disputat: & tandem concludit: quòd non sit exclusus: ne videatur tacitè repudiasse.

Eandem conclusionem firmant Ang. Imo. Are. & communiter docto. in l.recusari.ff.de acquirend.hæred. vbi determi-
47 nant: † quod si soror habeat hæreditatẽ communem cum fratribus:& diu stetit: quod non petiit portionem suam, sed passa est ipsos fratres suos totam hæreditatem possidere: si aliud non interuenit: non inducitur repudiatio per diuturnum silentium: nisi concurrant ea, de quibus ibi per eos: qui referunt, quòd fuit decisio Bar.licet in lecturis communiter non inueniatur.

48 † Comprobatur ista conclusio vltra præfatos doct. per id quod not.Bart. in l.solent.§.j.circa. fi.ij.colum. ff. de offi.procon.vbi tradit no. regulam. quod ex sola negligẽtia quis nunquam amittit ius suum: nisi vbi in iure reperitur expressum per text.not.in l.in filiis.C.de decur. lib.x. Et huius decisionis duplex ratio potest assignari.

Prima est: quia hic tractatur de magno præiudicio, & de amissione dominij. Ergo non debet ex sola patientia diuturni præsumi titulus remissionis, per ea quæ late. suprà dicta fuerunt circa materiam.l.cum de in rem verso. ff.de vsur.

Secunda ratio est: quia hic resultaret præsumptus titulus donationis: quo casu non habet locũ.d.l.cum de in rem verso cum materia: ex quo militat præsumptio iuris in contrarium quod nemo præsumitur donare. vt not. decidit Bald.in l.fin.C. ne de statu.defunct.

ADDITIO.

a An titulus præsumat ex patientia & cursu temporis: vide per Bertachi.in repertorio in verbo titulus. versi. titulus præsumitur ex patientia: & versicu. titulus præsumitur licet non probetur.

b Ad materiam.l.cum de in rem verso.vide Butr.in repe.cap. peruenit.col.ij.de censi. vbi tangit: an ex solo longo tempore acquiratur obligatio personalis. & latissime materiam istam explicat ibi: col.xv. versi. ad secundum principale cum quatuor seq.referens & examinãs dicta Bart.in d.l.cum de in rem verso. maximè quantum tempus requiratur: & an sit allegan da causa specifica: & an sit alleganda in libello: vel sufficiat si postea allegetur: & an sufficiat allegare causam in genere: & an admittatur probatio in contrarium: & qualis sit præsumptio iuris in casu. d. l. cum de in rem verso. & an sit iuris tantum: vel iuris & de iure. vide ibi colum. xviij. Et iterum intellectum illius.l.& formã libelli reassumit col. xix. & iterum quantum tẽpus requiratur vt causa præsumatur: vide col. xx. & ibi col.xx.circa fin.an in d.l.cum de in rem verso. locum habeat in rustico: & quando præstatio non est annalis: sed habet interualla maiora & prolixius tempus vt de triennio in triennium: an sufficiant decem anni cum tribus præstationibus: vide per Butri.in d.c.peruenit.colum. xxj.de censi.& vtrum in iuribus mixtis ex diutina præstatione, vel vsu causa, siue titulus præsumatur: vt in præstatione tributi decimarum, & in electione de gremio alterius ecclesiæ: vide columna vigesimasecunda. vbi circa finẽ. dicit: quòd qũando agitur de magno præiudicio. vt de præscriptione corporalium ex patientia longi temporis, vel vsu non præsumitur titulus: nec pariter in vsufructu: quia est pars dominij. Sed in his quæ sunt leuis

præiu

præiudicij præsumitur vt in seruitutibus. Fallit prima conclusio secundum ipsum quando vltra pati interuenit præstatio: quia tunc etiam in his quæ sunt grauis præiudicij præsumitur titulus: vt si quis longo tempore tenuit rem vt emphyteoticam me sciente & patiente, vel vt vasallus per longum tempus seruitia præstitit. requiritur tamen secundum eum, quòd allegetur ius feudi, vel emphyteoticum, & sic titulus præsumptus mouetur, per text. in l. iuris emphyteotici. & in l. fin. C. de fund. patrimonio. libro xj. & quid si quis colligit pedagium per decennium an præsumatur causa allegata vide per Butri. in d. c. peruenit. columna vigesimatertia. circa fin. & sequen. & ibi quid rector parochialis ecclesiæ passus est decimas in ecclesia sua colligi ab alio per longum tempus & quid in censu & quid in iure eligendi: & quid in iuribus episcopalibus an præsumatur titulus ex diuturnitate temporis & an tempus confirmet titulum inualidum: tangit ibi columna fin. & ad materiam. dicta lege cum de in rem verso. vide Panormitanum in capitulo fina. de causa possess. & propric. & Cæpol. in tract. serui. vrb. prædio. cap. xx. columna secunda. in fine. & ad id quod dixi. suprà de pedagio si quis collegit per longum tempus an præsumatur titulus vide pulchræ per Ioannem Andream in addition. ad Spe. in titu. de causa possess. & propri. §. quia vero. versi. quid de colligentibus.

c Vide latius in secunda quæst. princip. secundæ partis quartæ principalis. versiculo tertio limita. & plene Butri. in repet. capituli peruenit. columna xxij. circa finem. de censib. vbi dicit, quòd in casu not. per glos. in l. pe. C. commun. diuid. ex patientia præsumetur diuisio: & pariter in l. si seruus. & in l. qui in aliena. §. j. hic adductis. quia ibi agitur de modico præiudicio. Secus si de magno: quia tunc non præsumitur vt ibi per cum. colum. xxiij. qui limitat hoc vltimum dictum in duobus casibus ibi per eum notatis videlicet in possessione beneficiali & matrimoniali, quia secundum eum ex longo tempore in his præsumitur titulus, licet agatur de graui præiudicio ibi rationem assignat.

d Adde do. Francis. Cur. consil. lxxvj. super motiuis. colum. ij. circa medium.

e Quod de casu debeat allegari causa specifica & legitima præstationis in libello vt præsumatur titulus allegatus late firmat Alexander consilio centesimo vigesimoquarto. prima columna quarto volumine.

f Vide plene de hac q do.Iaco.de san.Geor.in suo tract.de homa.col.iij.& iiij.

g Vide Bar.in l.solent.§.j.col.vlt.circa prin.ff.de offic.procon. vbi assignat aliam rationem ad illam glo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis an præbeat iustum titulum præscribendi?*

2 *Sententia iudicis præstat causam præscribēdi, si sit nullitas ignota, & in bona fide lata.*

1 VNdecimò principaliter quæro † an sententia iudicis præbeat iustum titulum præscribendi: ita quòd facta restitutione ex ea transferatur vsucapiendi, vel præscribendi conditio: si restituens non sit dominus? vide casum.in l.Pomponius. §.si iussu.ff.de acquir.pos.& ibi not.Bar.& docto.

2 † Quid autem in sententia nulla: an præstet causam præscribendi? glo.not.in c.si sacerdotes.xvj.q.iij.in gloss.magna vltra med.tenet quod sic.dummodo quis ignoret eam nullam. & sit in bona fide quod dependet ex not.in c.de quarta.de præscrip. & in l.Celsus.vbi dicam.ff.de vsucapio.

SVMMARIVM.

1 *Titulus generalis pro suo quo casu sufficiat ad præscribendum?*

2 *Titulis quibus poterat defunctus præscribere iisdem potest hæres.*

3 *Præscribens rem videtur eam ex titulo quo præscripsit habere.*

4 *Præscriptio procedere potest ex pluribus causis seu titulis.*

5 *Titulus conditionalis non prodest ad præscriptionem ante conditionis euentum.*

6 *Præscriptio procedere potest ex titulo etiam reuocabili.*

7 *Præscriptio non procedit ex titulo simulato.*

1 DVodecimò quæro. † Vtrum generalis titulus pro suo: de quo est glos.magistra.in rubr.ff.pro suo.aliquo casu sufficiat ad præscriptionem.

Istam q.tangit Bal.in §.si quis per triginta.col.fina.in titu.si de feu.fue.contro.vbi pulchrè dicit, quod aliquando ipsa proprietas habetur loco tituli ad præscribendum: vt not.Guli.de Cu.in l.si quis emptionis in secunda quæstione.C.de præscrip. triginta annorum.vbi etiam dixit, quòd aliquando dominus præscribit

præſcribit titulo pro ſuo: & ponit talem caſum: vt refert Bald. Quidam præſcribit contra dominum. Poſtea cecidit à poſſeſſione: & reuerſa eſt poſſeſſio ad dominum. Nã dominus ratione proprietatis præſcribit titulo pro ſuo. Nec eſt neceſſarius alius titulus.

Requiritur tamen etiam bona fides hoc caſu ſecundum Bal. qui ſubdit quòd iſta quæſtio eſt vtilis etiam in materia feudi: quod dominus poſſit econtra præſcribere contra præſcriptorem ex ſola proprietate, ſine alterius tituli adeptione. Nam nõ præſcribit ſecundum Bald. vtile dominium, ſed eius amotionẽ & conſolidationem proprietatis.

Et quando titulus pro ſuo ſufficiat ad præſcribendum? dicetur plenius in l. Celſus: vbi gloſ. & Bar. no. ff. de vſucap.

2 † Et no. pro complemento materiæ tituli, quod hæres poteſt præſcribere iiſdem titulis quibus poterat defunctus. Sozi. cõſi. cclj. col. pen. vbi allegat Pau. de Caſtr. conſi. cclxxxviij. viſa ſupraſcripta facti narratione.

3 † Item quòd præſcribens rem videtur eam habere ex titulo, quo præſcripſit non ab eo contra quem eſt præſcriptum, vt eſt caſus not. in l. ſi extraneus. & ibi no. Bar. ff. de dona. inter virum & vxorem. & in l. qui alienam. ff. de dona. cauſa mor.

4 † Item quòd poteſt præſcriptio procedere ex pluribus cauſis, ſeu titulis ſecundum glo. Barto. & communiter doct. in l. iij. §. ex plurimis. per illum text. ff. de acquir. poſſeſ. & ibi Alex. in princip. v. colum. aſſignat vtilitatem: videlicet quòd ſi quis incœpit ex vna cauſa poſſidere: & ſuperuenit mala fides: poterit incipere poſſidere ex noua cauſa bona fide: & ita pręſcribetur: vbi ex prima cauſa non præſcripſiſſet de iure canonico ſecundum quod requiritur continua bona fides. c. fina. cum ibi not. de præſcriptio.

5 † Item not. quòd titulus conditionalis non prodeſt ad præſcriptionem ante conditionis euentum. l. ij. §. ſi ſub conditione ff. pro empto. ſed titulus purus licet reſoluendus in euentum conditionis bene cauſat præſcriptionem. l. ij. & l. iiij. ff. de in diem adiectio.

6 † Et ſic ex titulo reuocabili procedit præſcriptio: vt etiã caſus in l. ſi alienam. ff. de dona. cauſa mor.

Et dum ſupra in ſecunda quæſtione poſui: quot modis accipiatur titulus in iure: & allegaui duas gloſſ. iuris ciuilis. Adde meliorem gloſſ. de iure in c. dudum. ij. in verbo intitulatam. de elect. quæ in propoſito dicit, quod dicitur titulus omnis cauſa

acquirendi dominij. Vt titulus pro emptore:pro donato &c.& qui aliquem talem habet titulum.habet causam præscribendi: & ponit omnes significationes huius nominis.

Et qui sint tituli habiles ad dominij translationem : vltra ibi allegata enumerat tex.melior de iure in l.iij.§.genera.ff.de acquiren.posses.

7 † Addo etiam quòd præscriptio non procedit ex titulo simulato:sed ex vero:vt est casus in l.fina.ff.pro donatio.

Et dum dixi supra:in tertia quæstione quod potest quis præscribere rem suam reuocabiliter per l.in bello.§.si quis seruū.ff.de capti. Addo gloss.in l.in accessione.ff.de diuer.& tempo. præscript.

VENIO nunc declarata materia tituli ad materiam bonę & malæ fidei:& sic ad secundum principale requisitum in præscriptione: & per consequens ad secundam partem huius tertiæ partis principalis.

Hanc materiam bonæ & malæ fidei latè tradunt Bald.& Angel.in l.super longi.colum.ij.& iij.versiculo dixi secundo. C.de præscriptio.long.tempo. & Bart.in l.Celsus.col.iiij.ff.de vsucap.vbi reseruo dicenda ea,quæ non dicam hic ad materiā pertinentia,maxime qualiter probetur: aut quando:& ex quibus præsumatur bona vel mala fides. Hic vero solum attingā ea,quæ conferunt ad fundamenta & declarationem materiæ: & quæ ibi non habentur. Et in hac parte tractabo etiam permixtim de titulo:quando exigatur in præscriptione vel non:& in quo differant in hac materia præscriptionis ius ciuile & canonicum.

SVMMARIVM.

1 Bona vel mala fides quid sit: & quis dicatur bonæ vel malæ fidei?

2 In materia vsucapionis licet quis non putet se dominum,est tamen bonæ fidei se tradentem credidit esse dominum.

3 Mala fides præsumitur qui contra iura mercatur,vel contrahit. Mala fides interuenisse præsumitur vbi iuris ordo, vel solennitas debita fuit omissa.

4 Titulus non sufficit iusta causa putandi non subsistente.

5 Vendens rem tanquam procurator alterius, si de mandato nō appareat,semper præsumitur quod emptor sit in mala fide.

Bona

6 *Bona fides requiritur aduersus eum, contra quem præscribitur.*
7 *Medium est dabile inter bonam & malam fidem.*

1 QVæro igitur primo. † In hac secunda parte tertiæ partis principalis: quid sit bona vel mala fides: & consequenter quis dicatur bonæ vel [a] malæ fidei possessor?

Breuiter dico, quòd bona fides dicitur ignorantia rei alienę seu iuris alieni. & econtra mala fides scientia vel notitia rei alienæ & sic bonæ fidei possessor dicitur, qui se possidere ignorat alienum.

Malæ fidei vero: qui scientiã habet rei alienæ. Ita dicit text. no. cum glo. in c. si virgo. xxxiiij. q. ij. & est bonus text. in l. bonę fidei. ff. de verb. signi. vbi dicitur quod bonæ fidei emptor esse videtur: qui ignorauit rem alienam esse: aut eum qui vendidit: putauit ius vendendi habere.

Ad idem est text. in l. si existimans. & ibi no. Bart. ff. pro solu. not. glo. Panor. & Cano. in c. si diligenti. col. iij. versicu. secundo glos. quærit. de præscri. & plenius Dyn. in c. possessor. circa prin. de regu. iur. in vj. declarans per exempla.

b Ad idem adduco bonum tex. in l. si quis fundum. ff. de acqui. posses. vbi expressè dicitur quòd mala fides est ex scientia [b] rei alienæ.

Et declarat Bar. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsuca. dicens quòd ille, qui scit rem ad se non pertinere dicitur habere malam fidem: vt ibi: & in l. cũ quærebatur. C. vnde vi vbi dicit text. quod omnes scire debent quòd suum non est hoc ad alios modis omnibus pertinere.

c Bonam fidem vero secundum Barto. habere dicitur: qui domini cogitatione possidet. [c] Allegat l. manifestissimi. C. de furt. & corruptè: quia voluit allegare text. in l. apud antiquos in verbo domini cogitatione. C. de fur. & ibi no. Bart. in secunda no. & doct. quòd reincidit in idem cum eo: quod est dictũ suprà vt dixit Barto. in d l. si existimans.

2 † Quod in limita: & declara: vt per Barto. no. in l. ij. §. sed si sub conditione. circa med. commen. versi. oppono quòd isto casu ff. pro empto. vbi dicit. quòd in materia vsucapionis: licet quis non putet se dominum: tamen est bonæ fidei, si credidit dominum esse tradentem per duo iura: quæ allegat, & ibi sequuntur Ang. & Imo.

Et dicit Azo in summa. C. de vsucap. pro empto. colum. iij. versic. quid est bona fides. Quod bona fides est: quòd quis cre-

dat tradentem esse dominum, vel habere ius distrahendi.per text.in d.l.bonæ fidei emptor.

3 † Et qui mercatur vel contrahit contra iura præsumitur in mala fide:seu dicitur non habere bonã fidẽ.c.qui cõtra iura.de reg.iur.in vj.& l.quemadmodum.C.de agr.& censi.lib.xj.Hinc est quòd mala fides præsumitur interuenisse:quãdo solennitas fuit omissa:& ordo debitus nõ fuit seruatus.glo.no.in l.j.in verbo mala fide.quam ibi no.Bar.in fi.com.C.de fid instru.& iure hastę fis.li.x.Et ista est præsumptio iuris & de iure:ex quo sciẽs mercatur.Ita singulariter dicit glos.fi.in d.l.quemadmodũ.Ex quo sequitur,quod non admittitur probatio in contrarium: vt ibi not.Io.de Pla.col.fin.prope fin.ver.& no.

Quam regulam pulchrè declarat Calde.consi.iiij.sub rubr. de præscri.Et ideo error iuris circa validitatem tituli non inducit bonam fidem,sed malam in vsucapionibus, & præscriptione longi temp.l.nunquam in prin.& l.si fur.§.j.in fi.ff.de vsuca.

4 † Ex quo no.quòd non solum dicitur malæ fidei,qui scit vel scire debet rem nõ esse vendentis:sed etiam qui credit eã esse vendentis:tamen scit: vel scire debet venditionẽ,vel cõtractũ non valere:quia titulus non sufficit non subsistente iusta causa putandi.l.Celsus.ff.de vsuca.

Et error iuris non est iusta causa:ita dicit Pau.de Cast.in d.l. nunquam.per illum text.

Et qui putat se nõ posse vsucapere vel præscribere cũ possit: errando in iure:dicitur malæ fidei: & non vsucapit:vt est casus in d.l.si fur.§.j.& sic potius inspicitur hoc casu: quod est in opinione:quàm quod in veritate. Aliquando econtra. De quo dic vt habetur in l.ij.§.si sub conditione.ff.pro empto.vbi Bart.circa hoc tradit distinctionem.

Et no.dixit Bar.in l.cum vir.ad fi.commen.ff.de vsuca.vt refert Alex.in l.qui in aliena.in princ.col.iij.versi.plus dixit.ff.de
5 acquir.hæredi.† Quod si quis vendidit rem tanquam procurator alterius,nisi appareat de mãdato:semper præsumitur quòd emptor fuerit in mala fide. Sed Barto.vbi suprà hoc non dicit licèt fortè possit elici ex verbis suis dum innuit:quòd talis vẽditio non causat publicianam,vel præscribendi conditionem, nisi confirmetur ratihabitatione, vel successione,quo casu trahitur retro quo ad dominium, si ille cuius nomine vendidit: & cui iste qui vendidit tanquàm procurator successit: erat dominus: alias quo ad publicianam, & præscribendi conditionem.

Contra

Contrarium tamen firmant Ang.& Imo.in d.l.cum vir.circa fin.commen.dicentes, q; si contraho cum aliquo tanquàm cum negotiorú gestore.quia scio eum non habere potestatem vendendi. Ideo interim sum in mala fide: anteq̃ dominus ratum habeat,& sic interim non vsucapio. Sed quando contraho cum aliquo vt procuratore: qui asserit se procuratoré: sui ductus iusto errore: & sic videor esse in bona fide & per consequens habere vsucapiendi potentiam.per not.in l.Celsus.ff.de vsucap. Et dicit Imol.quòd hoc etiam satis videtur fuisse de mente Bartol.si ponderetur.

6 † Et not.quòd bona fides requiritur aduersus eum, contra quem præscribitur non aduersus soluentem seu causam solutionis. Et ideo licet quis recipiat scienter indebitum: tamen præscribit aduersus dominium: si sibi soluatur pecunia vel res aliena: quia dicitur bonæ fidei respectu veri domini, ex quo credit soluentem vel tradenté dominú.ita dixit no.Bar.in l.indebiti.§.sed si nummi.in ij.oppo.tertiæ partis.ff.de cond.inde.

7 † Addo quòd inter bonam & malam fidé est dare medium scilicet non bonam fidem: quæ cadit in dubitante.tex.est cum gl.in l.iij.§.genera.in verbo non bona.ff.de acquir.pos.& in l.j.§.illo.eo.tit.not. Bar.in d.l.furtum.§.fundi.ff.de vsucap.& late Iaso.in d.§.genera.col.ij.& iij.in vj.not.

Potest etiam ista non bona fides aliquando cadere in ignorante, vt in eo qui acquisiuit per procuratorem ante notitiam: & per eum possidet: vt declarat Alexan.in d.§.genera.col.ij. Et dicit not.Bal.in c.vigilanti.col.ij.de præscrip.quòd vbi non est bona fides nec mala potius præsumitur bona per tex.singu.secundum eum cúm glo.parua.in l.eius qui in prouincia.versic. Quod si stipulatus.ff.si cert.petat.

Et quomodo debet intelligi illa conclusio.quòd in dubio præsumitur bona fides.l.pen.& ibi not.C.de euict.declarat no. Dyn. per modum distinctionis.in dicto capitulo qui contra iura.& plenè dicam post Bartol.in repetitio.l. Celsus.in tertia parte. ff. de vsucapio. vbi late traditur ex quibus, & quando præsumatur bona vel mala fides.

ADDITIO.

a Quis dicatur malæ fidei possessor Panor.in ca.graue.de restit.spo.not.glo.Bart.& doct.in l.ex diuerso.ff.de rei vendi. Cy. & doct.in l.certum.C.eo.tit.Ioan.de Pla.in l.quemadmodum. versic.vlti.not.C.de agri. & censit. Panor.consil.lxxvj.in vlti. dub.i.vol.Et quomodo probetur bona vel mala fides.no.plenè.

Bart.

Barto.in l. Celsus.col.iiij.circa fin.& sequen.& ibi late dicam ff.de vsucap.& Panormi.consil.lxxxj.j.colum.Ange.consil.clx. aliàs.clxij.pro decisione. Et quis dicatur esse in bona fide per do.Philip.Francisc.post glo.in c.possessor.col.penulti.de regu. iur.in vj.& per Alber.de Ros.in suo dictionario in verbo præscriptio.versicu.sine possessione.& ibi: an dubitans dicatur in bona fide.vide per d.Philip. Francisc.post gl.in c.possessor.colum.penulti.de reg.iur.in vj.& per Albe.de Ros.in suo dictionario in verbo præscriptio.versi.sine possessione. Et ibi an dubitans dicatur in bona fide.& quid si prælatus habet malam fidem,& ecclesia siue capitulum bonam, vide ibi versiculum quid si quis dubitat.

b Quod per scientiam inducatur mala fides:adde bonum tex. in l.item veniunt.§.petitam.de petitio.hæredi.

c Et propterea dixit Bal.in l.cum res.colum.ij.C.de probatio. quod non procedit præscriptio absque animo præscribendi: quia aliàs præscribens esset in mala fide. Adde Panormita.in capitu.consultationibus.de iure patronat.

SVMMARIVM.

1 *Dubius possessor an sit bona vel mala fidei?*

2 *Dubitatio superueniens, quòd res sit aliena non interrumpit præscriptionem inchoatam.*

3 *In dubio nemo tenetur ius suum indiscussum relinquere.*

4 *Dubius & ignorans æquiparatur.*

5 *Medium est dabile inter scientiam & ignorantiam.*

1 SEcundò quæro.In hac secunda parte: † vtrum ille qui dubitat,censeatur esse bonæ vel malæfidei possessor.& sic cui extremorum applicetur istud mediũ? gl.& Inn.in c.si diligenti.& in capitul.fin.de præscriptio.tenent quòd dubius dicatur potius bonæ quàm malæ fidei.

2 Ex quo inferunt:q; superueniẽs dubitatio: q; res sit aliena non interrumpit præscriptionem inchoatam etiam de iure canonico secundum quod exigitur continua bona fides vsque ad præscriptionem completam.d.c.fi.& j.dicetur.sequitur Bal.in l.naturaliter.col.ij.circa fin.versi.& ex hoc dico si quis cæperit dubitare.ff.de vsucap.dicens: q; ab initio talis non præscriberet,quia non habet bonam fidem,licet non habeat malam.Sed ex postfacto talis titubatio non nocet:quia requiritur,q; firmiter credat se malæ fidei possessorem,vt extinguatur siue interrumpatur præscriptio.& sequuntur Panor.in d.c.fi.col.pen.ver.

tertio

tertio gl.quærit.& plenius Feli.col.antepen.& pen.atteſtantes hanc opin.eſſe communem & do.Alexã.in d.§.genera.col.ij.in iij.not.& ibi late.do.Iaſ.col.ij.& iij.in vj.not.Referens etiã poſt Alex.ꝙ iſta opi.eſt communis quam comprobat tribus mediis
3 & plenè diſcutit hunc articulum.Et principalis ratio eſt † quia in dubio nemo tenetur ius ſuum indiſcuſſum relinquere.l. illud.ff.de petitio.hæredi.

Et quòd à principio requiratur bona fides : & non ſufficiat medium inter bonam & malam, tenet etiam Bartol.in l.ſed ſi lege.§.ſcire.circa fin.ff.de petitio.hæredi.

Hunc articulum late examinat Imol.& tenet cõmunem in repet.d.c.fi.col.liij.verſi.an autem præambula.de præſcriptio.
4 † Nec ob.ſi dicatur quod dubius & ignorans æquiparantur. l.fi.C.de condi.inde.Et ſic videtur, ꝙ dubitãs:an res ſit aliena: ita dicatur habere bonam fidem, ſicut ignorans rem alienam. Nã reſponſio patet ex not.per gl.in d.l.fi.quæ dicit:quod quantum ad illam materiã condictionis indebiti non eſt differentia inter ignorantiam & titubationem, ſiue ignorantem & titubantem.Sed bene quo ad alia.vt not.gl.magiſtra.in rub.ff.de iur.& fac.ignor.de quo per Iaſ.in l.quandiu.C.qui admit.referentem Barto.in d l.naturaliter.& ibi inaduertenter dicit quod dubitans dicitur habere bonam fidem:ſicut ignorans: & idem ſentit in dicto §.generali columna tertia, dum dicit:quòd dubitans & ignorans æquiparantur &c.Sed in hoc malè : vt patet ex prædictis.

5 † Et quis dicatur dubitare ſeu titubare.Et quod ſit medium inter ſcientiam & ignorantiam ꝑplenè declarat Gemi.in c.in fidei fauorem.circa med.commen.de hæredi.in vj.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides eſt duplex.*
2 *Hæres fingitur vna perſona cum defuncto.*
3 *Mala fides cauſata per litis conteſtationem dicitur ficta, niſi conſtet de ſcientia.*
4 *Mala fides ex iuris errore inducta dicitur ficta.*
5 *Iura loquentia de mala fide, de qua loqui intelligantur?*
6 *Error iuris licet dicatur inducere malam fidem in vſucapionibus & præſcriptionibus longi temporis dicitur tamen mala fides ficta.*
7 *Mala fides verba defuncti nocet hæredi.*

Tertiò

1 TErtiò quæro. † Quotuplex sit mala fides? dic quòd est duplex: videlicet vna vera & propria: quando quis scit rem alienam esse. Alia ficta: quando quis ex persona alterius idest autoris cēsetur malæ fidei. Et hæc etiam distinguitur in-
2 ter hæredem, & singularem successorem. † Fingitur enim hæres vna persona cum defuncto. vt in authent. de iureiurand. à mori. præsti. in princi. Non sic singularis successor. l. an vitium. in princip. & l. cum hæres. cum ibi not. in glo. vlti. ff. de diuer. & temp. præscript. Ita declarat Ioan. And. in addi. ad Spec. in titul. de præscript. §. j. colum. pen. versic. quid si debitor. in addit. magna posita super verbo. alienari. Butri. & Panormit. in c. si diligenti. col. vj. versic. contrarium concludit. de præscrip. qui non allegant Ioan. And. vbi suprà latius istas duas species malæ fidei declarantem. glos. tamen in l. potest pluribus. in glos. j. ff. de vsucap dicit: quòd hæres succedens in locum defuncti, qui sciebat rem alienam: dicitur habere non bonam fidem. Non autem malam. Et sic vult illa gl. quod idem sit non bona fides: quod ficta mala fides, licet de ipsa doct. non faciant mentionem.
3 † Et not. quod mala fides causata per litis contestationē dicitur ficta: nisi constet de scientia, quia tunc diceretur vera secundum Bart. in l. illud. ff. de petitio. hæredi.
Itē mala fides inducta ex errore iuris dicitur ficta: vt dicā j.
4 † Effectus autē huius diuisionis seu distinctionis est duplex.
5 † Primus est: quod iura loquētia de mala fide intelliguntur loqui de vera, & non de ficta secundum Aret. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. possess. & refert ibi do. Claud. Aquen. colum. vlti. circa med. pro quo dicto facit regula. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. cum concor.
6 † Secundus effectus not. est quia licet error iuris dicatur inducere malam fidē in vsucapionibus, & præscriptione longi temporis. l. nunquàm. in princi. & ibi not. ff. de vsucap. & per Dyn. in ca. possessor. de regu. iur. in vj. tamen dicitur mala fides
7 ficta. Ideo non nocet hæredi bonæ fidei, licet † mala fides vera defuncti bene noceat hæredi. l. sequitur. §. hæres. ff. de vsucap. Ita voluit singulariter glo. in l. tutor rerum. in glo. magna. ff. de administ. tuto. Et ita per illam glos. dicit Paul. de Castr. in d. l. nunquàm. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Bona, vel mala fides quam recipiat diuisionem?*
2 *Bona fides quo ad vnum, non impedit præscriptionē quo ad alium.*

Emens

3 *Emens rem aliquam à non domino, quem credidit dominum: quam sciebat hypothecatam alteri cui præscribat?*

1 QVartò quæro. † Vtrum bona vel mala fides recipiat diuisionem? dicas quòd sic: quia potest quis habere bonam fidem respectu vnius, & malam respectu alterius, ideo
2 † bona fides quo ad vnum non impedit præscriptionem quo ad alium. Sed aduersus illum tantum cuius respectu quis habet malam fidem. text. est cum gloss. in l. si quis fundum. ff. de acquirend. posses. vbi idem dicitur ratione rei: quia potest quis habere bonam fidem quo ad vnam partem rei, & malam respectu alterius partis.

Et adduco not. text. in l. emptor. ff. pro empto. qui distinguit, an quis sciat partem fundi esse alterius pro diuiso: & non nocet ista scientia quo ad alias partes. Si vero scit partem esse alterius per indiuiso dicitur malæ fidei quo ad totum fundum. not. Bart. in d. l. naturaliter. col. iij. versic. quæro quid si superuenerit mala fides. ff. de vsucap. & not. Bald. & Ange. in d. l. super longi. col. iij. circa fin. & Imol. in repet. d. c. fin. col. xxxiiij. versi. & aduerte. de præscriptio. addo text. in l. si ædes. & ibi not. Bart. allegans alia iura. ff. de seruit. vrb. prædior.

3 † Hinc est quòd si quis emerit rem aliquam à non domino: quem credidit dominum: quam sciebat hypothecatam alteri, præscribet quo ad dominium: quia non habuit scientiam rei alienæ. Sed non quo ad hypothecam. text. est in d. l. si quis fundum. in fin. iuncta gloss. fin. ff. de acquiren. posses. not. gloss. in l. sicut. in verb. possidente. C. de præscript. xxx. ann. Specu. in titu. de præscript. in iiij. parte, prope fin.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem possessoris malæ fidei non purgat ipsius malam fidem.*

1 QVintò quæro. † An sententia lata in fauorem possessoris malæ fidei purget ipsius malam fidem? Concludo quòd non. vt per Alexand. consil. lxxv. visis & ponderatis. vlti. colum. iiij. volu. vbi ad hoc allegat Butri. & Petr. de Anchar. in c. consultationibus. de iurepatronat.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides an sit in omni præscriptione necessaria, an etiã cum ea requiratur titulus?*

2 *In præscriptione xxx. vel. xl. annorum de iure ciuili non requiritur titulus, nec bona fides; sed sola possessio.*

Differentia

3 *Differentia est de iure ciuili inter bonæ & malæ fidei possessorem.*
4 *Longi temporis præscriptio cum titulo, & bona fide est potentior præscriptione longi temporis cum bona fide tantum.*
5 *Duorum diuerso tempore præscribentium cum titulo & bona fide: si possessio ad tertium perueniat, & ambo concurrant quis eorum præferatur in vendicando?*
6 *Directum dominium quo casu præferatur vtili?*
7 *Possessor malæ fidei qui spacio. xxx. annorum præscripsit an per vim possit expelli, seu spoliari dominio.*
8 *Spoliato non potest obijci exceptio dominij per spoliatorem.*
9 *Ius canonicum & ciuile in quibus concordent, vel discordent?*
10 *In præscriptione contra ecclesiam, quæ sufficiant.*
11 *Præscribens contra quẽ est iuris præsumptio, quæ habeat probare?*
12 *Spacium tanti temporis cuius initij memoria non extat habetur loco tituli legitimi quo ad dominium.*
13 *Spatio tanti temporis cuius initij memoria non extat præscribuntur etiam regalia & ea quæ non possunt nisi ex priuilegio cõpetere.*
14 *Priuilegium & consuetudo æquiparantur.*
15 *Præscribere volens iurisdictionẽ in alieno territorio, quibus egeat?*
16 *Possessio à iure damnata an iuuat possessorem?*
17 *Spacium tanti temporis cuius initij memoria non extat tantum operatur in causa quantùm imperator.*
18 *In præscriptione tanti temporis cuius initij &c. semper præsumitur titulus & bona fides.*
19 *Præsumptio resultans ex spacio tanti temporis cuius initij memoria non extat dicitur iuris & de iure.*
20 *Curandum non est de bona vel mala fide vbi habetur tantum tempus cuius initij memoria non extat.*
21 *Præscriptio tanti temporis cu. in. me. &c. nunquam censetur exclusa.*
22 *Probata possessione tanti tempo. cu. in. me. &c. non est necessaria probatio scientiæ & patientiæ superioris in præscriptionibus.*
23 *Tantum tempus cuius initij memoria non extat non habet vim priuilegij in præscribendis, vbi datur incapacitas iuris vel possessionis erga exercentem.*
24 *Centum anni debentur esse tantum tempus de quo non extat memoria.*
25 *Affirmatiua illa memoriter extare, aut negatiua memoriam non extare quomodo probantur?*
26 *Testis debet esse de vicinis vbi probãdum incumbit de tanto temp. cu. in. me. non est.*

Memoriam

27 *Memoria non extare an possit probari à centum annis infrà: & cuius ætatis esse debeant testes in hac materia?*
28 *Præscriptio centenaria. Vel possessio seu quasi centum annorum quomodo possit probari?*
29 *Textus dicens, quòd vbi præsumptio iuris est cõtra præscribentem requiritur titulus quomodo limitatur?*
30 *Titulus præsumitur allegatus ex patientia diuturnit. vbi in præscribendo agitur de paruo præiudicio.*

1 SExto quæro. † An in omni præscriptione sit necessaria bona fides, & an sola sufficiat ad præscribendum: vel requiratur etiam titulus simul cum bona fide: & quando. Circa istam quæstionem faciẽda est distinctio inter ius ciuile & ius cano. Nam de iure ciuili in vsucapione triennij & in præscriptione. x.an. inter præsentes & xx. inter absentes requiritur titulus & bona fides, scilicet, titulus verus vel putatiuus interueniente probabili errore facti. l. nullo. C. de rei ven. l. Celsus cũ materia sua. ff. de vsuca. & l. diutina. iuncta. l. ij. & l. super longi. C. de præscri. lon. temp. & insti. de vsucap. in princ. Et in hoc vtrunq; ius cõcordat. Et ex tali præscriptione cum titulo & bona fide acquiritur dominiũ: videlicet per vsucapionẽ directum. instit. de vsucap. in princ. & l. iij. ff. de vsucap. & vtile per præscriptionem longi. tẽp. per quod excluditur antiquus dominus: si agat: & præscribens habet actionẽ contra ipsum & quemlibet aliũ: si de possessione cadat. l. si quis emptionis. in prin. & ibi gl. Cy. Bal. & Sali. C. de præscri. xxx. an. Et dixi plene. s. in ij. parte prin
2 cipali. † In præscriptiõe vero. xxx. vel xl. an. de iure ciuili non requiritur titulus nec bona fides: sed sufficit sola possessio cũ cursu tanti tẽporis. Nam tãto tẽpore omne ius & omnis actio tollitur: & præscribũt etiã fures & prædones. l. sicut. l. omnes. & l. cũ notissimi. C. de præscr. xxx. an. iũcto text. in l. j. §. ad hæc. C. de anna. except. quæ iura sunt registrata in §. potest. xvj. qu. iij.
3 † Est tamen differentia de iure ciui. inter bonæ & malæ fidei
a possessorẽ in præscriptione. xxx. an. quia possidens [a] rem bona fide sine titulo spacio. xxx. an. præscribit dominiũ saltem vtile: ita ꝙ nedum habet exceptionẽ cõtra antiquũ dominũ: si agat. sed etiã habet actionẽ: si cadat de possessione aduersus quemlibet tertiũ ad vendicandã sed non cõtra antiquũ dominium, vel creditorem contra quẽ præscripsit si possessio perueniat ad cum secundũ opi. Ioan. cõmuniter approbatã. Et hoc operãtur reliquiæ directi dominij, vel actionũ: quæ remanserunt penes antiquum dominũ, vel creditorẽ. possessor vero malefidei: qui

dicitur iniustus licet possiderit.xxx.ann. non acquirit aliquod dominium, sed duntaxat ius excipiẽdi cõtra antiquũ dominũ vel creditorẽ & si cadat de possessione nullã habet actionem ad rem vendicandã nedũ contra dominũ,sed nec cõtra tertiũ. quinimo potest antiquus dominus à quilibet alio tertio rem vendicare,vel creditor per hypothecariã auocare,non obstante præscriptione primi possessoris,bonæ vel malæfidei,de qua tertius opponere nõ potest, nisi ipse præscripserit, quia opponeret de iure tertij.iste est casus.in d.l.si quis emptionis.§.j.C. de præscr.xxx.an.iuncta gl.super verbo similiter.cũ qua transeunt.Cy.Bart.Bald.Ang.& cõmuniter doct.maxime Sali.referens opin. Ioan. quàm ibi firmat gloss. esse communem.

4 Vnde infertur † quod præscriptio longi temporis cũ titulo & bona fide est potẽtior præscriptione longissimi tẽporis cum bona fide tantũ. quia per primã acquiritur actio etiam contra antiquũ dominũ,vel creditorem.d.l.si quis emptionis. in prin. iuncta gl.super verbo etiam:& ibi not.doct.maximè Salic.qui attestantur opi.Io.& Guil.relatã in gl.esse cõmunem : sed non per secundam:licet sit cũ bona fide.titulus enim debet aliquid plus operari:vt ibi dicit Sali. quãuis dici posset : quod prolixitas maioris tẽporis deberet supplere defectũ tituli : tamen titulus præualet tempori. ar. eorũ quæ habentur in l.obligationum fere.§.placet.ff.de act.& oblig.& in l.si certis annis.C.de pact.licet Panorm.in c.illud.circa fi ij.col.de præscript. dicat: quod cursus maioris temporis supplet defectum tituli.

5 † Sed quæritur:si duo diuerso tẽpore præscripserunt cum titulo & bona fide:& deinde possessio perueniat ad tertiũ:& ambo cõcurrunt : quis præferatur in vendicãdo.Istã quæstionem attingit gl.in d.l.si quis emptionis.in prin.in verbo etiã. & concludit q secundus præscriptor debet proferri primo. quia per secundam præscriptionẽ est in totũ extinctũ ius primi: & cum illa glos.transeunt ibi Cy.Bald. Sali. & communiter doct.

6 † Quid autem si ille, qui præscripsit spacio longissimi temporis.xxx.ann.cũ bona fide absq; titulo cecidit de possessione: & res peruenerit ad tertiũ:& cõtra illũ concurrãt dominus antiquus respectu directi dominij:& præscriptor respectu vtilis: quis præferatur.si enim ipse dominus possideret : nõ est dubiũ q directũ præfertur vtili vt d.l.si quis emptionis.§.j.ver.ita.tamen iũcta gl.Sed dubium est:quid si tertius possidet:qui nullũ ius habet,& concurrãt domiuus habẽs directũ: & præscriptor habens vtile:quis debet præferri?istam qu.mouet Sali.in d.§.j. in iij.

in iij.q.& cõcludit post Cy.& Ia.de Are.illũ qui præscripsit debere præferri domino:non obstante concursu domini directi: tertio possidẽte:quia habet actionẽ cõtra omnes, præterquam contra dominum ... §.j.& ita firmãt. And.de Iser. & Alua.in §.si quis per xxx.ad fi. ij.col.in ti.si de feu.fue.cõtro. Concludẽtes præscribentem debere præferri:si fuit bonæ fidei. Si verò præscribens fuisset malæ fidei:tũc deberet præferri dominus. & ni mirum:quia eo casu præscriptor nõ habet dominiũ nec actionẽ.d.l.si quis emptionis.§.j.ad quã.l.gl.format quatuor q. in d. §.si quis per xxx.quas ibi explicat Sal.col.ij.& fuerũt relatę.s̃.

7 † Et quãuis malæ fidei possessor qui præscripsit spacio.xxx. an.acquirat solũ ius excipiẽdi & nõ dominiũ aliquod. & nullã habeat actionẽ ad rem vẽdicandã:si cadat de possessione:& sic nullum habeat remediũ petitoriũ. Tamẽ si de facto,&per vim expellatur seu spolietur possessione,habet proculdubio remedium possessoriũ:videlicet interdictũ vnde vi.& debet restitui tanquam spoliatus:nec potest sibi obiici:ꝙ nõ sit dominus nec de dominio spoliatoris.l.si quis ad se fundum.C.ad l.Iul.de vi. Sed fortius habet rei vendicationẽ cõtra violentũ respectiuè. Nec potest violentus referre quæstionẽ dominij:etiã si agatur petitorio:vt est casus no. in d.l.si quis emptionis.§.sed hæc super illis.quæ Bar. ibi dicit singularẽ & mãdat perpetuo notari. Et sic est ibi casus:in quo rei vẽdicatio datur cõtra dominium propter violentiã cõmissam. Nam si ageretur possessorio recuperandæ:nullũ esse dubiũ:ꝙ non obstaret exceptio dominij.d. l. si quis ad se fundum vt ibi dicit Bal. nisi cõuentus pateretur fieri probationes de dominio.c.j.de resti.spol.&in casibus specialibus not.per Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune.col.x. cum sequen.ff.de acqui.poss.

8 † Ex quo infero esse casum valde singularẽ in d. §. sed hæc super illis. quòd spoliator non potest obiici exceptio dominij per spoliatorẽ : nedũ si agat possessorio recuperãdæ siue interdicto vnde vi.sed etiã si intẽtet petitoriũ & rei vẽdicationem: vt apertè probat ille text. in verbo vendicare:& ita vult ibi gl. quam sequitur Sali.dicẽs:quòd in casu illius.§.malæ fidei possessor spoliatus vendicat rem de facto respectu violentiæ,& à violento,quãuis nullũ habeat dominiũ. Nec ipse potest opponere de dominio propter violentiã ab eo cõmissam.Sed Bal.in d.§.sed hæc super illis.intelligit:quod in casu illius.§.malæ fidei possessor spacio xxx.ann.pręscripserit vtile dominium:cui præfertur directũ: si cecidit de possessione,aliter quã per vio-

lentiam. Sed vbi dominus rem violēter occupauit: clauditur sibi os: & nō potest excipere de dominio propter violentiam: qui intellectus stare nō potest: quia cōmunis est opinio, ꝙ male fidei possessor nullū acquirat dominiū vt plene not. in d.l.si quis emptionis.§.j.vnde Bal.alibi ponit verū intellectū ad d.§. sed hæc super illis.in l.vis eius C.de proba.Et de eius intellec. tradūt Bar.& doc.in l.iiij.§.Cato.in iij.opp.col.iij.ff.de ver.obl. vbi Bar.singulariter ampliat illū §.sed hęc super illis vt procedat:nedū in ipso spoliatore:ꝙ cōuentus petitorio nō possit referre agēti spoliato quęstionē dominij:sed etiā in hęrede eius: & ibi vide per Ias.col.x.in iiij.& v.cōclu.post Alex. & Aret. Et per ista remanet declaratus intellectus illius difficilis & no.l. si quis emptionis:qui est tota singularis secundum Bart. ibi.

9 † Hæc omnia procedūt de iure ciuili:vbi agitur de præscribendo cōtra priuatū.Sed de iure canonico aliter cautū esse videtur.Partim enim in hac materia dispositio iuris canonici & ciuilis concordat:partim vero discordat. Nā in vsucapione & præscriptione longi tēporis quo ad res prophanas & inter laicos ius canonicū & ciuile concordant. Vnde si priuatus præscribat contra priuatum:vel ecclesia cōtra priuatum:indistincte locum habent iura ciuilia: quorum dispositio recitatur in § potest. xvj.q.iij.vt scilicet distinguatur in corporalibus: an quis pręscribat cum titulo:aut sine titulo,& per tempus à lege diffinitū.In incorporalibus vero vt in seruitutibus:an habeant causam continuam vel discontinuam iuxta materiam.l.seruitutes la grande.ff.de seruit.tit. generali.

Sed discordat ius canonicum à iure ciuili in præscriptione longissimi temporis.xxx.an.quatenus ius ciuile admittit præscriptionem.xxx.ann. cū mala fide:saltem vt prosit ad retinendum:& si nō ad agendū.l.si quis emptionis.§.j. C.de præscript. xxx.an. quia de iure canonico nulla præscriptio cuiuscunque temporis procedit cum mala fide.c.vigilanti. & c. fin.de præscript.& c.possessor.de reg.iur.in vj.

Si vero priuatus vult præscribere contra ecclesiā rem præscriptibilem : vel ecclesia cōtra aliam ecclesiam.de iure cano. in rebus immobilibus vel iuribus habentibus causam continuam requiritur tempus.xl.an. cum bona fide nec exigitur titulus:dummodo ius cōmune non resistat:seu pręsumptio iuris non sit contra præscribentem. & sic regulariter sufficit tēpus. xl.an. cum bona fide ad præscribendum cōtra ecclesiam. c.de quarta.c.ad aures.& c.si diligēti.& ibi plene not.gl.& cano.de

præscrip.

præscrip. & est casus in c.j.de præscri. in vj.& ibi plene no.glo. Archi.Io.An.& Gemi.& quòd idem iuris sit quando vna ecclesia prescribit aduersus aliam:est casus in d.c.de quarta.c.illud. & c.ad aures.vbi not.Panor.Et ita declarat ipse Panor.in d.ca. de quarta.colum.iiij.versi.his præsuppositis.Et quod ius ciuile remaneat incorrectum respectu vsucapionis & prescriptionis longi temporis inter priuatos: & quando ecclesia præscribit contra priuatum.firmat Gemi.d.ca.j in prin.colum.iij.de præscript.in vj.& ibi.d.Philip.Fran.col.j.vltra med.Et quod laicus præscribat rem temporalem ecclesiæ spacio xl.ann.firmat expresse glos.fin.in cap.fin.de præscript.in vj. & in ca.facultates. xiij.quæst.ij.in verbo.xxx.ann.

Vnde clarius & breuius in hoc articulo si quæratur: an sit differentia inter ius ciuile & canonicum dici potest secundum Panorm. in d.cap.de quarta. colum.iiij.in prin.versic.sed quãtum ad principalem articulum quod regulariter inter ius canonicum & ius ciuile quo ad præscriptionem inducendam
a nulla est differentia [a] præter illã:quia ius ciuile admittit præscriptionem cum mala fide.d.l.si quis emptionis.§.j. C. de præscript.xxx.ann.quam ius canonicum damnat. cap.vigilanti.& cap.fi.de præscrip. Alia enim differentia iure non probatur.

Nec obst.si dicatur quòd canonica iura exposcunt indifferenter tempus.xl.an.d.cap.de quarta.& ca.illud.cum si. Secus de iure ciuili.l.fin.C.de præscript.lon.tempo.quia dicit Panor. quòd ius canonicum semper non requirit illud tempus:sed solum quando præscribitur contra ecclesiam: & in fauorem ecclesiæ fuit inductum. Et idem est de iure ciuili: vt in authen. quas actiones. C.de sacrosan. ecclesi. & quemadmodum contra ecclesiam romanam de iure cano.non admittitur nisi præscriptio centenaria. cap.cum nobis.de præscript. Ita & de iure ciuili. dicta authen. quas actiones. vnde ecclesia contra priuatum: & priuatus contra priuatum bene præscribit minori tempore: & sicut à iure ciuili disponitur: ita conclusiue dicit Panormitan. in dicto cap. de quarta. columΝ. iiij. cuius verba refert & sequitur Cæpol. in tract. seru. vrb. prædio. cap.xxiiij. colum.iij.circa finem & sequen.& firmat domi. Cardin.consil. xxxviij. primo rationes. columna prima versiculo tertio quia certum. dicens quòd ecclesia præscribit ius laicorum tanto tempore:quanto laicus contra laicum: & vide per Dy.in cap. possessor.col.iij.versi.quærendum est vtrum de iure canonico. de regulis iuris, in sexto. vbi tradit an & quando tam de iure

ciuili quàm canonico in præscriptione requiratur titulus & bona fides: vel alterum sufficiat:& quando requiratur titulus ad præscribendum tam de iure ciuili quàm cano.not.Imol.in repe.c.fi.col.vij.& viij.de præscript.But.in repe.c.peruenit.col.x.de censi.vbi assignat rationem quare exigatur titulus in casi

c bus:in quibus de iure requiritur[c] & de præscriptione ecclesiastica seu canonica & contra clericos plenius dicam per plures quæstiones in quinta parte principali huius tractatus: vbi diffusè cumulaui materiam.d.auth.quas actiones.

10 † Stat ergo ex præmissis firma conclusio:quod de iure canonico in præscriptione contra ecclesiam non requiritur titulus: sed duo sufficiunt:videlicet bona fides & tempus xl.ann.Sicut etiam de iure ciuili in præscriptione xxx.vel xl.anno. non requiritur titulus:sed bona fides sufficit ad acquisitionem vtilis dominij.d.l.si quis emptionis.§.j.cum ibi nota.

Limita istam conclusionem vt non procedat: quando ius

d commune resistit præscribenti,[d] vel iuris præsumptio est contra eum:tunc enim bona fides & tempus prædictum non sufficerent:vbi ius commune resistit:sed est necessarius titulus:qui possessori causam tribuat præscribendi:nisi allegetur & probetur præscriptio tanti temporis:cuius initij memoria nõ extat.

11 † Et sic præscribens contra quem est iuris præsumptio: debet probare tempus.xl.anno. & iustum titulum vel tantum tẽpus cuius initij &c.text.est in d.c.j.de præscript.in vj.vbi ponitur casus in prælato,vel ecclesia:qui vel quæ allegat se præscripsisse decimas in parochia alterius ecclesiæ.Nã dispositio & præsumptio iuris est in contrarium: quod decimæ pertineant ad illam parochiam:infra cuius limites prædia contingunt. Ideo præsumitur in dubio eas occupasse:& possessio fuisse iniusta.c. ad decimas.de restit.spol.eo.lib.vnde opus est vltra tempus.xl. anno.quòd doceat de titulo vel de præscriptione tanti temporis &c.quo casu non requiritur titulus:ita dicit tex.in d.c.j.nõ do.Card.consi.cxiiij.dico Petrum nõ audiendum.circa finẽ. & plura adducit Felin.in c.si diligenti.col.vij.in nona restrict. de præscriptio.

12 † Et ratio est quia spatium tanti tẽporis: cuius initij memoria non extat habetur loco tituli legitime cõstituti.l.hoc iure. §.ductus aquæ.& ibi glo.ff.de aqua quotidia.& æstiua.& habet vim priuilegij.c.super quibusdam.§.præterea.iuncta glo.super

e verbo non extent.de verbo.significa.[e] & vicem legis.l.j.§.finali ibi.vetustatem vicem legis obtinere:& in l.in summa.in princ. ibi:

ibi: vetustas quæ semper pro lege habetur.ff:de aqua plu.arc. no.Domin.Cardi.consi.lxxxviij.capitulum ciuitatense. Alias. Ego Franciscus &c.

13 † Hinc est quòd nedum, imperium & iurisdictio: sed etiam
f regalia [f] & ea quæ non possunt competere nisi ex priuilegio præscribuntur spatio tanti temporis.d.c.super quibusdam.§. præterea.& ibi glo.& cano.no.& Bald.in c.j.colum.j.in tit.quæ sint regalia.cum pluribus concordan.ad hoc collectis.per do Bertachi.firma.in suo tract.de gabel.in prima parte.colum.vj. vbi latè scribit de effectu & priuilegiis præscriptionis tanti té-
g poris: cuius initij memoria non extat.[g] Et dicit Bald.vbi suprà quòd præscriptio tanti temporis habet vim priuilegij expresse concessi a principe. Refert Ias.in l.de quibus.colum.xiij.ff.de legib.& plures not.effectus huius temporis colligit Alexand. consi.vj.viso themate.j.colum.j.volum.& consi.lxxiiij. videtur quòd tota difficultas.colum.ij.versicu.& si dicatur.iiij.volum.
14 † allegans bonam gl.in c.seruitium.viij.q.ij.& adducens plura ad hoc quòd priuilegiũ & consuetudo æquiparantur.not.Pan. in c.cum nobis olim.colum.j.de præscript.& in c.per venerabilem.colum.iij.qui fil.sint legit.

Et latè Feli.in c.si diligenti.colum.vij.versi.nona & vlti.restrict.de præscript.plura adducens: maxime Bald.in l.fina.col. xij.versi.attende.C.de edict.diui.Adri.tollen.& est in xv.oppo.
15 col.vj.in meo Dicerem † Quod quando quis vult præscribere iurisdictionem in alieno territorio: opus est titulo: cũius commune resistat.d.c.ad decimas: vel initio tanti temporis &c.& Bald.in l.vis eius.C.de proba.& in l.ij.versicu.quæro nunquid.
16 C.de sent.vbi dicit: † quod possessio a iure damnata non iuuat possessorem: nisi probet de priuilegio vel titulo aut possessione tanti temporis: cuius initij &c.

17 † Et dicit Andr.de Iser.in c.j.in verbo flumina publica.col. iij.in tit.quæ sint regal.quòd spacium tanti tẽporis cuius initij &c.tantum potest quantum imperator cum causa refert Ias.in repe.l.quominus colum.xj.ff.de flumi: Et dicunt Cyn.Angel.v. Pau.de Castr.in l.si certis annis C.de pact.quòd ex possessione vel quasi tanti temporis: cuius initij non extat memoria: indistinctè præsumitur titulus: etiam quòd non allegetur. Et ibi refert Ias.colum.vlti.in decima limi.Et fuit de mente Barto.in l. cum de in rem verso.colum.secunda.versicu.veniamus ad secundum passum ff.de vsur.cum concord.adduc.per Ias.vbi suprà idem firmat domi.Sozi.consi.cxxvij.adducens vltra Ias.

glo.expressam in d.c.super quibusdam.§.præterea.in verbo nó extat.de verbo.significa.Bald.in commen.pacis constan.in ver bo.sicut ab antiquo:& alia plura.

Et dicunt Bald.& Salic.in l.traditionibus.C.de pact.& ibi re ferunt Alexan.& Moder.columna tertia quòd ex præscriptio- ne tanti temporis &c. quæritur nedum vtile:sed etiam directú dominium.& do.Sozi.consi.præalleg.

18 † Et dicunt singulariter Inno.& Bald.in d.c.si diligenti.in fi. commen.de præscri.quòd in præscriptione tanti téporis cuius initij &c.semper præsumitur titulus & bona fides : etiam si nó allegetur:quia tanto tempore possessum præsumitur ab autori

h bus suis iustè possessum [h] quod est bene notandum.

Et pulchrè dicit Panormi.consi.lxxj.clericus quidam.ij.vol. quod etiam in his quæ sunt regulariter impræscriptibilia quan do quis non soluit tanto tempore : cuius initij &c.præsumen- dum est ex aliqua causa legitima fuisse exemptum.Et singula riter dicit Felinus in c.cum nobis.colum tertia.de præscriptio.

19 † quod præsumptio resultans ex spatio tanti temporis: cuius initij &c. dicitur iuris & de iure. Adeo quòd non recipit pro- bationem ad oppositum , licet admittetur probatio.quòd non

20 sit lapsum tantum tempus. quod bene not.† Et pulchrè dicit Salice in l.secunda.C.de serui.& aqua.quòd vbi habemus tan- tum tempus : cuius initij memoria &c.non est curandum de bona vel mala fide.refert dominus Iaco.in suo tractatu.de ho- mag.col.iiij.ante finem.

Sed contrarium quod etiam in præscriptione tanti tempo- ris:cuius initij &c.requiratur bona fides:firmat dominus Phil. Franchus.in c.j.colum.fin.de præscript.in vj.& hoc colligit ex glo.ibi super verbo nisi.in fin.iuncto text.quamuis referat Pet. de Ancha.velle oppositum quod tunc non requiratur bona fi- des.Eandem opinionem,quòd in præscriptione tanti temporis exigatur bona fides : firmat Bertachi.in repertorio. in verbo præscriptio.ij.colum.quarta.referens ita tenere Ioan.Andr.& Canoni.in dicto c.si diligenti.de præscriptio.Et pro hac opinio. quam credo veram:quòd vbi constat de mala fide:non proce- dat præscriptio:etiam tanti temporis:cuius initij &c.bene fa- cit text.in c.fina.ibi vt nulla valeat absque bona fide præscri- ptio.de præscriptionibus.quę vtitur vniuersali negatiua.Et qui totum dicit:nihil excludit c.si romanorum.xix.dist. cum con- cor.quod intelligo vbi apertè constat de mala fide.Alias in du bio præsumeretur bona fides ex cursu tanti temporis etiam si non

nō allegetur per præallegata. Qui immo etiam ex cursu temporis.xxx.anno.vt latè dicetur post Bart.in repe.l.Celsus.in iij. parte.ff.de vsucap.

21 † Et nota quòd præscriptio tanti tẽporis cuius initij &c.siue centum anno.nunquàm censetur exclusa:quantuncunque lex vel statutum vtatur verbis generalibus.vt plenè no.Fel.in rub. de præscrip.col.vlti.versi.considera secundo.& latè dixi in viij. q.v.partis prin.huius tracta.vbi videndum.

22 † Est & alius notabilis effectus quod probata possessione vel quasi tanti temporis, cuius initij &c.non requiritur probari de scientia & patientia superioris in præscribendis regalibus iurisdictione:pedagio,& similibus & in aliis incorporalibus : vt in seruitutibus,in quibus requiritur scientia & patiẽtia ad præscriptionẽ inducendam.l.seruitutes.la granda cũ ibi not.ff.de seruit.ti.generali.& l.ij.cum materia.C.de seruitu.& aqua.ita concludit Alex.consi.vj.viso themate.pe.col.j.vol.vbi attestatur:quòd sic communiter tenent doct.& sequitur Ias.in l.imperium.col.ix.in fi.& xij.versicu.circa primum.ff.de iur.om.iudi. Eandem conclusionem latè firmat Feli.in c.cum nobis.col.j.& ij.de præscript.& do.Phili.deci.consi.lxxxv.& diligenter.col.j. & ij.versi.his tamen non obstantibus. & dicit esse communem & veram.Et sic est tenendum:licet Pan.in d.c.cum nobis.col.j. tenuerit contrarium:& Alex.sibi contrarius consi.xvj.in causa & lite.col.iij.& iiij.versi.nec ob.v.volu.

23 † Prædicta limitantur : vt procedant: nisi detur incapacitas iuris & possessionis respectu personæ siue in exercẽte:quia tũc tantum tempus cuius initij &c.non habet vim priuilegij: nec habilitat incapacem. Et ideo quantocunque tempore laicus exercuerit actum collationis beneficiorum,& sic actum spiritualẽ:nunquam tamen potest illum actũ,siue illud ius præscribere:quia nõ est in eo capacitas possessionis illius actus: vt singulariter no.Io.Mona.& Io.And.in c.ij.de præb.in vj.& sequũtur no.Pan.& Fel.in c.causam.col.j.de præscri.Et vltra per Fel. adducta hoc dictũ sequitur:& cõmẽdat Pa.in c.fi.col.viij.vers. viij.&c.& pulchrè in c.quanto.j.no.de consue.& Alex.in consi. lxxv.visis & ponderatis.col.iij.circa fi.iiij.vol.vbi comprobat per dictum Bald.in l.j.col.ij.C.de eman.lib.dicentis quòd si laicus per mille annos exercuisset officiũ sacerdotis:non per hoc efficitur sacerdos:quia est incapax.Et latius dicam in v.parte prin.huius tract.q.vij.in ij.prin.arti.primæ partis.

24 † Quod autẽ dicatur tantũ tẽpus cuius initij memoria non

extet.tradit Cy.in l.ij.q.x.C.de serui.& aqua,dicēs quòd centū anni dicuntur esse spacium tanti tēporis,de quo non extet memoria.not.Cæpo.in tract.ser.vrb.præd.c.xix.in prin.ij.col.allegans plura loca & remissiuè tangens qualiter probetur:& Bert. in reperto.in verbo præscriptio.ij.col.iiij.licet contrariū dicat Feli.in c.ad audientiam.col.vlt.in v.limi.de præscript.firmans: quòd spacium centum annorum non dicitur tantum tempus, cuius initij &c.& fortè malè per auctoritates prędictas:de quibus Feli.ibi non meminit.

Sed quæro qualiter probetur præscriptio tanti tēporis cuius initij &c.glo.est ordinaria & no.in d.c.j.in glos.fi.de præscript. in vj.quæ tradit modum & practicam probandi memoriā non extare,vel extare.dicit enim quòd testes præscribētis siue allegantis præscriptionem tanti temporis deponere debent,quòd semper viderunt & audiuerunt:& quod communis est:& semper fuit opinio,quòd sic fuerit:quòd non extet cōtrarij vel initij memoria.Si autem contra hoc aduersarius probare vellet: testes sui si de ipsorum conscientia fuerit,debent dicere,quòd viderunt tali tempore contrarium:quodque audiuerunt à suis superioribus,vel maioribus contrariū eius fuisse.Hæc sunt verba illius glo.Et plenè no.Host.Inno.Io.And.& latius do.Anto. de But.in c.quid per nouale.col.iiij.& v.de verb.signi.referens plures modos,& practicam probandi memoriam non extare: & memoriam extare.& latissimè notat Spe.in tit.de proba.ver. vlt.quæritur vsque ad fi.§.vbi tractat per quinque col.& remissiuè tangit Fel.in d.c.si diligenti.col.vij.ver.similiter de præscr.

Et ex his quæ latè habentur in prædictis locis & secundum formam traditam per glo.in d.j.c.supra relatam colligitur conclusio quòd ad probādum memoriam non extare non sufficit, quòd testes simpliciter deponant , quod nunquam viderūt vel audiuerunt contrarium.Sed etiam debent deponere de cōmuni opinione & de publica voce & fama.& sic firmat Areti.in c. licet ex quadam.col.j.versi.tu autem aduerte.de testi.dicēs in ij.col.versi.& aduerte &c.sufficere formam positam per glo.in d.c.j.quam dicit bene notandam:quia est communiter approbata per docto.& ita consuluit Rapha.Cuma.consi.lxxvij. viso libello.col.j.vltra med.versi.ad secundum.Quam conclusionē declara vt per Butri.in d.c.quid per nouale.& per Specu.vbi suprà dicunt:quod non requiritur:quod testes deponant de communi opinione & fama populi : sed sufficit quod deponant de cōmu.opi.& fama eorū: qui verisimiliter scientiā talis rei habuerunt:

buerunt: vel ſcire potuerunt:vt latius per eos, maximè domi. Anto.vbi ſuprà quem omnino vide.

Et in materia not.text.cum glo.in l.ſi arbiter.circa fin.verſi. ſed cum omnium.ff.de probat.qui ponit modũ probandi hanc communem opinionem memoriam non extare.

25 † Modus vero probandi affirmatiuam ſcilicet memoriam extare traditur in l ij.§.idem Labeo.el ij.& ibi not. Bartol.circa fin.ff.de aqua plu.arcend.& Alexand.conſil.xvj.in cauſa & lite.iiij.colum.v.volumine.

Et not.quòd iſta negatiua memoriam non extare non poteſt probari per inſtrumentum ſecundum Ioan. And.in ca.j.de præſcript.in vj.quem ibi refert:& ſequitur Gemi.col.iiij.circa fin.Alexã.conſil.prælleg.Sed eius contrarium, videlicet,memoriam extare, & ſic affirmatiua bene poteſt probari per inſtrumentum ſecundum Ioan.And.vbi ſuprà & refert ibi domi. Philipp.Francus.colum.fin.

26. † Subdit Ioann. And.in d.c.j.& ſequitur Gemi.ꝙ teſtes deponentes ſuper hac materia debent eſſe circunuicini: quia ſcientia talis rei cadit in eos:& ipſi melius ſcire præſumuntur. l.j.§.j.vbi text.not.ibi Exiſtimatione circunco lentium.ff. de flumini.faciunt plenè not.per Bar.& alios in l.j.col.iij.ff.ſi cer. pet.Quod intelligo verum,quãdo eſt talis materia: cuius ſententia veriſimiliter nõ cadit niſi in vicinos. Secus ſi eſſet quæſtio de tali re,ſeu materia quæ tranſire conſueuit in ſcientiam multorum etiam extraneorum:vt de iuriſdictione,pedagio,& aliis regalibus: quæ communiter præſcribuntur tanto tempore:cuius initij &c.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verbor.ſignifi.& dicam plenè in ſecunda parte quintæ partis principalis in iij.q.argu.nota.in d.l.j.ff.ſi cert.petat.

27 † Cuius vero ætatis debeant eſſe teſtes deponentes ſuper hac materia?Et an memoriam non extare poſſit probari à centum annis infrà: vide pulchre per Gemi.in d.c.j.in fin.iiij.colum.de præſcript.in vj.

Quid autẽ ſi vtraque pars probat:videlicet, vna memoriam extare:& alia memoriam non extare: qui teſtes præferantur? Hanc quæſtionem mouet gloſſ.fina.in d.c.j.circa fin.poſt Spe. in tit.de proba.§.j.col.vj.verſi.quid ſi teſtes.& concludit, ꝙ debent præferri teſtes deponentes ſe vidiſſe contrarium, & ſic memoriam extare:cum alij ſatagant negatiuam. Vult ergo illa notat gloſſ.quòd teſtes deponentes ſuper affirmatiua præferantur deponentibus ſuper negatiua: de quo eſt gloſſ.quam legiſte

legistæ dicunt singularem: licet sit vulgata in l. diem proferre. §. si plures. in gloss. mag. ff. de arbitr. quæ dicit: quòd magis creditur duobus testibus asserentibus affirmatiuam: quàm decem astruentibus negatiuam.

Ad cuius intellectum vide Barto. ibi & in l. hæredes palam. circa fin. princip. ff. de testamen. cum plena appo. Alexand. vbi Bart. limitat istam conclusionem procedere: quando testes deponunt super negatiua non cohartata, & quæ non cadit in sensum testis. Aliàs secus: vt ibi per eum: & per Alexand. consil. cx. visis acutissimis. vltim. colum. j. volu. & consil. cviij. in causa & lite. pen. colum. ij. volumi.

Et sic colligitur conclusio ex prædictis: quòd probatio memoriam extare affirmatiua præfertur probationi memoriam non extare negatiuæ: quam firmat Franchus. in d. c. j. circa fin. commen. de præscript. in vj.

28 † Qualiter autem probari possit præscriptio centenaria, seu possessio, vel quasi centum annorum: cum communiter homines vltra non viuant: & non possit quis recordari de tanto tempore: tradit glo. repu. singul. in c. j. de cleri. egro. lib. vj. in verbo non obstante. in ij. parte ipsius glos. not. Panor. post alios cano. in c. cum nobis. col. j. & ij. versic. sed circa hanc particulam de præscript. & ibi tradunt Cano. an ad probandum præscriptionem, vel possessionem centum annorum sufficiat probare de tempore, cuius initij memoriam non extat. Not. Bal. in authé. quas actiones. col. ij. C. de sacrosanct. ecclef.

Et hæc omnia sunt bene notãda circa materiã temporis: cuius initij &c. quia quotidiana nec forte alibi ita plenè reducta.

29 † Redeundo nunc ad intellect. d. c. j. de præscript. in vj. videtur quod ille text. non procedat dum dicit: quòd vbi præsumptio iuris est contra præscribentem requiritur titulus. Nam in contrarium vrget text. in l. si quis diuturno. ff. si seruitut. venditio. vbi seruitus continua præscribitur spacio longi temporis sine titulo: & tamen iuris præsumptio est contra præscribentem: quia omnis res præsumitur libera: nisi de seruitute probetur. l. altius. & l. si in ædibus. C. de seruitu. & aqua. not. plenè. Bartol. in l. si prius. in tertia, parte principali. colum. ix. ff. de ope. noui nun. Et sic videtur necesse dicere quod aliud sit de iure canonico: & aliud de iure ciuili: vel ꝙ ille tex. nõ procedat.

Istud contrarium sensit glo. in d. c. j. sed non soluit sufficienter: & illud format Imol. in ca. de quarta. circa fin. commen. & in repeti. ca. fin. colum. vij. & viij. de præscript. & in capitu. cum

ecclesia.

ecclesia.col.fin.de causa.pos.& proprie.post Butri.ibi:& in pluribus locis infrà notatis,& soluit vbique:quòd illud.c.j.procedit vbi agitur de magno seu graui præiudicio, vt de præscriptione dominij iuris decimarum, & similium. Secus quando agitur de leui præiudicio: vt de præscriptione seruitut.arg.eorum:quæ habentur in l.cum de in rem verso.ff.de vsur.& dixi.
30 suprà in x.q.huius tertiæ partis: vbi habetur: † quòd quando agitur de modico præiudicio: vt de præscribenda seruitute: præsumitur titulus allegatus ex patientia diuturna.Secus in de magno not. Dyn.in c.sine possessione.col.pen.de reg.iur.in vj. Et hanc solutionem repetit Imol.in plerisque locis relatis per Feli.in c.si diligenti.col.v.in j.restrict.de præscrip.qui illam sequitur:& defendit à quibusdam impugnationibus Panormi.in d.c.cum ecclesia.colum.penulti.

Istud contrarium mouent etiã Flori.in l.seruitutes.la granda.in fi.princip.& Paul.de Cast.colum.penulti.versi.sed contra fortiter.ff.de seruitut.titu.generali:& aliter soluunt: vt ibi per eos.Et solutionem Pauli impugnat Feli.in dicto c.si diligenti. col.iiij.in princip.firmans contra Paul. Quod non sit speciale in ecclesia: vt requiratur titulus.& quod illud.c.j.locum habet etiam in rebus laicorum. & Areti.in §.æque.colum.v.versi.aduertas instítu.de actio.vbi post relatas plures solutiones tenet prædictam solutionem Imolæ pro meliori.

Et ante Imo.ista fuit solutio Butri.in d.c.cum ecclesia.colum.penulti.& vlti.& in c.peruenit.de censi.& Petr.de Ancha. in capitul.possessor.colum.viij.de regul.iur.in sexta, vbi format hoc contrarium.

Aliam solutionem tradit Panorm.in d.c.si diligenti.col.iiij. versicu.aduerte tamen, dicens, quòd text.in d.c.j.procedit in præsumptione vrgenti: sed non habet locum in præsumptione leui seu modica: qualis est quòd res præsumatur libera, & ita procedit text.in d.l.si quis diututno.vt ibi latius per eum.& hoc dictum Panor.sequitur & dicit aureum Feli.in c.de quarta.col.pen.de præscrip.& illud commemorat in d.c.si diligenti.col.iij.circa fin.& col.v.in j.restrictio.vbi latissimè excutit intellectum d.c.j.de præscrip.in vj.per duas colum. Et ampliat primò illum text.duobus modis, deinde limitat: & restringit nouem modis: vt ibi per eum.

Addo quod intellectum illius tex.discutit plenè Imo.in repe.c.si.col.vij.& viij.de præscript.tradens: quando ad præscribendum sit necessarius titulus: & examinat ibi prædictũ contra

tra

trarium.d.l.si quis diuturno, contra illud ca.j.& aliud forte de ca.cum ecclesia suttrina.de causa posses.& proprie.& ibi late not.Butri.& Panor.col.antepen.& penult.& Imo.col.fin.& Butri.in repet.c.peruenit.col.xiij.circa fin.& seq.de censibus: qui etiam examinat prædicta duo contraria, & sequitur solutionem suprà relatam de leuitate præiudicij ponens intellectum d.l.si quis diuturno.& intel.d.c.j.examinat.d. Philip.deci.consil.cxxxiiij.viso puncto.col.penul.& fin.vbi tres solutiones accommodat ad illum text.Et sic remanet expedita sexta, quæstio principalis huius tertiæ partis.

ADDITIO.

a De hac materia: & an præscriptio.xxx.vel.xl.ann.sufficiat ad vendicandam rem à quocunque possessore etiam si primo dominus fuerit vide per Paulum de Castr.consil.ccclviij.circa primum quæsitum in nouis.

b Adde Panormita.in capit.pastoralis.§.præterea.super gloss. penulti.de offic.ordi.

c Vide Bald.in l.fin.C.ne de stat.defunct.

d Quando requiratur titulus, vel sufficiat bona fides: & quando præsumptio iuris dicatur esse contra præscribentem declarat.d.Philip.Francisc.post Ioan.And.in c.j.de præscriptio.in vj. hic alleg.colum.ij.vbi tangit pulchrum dubium: quid si præsumptio iuris sit contra vtrunque videlicet contra præscribentem & contra impugnantem præscriptionem: & concludit quod debet attendi fortior præsumptio: quia illa excludit aliũ magis debilem: & ibi vide generaliter an & quando requiratur titulus: vel sufficiat bona fides tam in corporalibus quàm in incorporalibus. Et quãdo sit necessarius titulus in præscriptione: & in quibus casibus nõ requiratur? vide Bertachi.in repertorio.in verb.titulus.versic.titulus in præscriptione.& not. quòd licet aliàs de iure canonico regulariter sufficiat præscribenti bona fides absque titulo: vt plenè legitur & nota.in dicto c.si diligenti.de præscript.Tamen ille qui habet contra se præsumptionem sententiæ inter alios latæ non poterit præscribere sine titul.argu.d.capitu.primo, iunctis ibi not.per Archid.& Ioann. Andr.de præscriptio.in sexta, ita concludit Alexand.in repetitio.l.sæpe.colum.xviij.circa princip.versicul.item fallit secundo.ff.de re iudic.

e Adde Panormit.consil.lxxj.clericus quidam.ij.volumi.

Adde

f Adde Francisc.Curt.consil.xxiiij.col.ij.& pariter fines & limites episcopalium præscribuntur tanto tempore: vt per eundem Curt.consil.lvj.colum.xj.ad fin.

Et an spacium tanti temporis cuius initij &c.inducat obligationem:vide per But.in repet.c.peruenit.colum.ij.de censit. dicentem quòd tanto tempore quæritur ius siue ius commune resistat siue non: siue sit tale ius quæsibile priuilegio: siue non. Et in præscriptione tanti temporis cuius initij &c.non requiritur quòd iustificetur possessio ex titulo: licet ius commune sit contra præscribētem: vt est casus in d.c.j.de præscriptio.in vj.& ibi not.do.Philip. Franc.colum.vlti.post Gemi.& Ioan.And.& not.singu.limita.ad illum text.vt tunc demum requiratur titulus quando ius commune est contra præscribentem: & fundat intentionem agentis. Secus vbi ius commune esset contra præscribentem:tamen non fundaret intentionem agentis:quia tunc non procedit text.in d.c.j.secundum gl.ibi in glo.magna:circa med.Archi.& Ioan And.& declara: vt per eos.Contrarium tenet ibi Franchus.col.ij.post Panor.in c.si diligenti.circa fin.de præscript. Sed prima opin.videtur suffulta maioribus autoritatibus.Et de priuilegiis & effectu huius tēporis late not.Barb.consil.xxxv.v.col.ij.volu.dicens quòd tantum episcopus,æquiparatur priuilegio indulto à Cæsare vera Papa:& do.Philip.deci.consil.lxxxv.& diligenter.colum.j.& ij. versic.his tamen non obstantibus.vbi plura dicit de præscript. tanti temporis cuius initij &c.præsertim quòd tanto tempore præscribitur imperium & iurisdictio &c.& quòd pro veritate habetur.& do.Franc.Curt.in suis consi.positis post tracta.feud. consil.xx.præsupponitur in facto.& do. Rochus. Curt.in suo eleganti & nouo tracta.de iurepatro.circa fin.

h Adde domi.Iacob.de sanct.Georg.in tract.de homa.columna quarta,in fin.vbi refert istud dictum.

i Adde Corneum consil.ccciiij.rem arduan.columna quarta, & quinta,versicul.videtur tamen.tertio volumi.& Bertachi.in repert.in verbo præscriptio.tertia,in versic.præscriptio.capitu. anno.vbi dicit: quod præscriptio centum annorum non potest probari per testes:nisi concurrant alia adminicula.allegat Butri.in capitul.si diligenti.de præscriptio.sed non credo verum. & de præscriptione tanti temporis cuius initij &c. & qualiter probetur vide per domi. Signoro.consil.lxx.in quæstione vertente inter commune parme.vbi tradit:qualiter habeat deponere testes:vt eam probent.

Ius

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum & ciuile differentiam faciunt quo tempore exigatur bona fides in præscriptione.*
2 *Bona fides de iure ciuili regulariter attenditur in dominij traditione.*
3 *Mala fides ante perfectam præscriptionem superueniens interrumpit præscriptionem: si autem post, non nocet. & num. 5.*
4 *Statur iuri canonico vbi de materia peccati agitur.*
5 *Lapsu decennij præsumitur obliuio ex parte illius contra quem præscribitur.*

1 SEptimo quæro. † Quo tempore exigatur a bona fides in
a præscriptione? dic quòd in hoc est differentia inter ius ciuile & canonicum. Nam de iure ciuili sufficit bonam fidem adesse in initio præscriptionis: adeo quòd superueniens mala fides non interrumpit præscriptionem.l.j.§.hoc tantummodo.
2 C.de vsucap.transfor.& l.sequitur §.de illo.ff.de vsucap † bona fides enim de iure ciuili regulariter attẽditur tempore traditionis.l.si aliena res in princip.ff.illo.eo.tit.exceptio contractu emptionis in quo requiritur bona fides duobus temporibus, scilicet, contractus & traditionis.l.si existimãs.ff.pro solut.cum concor.allegatis per glo.in l.Celsus.ff.de vsucap. Sed secundũ canones requiritur quòd bona fides adsit omni tem-
3 pore vsque ad completam præscriptionem † Et ideo quocunque tempore superueniat mala fides ante perfectam præscriptionem interrumpitur præscriptio. Casus est in c.fin.de præscriptio.vbi text.dicit expresse quòd oportet vt qui præscribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.& ibi plenè notant glo.Imo.& omnes Cano.gl.Dy.& Ioan.And.in c.possessor.de regu.iur.in vj.Barto.in l.naturaliter.col.ij.versicu.quæro vtrum superueniens defectus.ff.de vsuc.Bald.& Ang.in l.super longi.colum.ij.versicu.dixi secundo.C.de præscriptio.long.tempo.
4 † Et quia hic agitur de materia peccati stamus iuri canonico vt concludunt gl.& Ioan.And.in mercur.in d.c.possessor.in glo.ij.in vlti.opposi.& communiter cano.in d.c.fina.præsertim Panor.& Imol.col.ij.qui latè firmãt, quòd iura ciuilia sunt correcta per ius canonicum quatenus permittũt præscriptionem cum mala fide.Et plenè not.Hostien.in summa.in titu.de præscri.re.immo.§.verum.colum.j.& ij.no.Bal.& Ang.in d.l.super longi

longi col.ij.& do.Mathesi.in notabilibus suis. num.23. fo.xiij. colum.iiij.vbi dicit quòd leges & statuta permittẽtes præscriptionem cum mala fide ipso iure non valent tanquam nutrientes peccatum. faciunt quæ habentur per Cano. in cap. j. de oper.no.nun.& in ca.ecclesia. de consti. & gl.in §.fi.institu. de gradi.

5 † Si vero mala fides superueniet post perfectam præscriptionem nihil nocet vt plenè no.in d.c.fi.no.Dy.in c.possessor. colum.ij.in fi.de reg.iur.in vj.& ibi gl.& Imo. in l.sequitur. §.si viam.col.vlti.ff.de vsucap. reprobando circa hoc quædam dicta Ang.in rep.l.j.C.de iudic.& plene not.Ioan.And.& Albe.in d.c.possessor.in vj.& vlt.q.colum.pe.& vlt.vbi formant & examinant quæstionem:vtrum mala fides superueniens completa præscriptione tollat præscriptionẽ: & obliget ad restituendum: & concludunt quòd non.

Sed d.Ias.in l.iij.§.genera.col.iij.in fi.& iiij.ver.sed aduerte. ff.de acquiren.poss.ponit nouam opi.dicens quòd videtur posse attentari & teneri in fortioribus terminis, quòd habens à principio scientiam rei alienæ possit tamen præscribere etiam

6 de iure canonico: eo † quia per lapsum decennij inducitur obliuio.l.si id quod.in prin. & l.si de eo.ff.de acqui.posses.not. gloss.magna & approbata.in l.j.in gl.magna.in fi.C.de ser.fug. Et sic post causatam obliuionem poterit postea inchoari præscriptio de iure canonico.& nihil erit, quod impediat.

Et si dicatur quòd istud sit contra text.in d.c.fi.de præscript. qui dicit: oportet vt qui præscribit in nulla parte temporis conscientiam rei habeat alienæ: ponderando illam vniuersalem negatiuam. In nulla parte temporis &c.Respondet:vt vbi por eum, qui istam nouam opinionem late prosequitur quasi per vnam colum.& licet ipse non dicat reperio:quòd ista ante autem fuit opin.& consideratio.d.Anto.de But.in repe.ca.peruenit.col.xxvj.de censib.

Sed quicquid dicat ista opin. apertè confunditur per limitationes: quæ dantur ad regulam: quæ habet, quòd in facto proprio præsumitur ignorantia & obliuio post longũ tempus. l.peregre.in princ.& ibi no.ff.de acquir.possess.quas not.Alex. in l.si res obligata. in princ. ff.de leg.j.post Bart.ibi: & late dicam in repe.l.Celsus.in j.parte.

ADDITIO.

a Vide Dyn.in c.possessor.colum.penul.de reg.iur.in vj.& ibi apost. nouiter factam.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides ante præscriptionem completam superueniens, sed non durans, an eam impediat perfici?*

2 *Dubitatio rei alienæ ante perfectam præscriptionem superueniens an noceat?*

3 *Mala fides ante completam præscriptionem superueniens licet impediat præscriptionem: non tamen publicianam impedit.*

4 *Præscribendi conditio & publiciana æquiparantur.*

5 *A quo remoueri potest præscribendi conditio: ab eodem potest & publiciana.*

1 OCtauo quæro. † An mala fides superueniens [a] ante præ-
a scriptionem completam, sed non durans interrumpat præscriptionem: & impediat eam perfici: vt si medio tempore putaui: & credidi rem alienam: postea putaui meam? Panor. in d.c.fi. concludit contra glos. ibi: quòd præscriptio interrumpitur: & perfici impeditur. De quo dic vt ibi latius per Feli col. antepen. ver. itẽ dum probat efficaciter Abbas: & latius dicam in sexta & vltima parte principali huius tractatus in materia interruptionis: vbi propriè cadit.

2 † Quid autem: si superueniat [b] dubitatio: & non certa cre-
b dulitas rei alienæ: an interrumpat præscriptionem? dixi suprà in ix. q. & dicam in vltima parte in materia interruptionis.

3 † Circa præmissa notandum est quod licet mala fides superueniens de iure canonico impediat præscriptionem: d. cap. fin. tamen non impedit publicianam. Et ideo sufficit: quòd ille qui intentat publicianam: habeat iustum titulum à non domino, & bonam fidem tempore traditionis: vt possit auocare rem à tertio non habente dominium neq; titulum: licet mala fides superuenerit post titulum, & traditionem, quia per ius canonicum non est in aliquo derogatum publicianæ. Ita concludit Bald. in l. ancillæ. in fi. j. col. & seq. ver. sed an per ius canonicum. C. de fur.

4 † Et sic colligitur limitatio ad regulam. l. eum qui. in princ. ff. de publi. vbi parificantur præscribendi conditio, & publiciana quia illa regula procedit ab initio: secus ex postfacto. Vel dici potest quòd procedit affirmatiuè: videlicet, cui competit vsucapiendi vel præscribendi conditio: competit publicianam. Ita propriè loquitur ille text. sed non negatiuè: siue
5 econtra. † A quo remouetur præscribẽdi conditio: remouetur publiciana: Vel cui non competit præscribendi conditio: non

competit

competit publiciana secundum Bal.not.in l.nihil.C.pro hære. & latius infrà dicetur quamuis Bald.in d. l.ancillæ.in princ.v. oppo.arguat de vno ad aliud affirmatiuè, quàm negatiuè.

ADDITIO.

a Vide Are.instit.de vsuc.in prin.colum.j.in fi.& seq.& ibi no. in ij. colum. quod si post perfectam præscriptionem superuenit mala fides quod non nocet: & quod de iure canonico in præscriptione requiritur bona fides de momento ad momentum: donec sit perfecta.

b Vide Aret.instit.de vsuc.in prin.colum.ij.

SVMMARIVM.

1 *Rei alienæ scientia superueniente post perfectam præscriptionem an debeant in foro conscientiæ præscripta restitui?*

2 *Res dici non potest aliena postquam est complete præscripta.*

3 *Præscribens dicitur autoritate legis possidere, ergo iustè.*

Iustè possessum & acquisitum non est restituendum.

4 *Peccans nō potest dici autoritate legis peccare præsertim canonica.*

5 *Actum tam perfectum & consummatum non vitiat impedimentum superueniens, quòd si ante superuenisset non potuisset perfici.*

6 *Cessante causa necessaria vel finali cessare debet & effectus.*

7 *Factum secundum leges non debet alio euentu retractari.*

1 NOno iuxta prædicta quæro. † quid si mala fides id est rei alienæ scientia superueniat post perfectam & completam præscriptionem, an ille qui præscripsit teneatur restituere in foro conscientiæ rem præscriptam?

Ista est ardua & antiqua quæstio, quam multum ventilarūt tam theologi, quàm cano.

Et in primis eam mouet.glo.in c.fin.& latius in c.vigilanti. vbi omnes Cano.antiqui & moder.mouent de præscript.

Et tandem concludit.gloss.per plura media & optima iura, quòd ille qui præscripsit sit tutus in conscientia, nec teneatur restituere rem præscriptam superueniente mala fide,& scientia rei alienæ post pręscriptionem bona fide perfectam.& hæc est communis opin. Cano.quam tenuerunt Inno. Hosti. gloss. & fermè omnes cano. vt attestatur Panormit. in dicto capit. vigilanti. & post eum Felin. colum.vlti.versic. superuenientia malæ fidei adducens plures glos. & autoritates pro ista com-

muni opin. Cano. qui late probant in hoc non differre forum conscientiæ à foro contentioso: & cõmuniter sequitur Bald. in d.c.vigilanti. colum.vlti.ibi relatus per Felin.per plura maxime per text. meliorem de iure & gl. incognitam secundum eum.in l.j.§.fi.cum l.seq. ff.de iti.actuq; priua. ibi neque enim corrumpi aut mutari potest superueniente delicto: quod legitime factum est.

Et hanc partem per plura firmat Hostien.in summa.in titu. de præscrip.re.immo.§.verum. versi.quid si iam completa.vbi fortius probat quòd præscriptio cum bona fide procedit nedum de iure humano: sed etiã de iure diuino per autoritates Veteris testamenti.

Hunc articulum diffusè disputat Ioan.Andr.in ca.possessor. de reg.iur.in vj.in vltimo artic.vbi tandem concludit post relatas varias opi.quòd ille qui præscripsit,non tenetur restituere superueniente mala fide post præscriptionem perfectam in foro conscientiæ, nisi habeat conscientiam læsam & remordentẽ. Et ita dixit Hosti. vbi suprà refert Panor.in d.c.vigilãti. Sic etiam post longam discussionem concludit Pet.de Anch. in repe.d.c.possessor.referens verba Io.Andr.col.iiij. & v.conclusiuè dicens, quòd acquisitio ciuilis est iusta per præscriptionem cõcurrente bona fide. & sequitur ibi.d.Franc.col.iiij. in fin.& sequen.

Hanc quæst.plene examinat Imol.in repe.d.c.fi.de præscrip. col.xxiij.xxiiij.cum iiij.sequ. & procedit multum inuolute & prolixe,& attestatur col.xxiiij.quòd cõmunis opin.legistarum & canoni. est, quòd qui præscripsit bona fide post completam præscriptionem: non teneatur ad restitutionem.licet mala fides superueniat:& refert omnes opi. tam theologorum quàm canonistarum numero septem:& reprehendit opi.Bal.in auth. ad hæc.col.ij.C.de vsur.distinguens inter præscriptioné actionis realis & personalis.Sed Bald.videtur bene loquutus & melius sensisse,quam alij senserint:vt dicam in seq.q.

Istum passum latissimè examinat Angel.in repe.l.j.in quinque vlt.col.C.de iud.& in penul.col. refert quòd cõmunis opi. est quòd salua conscientia quis retineat post completam præscriptionem. Et cum ista communi opi. ipse residet.

Pro qua inter cætera adducit rationem:quòd licet superueniat scientia completa præscriptione non potest quis dici in mala fide:quia cum mala fides nihil aliud sit,quàm sciẽtia rei alienæ. vt plene dixi supra in princ. huius tertiæ partis principalis:

2 palis: † non potest dici res aliena postquam est præscripta: sed censetur propria præscribentis: & sic non dicitur habere scientiam rei alienæ saltem de præsenti: sed quòd olim fuit aliena.

Et licet Ang. non referat: hæc fuit originalis ratio Goffre. in summa. & Hostien. vbi suprà & glo. in d.c. vigilanti.

Quam rationem latius explicat Ioã. de Imo. in d.c. fi. col. ij. de præscript.

Et in hac quæst. vide semper Hosti. in summa loco præalleg. qui melius cæteris attingit istum passum, & plene satisfacit conscientiæ scrupulosæ.

Confirmatur & secundo ista communis opin. alia ratione: quia sicut lex potest transferre dominium rei alienæ etiam non consentiente domino vere vel ficte ex causa, vt apparet, in spoliis hostium captis in bello iusto: facta prius distributione per ducem exercitus: & ea nullo iure quis restituere tenetur: vt not. Bartol. in l. si quid bello. ff. de capti. & postli. reuer. & est bonus text. in l. si quis pro redemptione. §. j. C. de donatio. & in cap. dicat aliquis. cum glos. xxxiij. quæst. v. & in c. ius militare. j. distinct. & in §. item ea quæ ex hostibus. instit. de rer. diui. Et ibi not. Arc. & in l. in princ. ff. de acquiren. possess. vbi
3 Aret. & Alexand. not. colum. secunda. † Sic etiam debet esse tutus ille qui præscripsit: quia possidet legis autoritate. Ergo iuste possidet. l. iuste possidet. ff. de acquiren. possess. Et consequenter non tenetur restituere iuste possessum & acquisitum. cap. quid dicam. xiij. quæst. iiij.

Ista etiam fuit ratio Hostien. vbi suprà & glos. in dicto cap. vigilanti. licet per alia iura: videlicet per text. in l. Lucius. ff. de euict. cum concordan. adductis, suprà in iiij. questio. primæ partis principalis: vbi habetur quòd lex ex causa potest auferre dominium rei vni, & dare alteri.

Et hanc opin. esse veram & communem attestatur etiam d. Præpo. in §. si quis per triginta in fin. in tit. si de feu. fue. contro. & Reuerendus pater frater Ang. de Clauasio in summa sua in verbo præscriptio. §. xlvj. incip. vtrum tutus præscriptione &c. Dicens istam opi. esse verissimam nedum in foro contentioso, sed etiam in foro conscientiæ: & refert ita tenere Ioan. Scot. in iiij. senten. distinct. xv.

Addo quòd candẽ opi. tenuit Roma. in rub. ff. de arb. col. j. & ij. & d. Petrus phi. Corn. consi. clxxvij. in hac re. colum. j. in fi. ij. volum. dicẽtes quòd bona fide præscripta possunt salua conscientia retineri. & Ioan. Fabr. insti. de vsucapio. in princ. circa

fi.j.col.vbi dicit quòd res præſcripta bona fide poteſt licitè retineri ſicut ex pacto:licet mala fides ſuperueniat.

4 † Confirmatur & tertio vltra docto.iſta communis opi.tali ratione : nam ille qui præſcribit cum mala fide facit hoc lege tam ciuili quàm canonica permittente & approbâte.c.de quarta.c.ad aures.c.vigilanti.& c.fina.cum ſimi.de præſcript. Ergo non peccat:quia qui peccat legis autoritate non peccat & præſertim canonis.c.qui peccat.xxiij.q.iiij.facit l.Gracchus.C.de adulter.

Cuius regulæ intellectum ponit Feli.in c.eccleſia.col.xiij.de conſtitu.

Si ergo non peccauit præſcribendo,reſtituere non tenetur, quòd præſcripſit etiam in foro conſcientiæ quia non detinet alienum,ſed id quod factum ſuum autoritate legis.Non enim alienum dici poteſt,quod iure poſſidetur,vt dicit text.Auguſt.
5 in d.c.quod dicam.xiiij.q.iiij. † Confirmatur & quartò cõmunis opi.quia licet ſit regula,quòd vitiatur actus:quando peruenit ad caſum,à quo incipere non poteſt.l. exiſtimo.ff.de verb. obliga.Tamen illa regula non procedit quando actus eſt iam perfectus & conſummatus: tunc enim impedimentum ſuperueniens non vitiat neque nocet.Text eſt qui ponit regulam & fallentiam in l.pluribus.§.& ſi placeat.in fi.& ibi expreſſè not. Bart.& doct.ff.de verb.oblig & idem Bart.in l.ex facto.in prin. col.ij.verſi.vlt.hæc.l.ff.de vulg.& pupil.poſt Dy.in c.factũ legitime.de reg.iur.in vj.Ergo mala fides ſuperueniens poſt cõpletam præſcriptionem obeſſe non debet.

Confirmatur & quintò:quia licet bona fides ſit cauſa neceſſario concurrens ad præſcriptionẽ,ita quòd poſſeſſio & curſus temporis de per ſe non ſufficiunt.d.c.vigilanti.& c.fin.

6 † Et vulgata regula quòd ceſſante cauſa neceſſaria vel finali ceſſare debet & effectus.c.cum ceſſante.cum ſimi.de appel. Bart.in l.ij.§.fina.ff.de dona.

Et quando plures cauſæ tendunt ad eundem effectum, & ſunt connexæ requiritur omnium concurſus.vt not.glo.Cano. c.ij.de reſcript.Bart.in extrauag.ad repri.in verbo.ne quid eorum.& not.in l.liberorum.§.j.ff.de his qui not.infa.Tamen illa regula fallit:quando diſpoſitio iam eſſet ſortita effectum:tunc enim licet ceſſet cauſa:non ceſſat effectus.

Ita limitat & declarat Bart.in l.Titia.§.Imperator.circa fin. commen.verſi.nec obſtat.ff.de lega.ij.dicens: quòd illa regula ceſſante cauſa &c.procedit ante effectum cõſumatum. Secus ſi effe

si effectus esset iam cõsumatus: quia tunc quàmuis cesset causa nõ cessat effectus: vt probatur in l.qui res.§.aream.ff.de sol.
5 & in l.sancimus.ibi.† non enim debet quod secundum leges factum est ex alio euentu retractari.C.de admi.tuto.Bene facit regula c.factum legitimè.de reg.iur.in vj.Not.Alex.in l.si constante circa fin.prin.ff.sol.matri.

Ergo sequitur quòd defectus bonæ fidei superueniens præscriptione completa nihil nocet.

SVMMARIVM.

1 *Recursus an poßit ad ecclesiam per aliquam viam contra præscribentem haberi?*

2 *Statutaria præscriptio an ipso iure tollat naturalem?*

3 *Recursus ad ecclesiam per denuntiationem euangelicam datur ratione peccati.*

4 *Denuntiatio euangelica locum habet cognita scientia, & mala fide præscribentis.*

5 *Denuntiatio an in foro ecclesiastico locum habeat, vbi aduersus sententiam est præscriptum?*

1 DEcimò quæro pertinenter iuxta prædictam quæstionem. † An cõtra eum, qui præscripsit haberi possit recursus ad ecclesiam post perfectam præscriptionem per viam denuntiationis euangelicæ, vt compellatur ea via restituere, vel soluere quòd præscripsit, iuxta notata in c.nouit.de iud.

Istam q.mouet Bar.in extrauag.ad repri.in verbo per denunciationem.versic.sed quid de obligatione quæ tollitur præscriptione.& decidit quòd non, quando per præscriptionẽ est sublata naturalis quo ad effectum iuxta notata per se in l.fina.§.j.ff.re ra.ha. & suprà dixi in prima parte prin.in vj.q.vbi cõclusi post Panor.& Feli.in c.ad aures.de præscript.& Io.de Imo.in c.si.eod.titu.quod naturalis tollitur in totum per præscriptionẽ saltem respectu effectus, quod latissimè examinat Ang.in rep.
2 l.j.col.xix.cum tribus seq.C.de iu.† vbi etiã tangit: an præscriptio statutaria tollat naturalem ipso iure.& in xxiiij.col.circa fin.in versicu.ex prædictis elicio quæstionem. & in seq.colum. latè disputat præsentem.q.cõcludens quòd statutum potest disponere quod præscriptionis lapsu omnis obligatio naturalis & ciuilis ipso iure extinguatur, & quòd postea non poterit haberi recursus ad curiam ecclesiasticam pro tali debito præscri

pto consequendo, quod probat vt ibi per eum.

Sed Bal. in auth. ad hæc. colum. tertia. versi. sed ponamus. C. de vsur. & in c. si quis per triginta. colum. ij. versicu. sed quæro nunquid statutum. in titu. si de feu. fue. contro. firmat oppositū: quod statutum non possit tollere naturalem: & quòd non obstante statuto locum habebat denuntiatio.

Et opi. Bal. est verior: quia tale statutum non valet tanquàm nutritiuum peccati propter malam fidem præscribentis secundum communem opin. vt plenè dicam in xiiij. q. huius partis. ergo si non valet: non potest tollere naturalem.

Et opi. Angel. reprobat expressè Imo. in l. sequitur. §. si viam. colum. penult. ff. de vsucap.

Breuiter ex his quæ dicta fuerunt in præcedenti. q. patet de-
3 cisio huius. q. quia cum † recursus ad ecclesiam per denuntiationem euangelicam detur ratione peccati: vt habetur in d. c. nouit. si ille qui præscripsit est tutus in conscientia: prout est, quandò bona fide præscripsit secundum communem opinionem. Sequitur quòd non habebit locum denuntiatio cessante peccato.

Et ita per hanc rationem concludit Panor. in c. fin. colum. v. versi. puto tamen. de præscript.

Et hæc est vera: & communis opi. vt apparet ex ibi not. per eum: pro qua consuluit do. Corne. Peru. consi. clxxvj. ad euidentiam. pe. colum. j. volu. licet contrarium consuluerit ipse consi. cclj. in hac cōsultatione. columna secunda in principio tertio volumine. vbi dicit: quòd præscriptio nō tollit naturalem obligationem: & quòd ille qui præscripsit: potest cogi ad solutionē post habitam notitiam: quia peccat non soluendo.

Et procedit sine dubio ista conclusio in actione reali: in qua præscriptio procedere potest cū titulo & bona fide. Sed in personali non video quomodo procedat: cum illi præscribi non possit: nec ab ipso principali debitore, nec ab hærede eius propter malam fidem secundum communem opi. vt infra dicam.

Hinc est quòd Bald. in d. auth. ad hæc. col. iij. cum seq. versic. item dubitatur de debito: quod est præscriptione sublatum. C. de vsur. distinguit inter actionem personalem & realem, vt primo casu habeat locum denuntiatio: quia naturalis obligatio non tollitur per præscriptionem, ex quo durat vinculū æquitatis quo sustentatur. Secundo vero casu in præscriptione reali secundum Bal. dominium eradicatur à primo domino, & eius effectus attribuitur præscribenti. per no. in l. at qui natura §. cū

me absente.ff.de nego.gest.ideo non habet locum denũtiatio. secus in obligatione personali,quæ ossibus inhæret & ideo nõ potest ab ipsis separari.l.iij.ff.pro socio.

Subdit Bald.quòd docto.communiter tenent,quòd naturalis non tollatur per præscriptionem.

Sed licet remaneat naturalis secundum communem opin. tamen remanet inefficax & inutilis in effectu:vt plenè dixi in vij.q.primæ partis prin.

Et mihi placet opi.& dist.Bal.quæ videtur necessario tenenda de iure canonico:licet Imo.reprobet in repe.c.fi.col.xxxiij. de præscri.vt retuli in dicta.vij.q.primæ partis:videlicet, quòd in actione personali non extinguatur naturalis obligatio etiã in effectu per præscriptionem:vt sentit Bal.in primis verbis supra relatis:quamuis in sequẽtibus sibiipsi contradicat: quia de iure canonico nulla præscriptio currit cum mala fide & iura ciuilia sunt in hoc correcta secundum communem opin.cano. in d.c.fina.de præscript.per illum text.reprobata opi.Bar.in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucap.quæ communiter reprobatur: vt plene dicam infrà in decimatertia quæstione.huius partis.

Et sic ipse debitor principalis nunquam præscribere potest: nec etiam hæres eius in quem passiuè transit obligatio personalis propter malam fidem defuncti:quæ nocet hæredi succedenti in vitium defuncti.Adeo quòd etiam non potest inchoare præscriptionẽ ex persona sua,cum teneatur exonerare conscientiam defuncti secundum communem opi.prout latè videbimus in vndecima q.huius partis in secundo membro.

Vnde tenendo has communes conclusiones quibus contradici non potest nullo modo potest procedere doctrina Bart.in l.fina.§.j.ff.rem rat.habe.quam retuli in prædicta vj.q.primæ partis prin.vbi concludit quòd præscriptio tollit naturalem in effectu:adeo quòd remanet inefficax,procederet enim secundum eius opi.erroneam & communiter damnatam quam tenuit in d.§.si viam.

Et miror quòd doct.tam antiqui quàm moderni circa hoc non aduertant,quinimo communiter transeant cum Bar.in d. l.fi.§.j.præsertim cano.in d.c.ad aures.& Imo.in d.c.fin.cõcludentes post Bar.quòd præscriptio tollat obligationem naturalem in effectu:quia de iure canonico illa conclusio stare non potest destructa opi.Bart.in d.§.si viam.

Et ideo Bal.in d.auth.ad hæc.primo impugnat illã opi.Bart. qua sublata necesse est corruat alia doctrina eiusdem in d.l.fi.

ff.rem rat.habe.tanquàm accessoria,& veniens in consequentiam.deinde Bald.facit prædictam distinctionem.

Et q̃ præscriptio non tollat naturalem data scientia & mala fide.firmat Pan.in c.fina.col.v.vltra medium,de præscrip.

Et ideo videtur necessario distinguẽdũ prout distinguit Bal. in d.auth.ad hæc.quia in reali tertius potest præscribere cũ bona fide.Et sic tollitur & eradicatur effect⁹ directi dominij. Sed in personali nec principalis debitor,nec hęres possunt regulariter præscribere.Ergo non tollitur naturalis,nisi daretur casus in quo quis ignorans obligaretur alicui:vt ex facto procuratoris vel ex negotio vtiliter gesto per alium pro aliquo ignorante,quia tunc etiam in personali diceretur quis in bona fide: & præscribere posset secundum do.Ant.in d.c.fin.de præscri.quẽ refert Imol.in d.l.sequitur.§.si viam.col.ij.post med. Quo casu non haberet locum denuntiatio.vt dicit Pan.in d.c.fi.col.v.circa fi.versi.vbi tamen:concludens quòd quando cõcurrit ignorantia debitoris tollitur effectus naturalis:& nõ sic quãdo concurrit scientia, quia primo casu præscriptio inducitur non solum propter odium negligentis : sed etiam propter bonum & æquum:vt xvj.q.iij.§.potest.

Secundo vero casu est mere odiosa.Ideo cum æquitas concurrat data ignorantia:& non sic data sciẽtia:eliditur effectus naturalis hoc casu dumtaxat: & nõ in altero:vbi deficit omnis æquitas: & versatur solum odium secundum Panor.ibi.qui in

4 effectu cõcludit,quod denũtiatio locũ habeat data sciẽtia, & mala fide:secus vbi cõcurrit ignorãtia & bona fides debitoris.

Confirmatur hæc cõclusio:quia dato quòd lex, vel statutum possit tollere ciuilem::tamen remanet naturalis:quæ oritur ex naturali æquitate:l Stichum.§.naturalis.ff.de solu.& l.inuitus. §.is natura debet.ff.de reg.iur.

Et de iure cano.est efficax ad agẽdum.vt plene no.in c.j.de pact.& maximè p̃ viã denũtiationis euãgelicæ:vt latius p̃ Bal. in d.auth.ad hęc.col.iij.Et firmat Pan.in d.c.fi.col.v.vltra med.

Hinc dixit Bald.in §.itẽ si quis per triginta.in tit.si de feud. fue cõtro.quod ille,qui præscripsit nõ potest denũtiari ecclesię nisi fuerit in mala fide:prout refert Pan.vbi s̃.Sed aliter loquitur ibi Bal.col.ij.ver.sed quæro.vbi cõcludit,q̃ nõ obstãte statuto tollẽte obligationẽ post tẽpus, vel disponente quod creditor nõ audiatur,poterit haberi recursus ad ecclesiã p̃ viã denũtiationis nisi iusta causa eũ repelleret.Verbi gratia. Dicit statutũ q̃ qui nõ soluerit gabellã nõ audiatur:nã hoc statutũ est factũ

fauore

fauore publicæ vtilitatis principaliter, secundario. Et ideo debet seruari in quolibet foro secundum Bal. vt in c. quod clericis. de for. competen. & idem dicit Bal. in l. j. C. de præscriptio. xxx. vel xl. anno. quòd ratione peccati in quo præscriptio nutritur, cum dicatur iniquum præsidium. vt in authen. vt eccle. Rom. potest haberi recursus ad ecclesiã: quod procedit quando præscribens est in mala fide prout sonant verba Bald.

Et plenè declaraui in vj. q. primæ partis princi. sed tunc non est necessaria denũtiatio: quia de iure canonico nulla præscriptio procedit cum mala fide. d. c. fi. & secundum communem conclusionem doc. ibi vt in proposito dicit Imo. in d. §. si viam. col. vij. Ideo Bal. & Panor. incaute loquuntur in locis præalleg.

Per prędicta igitur resideo cum opi. Bal. in d. authen. ad hęc. sit vt suprà enucleata.

5 † Quid autem si aduersus sentẽtiam sit præscriptum: an locum habeat denuntiatio in foro ecclesiastico? tangit Panor. in d. c. fi. col. vj. de præscrip. & ibi latius Feli. col. iij. versi. tertia declaratio. post Bal. in d. §. si quis per triginta. dic vt ibi per eos.

Et quanto tempore præscribatur aduersus sententiam? dixi plenè in iiij. parte principa. q. xxxj.

ADDITIO.

a Adde Bal. in rubri. extra de præscri. col. pen. versic. quæro an ille scit se teneri vbi not. text. hic alleg. & ponit aliud exemplum in l. indebiti. §. fin. ff. de condi. indebi. & in l. qui alienam. ff. de donatio. causa mort.

SVMMARIVM.

1 *Malæ fidei præscriptor an teneatur obligatione personalia ad restitutionem?*

2 *Possessor non est malæ fidei, qui scit se actione personali teneri.*

1 VNdecimò quæro. In hac materia malæ fidei † vtrum ille tenetur obligatione personali ad rem restituendam dicatur in mala fide? dic quod non. Sed potest rem præscribere quo ad dominiũ, non obstante q̃ possit personaliter conueniri ad rem restituendã. Casus est not. in l. pignori. §. fi. quem ibi no.
a Bar. ff. de vsuc. a vbi dicitur q̃ si aliquis mandet Titio vt emat fundũ nomine ipsius mandãtis: & ille Titius acquirat nomine proprio ipsius Titij à non domino: quem credebat esse dñm, & sic

sic bona fide & fuerit fundus traditus ipsi Titio, quàmuis possit conueniri actione mandati per eum: qui mandauerat emi nomine suo: vt illam sibi rem tradat: nihilominus si possederit tempore requisito præscribit dominium illius rei contra tertium qui erat dominus. Vnde Bart. summat illum tex. hoc mo-
2 do † qui scit se actione personali teneri non est possessor malæ fidei. quod bene not. Et ita per illum tex. consuluit Bal. consil. ccccxxxvij. iste maritus. j. volumi.

SVMMARIVM.

1 *Vitium & mala fides autoris an successori noceat in præscribẽdo? Successor est duplex.*

2 *Appellatione successoris potest venire tam vniuersalis, quàm singularis.*

3 *Vitia præscriptionem impedientia quæ sint?*

4 *Malæ fidei possessor clam, vel precario non potest longo tempore præscribere.*

5 *Vitium litigiosi, quia est personale, non impedit præscriptionem.*

6 *Per ingressum possessionis vacantis non contrahitur vitium reale, sed personale.*

7 *Authentica malæ fidei. xij. modis limitatur.*

8 *Titulum iustum habenti etiam ab authore malæ fidei competit publiciana.*

9 *Publiciana & vsucapiendi conditio à pari procedunt, & sunt conuertibilia.*

10 *Mala fides hæredis an legatario noceat?*

11 *Mala fides defuncti nocet successori, quia est hæres vitiorum.*

12 *Mala fides defuncti non nocet hæredi, si ex persona sua velit præscriptionem inchoare.*

13 *Conclusio quòd indistincte mala fides defuncti nocet hæredi aut successori in præscribendo etiam longi tempor. & licet ipse successor sit bon. fi. & velit a seipso præscriptionem inchoare, in quibus casibus non procedat. Hæres vtroque iure præscribere non potest eo casu, quo defunctus non poterat.*

14 *Præsumpta mala fides defuncti causata ab errore iuris non nocet hæredi in præscribendo.*

15 *Hæres præscribere volens ex titulo, quem habuit à tertio: siue ante, siue post mortem testatoris, non impeditur mala fide defuncti.*

DVodecimò quæro circa hanc secundam partem tertiæ
1 partis principalis. † An vitium vel mala fides autoris noceat

noceat successori in præscribendo?

Et ad euidentiam præmitto primo: quòd duplex est successor vniuersalis: scilicet & singularis.

Vniuersalis successor dicitur is, qui succedit titulo vniuersali & hæreditario: quia hæreditas est successio in ius vniuersum l. nihil aliud est hæreditas. ff. de verbo. signifi.

Singularis vero successor dicitur ille qui succedit in aliqua re titulo particulari: & in quem non transit vniuersitas iuris vt tit. emptionis, donationis, vel simili.

2 † Et ideo appellatione successoris potest venire tam vniuersalis quam singularis. tex. est melior de iure in l. fluminum. §. adiicitur. ff. de dam. infec. & in l. j. §. illud. ff. quo. leg. Sed nunquid in dubio appellatione successoris veniat vniuersalis vel singularis? late notant Alex. & Ias. in l. quædam. §. nihil. col. j. & ij. per illum text. ff. de eden. Alex. consil. clxxxiij. ex themate. j. col. ij. volu. & plenè Feli. in ca. quia Gul. col. vlti. de iud. vbi facit conclusionem cum fallentiis.

Et quid si dispositio dicat pro se & successoribus quibuscunque? tangit Alexand. in d. §. nihil. colum. j. & in l. quod dicitur. col. xx. ff. de verbor. obligatio.

3 † Secundò præmitto: quòd quædam sunt vitia impedientia præscriptionem: quorum aliqua sunt realia. Aliqua vero personalia: vt plenè notatur in l. vitia. vbi gl. magistra. C. de acqui. possess. & in §. quod ante. & §. furtiuæ [a] insti. de vsucap.

Realia autem sunt vt violentia, & furtiuitas. Nam si res est per vim expulsiuam possessa; illa res violenta non potest præscribi: donec fuerit purgatum vitium: & res peruenit ad antiquum possessorem & dominum: & sic in re furtiua: quæ est invsucapibilis: donec peruenerit ad antiquũ dominum. l. sequitur. §. quod autem. & §. si tu vi me. ff. de vsucap. & d. §. furtiuæ res. not. glos. in d. l. vitia.

Secus in re vẽdita per metum, & sic per vim compulsiuam: quia illa non afficit rem vitio reali: nec impedit vsucapionem dummodo concurrant alia extrema l. iij. & ibi not. glo. Bart. & doc. præsertim Alex. col. fi. C. quod met. causa.

Et dicuntur ista vitia realia: quia ad quemcunque transeat res: transit cũ isto vitio impediente præscriptionẽ: donec purgatum fuerit vitium per reuersionẽ in potestate dñi. d. §. furtiuæ.

Quæ conclusio procedit in re mobili furto subtracta, vel per vim rapta, quia in his nõ purgatur vitium: nisi per reuersionem in potestatem domini Secus est in re immobili vi possessa:

ſeſſa:quia ad hoc vt purgetur vitium violentiæ : ſufficit ꝙ res reuertatur in poteſtatem poſſeſſoris expulſi: licet nõ ſit dominus prout declarat not. Bart.in l.certe.§.Iulianus.ff.de præca. per illũ text.& in l.ſequitur.§.ſi dominus.ff.de vſucap.Not. Cy. Bar.& Bal.in l.ſi partem.C.pro empto.

Quædã vero ſunt vitia perſonalia : vt ſi quis mala fide poſſidet rem : non tamen per vim , vel per furtum : ſed alias in ea habet malam fidem:vt quia ſcit eam ad alium pertinere. Iſtud appellatur vitium perſonale.

Item vitium clandeſtinitatis , & vitium præcarij dicuntur 4 perſonalia.† Nam qui mala fide poſſidet clam , vel præcario: non poteſt præſcribere longo tempore , ſcilicet , decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes. Sed bene præſcribit ſpacio longiſſimi temporis triginta annorum : quia talis præſcriptio currit cũ mala fide de iure ciuili.l.ſicut.l.omnes. & l. ſi quis emptionis.§.j C.de præſcrip.xxx.ann.& iam dixi ſuprà.

Iſta habentur in l.Pomponius.§.cum quis.vbi not.gl. Bart.& alij:præcipue Alex.col.j.ff.de acquir.poſ.& in d.l.vitia.

Circa prædicta not.duas concluſiones. Prima concluſio eſt.

5 † Quod vitiũ litigioſi non eſt reale : ſed perſonale.Ideo non impedit præſcriptionem inchoari de nouo in perſona ſingularis ſucceſſoris.caſus eſt not.in l.j.& ibi not.Bart. & docto.C.de præſcrip.long.tẽp.Not.gl.magna.circa medi.in d.l.vitia.& Bar. in d.§.cum quis.in pen.q.& in l.j.§.j.per illum tex.ff.de litigio. Ang.in auth.de litigio .in princip.& Iaſ.in l.ij.col.fi.C.de eden.

6 † Secunda cõcluſio eſt.ꝙ per ingreſſum poſſeſſionis vacantis non contrahitur vitium reale:ſed vitium perſonale.Et ideo non impeditur ille ad quem res peruenit cum titulo & bona fide : licet cauſam habeat ab ingrediente,rem præſcribere : vt eſt text.in l.ſi nulla.& ibi not. Bal.& doct.C.de acqui.poſſeſ.& tex.magis clarus.in §.quod ante.inſtitut.de vſucap.

Et licet gl.ibi teneat illum §.eſſe correctum.per l.fi.C.vnde vi.tamen contrarium determinat gl.in d.l.fi.in gl.j. C.vnde vi. quam ibi tenent & cõiter approbant doc.licet Bart.diſtinguat: maximè.Salic.col.ij.in v.q.Et refert Are.in d.§.ꝙ autẽ.circa fi. ſeruata tñ diſtinctione auth.malæ fidei.C.de præſcr.long.tẽp. Et not.doct.in l.ſequitur.§.item ſi occupauerit.ff.de vſucap.

His ſic præmiſſis redeundo ad quæſtionem.ſ.formatam: an mala fides,vel aliud vitium autoris : noceat ſucceſſori in præſcribendo:ſiue impediat ipſum ſucceſſorem præſcribere?Dico ꝙ ſi eſt vitium reale impedit præſcriptionẽ in perſona cuiuſcunque

cunque successoris vniuersalis, vel singularis quia concomitatur rem ad quemcunque transeat. dicta l. viria. donec vitium fuerit purgatum per reuersionem rei in potestatem domini vel possessoris: vt prædixi.

Quam conclusionẽ limita procedere in præscriptione longi temporis decem, vel viginti annorum, non autem in præscriptione triginta annorũ: & sic longissimi temporis. Nam illa locum habet in rebus etiam inuasis, violentis, vel furtiuis, quia per tantum tempus purgatur vitiũ reale. Ita tenet gl. ij. in d. §. furtiuæ. & gl. in l. j. in gl. mag. C. de ser. fugi. & in l. sicut in gl. fin. C. de præscr. xxx. ann. quæ pro hoc allegat bonũ text. in l. j. §. ad hæc. C. de anna. excep. vbi tanto tempore tollitur actio furti. & vi bonorum raptorũ. Ergo etiam tollitur vitiũ, & qualitas furtiuitatis, vel violẽtiæ. Et idem firmat Bar. in l. sequitur. §. si fundum. in finalibus verbis. ff. de vsuca. referens ita tenere Azo. in sum. Nõt. Imo. in §. item si occupaueris. ea. l. Pan. in c. nihil. col. ij. de præscr. Alex. in d. l. Pomponius. § cum quis. col. v. super gl. in verbo vitiis. & idem in l. iij. col. fi. C. quod met. causa.

Et hoc verum de iure ciuili. Sed de iure canonico ista conclusio nõ procederet respectu inuasoris: furis: raptoris: vel hęredis propter malam fidem, per ea quæ dixi. s̃. & dicentur ĩ.

Procederet tamẽ respectu tertij possessoris, qui possedisset triginta annis cum titulo & bona fide, vel bona fide tantum. in l. si quis emptionis. §. j. quæ non est correcta de iure canonico quatenus loquitur de præscribente bona fide sine titulo. vt plenè dixit in v. q. huius partis. Quòd est verũ dummodo iste singularis successor inchoet præscriptionem ex persona sua, non vtendo accessione temporis autoris sui malæ fidei; prout declarat Panor. in d. c. nihil. col. ij. Si vero sit vitium personale, vt mala fides clandestinitatis, vel præcariũ, quæ sunt species malæ fidei facio duo membra principalia. Primum membrum est in successore singulari. Secundum est in vniuersali. Circa primum membrum dico q successor singularis de iure antiquo poterat præscribere inchoãdo præscriptionem ex persona sua, non obstante malafide autoris. Si vero vtebatur accessione & adminiculo possessionis autoris sui malæ fidei, nõ poterat pręscribere: nec etiam potest de iure hodierno. d. l. Pomponius. §. cum quis. & l. an vitium. in princip. vbi glo. bene declarat. ff. de diuers. & tempor. præscriptio.

Hodie vero in primo casu est immutatũ. per. §. rursus. in authen. vt sponsa. largi. qui est transsumptus in authẽ. malæ fidei. C. de

C.de præſcriptio.long.temp.vbi dicit quòd mala fides autoris nocet ſucceſſori ſingulari in præſcriptione longi temporis.x. vel xx.annorum domino ignorante ius ſuum & alienationem factam. Sed non nocet in præſcriptione xxx. annorum.

Si verò dominus contra quem præſcribitur non ignorauerit ius ſuum: & ſciuerit alienationem factam: & tertium ſingularem ſucceſſorem bonæ fidei habentem titulum & cauſam à malæ fidei autore rem quam prætendit ſuam poſſidere: & tacuerit decem annis inter præſentes: & viginti inter abſentes currit præſcriptio contra eum: non obſtante mala fide autoris propter talem ſcientiam.

6 † Vbi autem ſucceſſor ſingularis rem poſſedit ſpacio xxx. annorum eſt in totum excluſus antiquus dominus non obſtante mala fide autoris: ſiue ſciuerit: ſiue ignorauerit. Salua tamen reſtitutione ex capite iuſtę ignorantię: vt plenè dicetur infrà. Iſte eſt text. explanatus in d.authen.malæ fidei.

Et hęc vera quando ſingularis ſucceſſor non vtitur adminiculo & acceſſione poſſeſſionis ſui autoris malæ fidei. Si enim vtitur tali acceſſione debet vti cum ſua cauſa & vitiis: & eo caſu ſibi ſemper nocet mala fides autoris etiã in præſcriptione longiſſimi temporis.d.l.pomponius.§.cum quis.& ibi plenè not.gl.Bart.& doct. Et declarat glo.in d.l.an vitium.in princip.

7 † Et ex his remanet bene declarata d.authenti.malæ fidei. quo ad textum. Quam limita.xij.modis: & tres limitationes ponit Bart.in d.l. Pomponius.§.cum quis. Et alias quinque: & ſic vſque ad numerum octo ponit ibi Alex.col.iij.& iiij. Et xij. colligit Areti.in §.ſed iſtæ.col.vij. & viij.verſi.quæro ab extra. inſtitu.de actio. Quas repetit.in §.furtiuæ.col.fin.inſtit.de vſucap.ex quibus plures tradit Imol.in l.furtum.§.fundi.circa fin. commen.de vſucap.vbi examinat intellectum illius auth. Referam ſolum aliquas vtiliores quæ frequenter verſantur in practica.

Primò limitatur illa auth.vt locum habeat in præſcriptione rerum immobilium. Non autẽ in vſucapione mobiliũ: quia ibi nihil cauetur: niſi de præſcriptione longi temporis: & de vſucapione nullum fit verbum.

Et ſic iura antiqua in hoc remanent incorrecta ſecun.Bart. in d.§.cum quis.cuius opi.eſt communis: licet Sali.conetur impugnare in d.auth.malæ fidei: vt atteſtatur Alex.in d.§.cũ quis & ſalua.vt ibi per eũ: & Iaſ.in fi.iij.col.propter contrarium.d.§. furtiuæ.inſtit.de vſucap.Cum res mobilis nunquam videatur poſſe

posse alienari à malæ fidei possessore: quin eam contractet:& furtum committat: vt ibi. Et ideo tanquàm affecta vitio furtiuitatis reali non videtur posse vsucapi. ideo dic vt per Alex. & Ias.vbi suprà.

Ex hac prima limitatione Bar.colligit Are.in d.§.cum quis. quòd in materia correctoria statutum loquẽs de præscriptione non trahitur ad vsucapionem: licet ex lata significatione vocabuli vsucapio appelletur præscriptio vt in multis legibus tituli.ff.de vsucap. Et ibi sequitur Ias.colum.iiij.comprobans ex not.per Bald.in l.quod constitutum. C.ne de sta.defun. vbi not.quòd statutum inducẽs præscriptionem fauorabiliter non extenditur ad aliam præscriptionem similem. De qûo dixi in iij.q. primæ partis princi. huius tract.

Secundò limitatur illa auth. vt procedat domino ignorãte: sed eo sciente nihil est mutatum,secundũ Bar.in d.§.cum quis. quæ limitatio expresse colligitur ex text.qui se ita declarat.in d.authen.malæ fidei.

Tertiò limitatur d.authen.malæ fidei;vt procedat in primo emptore seu singulari successore, qui emit, vel alias causam habuit à malæfidei possessore. Secus in eo qui causam habet à primo emptore bonæ fidei habente causam ab alio autore malæ fidei:& sic in successore mediato. Nam tunc secundus emptor,vel causam habens præscribit rem lõgo tempore non obstante mala fide primi autoris: quia non nocet nisi immediato successori.

Has tres fallentias tradit Bart.in d.§.cum quis. & communiter sequuntur docto.

Quartò limitatur, vt procedat quo ad præscriptionem dominij.Sec⁹ verò in præscriptione actionis hypothecariæ:quia emptor, vel singularis successor præscribit aduersus hypothecariam cum bona fide, & aduersus creditorem non obstante quod causam habeat à debitore malæfidei. Idem determinat Spec.in tit.de præscri.§.j.col.vlti.ver.quid si debitor.& ver.sed nunquid hodie.& sequitur Ioan.Andr.ibi in addi.latè comprobans istã limitationẽ:& sequuntur Alex. & communiter doct. in d.§. cum quis.

8 † Quintò limitatur.d.auth.malæ fidei:vt non procedat quo ad publicianam: quia habenti titulũ iustum ab autore malæfidei competit publiciana: dummodo ipse fuerit in bona fide tempore traditionis,secundum Bar.Bal.& Ang.in l.cum qui.§. prætor.ff.de pub. Reprobata opi.gl.& latè Sali.in d.auth.malè

fidei:qui hoc nititur pluribus rationibus comprobare. Sequitur Areti.in d.§.sed istæ. & in d.§.furtiuæ.in vj.limi.& Alexan. consi.xxxix. visis scripturis.versic.præterea.quo ad materiã.ij. vol. Et sic remanet incorrectus text.in d.l.eũ qui.§.prætor ait. vbi est casus not. quòd mala fides autoris non nocet ementi bona fide quo ad publicianam. Et consequenter nihil erit hodie immutatum in publiciana.per d.auth.malę fidei.Et ista est communis opinio.vt attestatur Alexand.in præal.consi.& in l. Pomponius.§.si iussu.circa fi.commen.ff.de acquir.poss.& in l. rem quæ nobis.colum.iij.vltra med.ff.de acqui.poss.

Quàm opi.etiã tenuit gl.in c.abbate.in gl.magna post med. de re.iur.in vj.Bald.in l.ancillæ.colum.j.C.de furt.Et eam esse veram & communem latè firmat Ias. in §.sed istæ. colũ.xxvij. cum seq.in antiq.impres.& col.xix.in noua.ver.iuxta hãc partem.gl.insti.de actio.Hinc dixit Bal.in d.l.ancillæ.in fi.v.oppo. quòd si per statutum essent alterata omnia tempore præscriptionis:tamen publiciana remanet in esse suo. Refert Ias. vbi suprà quamuis Bart.tenuerit cõtrarium in d.l.rem quæ nobis. vbi reprehenditur communiter per doct.vt ibi late per Alexã. col.iij.circa med. qui conatur defendere Bart. à contrarietate aliquo modo. Nam communem tenuit ipse in d.§.prætor ait. & sic fuit sibi contrarius.

9 † Ex prædictis colligitur intellectus & limitatio ad regulam l.eum qui.in prin.ff.de pub.quæ habet, quòd à pari procedunt
b publiciana [b] & vsucapiendi conditio : vt procedat affirmatiuè & non negatiuè.

Item limitat Bal.l.nihil.C.pro hære.Sequitur Alex.in l.iij.§. ex pluribus.in fi.cõmen.ff.de acqui.poss.Nam licet mala fides autoris impediat præscriptionem longi temporis, non tamen impedit publicianam:vt ex præmissis patet.Ergo non procedit illa regula negatiuè.

Istam limitationẽ refert Ias.in d. §. sed istæ.circa iiij. seu v. col.in ij. euidentiali : & eam impugnat firmans satis incautè, quòd regula d.l. eum qui.in princip. procedit tam affirmatiuè quàm negatiue.per text.rotundum secundum eum,in d.l.eum qui.§.hæc actio.

Sed do Ias.in hoc non modicũ fallitur:quia ibi est casus rotundus contra eum. iuncta l.si seruus.ff de publ.quos text.pro hac limitatione adducit Alex. quẽ forte tunc ipse non viderat in l.j §.hæc quæ de seruis. in fi.cõmen.ff.de acq.pos.vbi sequitur hanc limitationẽ Bal.& probat per illa iura quę sic induco

contra

contra Ias.ad probandum hãc conclusionẽ de directo.Nam licet per seruũ proprium acquiratur possessio domino ignorãti: etiam quo ad vsucapionẽ ex causa peculiari.Extra tamen causam peculiarẽ:& si acquiratur possessio domino ignoranti per seruum:non tamen acquiritur vsucapiendi cõditio:vt habetur in l.j.§.itẽ acquirimus.ff.de acq.poss.iũcta l. possessio quoq;.§.& si possessio illa. eo.tit. vbi dicitur ꝙ & si possessio per procuratorem acquiratur ignorãti:non tamen vsucapiendi seu præscribendi cõditio,quia vsucapio tantũ sciẽti cõpetit.Et nihilominus si res fuerit vẽdita &tradita seruo, vel procuratori ignorante domino , quàmuis non acquiratur præscribẽdi conditio ipsi domino:sibi tamen cõpetit publiciana.casus est apertus in d.l.eũ qui.§.hæc actio.iũcta d.l.si seruus. Ergo ibi est casus rotundus pro hac limitatione Bal.cõtra Ias. ꝙ cõpetit publiciana:licet non competat vsucapiẽdi vel præscribendi conditio. Et sic restat vera conclusio:ꝙ regula d.l.eum qui. procedit affirmatiuè:prout loquitur:sed non negatiuè.

Confirmatur per ea quæ suprà dixi post vij.qu.huius partis. ver.circa præmissa.Vbi cõclusi ꝙ mala fides superueniẽs:licet de iure can.interrũpat præscriptionẽ:non impedit publicianã.

10 † Nũquid autẽ mala fides hęredis noceat legatario? vide per Alex.& moder.in l.Põponius.§.sed & legatario.ff.de acq.poss.

Et per hęc remanet expeditum primum membrum:an mala fides autoris noceat successori singulari.

Secundum principale membrum est : an mala fides autoris noceat successori vniuersali:idest hęredi?in quo fit breuis con-

11 clusio † quod mala fides defuncti ꝰ sibi indistinctè nocet:quia

c hæres est successor vitiorum.l.cum hæres.in prin. ff.de diuer.& temp.præscr. Et quia censetur eadem persona cũ defuncto: vt in auth.de iureiur.à mori.præsti. in princip.

Et hoc non habet dubiũ : quando vtitur accessione temporum defuncti.d.l.cum hæres.& l.an vitium.& ibi declarat glo. ff.de diuer.& temp.præsc. & d.l.Pomponius.§.cum quis. & ibi per gl.& doct. ff.de acquir.possess.

12 † Sed dubitatur quid si hæres non velit vti accessione defuncti:sed inchoare præscriptionem ex persona sua:vtrũ præscribat, non obstante mala fide defuncti:cuius tẽpora non iungit cum tempore suo?Dy.in c.possessor.col.vlt.de reg.iur.in vj. dicit : ꝙ de æquitate canonica mala fides defuncti non nocet hæredi:si vult inchoare præscriptionẽ ex persona sua. Sicut in singulari successore dicitur in d.l.Pomponius.§.cum quis. Sed

rigor iuris ciuilis secundũ Dy. qui malã fidem defuncti transfundit in hæredẽ,hoc non patitur per d.l.cũ hæres. vbi Bar.videtur sequi opi.Dy. & ibi latè notat Alex.in apo. & latius ipse in d.l.Põponius.§.cũ quis.in vj.& vij.col.vbi refert Cy. & Bart. in l.vitia.C.de acqui.pos.& quosdã alios sequi opi.Dy.pro qua ipse Alex. aliquando cõsuluit:& cõsuluerũt alij relati in calce quæstionis. Bal.verò distinguebat inter præscriptionem longissimi tẽporis,in qua nõ requiritur titulus:vt in ea mala fides autoris nõ noceat hæredi inchoanti præscriptionẽ ex persona sua,& sic procedat opi.Dyn.Et inter præscriptionẽ lõgi temporis in qua requiritur titulus,& sic oportet ꝙ vtatur adminiculo autoris sui.Et tunc propriè loquitur tex. in d.l.cũ hæres:qui debet intelligi de præscriptione lõgi tẽporis secundũ ius digestorum:quo iure non fuit cognita præscriptio xxx. annorũ: vt dicit gl.in l.Iulianus.ff.ex quib.cau.ma.& in l.qui occidit.aliàs occiderit.in prin.in verbo amisit.ff.ad l.Aquil. Notat Bar.in l. tutor rerũ.in fi.ff.de admi.tu.Ita tenet Bal.in l.cũ qui.§.in hac. & in l.si ego.§.partus.ff.de pub.& in l.nihil.C.de vsuc.pro hær.

d Et hãc distinctionem Bald. sequitur Aret.in d.§.cum quis.d pro qua est glo.in c.cum quis in ius. de reg. iur.in vj.

Breuiter cõmunis opi.est cõtra Dy. & sequaces quod indistincte mala fides defuncti noceat hæredi in præscribẽdo:etiã in præscriptione lõgissimi tẽpo.adeo ꝙ hæres vtroq; iure præscribere non poterit eo casu,quo defunctus non poterat: licet ipse sit in bona fide:& velit à seipso præscriptionẽ inchoare.

Istã cõclusionẽ firmãt But.& Panor.in c.si diligẽti.col.v.ver. sed circa prædicta.de præscri.Qui mouẽtur duabꝰ rationibus.

Primò quia hæres tenetur exonerare cõscientiã defuncti.c. fi.de sepul.& aliter exonerare non potest nisi rem restituat:vel debitũ soluat,cũ defunctus esset in mala fide secundum eos.

Secundò mouetur Panor,quia omne ius suũ causatur à defuncto:& censeri debet eodem iure:vt ibi latius per eum.

Ex quo inferunt:quòd sicut defunctus malæ fidei nullo tempore potuisset præscribere. c.fi.de præscrip.ita nec suus hæres poterit.d.l.cũ hæres.quod dicit Panor.esse bene notandum.

Eandem opin.firmat ipse Panor in c.nihil.col.ij.ver.successor vero vniuersalis.vbi vide de præscript.

Ex quo sequitur, ꝙ cũ secundũ cõmunẽ opi.vt dicetur in q. seq.dispositio d.c.fi.de pręsc.locũ habeat:& corrigat ius ciuile tam in actionibꝰ realibus quã personalibꝰ:vt nulla pręscriptio currat cũ mala fide: ꝙ sicut principalis ꝑsona habẽs malã fidẽ

puta

puta debitor vel possessor malæ fidei nullo tẽpore præscribere potuisset:ita nec hęres eius:siue in actiõe reali:siue in ꝑsonali.

Istam partẽ firmat etiã Io. de Imo. in repe.d.c.si.col.ij.& iij. de præscr. Et in hac opi.tanquã vera residẽt Alex.in d.§.cum quis.col.vj.seu vij.vbi domi.Ias.col.pen.& vlt.plenè examinat istũ articulũ:& cõcludit quòd ista videtur magis cõis opinio.

Et hãc quæstionẽ latè prosequitur Feli.in d.c.si diligẽti.col. iiij.& v.referẽs plures autoritates ad vtranque partem. Et tandem concludit quòd pauci sunt qui recedant ab opin. Anton. de But.contra Dy.quia est communis secundum eum.

Et hãc cõclusionẽ tanquã verã & cõmunẽ cõtra opi. Dy.firmat Ale.in plerisq; cõsiliis:videlicet cõs.lxxxiiij.in causa vertente inter camerã.j.col.j.vol.& cõs.iiij.videretur inspectis.vl. col.& cõsi.lxxix.viso pũcto.iij.col.& consi.ccxiij.viso & opportune discusso.col.pen.vers.secũda ratione.ij.vol. & plene cõsi. lxiij.stantibus his.col.ij.ver.præsupposito.& cõsil.xcix.videtur prima facie dicẽdũ.vl.col.iiij.vol. & cõsi.v.videretur pro decisione.circa si.ij.co.v.vo.vbiq; cõcludẽs quòd mala fides defuncti impedit hæredẽ præscribere : & inchoare præscriptionẽ ex persona sua:siue in actione reali:siue in personali: quãuis ipse habeat iustã ignorãtiã & præsumptã bonã fidẽ : per l. qui alterius ff.de reg.iur.de vtroq; iure & hanc partẽ esse seruãdam in vtroque foro:& vbique damnat opinio. Dyñ.in d.c.possessor.

Eandem conclusio. contra Dyñ. firmat late Ro.cõsi.ccj.pro decisione:& Panor.cõsi.cx.nitar in præsenti causa.in xiiij.q. & consil. cxxv. facti contingentia sic proponitur : vbi dicit quòd semper legendo & consulendo tenuit contra Dyñ.

Eandem opinio. cõfirmat Aret. in §.sed tamen.inst.de vsuc.

Sed pro cõtraria opi. Dy.in d.c.possessor.colũ.si. quod mala fides defuncti non noceat hęredi volẽti inchoare præscriptionem ex persona sua:cõsuluit Alex. sibi contrarius cõsi.cx.visis acutissimis dubitationibus. prope si.j. vol.& consil.xxxix.visis scripturis.j.colum. & consi.cxxxiiij.& in causa & lite vertente inter Albertinum.circa fin.ij.vol. & Pau.de Castr.consi.ccxcij. aliàs cclxxxviij. visa suprascripta facti narratione. Et do.Petrus phi.Corne.consi.clxxvj.ad euidentiam.ij.& iij.col.j.volu. & consil.cxxxviij.videtur per totum : & consil.xvj.viso primo themate.col.ij.in si & seq.ij.volu.& consi.ccciiij.rem arduam. xiiij.colum.iij.volu.& consi.xciij.quia causa.& consi.cclxxvij. ad euidentiam.penul. col.iiij.volu.& Io.de Imo.consil.xliiij.in casu præmisso.versi.circa secundum.

Sed propterea nõ videtur in iudicando & consulendo recedendum ab alia opi.contra Dy.pro qua frequentius & plenius consuluit Alexand.& quam docto.attestantur communem & quæ fulta est longè pluribus autoritatibus vt suprà patet.

Limitatur ista communis conclusio contra Dy.vt non procedat in tribus casibus in quibus saluatur opin.Dyn.

13 † Primò igitur limita:vt non procedat in successore vniuersali in prælatura,& dignitate,siue in beneficio: quia licet prædecessor suus fuerit in mala fide: nõ impeditur præscriptio ex sua persona:vt no.glo.& docto.in c.cura.de iurepatro.Sequitur Alex.in d.l Pomponius.§.cum quis.col.vj.vel vij.ff.de acquir.pos.Alex.præallega.consi.lxxxix.iij.col.ij.volu.& consi.lxiij.ij.col.iiij.volu.Et firmant gl.& Pa.in c.de quarta.col.ij.& ibi Feli.col.vj ad fin.de præscri.vbi tangunt:an successor in prælatura bonæ fidei possit complere præscriptionem inchoatam per prædecessorem suum cum mala fide:& sic iungendo tempora autorum:& concludunt quod non.

Secundò limita:vt prædicta conclusio non procedat in hærede:qui fecisset inuentarium solenne ad formam.l.fina.cũ ibi no.C.de iu:deli.& possedisset xxx.annis cum bona fide.Tunc enim præscribit rem etiam sine titulo ex sua persona:quia titulus non erat necessarius. Et inuentarium ipsum conseruat: ne sibi noceat mala fides defuncti:cum non velit vti titulo defuncti.Nec quo ad dominium,nec quo ad possessionem.

Ita decidit no.Alex.in d.l.Pomponius.§.cum quis.col.vj.seu vij.circa med.versi.tamen in vno casu.

Tertiò limita: vt prædicta conclusio non procedat in præ-
14 sumpta mala fide,† præsumpta mala fides defuncti causata ab errore iuris non nocet hæredi in præscribendo.glos.est no.in l.tutor rerum.in glo.magna.in fin.ff.de admi.tut.quam dicit singularem & multum commendat Pau.de Castr.in l.nũquam.in prin.ff.de vsucap.& declara vt ibi per eum: & per Alex.in d.§.cum quis.col.vj.vel vij.versic.vnum addatis.vbi mandat illud perpetuo notari.

Et in tribus casibus saluari potest opi.Dyn.communiter reprobata.

Has duas vltimas saluationes refert & sequitur Feli.in d.c.si diligenti.col.v.

15 † Quartò limita:& salua opi.Dy.vltra Alex.vbi suprà in alio casu videlicet quando hæres vellet præscribere ex titulo, quẽ habuit à tertio:siue illum habuerit ante mortẽ testatoris: siue post.

post. Tunc enim mala fides defuncti sibi nõ nocet: quia etiam si non esset hæres: præscriberet. text. est no. in l. an vitium. §. fin. ff. de diuer. & tempo præscri.

Ratio est: quia quo ad illam rem successit in locum extranei: non autem in locum defuncti habentis malam fidem, vt dicit ille no. text. quem pro singulari no. Bald. ad hoc in l. cum qui. §. in hac. ff. de pub. & Ang. in §. ait prætor. ea. l. & not. Lud. Roma. & Ias. in d. l. Pomponius. §. cum quis. colum. iiij. versi. limita dupliciter.

Et vltra Ias. addo Alex. consi. lxxix. visis scripturis. j. col. ij. volu. vbi dicit: quòd hæc limitatio est etiam de mente gl. in c. cùm quis in ius. de reg. iur. in vj. quæ sentit expresè quod vbi e hæres non se fundat in titulo & iure defuncti: sibi eius mala fides non nocet[e].

ADDITIO.

a Vide Arc. in d. §. furtiuæ. vbi declarat: quæ vitia dicantur realia: & quæ personalia: & quę noceant successori: tam vniuersali quàm singulari.

b An hæc sint conuertibilia, competere publicianam pro aliqua re & eam posse præscribi: vide pulchrè per Bald. in rep. l. fi. col. xv. in fi. C. de præscript. long. tempo.

c Vide latè Pau. de Cast. consi. ccxcij. visa suprascripta in antiq. & Barbat. consi. ix. supremi dei. col. vj. & consi. xij. præclare scribitur. col. xij.

d Vide ibi. d. claudium. Aquen. qui nouiter distinguit in hoc arti. & refert Areti.

e Adde Pau. de Cast. consi. ccxcij. visa suprascripta in antiq. vbi plenè tractat: an mala fides autoris noceat successori vniuersali: & an hæres bonæ fidei possit præscribere ex tit. defuncti: qui erat in mala fide. Sed nõ puto: quòd bene loquatur: per ea quæ dixi suprà in hoc articulo.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio triginta annorum vel longioris temporis, an de iure canonico procedat cum mala fide in actione personali?*

2 *Qui totum dicit nihil excludit.*

3 *Debitor non peccat sciens se debere si sit paratus soluere.*

4 *Mala fides impedit præscriptionẽ in actione personali sicut in reali.*

5 *Conclusio quod mala fid s impedit præscriptionem in actione personali non procedit vbi actio est personalis, & habet tempus limitatum à lege.*

6 *Pœna conuentionalis: aut legalis & statutaria, seu consuetudinaria quo pacto possit exigi?*

7 *Debitor non præscribit in actionibus sui natura temporalibus, quæ potius sunt ad interesse, quàm ad pœnam.*

8 *Nunquàm præscribitur vbi ius agendi fundatur super peccato.*

9 *Conclusio quod actioni personali non præscribitur cum mala fide, limitatur vt procedat, quo ad creditorem, cui actio competit: secus si nondum competit.*

10 *Hæreditas non adita regulariter non transmittitur saltem ad extraneos.*

11 *Hæreditas antequàm adeatur non dicitur in bonis.*

1 Ecimotertiò principaliter quæro. † vtrum de iure canonico præscriptio triginta annorum vt longioris tẽporis procedat cum mala fide in actione personali? Nam de iure ciuili certum est quòd tanto tempore tollitur omnis actio realis & personalis, non attenta bona fide, quæ non consideratur in personalibus actionibus: sed solus temporis cursus triginta vel quadraginta annorum. l. sicut l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum. & l. ij. C. de cõsti. pecu. quinimmo tanto tempore etiam fur, & raptor præscribunt secundum leges: vt est casus. in l. j. §. ad hæc. C. de anna. excep.

Sed maxima est dubitatio an iura canonica in hoc corri-
a gant iura ciuilia[a]. Barto. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & in l. hæc autem iura. ff. de serui. vrba. prædi. tenuit quòd l. sicut. & l. cum notissimi &c. non corriguntur: quatenus loquuntur de personalibus: quia vt ipse dicit: iura canonica: videlicet tex. in c. vigilanti. & in c. fina. de præscript. & in c. possessor. de reg. iur. in vj. loquuntur de possessore malæ fidei, & in actionibus personalibus non datur possessio, secundum Bart. ideo non requiritur bona fides: quia ex parte debitoris nõ est possessio. Sed præscribit potius per negligentiam non petentis.

Et ideo concludit: quòd prædicta iura canonica loquuntur in præscriptione rei corporalis, quæ ex possessione procedit. Non autem in personalibus: quæ nõ possidentur. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquirendo rerum dominio. & tandem Barto.

le sub

se submittit determinationi sanctæ matris ecclesiæ & theologorum.

Et ante Barto.ista fuit opi.Hostien.de quo ipse nullam facit mentionem : in summa in tit.de præscript.re.immo.§.quæ res. colum.j.versicu.actiones vero personales: vbi firmat quod per iura canonica non derogatur legibus antiquis quo ad actiones personales,quia non in personalibus:sed in realibus tantum locum habent : vt patet ex lectione ipsorum iurium secundum Host.qui ibi latè prosequitur hunc articulum , & latius quàm Barto.

Et opi.Barto.in dicto §.si viam sequi videtur Bald.in foro ciuili.in §.si quis per triginta.colum.tertia in titu.si de feu.fue. controuer.dicens quod in foro Iustiniani vera est opi.Barto.licet secus sit de iure canonico:quia cum ille,qui scit se debere semper peccet,præsertim si dies vel creditor interpellauit.l.dolus.ff.man.merito non debet in suo delicto foueri.c.finali.de consuetu.

Et hanc opinio.Hostien.& Bart.pertinaciter defendit Prac. papi.in forma responsio.rei conuen.in gloss.in verbo præscriptionis:quàmuis non alleget Hostien.Vbi plus ausus est dicere quod indistinctè seruari debet ius ciuile in materia præscriptionis in foro seculari:& quod leges ciuiles permittentes pręscriptionem cum mala fide non sunt correctæ. Asserens quod ista opi.tanquàm verior communiter practicatur tam in personalibus quàm in realibus:non considerata distinctione Barto. in d.§.si viam.quæ vt ipse dicit non attenditur,nec practicatur nec facit differentiam inter reales & personales in foro ciuili: & temere loquitur contra ecclesiam , & mouetur satis debili fundamento:& errat apertè.

Et pro ista parte consuluerunt aliqui moder. relati in calce huius quæstionis.

Contrariam partem,quòd iura ciuilia quæ permittunt præscriptionem cum mala fide sint in totum correcta per iura canonica,nedum in actionibus realibus & rebus corporalibus, sed etiam in personalibus & iuribus incorporalibus,communiter tenent docto.tam cano.quàm legi.& hæc primò fuit opi. Inno.& glos.in c.finali de præscriptio.quam sequuntur ibi omnes cano.maximè Butr.& Imo.qui hunc articulum latissimè disputat ad vtranque partem in repet.illius c.finalis columna vndecima & duodecima,cum quinque seq.in eo multum se inuoluens & ad fi.decimætertiæ columnæ attestatur quod opi.

Bart.est communiter damnata.& idem Imo.in d.l.sequitur.§.si viam.hunc articulum disputans per tres col.& ibi refert circa finem secunda columna.quòd communis opinio est contra Barto.& quòd contra ipsum de facto consuluit. Cuius opi.confutat etiam per plura Panormi.in d.c.finali.columna secunda.cùm tribus seq.post longam discussionem. conclusiuè distinguens. An præscribens sit in peccato:vel non:vt ibi per eum:& latè in c.quod clericis.columna penultima,de foro competenti.& eius distinctionem sequitur solennis docto.domi.Bap.de sanct.Seue.in rep.l.omnes populi.in viij.char.columna prima, cum seq.versicu.secundo infert Bart.ff.de iustitia & iure.& secundum opin.Panormi.consuluit Cuma.consilio lxxvij.statuto ciuitatis Vincentiæ.columna prima.versiculo mihi autem. & videtur eandem opin.tenere Alexand.consi.lxxxij.videtur prima facie dicendum.secunda columna.quarto volum.Contra Bart.tenet etiam Ang.in repet.l.j.in fi.commen.C.de iudi. & in d.§.si viam.Bal.in l.prima.C.de serui.& aqua & in d.auth. ad hæc.in fi.secunda columna.C de vsuris.dicens quòd cano. communiter tenent oppositum. & idem in l.prima C.de præscript.xxx.ann.Et opi Hostien.& Barto.confutat per plures rationes Petr.de Ancha.in c.sine possessione.col.viij.de re.iud.in vj.concludens quòd iura ciuilia corrigantur per iura canonica tam in personalibus,quàm in realibus : vt præscriptio non habeat locum cum mala fide. Hunc articulum diffusè explicat Feli.in d.c.fina.columna prima & secunda.cum seq.de præscri. adducens plures autoritates ad vtranque partem : & demum concludit hanc esse communem opi:contra Hostien.& Barto. & reprobat distinctionem Panor.ibi,probans quòd sua opinio implicat contradictionem.

Et istam partem tanquam veram & communem, quòd mala fides impediat præscriptionem in actione personali & iuribus incorporalibus contra Hostien.& Barto.& quòd sit seruanda in vtroque foro:firmat Alexand.in plerisque consiliis,videlicet consi.clxxxv.viso tit.q.ij.du.antepen.col.ij.volu.& consi. xxxiij.viso processu causæ,prima columna.tertio vol.& consi. lxiij.stātibus tertia columna,& consi.xcix.videtur prima facie. j.& ij.col.iiij.vol.& consi.lj.videretur pro decisione.j.ij.colum. quinto volumine.

Et in his duobus vltimis consi.latius examinat & comprobat hanc partem bonis rationibus & fundamentis:confutando per plura partem contrariam.

Eandem

Eandem opi.contra Host.& Bart.sequitur: & dicit communem do.Præpo.in §.si quis per xxx.circa fin.commen.in titul.si de feud.fuer.contro.& domi.Philip. Franchus in ca.possessor.
b col.ij.de re.iud.in vj.dicens, quòd hæc opin.contra Bart. [b] videtur verior:& vt tutior tenenda:licet opi. Bar.fortè procederet de iure in foro ciuili secundum eum: quod tamen est verum:vt ex præmissis liquet. Et hanc partem contra Bar.in d.§. si viam.tenet etiam Fulg.consil.cxxiij. S. & P.ciues.j.col.referens, quòd sic se habet communis opin.çano.

Et pro ista parte adducit Felin.in d.c.fin.duas efficacissimas rationes: quæ fuerũt Imol.in d.§.si viam.col.iij.& iiij.quas latius deducit Alex.in cõsiliis præal.maximè cõsi.lib.quinti.vol.

Et potissimum fundamentum sumitur ex text.in d.c.fin.qui
2 vtitur vniuersali negatiua, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canoni.quàm ciuilis. † Nam qui totum dicit: nihil excludit.c.si Romanorum.xix.dist.& c.solitæ.de maio.& obe.l.Iulianus.in prin.ff.de leg.ij. Nec distinguit ille text.inter actionem realem & personalem sed generaliter loquitur:ergo generaliter & indistinctè debet intelligi.l.j.§.& generaliter.ff. de leg.pręstand.l.si quis sic.& ibi not.Alex.ff.sol.mat.Ad quam regulam plura cumulat Ias.in l.quamuis.ff.de in ius vocan.

Secundò quia ratio peccati super qua fundatur dispositio d.c.fi.quæ est expressa in text.ita militat in actione personali: sicut in reali.Ideo ex quo concernit salutem animæ dispositio illius cap.licet correctoria:debet extendi.vt latius per Imo.& Alex.vbi.s.Et sic est tenendũ. Pro parte tñ contraria & secun. opi.Host.vbi.s.& Bar.in d.§.si viam.latè cõsuluit.d.Mari.Sozi. cõsi.cciij.circa primũ consultationis articulũ.per totũ:quã conatur substinere per plura: & ibi col.ij.ausus fuit affirmare: ꝙ opi.Host.& Bar.est cõis:& eandẽ opi.tenuit ipse Maria.in repe.rub.de causa pos.& ꝓpri.licet veritas sit in cõtrariũ.vt ex p̃missis patet.Et pro opi. Host.& Bar.cõsuluit etiã.d.Petrus Phil. Corn.cõsil.clxxvj.ad euidentiã.col.ij.& iij.& cõsi.cxxxviij.videtur per totũ.j.vol.& cõsi.ccvj.circa them.ij.vol.vbi cõcludit
3 † ꝙ debitor nõ peccat:si sciẽs se debere parat⁹ est soluere: maximè in his quæ debent᷑ officio iudicis.& latè idẽ Cor.cõs.cclj. in hac cõsultatione:& cõsi.cclxxv.quanq̃ col.j.vers.& dato.& col.pe.ver.cessat ergo.iij.vol.& cõs.cclxxvij.ad euidẽtiã.p totũ iiij.vol.vbi conat᷑ dare nouũ intellectũ ad tex.in d.c.fi.de p̃scri. & ad §.habeat.in auth.vt eccl.Ro.col.pe.Et opi. Bar.videt᷑ seq. d.Phil.Franc.in d.c.possessor.col.fi.de reg.iur.in vj.Sed ꝓpterea receden

recedendum non est ab opi.communi contra Host.& Bart.

4 Et sic remanet firma conclusio † quòd mala fides impedit præscriptionem in actione personali, sicut in reali, secundum veram & communem opi.

Hanc communem conclusionem limitat & restringit Feli. quatuor modis in d.c.fi.col.ij.& iij.de præscr. Referam solum duas limitationes. videlicet primam & vltimã aliqua addendo: omissis aliis restrictionibus, quas Felin.non firmat: & quæ sunt modici effectus.

5 † Primò limitatur prædicta cõclusio: vt non procedat vbi actio est specialis: & habet tempus limitatum à lege vt actio furti ad duplum, vel quadruplum: actio vi bonorum raptorum iniuriarum,& similes: nam istæ actiones finiuntur, & præscribuntur per debitorem etiam scientẽ lapso anno: vel alio tempore à lege ciuili diffinito, quia cessat ratio peccati,& iniustæ retentionis: cũ pœnæ legales non sint debitæ in foro conscientiæ, vt vult gl.repu.sing.in c.fraternitatis.xij.q.ij. Quam plenè discutiunt Panor.& Feli.in c.j.col.xij.cum seq.de consti. Not. Panorm.in procę.decreta.super verbo Rex pacificus.col.iiij.& Ias.in §.sed istæ.in vlti.char.insti.de actio. Ita limitant Panor. & Felin.in d.c.fin.col.ij.

Sed moueo dubium. Quid in pœna conuentionali? An illi præscribatur per debitorem scientẽ tempore legali, & spacio triginta anno.quo spacio regulariter tollitur omnis actio personalis? hæc.q.dependet ex hoc. An talis pœna censeatur apposita in fraudem vsurarũ:& sic an exigi possit de iure canonico.

Quem articulum examinãt gl.& doc.maximè Bal.in l.cum allegas.C.de vsur.& late not. Alexã.consil.cix.titulus quæstionis.iij.col.iij.dub.ij.vol.& cõsil.xlix.paucis vtar: quod est consilium d.Ant.de Prato veter.ij.iij.& iiij.col.& quasi per totum. & consi.l.viso instrumẽto transactionis.quod est Alex. & consil.seq.quod est alterius iiij.vol.& Alex.consi.xcvij.viso instru-
6 mento.eo.vol.& pulchre Ro.consi.cxliij.licet varie.† vbi ponit de pœnis conuentionalibus, legalibus, statutariis,& consuetudinariis, an possint exigi.& plenè not.Aret.& Iaso.in §.omnes. col.antepenul.& pen.insti.de actio.& cõiter concluditur, quod aut pœna conuentionalis est adiecta facto, & põt exigi & debet etiã in foro canonico. Aut vero est apposita dationi quantitatis:& præsumitur adiecta in fraudem vsurarũ: vt probatur. & not in d.l.cum allegas.per gl.& doct.& in l.Iulianus.§.idem Papinianus.ff.de actio.empt.vbi bona glo.

Et

Et hanc materiam latè tradit Alex.post alios.in l.stipulatio ista.§.alteri.col.iij.& iiij.ff.de verbor.obligatio.

7 Secundò limitatur prædicta conclusio : vt non procedat in actionibus, quæ sunt sui natura temporales: nec continent pœnam, sed potius dantur ad interesse: in quibus lex præfixit certum tempus ab initio : quia sic visum fuit expedire reipublicæ: vt in actione de dolo.l.fin.C.de dolo. & quanto minoris, redhibitoria, & similibus enumeratis per gloss.insti.de perpe.& temp.actio.in prin.super verbo.plerunque:quia in istis nō sunt correcta iura ciuilia: nec habetur distinctio bonæ vel malæ fidei secundum Paul.de Cast.in d.l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuc.Tunc enim:vt ipse dicit propriè loquendo:debitor nō præscribit, sed ipsæ actiones sui natura intereunt, cum fuerint introductæ cum certa temporis meta.

Et not.latius Panor.in c.fi.col.iij.ver.sed ego dubito.de prescrip.vbi cōcludit, ꝙ licet in foro ciuili nō possit agi post tempus,quia non datur amplius actio, & ius ciuile potuit tollere quod dedit, vel potius nō dedit vltra tempus præfinitum. Tamen non potuit tollere quin iustitia saltē ratione peccati ministretur. Ex quo subest æquitas iuris naturalis iuxta not.per Inno.in c.quæ in ecclesiarum.de consti. Et ideo poterit secundum cū ratione huius æquitatis naturalis, & peccati agi in foro canonico per viam denunciationis iudicialis.iuxta not.in c.nouit.de iudic.secus autē vbi lex introduxit actionem temporalem ex suo arbitrio:ita ꝙ nulla culpa, seu delictum reperitur ex parte alterius:quia tunc post tempus agi non pōt cum non subsit causa agendi, nec materia peccati secundum Pan.

8 † Et pro hoc ꝙ possit post tempus haberi recursus ad ecclesiam ratione peccati adducit gl.sing.in c.admonere.xxiij.q.ij. quæ vult ꝙ vbi ius agendi fundatur super peccato nunquàm præscribitur.Et notat idem plenè.in ca.licet causam.col.xij.& xiiij.de prob.Et cum hac opi. Panor.transit Feli.in d.c.fi.col.ij. ver.recipit tamen &c.cum modificatione: dummodo concurrat dolus:quo cessante tenet ipse quòd currat præscriptio legalis in istis actionibus temporalibus.

Confirmatur ista cōclusio per id quod voluit gl.communiter approbata in authen.quas actiones.in verbo durantibus.C. de sacrosanc.eccl.& Pan.in c.cū causam.col.ij.vel.iij.de empt. & vendi. Not.Feli.in c.de quarta.ad fi.de præscri.vbi volunt ꝙ circa istas quas lex ab initio introduxit cum certa præfixione temporis, nihil sit immutatū de iure canonico:ita ꝙ illo tempore

pore præſcribitur etiam contra eccleſiam & clericos.

9 † Tertiò limitatur ſingulariter vltra Feli.& omnes in d.c.fi. prædicta communis concluſio:quæ habet,ꝙ actioni perſonali non præſcribitur cũ mala fide:vt procedat quo ad creditorem: cui actio competit.ſecus ſi nondum competit: ſed competere poteſt acceptãdo:vt in legatario quantitatis,vel ſpeciei. Ante enim quàm acceptet hæres contra eum præſcribit in actione perſonali: licet ſciat legatum factum:nec tũc dicitur præſcriptio malæ fidei: poſtquàm non apparet legatariũ agnouiſſe legatũ.Ita ſingulariter limitat:vel potius declarat Petr.de Anch. in c.ſine poſſeſſione.col.ix.de regul.iur.in vj.vbi dicit hoc eſſe nouum dictum:& ꝙ ita reperit conſuluiſſe Bal.refert & ſequitur do. Sozi.conſil.lxiij.in cauſa vertente inter dominam Catherinam.col.iij.verſi.præterea.quod eſt perpetuo notandum.

Ex quo infero,ꝙ prædicta cõis concluſio procedit, vbi agitur de iure iam quęſito tollẽdo.ſecus ſi agatur de iure quęrendo:quia tunc mala fides nõ impedit præſcriptionẽ.Tunc enim propriè non eſt dare malã fidem , vbi adhuc non eſt ius quæſitum parti:quæ eo caſu nõ dicitur damnũ pati : ſed nõ acquirere : & non ſunt paria lucrũ perdere & damnũ pati : vt ſunt iura vulgata.& facilius tollitur ius quærẽdum quàm ius quæſitum & radicatum:vt plenè not.in l.non amplius.in princ.ff.de leg. j.& in l.filius.& in l.ſeruus.C.de pact. Vnde ſequitur ꝙ in iure adeundi:quod tollitur, & præſcribitur triginta annis,vt cõiter concludũt,doc.in l.licet.C.de iure delib.mala fides nõ impedit præſcriptionẽ:quia non põt dici quæſitum re ante accepta-

10 tionẽ,ſiue agnitionẽ. † Hinc eſt ꝙ regulariter hæreditas non adita non trãſmittitur ſaltem ad extraneos.l.j.§.in nouiſſimo. C.de cadu.tol.& l.cũ antiquioribus cum materia ſua.C.de iure

11 delibe.† Quia hæreditas anteq̃ adeatur:non dicitur in bonis. Nec ius adeundi,vt eſt caſus repu.ſing.in l.prætia rerũ.in ver. eſt enim abſurdum.ff.ad legem Falcid.& ibi per doct.Not.Iaſ. in l.emancipata.col.ij.C.qui admit.Alex.conſil.ij.viſa codicillis legitimatione.v.col.j.volu.& conſil.cxiiij.pro deciſione ſupradicta.vltim.col.iij.volumi.

Et idem in præſcriptione legitimæ , & in iure offerendi : in pacto de retrouendendo , & aliis quæ non competunt : niſi acceptantur : vel quæ conſiſtunt in facultate partis: vt latius dicam in quarta parte quintæ partis huius tractatus.in tertia, quæſtio. vbi omnino vide.

Et duos not.caſus in quibus de iure canonico procedit præ-

ſcriptio

ſcriptio cum mala fide:notat pulchrè Bald.conſi.ccliij ad euidentiam.vlti.dub.ij.volu.& verum dicat: vide vbi ſuprà & miror quod Felin.non ponat iſtam ſingularem declarationem in dicto capitul.fina.quæ eſt admodum neceſſaria,& peregrina, & bene ſignanda.

ADDITIO.

a Adde quòd opinio Bart.in §.ſi viam. ſequitur Bald.conſil. ccccxx.quædam ſcriptura.circa med.ij.col.in iij.volu.

b Adde quòd iſtam partem contra Bart.firmat Bertachin. & comprobat pluribus in repertorio in verbo præſcriptio.ij.in fin.ſecunda, colum.& ſequen.& Rapha.Cuman.conſil.cxlvij. domina comitiſſa.

SVMMARIVM.

1 Statutum quòd ſi creditor nõ petierit debitum infrà certum tempus cadat à iure ſuo,vel quòd vlterius non audiatur,an valeat?

2 Statutum,quòd actio perſonalis,realis, vel mixta tollatur ſpacio xxx.anno.vel minori quomodo ſit interpretandum?

3 Diſpoſitio ſtatuti quòd poſsidens rem pro ſua ſpacio xxx.ann.quomodo ſit intelligenda?

4 Quod præſcriptio ſtatutaria non currit cum mala fide.& ſic quòd ſciens ſe debere non præſcribat,quomodo exponatur?

5 Statutum diſponens,quòd qui non petierit debitum infrà tale tempus cadat à iure ſuo quomodo diſtinguatur?

6 Statuto non poteſt induci præſcriptio cum mala fide: & in quibus hæc concluſio limitetur?

7 Statutum permittens præſcriptionem cum mala fide non valet, niſi ex cauſa.

8 Creditor in agendo aſſumens pro ſe adminiculum ſtatuti: & ſic executionem paratam inductam à ſtatuto: debet etiam contra ſe recipere exceptionem ex eodem ſtatuto procedentem.

9 Statutum permittens præſcriptionem cum mala fide valet, vbi poſt tempus præſumitur contractum fictum,vel ſimulatum.

10 Statutum diſponens, quòd qui non petierit debitum infrà tale tempus &c.in quibus locum habeat,vel non?

Verbum vniuerſale, vel indefinitum non dicitur liberare eum, qui poteſt conueniri rei vendicatione.

11 Debitum iuratum non tollitur præſcriptione ſtatutaria.

Iuramentum habet vim litis conteſtationis.

Statutum

12 *Statutum vel alia dispositio simpliciter loquens nunquam trahitur ad actum iuratum, nisi de iuraměto faciat expressam mentionem.*

13 *Statutum non potest eneruare rationem, siue obligationem naturalem, & veram iustitiam.*

14 *Autoritate canonis potest ex causa rationabili, & in certis casibus induci prascriptio cum mala fide.*

1 DEcimoquarto principaliter quęro. † Vtrũ valeat statutũ qđ si creditor nõ petierit debitũ infrà certũ tẽpus cadat à iure suo. vel ꝙ vlterius nõ audiatur: adeo quòd sciẽs se debi-
a torẽ præscribat. & sic an statutũ [a] possit inducere præscriptionem cum mala fide? Bar. in l. sequitur. §. si viam. circa med. ver. & idem puto. ff. de vsucap. tenet tale statutum valere, dicens quòd primo casu: quando dicit statutum cadat à iure suo, tollitur obligatio ciuilis, & effectus naturalis iuxta not. per eum in l. fi. ff. rem rat. habe. Secundo vero casu quando dicit statutum. Non audiatur: nulla obligatio tollitur: sed via agẽdi præcluditur. Ideo remanet tunc via agendi per remedium denuntiationis euangelicæ iuxta not. in c. nouit. de iudi.

Eandem opin. tenuit Bar. in l. j. ff. de vsucap. & in l. nemo potest. col. iiij. de legat. j. vbi intantum hoc statutum approbauit, quod dixit illi non posse per pactum renuntiari. quia secundum eum est introductum principaliter fauore publico: & in odium negligentis.

Et quòd tale statutum valeat sensit idem Bar. in l. ait prætor. §. hi planè. ff. ex quibus causis maior. & in l. legaui. ff. de liber. legat. & in l. cum mulier. ff. solut. matrimo. & in l. ambitiosa. in iiij. col. ff. de decre. ab ord. facien.

Et opi. Bar. secutus est Ange. in repet. l. j. char. pen. C. de indi. examinans hanc q. per duas col. vbi plus voluit: quod per tale statutum indistinctè tollatur naturalis, & ciuilis obligatio ipso iure. Ita quòd non poterit haberi recursus ad ecclesiam cõtra debitorẽ post terminum statuti per viam denuntiationis euangelicæ, & malè vt infrà dicetur.

Et hanc opi. tenuit do. Petrus Philip. Corn. consi. cclxxvij. ad euidentiam per totum. iiij. volu.

Contrariam partem: quòd tale statutum non valeat in vtroque foro tanquam nutritiuum peccati firmat Ioan. And. in c. ij.
b de excep. in vj. & Barto. sibi contrarius in l. omnes populi [b] in ij. q. iij. prin. circa vij. vel viij. col. ver. ecce alia. ff. de iusti. & iu. decidens

cidens non valere statutum: quòd qui per x. annos debitum non petierit: cadat à iure suo: quia nec valeret lex imperialis: quæ hoc diceret: sed si statutum dicat, quòd contractus seu instrumentum fictitium præsumatur: si debitum non fuerit petitum infra tale tempus: tunc valeret: quia talis causa excludit peccatum secundum Bart. Bal. vero in authen. ad hæc. col. iij. ver. sed ponamus. quòd statuto. C. de vsur. dicit quòd statutum per quæcunque verba loquatur: siue disponendo, fingendo: non potest tollere naturalem obligationem, & ipsam veritatem seu naturalem iustitiam, in quam fundatur euangelica denuntiatio. ex quo concludit quòd poterit semper haberi recursus ad ecclesiam: non obstante statuto. Sed aliter in hac q. locutus est ipse Bal. in §. si quis per triginta. col. ij. ver. sed quæro nunquid per statutum. in tit. si de feu. fue. contro.

Istam. qu. latissimè examinat Imo. in d. l. sequitur. §. si viam. col. ij. in fin. cum duabus sequ. concludens veriorem esse opin. Bar. in d. l. omnes populi. in primo dicto. & tale statutum indistinctè non valere: & respondet ad motiua contraria: reprobãdo opi. Bart. ibi in vtroque membro: & Ange. in d. l. j. C. de iudi. Et dicit quòd communiter doc. tenent contra Bar. ibi.

Et contra Bart. in d. §. si viam. tenet etiam ibi Ang. sibi cõtrarius per text. in authen. vt eccle. Roma. §. j. vbi imperator appellat præscriptionem iniquum præsidium: & dicit quod præstat materiam peccati scientibus: & sic habentibus malam fidem. De quo text. plene dixi in prima parte princi. qu. vj. Et illum commemorat Panorm. in c. fin. in princ. iiij. col. de præscript. Paul. de Castr. in d. §. si iam. distinguit in hoc articulo: vt ibi per eum. Et eandem distinctionem repetit in l. hæc autem iura. §. de ser. ru. prædi. Verum sua distinctio non procedit vt infrà patebit.

Et quod tale statutum non valeat: data mala fide: tenent cõmuniter canon. in c. fi. de præscri. maximè Butri. & Panor. col. iij. Et idem Butr. in repet. c. peruenit. colum. xxvij. de censi. dicens: quòd etiam statutum principis inducẽs præscriptionem non procedit cum mala fide.

Et hanc partem latè firmat Alex. consil. clxxxv. viso titulo quæst. colum. pen. vers. nec prædictis habet obstare statutum ciuitatis. ij. vol. adducens quàmplurimas authoritates.

2 ¶Et amplius concludit: q; si statuto simpliciter caueatur: q; omnis actio realis: personalis: vel mixta tollatur spacio triginta annorum vel minori: tale statutũ debet interpretari secun-

dum ius commune:quando præscribens esset in bona fide:ne quis indebite damnum patiatur.Referens ita consuluisse Pau. de Cast.consi.ccxcvj.venditio ista in antiqua.

Et idem voluit Sozi.cons.lxxxvj.in causa cõmunitatis Castrimontis.col.pe.circa fi.versi.nec obstat statutum : quod est
3 repetitũ cõs.clxvj.vbi decidit:quòd si statutum disponat † ꝙ possidens rem pro sua spacio triginta annorum præscribat,debet tale statutum intelligi secundũ ius cõmune cõcurrente titulo,& bona fide:ne possessor cũ aliena iactura locupletetur. & alius indebitè damnum patiatur.

Et tale statutum nonvalere data mala fide firmat etiam do. Præpo.in §.si quis per triginta.col.j.in ti. si de feud.fue.contro.

Et pro hac parte latè consuluit Ioan.de Imo.consi. cxxiij.in causa quæ vertitur.col.j.& seq.ver.item non obstat quarta exceptio.Et d.Pet.Philipp.Cor.cons.lv.visis & diligenter ponderatis.iij.co.iij.vol.& latius consi.cclxiiij.in hac consultatione. j.vol.& consi.cccxxxviij.videtur in præsenti consultatione per totum.j.vol.vbi concludit ꝙ præscriptio statuaria nõ currit cũ
4 mala fide. † [c] Et ideo,quod sciens se debere non præscribit, &
c sic tale non statutum debere intelligi secundũ ius commune: qñ cessaret mala fides.&quòd si statutum disponat expressè,ꝙ etiam sciens se debitorem præscribat non valet: quia non potest statuto induci:ꝙ præscriptio currat cũ mala fide in actione personali : etiam in terris imperij : præsertim qñ interuenisset iuramentum:etiamsi præsumat dolum vel fraudem.

Et in præallega.consi.cccxxxviij.col.vlt.dicit ꝙ tale statutũ simpliciter loquens debet distingui secundũ ius canonicũ: videlicet,dũmodo debitor sit in bona fide: & sic qñ debitor ignoraret,& non esset in peccato: vt ibi latè per eum : & idem dicit ipse Corne.consi.clxxx.multum diffusè per totum maximè in ij.col.iij.vol.& in dictis consilijs attestatur, quod opin. Bart.in d.§.si viam.est communiter damnata:licet contra communem alibi consuluerit ipse Corne.pro opin. Bart.reprobata consil.cclxxvij.ad euidentiam per totum.iiij.vol.vbi nititur illam multum colorare:& dare nouum intellectum ad c.fin.d. præscrip.maximè in pen.colum.

Eandẽ conclusionẽ quod non valeat tale statutũ latè firmat solennis doct.do.Ioan.Bapt.de sancto Seueri.in repeti.d.l.omnes populi.co.xxij.vbi dicit hanc partẽ esse tenendam tanquã
5 communem. † Ex præmissis tres conclusiones correlariè inferuntur. Prima est quod statutum disponens , quod qui non

non petierit dêbitum infra tale tempus: cadat à iure suo aut quod vlterius nõ audiatur. Si simpliciter loquatur debet intelligi & restringi secundũ ius cõmune: scilicet, dummodo præscribens non peccet, & per consequens si sit in bona fide: vt concludunt Imo. Alex. Sozi. & Cor. in cõsiliis præalleg & do. Philipp. Franchus in c. possessor. col. iiij. de regu. iur. in vj.

Secunda conclusio est, quod tale statutũ valet: data bona fide præscribentis: vt quia ignorabat se obligatum, puta, ex contractu procuratoris habentis speciale mandatum: qui sibi postea non denuntiauit obligationẽ per eũ contractam virtute mandati: vel ex facto negotiorum gestoris, qui vtiliter gessit negotiũ ignorantis, & eũ sibi obligauit ex tali negotio vtiliter gesto. l. soluendo. ff. de nego. gest. & per totum: & est gl. magistra. in l. si pupilli. §. quid ergo. eod. titu. Potuit enim dñs probabiliter ignorare factum ipsorum, vt est casus in l. quod vulgo. ff. de vsuca. pro empto. not. Alex. cõsi. lxix. in causa & lite vertente. iij. col. iij. vol. Nam hoc casu dari potest bona fides in actione personali in ipso principali debitore secundũ do. Anto. in c. fin. de præscrip. & Imol. in d. §. si viam. col. ij. vltra med. versi. si autem loquimur. & Pau. de Cast. in l. fi. §. j. in fin. cõmen. ff. rem ra. hab. Et firmat do. Philip. Franc. in d. c. possessor. col. iij. ver. iij. limita. de reg. iur. in vj. referens verba But. & Imo. & est de mente Panor. in d. c. fin. col. v. circa finem. & tenet do. Bapti. de sanct. Seuer. in Repe. d. l. omnes populi. col. xxxij. versi. iiij. &c.

Sed non procederet ista cõclusio in hærede vniuersali. Quia licet ipse dicatur habere bonã fidẽ præsumptam propter probabilem ignorantiam: tñ mala fides defuncti sibi nocet: & impedit eum præscribere: vt suprà latè cõclusi in ix. qu. huius partis in ij. membro, licet præfati doc. vltimo allegati sentiant oppositũ in hærede debitoris non auertẽtes ad conclusionẽ prædictam. Tertia cõclusio est, quod tale statutum nõ valet: data sciẽtia, & mala fide debitoris. nec potest statuto induci præscriptio cum mala fide: vt cõmuniter concludunt docto. in locis præalleg. & confirmat Imo. consi. xxvij. in casu præmisso.

6 † Primo limita hanc communem conclusionem: vt procedat in vero debito. Secus quando esset debitum pœnale. Quia tunc valeret statutum quòd pœna peti non possit post tale tempus. Et hoc casu sciens præscribit: cum mera pœna non sit debita in foro conscientiæ. iuxta glos. in ca. fraternitatis. xij. qu. ij. Nam tunc cessat ratio peccati: super qua fundatur dispositio. c. fin. de præscrip. & per consequens mala fides

prout plenè dixi in præcedenti qu. Et ſic non eſt propria limitatio,ſed declaratio. Ita limitat do.Philippus Franchus in c. poſſeſſor.col.iij.verſic.ſecundo.limita.de regu.iur.in vj. referens ita tenere do.Anto.in c.fin.de præſcrip.& Imol. in d.l. ſequitur.§.ſi viam.Et hanc limita.ſequitur.do.Bapt.de ſan.Seue. in rep.d.l.omnes populi.col.xxxij.

Secundò limita iſtam concluſionem:quòd ſtatutum permittens præſcriptionem cum mala fide non valet niſi ex cauſa:vt contra perſonam odioſam,& contra quam ius præſumit,vt cõtra fœneratorẽ.Ita Bald.in ſua qu.incip. ſtatuto cauetur:quòd fœnerator.vbi decidit valere ſtatutum diſponens,quod fœnerator poſt quinquennium non audiatur,etiam ſuper ſorte. Refert & ſequitur Petr.de Ancha.in repe.d.c.poſſeſſor.col.xix. & ſeq.concludens valere tale ſtatutum:quòd qui per decem annos non petierit debitum cadat à iure ſuo, dummodo ſit fundatum in aliqua rationabili cauſa, vel ſi præſumit dolum aut fraudem,de quo vltimo ſtatim dicetur in iiij.limita.

Et iſtam limitationem ſequitur Butri.in d.c.fin.& d.Bapt.de ſanct.Seueri.d.l.omnes populi.colum.xxxij.ad fin.ver. quinto & vltimo,&c.

Contrarium tenet Imo in d.l. ſequitur. §.ſi viam. referens opi.Bal.& Pet. de Ancha.Motus quia licet fœnerator peccet: tamen debitor,qui ſortem vult retinere videtur etiam peccare.Et non debet quis in ſeipſo peccatum committere vt peccatum alterius puniatur:per id quod habetur in text. & gl. in c.verum.xiiij.diſt.Et ideo ſecundum Imo.non videtur tuta ꝑdicta deciſio etiam in fœneratore reſpectu ſortis.

Et opi.Imo.ſequitur do.Philipp.Franc.in d.c. poſſeſſor.col. iij.verſi.item ſecundo quæritur.de regu.iur.in vj.& ibi latè tractat de materia huius ſtatuti.

8 †Tertiò limita. Niſi ſtatutum inducat executionem paratã in inſtrumentis,vel aliis ſcripturis,& diſponat quòd ad impediendam executionem poſſit opponi exceptio debiti non petiti infra decem annos:vel quòd talis executio non poſſit fieri,niſi petatur infrà tale tempus : quia tunc non debet diſtingui,an debitor ſit in mala fide, vel non: quia ex quo creditor in agendo aſſumit pro ſe adminiculum ſtatuti , & ſic executionem paratam inductam à ſtatuto , debet etiam contra ſe recipere exceptionem ex eodem ſtatuto procedentem, vt eſt de mente Barto.in l.planc.ff.quod falſo tuto.an.& Ioan. de Imola.

mola.post Petrum de Anchara. in ca. fin. de vita & honestate clericorum.

Quod declara vt per Bart.& clarius Bald.in d.l.planè.& latius per d.Philip.Franchum.in d.c.possessor. col. iiij. vbi hunc articulum latè examinat.

Et quinque limitationes, seu casus in quibus saluatur opi. Bart.colligit do.Bapti.de sancto Seueri.in repe.d.l. omnes populi.colum.xxxij.

9 †Quartò,limita prædictam cõclusionem. Nisi statutum post tempus præsumat contractum fictum & simulatum. Nam tunc valet,secundum Bar.in d.l. omnes populi.loco præalleg.

Quem articulum latissimè explicat Feli.in d.c.fin. colum. iiij.& v.versicul.quarta declaratio. Sed non examinat dicta Barto.in d.§. si viam. quando statutum simpliciter disponeret: quod qui non petierit debitum infrà tale tempus : de cætero non audiatur:& nihil scribit de prædictis.

Et in præsenti articulo Felin. allegat primò aliquas authoritates pro opin.Barto.quod tale statutum valeat:quando præsumitur contractum simulatum post tempus. Deinde firmat communem opi.esse in contrarium.

Et tenendo primam partem affirmatiuam sub conditione: si vera est:limitat eam tribus modis ponens tres casus,in quibus non currit præscriptio statutaria etiã præsupposita validitate talis statuti, quos breuiter referã aliqua vtiliter addẽdo.

10 †Primò limitat Feli.hanc conclusionem Bar.vt procedat in petente rem sibi debitam.Secus si petat rem suam , & sic in agente rei vendicatione ad rem: quia tũc statutum disponens, quòd qui non petierit debitum infrà tale tẽpus non audiatur, non vendicat sibi locum secundum Roma.consi.ccj.pro decisione in princ. Quia strictè:quod meum est:non dicitur debitum.Gloss.ordi.institu.de actio.in princ.in verbo debetur. Et pro hoc allegat tex.singu.in l.Aurelius.§.Meuia.ff. de lib.leg. vbi probatur,quod in generali liberatione seu dispositione nõ veniunt ea quæ possunt vendicari.

Ad quem tex.vide Alexand.consi.xlvj.visis & accuratè consideratis.colum.ij.& consil.seq.circa primum.iij. colum. j.vol. quod est repetitum consi.cij.ij.volum.& consil.clxx.circa primum dubium.ij. colum.ij. volu.in quibus locis allegat Bald. in l.cum necessitate.C.de fideicom.dicentem: quod per verbũ vniuersale.vel indefinitum nõ videtur relicta liberatio ei, qui potest conueniri rei vendicatione , & de hoc dicit esse text.

singu.cũ glo.in d.§.Mæuia.& alia plura adducit Alex.in dictis consiliis.No.Iaſ.inſtit.de actio.in prin.col.antepe.in antiq.impreſ.& col pe.in noua.

11 † Secundò limi.Feli.vbi ſuprà prædictam concluſionem nõ procedere : quando debitum eſſet iuratum : quia non tollitur præſcriptione ſtatutaria:quàmuis ſtatutũ præſumat poſt tempus fraudem , vel dolum, ſiue contractum ſimulatum per not. per Barto.in l.nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ff.de iureiur. per illum text.Nam iuramentum habet vim litis conteſtationis:vt probat ille text.per quem actio perpetuatur in xl.annos l.fina.C.de præſcrip.xxx.ann.Et iſte eſt mirabilis effectus iuramenti etiam delati extra iudicium ſecundum Barto.quem ibi referunt:& ſequuntur Alex.& Moder.ita in terminis decidentes poſt Angel.& Roma.

12 d Addo vltra Feli.& alios efficacem rationem.†Quia ſtatutũ, vel alia diſpoſitio ſimpliciter[d] loquens nunquam trahitur ad actum iuratum:niſi de iuramento faciat expreſſam mentioné. gl.eſt no.& repu.ſing.in c.non deceat.in verbo effectus.de ele. in vj.& eſt bonus text.in c.conſtitutus.& ibi latè Feli.col.ij.de reſcript.no.Rom.ſing.inci.quòd diſpoſitio.col.j.Alexan.plenè conſi.cxxv.viſis & conſideratis.col.vlti.verſi.confirmo.j.vol.& conſi.ccv.viſis his quæ narrantur in fi.ij.vol.& conſi.xxix.ponderatis.col.pe.verſi.ad quartam.iij.volu.& conſi.cij.cum ſtatutum in x.arg.poſt med.iiij.vol.

Tertiò limitat Feli.prædictam conclu.Bar.procedere,dummodo ſtatutum præſumat ſimulationem ex aliqua iuſta cauſa ſecundum Pan.in c.quod clericis.pe.& vlt.col.de fo.compe.vt ibi latius per eum.Poſtea Feli.in d.c.fina.col.v.firmat concluſionem contra Barto.quòd imò ſtatutum non poſſit inducere præſcriptionem cum mala fide etiam præſumẽdo ſimulationem vel dolum.

Eandem concl.firmat.latè.do.Pet.Phil.Corn.conſi.cclxxiiij. in hac conſultatione.pe.&fi.col.j.vol.præſertim quando interueniſſet iuramentum:& do.Bap.de ſan.Seue.in repe.d.l.omnes populi.col.xxxij.vbi dicit hanc partem tenendam tanquã communiorem: ſcilicet tale ſtatutum non valere inquantum propter ſui generalitatem:aut expreſſè vellet debitoré eſſe tutum prædicta præſcriptione.Deinde Feli.vbi ſuprà ponit octo ſaluationes ad dictum Bar.ſed nullam firmare videtur excepta.ij.& iij.ad quam vide Cæpo.caute.xv.inci.vidimus.in c.fin.&c.Sed eam reprobat Fel.vbi ſuprà.

Et

Et contrarium apertè sentit Bal.in auth.ad hæc.col.iij.C.de
13 vsur.Dicens † quòd statutum per quçcunque verba loquatur:
siue disponendo:siue fingendo non potest eneruare rationem,
siue oblationem naturalem,& veram iustitiam.

Et vltra Fel.hunc articulum latius examinat do.Phi.Fran.in c.
possessor.col.iij.versi.sed quæritur.de reg.iur.in vj.post Pet.de
Ancha ibi.col.xix.& seq.vbi concludit quòd etiam in foro iu-
diciali non valeret tale statutũ:quando appareret de mala fide:
cum videretur esse factum statutum in fraudem iuris canoni-
ci per viam indirectam contra l.fraus.ff.de legib.& per not.in
regula c.cum quid vna.de reg.iur.in vj. Et sic de facili posset
elidi dispositio iuris canonici secundum Imol.in d.l.sequitur.
§.si viam.& in c.fi.de præscript.dicit tamen Imo.prædicta pro-
cedere : nisi aliter probaretur de fraude, vel simulatione : quia
tunc haberet locum dictum statutum constituto de mala fide
per veras,siue præsumptas probationes , vt ibi per eum, quem
refert & sequitur do.Phil.Franc.vbi suprà.

14 † Quarto limita vltra Feli.prædictam principalẽ conclusio-
nem,vt non procedat quando præscriptio induceretur per sta-
tutum canonis:quia autoritate canonis seu Papæ ex causa ra-
tionabili posset induci in certis casibus præscriptio cum mala
fide.Lex autem ciuilis & sic statutum laicorum,nõ posset hoc
inducere. Ita dicit Pan.in c.j.in j.no.de præscript.per tex.cum
glo.no.in c.inter hæc.xxxij.q.ij. Addo Bal.in §.si quis per xxx.
circa prin.commen.in tit.si de feu.fue.contro.vbi refert Inn.in
c.cura.de iurepa.dicere quòd tutus autoritate canonis præscri
ptionem inducentis non debet dubitare de conscientia.

Et per ista remanet expedita ista xiiij.prin.q. An statutum
possit inducere præscriptionem cum mala fide.

Quid autem econtra:an statutum possit tollere præscriptio-
nem dicetur infrà in v.par.princi.

ADDITIO.

a An præscriptio statutaria procedat cum mala fide vide per
Pau.de Cast.cõsi.cclxxxv.alias.cclxxxviij.hæreditas in antiq.
Mathesi.in notabilibus.fo.xiij.col.iiij.vbi cõcludit quòd leges
& statuta permittẽtes præscriptionem cum mala fide:ipso iure
non valent tanquàm nutrientes peccatum & Abb.Pan.consi.
lxxvij.circa primum breuiter dico vlt.du.vlt.col.j.vo.& Raph.
Cuma.consi.lxvij.statuto ciuitatis & an tale statutum valeat.
vide per eundẽ consi.xc.visa copia præcepti.& Ful.cõsi.cxxiij.

Sal.& Pet.ciues.col.j.vbi firmant quòd præscri.statutaria scientibus non prodest.

b Vide latè do.Bap.de san.Seuer.in sua repe.d.l.omnes populi.colum.xxxij.

c Adde consilia suprà allega.in capite huius quæstionis.

d Quid autem si statutum laicorum disponeret super viribus contractus iurari:& sic faceret expressam mentionem de iuramento an valeat tangit incidenter Feli.vbi suprà & vide Bart. in d.l.omnes populi.in ij.q.iij.q.prin.ad fi.ff.de iusti.& iu.& latissimè scribit Ias.in l.fi.per tres.col.ff.qui sat.cog.& in auth.sacramenta puberum.pen.& vlti.col.C.si aduer.ven.& vide Pan. in c.cum contingat.xij.co.de iureiur.Alex.consi.xxvij. viso libello.vlt.col.& consi.lix.viso instrumento per totum.j.vol.vbi tangit quid si tale statutum laicorũ disponens super iuramento fuerit confirmatum per sedem apostolicã & cõsi.cxxv.visis & consideratis.iiij.& v.col.j.vol.quòd est repetitum consi.ciij. vol.& consi.cij.suprà alleg.iiij.volu.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides prælati an ecclesiæ noceat?*

2 *Ecclesia dicitur bonam fidem habere vbi conuentus & capitulum sunt bonæ fidei.*

3 *Prælatus seu rector ecclesiæ non habentis capitulum idem potest, quod prælatus cum capitulo in ecclesia capitulum habente.*

4 *Prælatus potest per actum iurisdictionis contentiosæ renũtiare iuri quæsito per præscriptionem.*

1 DEcimoquintò principaliter quæro † vtrũ mala fides præ-
a lati [a] noceat ecclesiæ?

Istam q.mouent glo.& Cano.in c.fina.de præscript.& maximè Imo.in repe.col.pe.& Fel.in versi.ad illud de prælato.& Pa. in versi.iiij.glo.quærit:quæ refert tres opi.Et mihi placet opin. Imol. distinguentis : quod aut prælatus habet conuentum vel
2 capitulum.Et tunc: † si cõuentus, vel capitulũ habet bonã fidẽ: dicitur ecclesia habere bonã fidẽ : licet prælatus habeat malã. Et faciunt secundum Imo.not.per Inno.& Io.And.in c.cura.de iurepa.& quæ habẽtur.in c.requisiti.de test.Vbi autem ecclesia non habet conuentum nec capitulum : tunc si prælatus seu rector habet malam fidem:satis videtur quòd etiam ecclesia dicatur habere malam.Et sic quod mala fides prælati sibi noceat per id quod vult gl.repu.sing.in c.potuit.in gl.magna.in verbo expelli.circa med.in versi.sed si solus.de loca.

Ex

3 †Ex qua colligitur quod id,quod potest prælatus cum capitulo in ecclesia habente capitulum : potest solus prælatus seu rector ecclesiæ non habentis capitulum.

Quam glos.exornat latè Fel.in c.edoceri.col.pe.de rescript.& in c.cum venerabilis.col.v.de excep.& in c.verum.col.vlti. de fo.compet.

4 †Et not.quod prælatus potest renuntiare iuri quæsito per præscriptionem per actum iurisdictionis contentiosæ : vt probat text.in c.veniens.circa fi.& ibi no.de præscript.

Qualiter autẽ consulatur prælato tali casu habenti cõscientiam læsam,& an prælatus habens scientiam rei alienæ possit, vel teneatur illam restituere : & quem modum tenere debeat? vide plenè per Panormi.Imo.& alios Cano.in d.c.fina.post glo. colum.penult.& vlti.

ADDITIO.

a Adde.Cald.consi.iiij.sub rub.de præscript.vbi ponit:an tempus quo viuunt clerici : qui possident ex minus iusto titulo:de præscriptione detrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides tutoris an pupillo noceat?*
2 *Pupillus ad hoc vt dicatur malæ fidei requiritur quòd sit doli capax.& habeat scientiam rei alienæ.*

1 DEcimosextò quæro.†Quid in tutore:an mala fides ipsius noceat pupillo?Istam.q attingit Bald.in auth.ad hæc.col. pe.versic.vlterius quæritur.C.de vsur.vbi concludit quòd non sequitur Imo.in repe.c.fina.col.xix.de præscript.

2 †Et nota quòd ad hoc vt pupillus dicatur habere malã fidẽ requiritur,quòd sit doli capax , & habeat scientiam rei alienæ secundum Bald.vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides singularium personarum de vniuersitate an ipsi vniuersitati noceat in causa præscriptionis?*
2 *Mala fides collegij,vel ciuitatis occupãtis aliquam rem mala fides non purgatur ante mortem illorum,qui ab initio sciuerunt.*
3 *Populus nunquàm præscribit si à principio fuit in mala fide.*

1 DEcimoseptimò quæro.† Vtrum in præscriptione alicuius vniuersitatis,vel collegij mala fides singularũ de vniuersitate noceat ipsi vniuersitati?Concludo quod sic.

Ideo si quæratur:an aliqua vniuersitas:populus:vel collegiũ præscripserit,nunquàm præscriptio incipit,donec viuit aliquis de vniuersitate,populo,vel collegio, qui habeat scientiam rei alienæ. Ista fuit singularis decisio Inn.in c.cura.de iurepatro. quod refert & sequitur Bart.in l.post pluribus.in fi.ff.de vsuca. vbi determinant not.quod si collegium,vel ciuitas occupauit
2 aliquam rem mala fide,&† quòd hæc mala fides nõ purgatur, nisi mortuis hominibus,qui ab initio sciuerunt.Et ita cõsuluit do.Sozi.consi.clxxxvij.in controuersia.col.fina.versi.præterea. & do.Pet.Phili.Corne.consi.xxij.videtur in hac consultatione.
3 iiij.col.j.volu.vbi fortius tenet † quòd populus nunquàm præscribit quando à principio fuit in mala fide etiam mortuis omnibus his,qui habebant malam fidẽ. Sed in iudicando nõ esset recedendum ab opinio.Innp.& Barto.

SVMMARIVM.

1 *Contractu celebrato per procuratorẽ, & suppositum potestati:cuius bona fides sit attendenda?*

2 *Contrahentis bona vel mala fides semper attendenda est non domini.*

3 *Scientia rei alienæ quandocunque superueniens semper impedit præscriptionem.*

1 DEcimo octauò quæro.† Quid si contractus fuerit celebratus per procuratorem,vel suppositum potestati nostræ:cuius bona fides attendatur:an contrahentis,vel domini?

Istam quæstionem mouent Bal.& Ang.in l.super longi.col. iij.circa fi.ver.vlti.circa istam materiam.C.de præscript.long.
2 tempo.vbi concludunt † quod semper attenditur bona vel mala fides contrahentis:non autem domini.Et de hoc dicunt esse casum not.in l.cum qui.§.in hac.ff.de publi.Not.glos.in l.huiusmodi ff.de contrahen.emptio.& in l.cum mancipium.ff.de ædil.edict Sed non puto istam cõclusionem procedere de iure
3 canonico : † quia scientia rei alienæ quandocunque superueniens semper impedit præscriptionem.c.fin.cum ibi plenè no. de præscriptio.Et quia si dominus scit : licet procurator ignoret,militat ratio peccati:super qua se fundat ille tex.Posset autem conclusio ista procedere,quando non peruenisset ad notitiam domini actus gestus per procuratorem , vel alium , nec scientia

scientia iuris alieni:tunc enim censebitur in bona fide. Et de hoc articulo vltra Bald.& Ang.in d.l.super longi.cuius scientia seu bona vel mala fides attendatur,an domini, vel procuratoris:aut serui contrahentis? Not.latè Azo.in summa.C.de edil. edict.col.pen.circa princip.& præcedenti circa fin.versic.sed si quæras. Et prædicta conclusio est vera respectu acquisitoris: sed respectu autoris malitia, seu mala fides procuratoris vendentis rem alieno nomine non nocet emptori: vt dicatur habere causam à malæ fidei autore. Sed attenditur bona fides domini, non autem procuratoris.vt probat.text.in l.qui fundum.§.procurator.ff.pro empto.& ibi not.Bart.in summario. Et ita per illum text.dicit Alexan.in l.Pomponius.§.cum quis. colum.iiij.circa princip.ff.de acquirend.possess.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem ex secundo decreto an præscribat, vbi sciuit rem esse alterius, quàm eius, contra quem decretum est interpositum?*

2 *Possidens rem legis authoritate nunquàm dicitur malam fidem habere.*

3 *Rebus etiam authoritate iudicis restitutis requiritur regulariter ad præscribendum longo tempore bona fides.*

1 a DEcimononò quæro. † Vtrum missus in possessionem ex secundo decreto [a] præscribat:si sciuit rem esse alterius, quàm eius:contra quem est interpositum decretum?glo.in l si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infect.tenuit quòd sic per
2 tex.in l.& generaliter.ff.de noxa.vbi est casus not.† quod possidés rem,quam scit alienã non dicitur habere malam fidem,quando possidet legis autoritate. Ideo præscribit nõ obstante scientia. Sed dubium est:an istud procedat de iure canonico?Bar.in d.§.si de vectigalibus.tenet quod sic.Referens ita velle gl.pen. in c.pastoralis.de offi.ord.& ibi cano.not.& dicit Bar.quod autoritas iudicis hoc specialiter operatur in causa damni infecti & noxali. In aliis vero secundũ eum secus est per l.qui fundũ.§.
3 qui bona.ff.de dam.infec.vbi patet † quod etiã quãdo iudicis autoritate res restituitur,requiritur regulariter ad præscribendũ longo tempore bona fides:vt latius per Bar.vbi.s. De quo articulo dic vt latè per glo.& doc.in c.contingit.de do.& contu.& plenè per Imo.in repe.c.si.col.xix.de præscr.& latius per Alex.
b Post Imo.in d.§.si de vectigalibus.col.iij.& iiij.vbi relatis variis opinionibus concludit[b] vt ibi per eum. Et per præmissa est expedita

expedita materia tituli, ac bonæ & malæ fidei, quantum pertinet ad hanc partem. Reliqua quæ hic desunt, dicentur in repetitio. l. Celsus.

ADDITIO.

a An missus in possessionem ex secundo decreto præscribat communi tempore. vide per Panormi. in c. quoniam frequenter. §. quod si super. vt lit. non contest. adde etiam Bald. in ca. si diligenti. col. penulti. circa med. de præscriptio.

b De hoc articulo vide per glo. in c. possessor. de reg. iur. in vj. & per Imol. in l. sequitur. §. si viam. in fin. vlti. col. ff. de vsucap.

SVMMARIVM.

1 *Possessio necessario requiritur in corporalibus præscribendis: & quasi possessio incorporalibus.*

2 *Præscriptio inchoari non potest sine possessione: sed inchoata bene potest perfici, dummodo possessio non fuerit aliunde occupata. Hæreditate iacente non potest inchoari præscriptio.*

3 *Possessio licet non dicatur continuari de defuncto in hæredem: tamen quantum ad vsucapionem seu præscriptionem habetur pro continuata.*

4 *Vera possessio non continuatur in hæredem: sed possessionis effectus.*

5 *Captus ab hostibus non dicitur possidere sed possideri.*

Tertium & quartum principalia requisita ad præscriptionem rerum corporaliũ sunt Traditio: vel aliquid quod habeatur loco traditionis, & Possessio continuata absque interruptione. deueniendo ad tertiam & vltimam partem huius tertiæ partis princi. Et licet suprà. in princi. huius partis remiserim ad. d. l. Celsus. vbi latè tradit Bart. & ibi opportunè dicetur, præsertim circa practicam: tamen pro maiori discusione materiæ aliqua hic fundamenta alia attingam.

1 † Et præmitto quòd possessio in corporalibus necessario requiritur ad præscriptionem: & quasi possessio in incorporali-
a bus. l. sine possessione. ff. de vsucap. & c. sine possessione [a] de regul. iur. in vj. Et ibi plenè declarat Dyn. colum. j. istam regulam procedere tam in corporalibus, quàm in incorporalibus. Hinc dixit Bald. in repetit. l. j. col. iij. in princ. C. de emancip. lib. quòd
2 id quod non est, non potest possideri: neque præscribi. † Non obstat si opponatur de text. in l. cœptam. ff. de vsucap. vbi hæreditas iacens præscribit, seu perficit præscriptionẽ iam inchoatam:

tam:& tamen non possidet:cũ non habeat animum: per quem ciuiliter possidetur : & ciuilis possessio retinetur : quæ causat præscriptionem.vt infrà dicam.l.j.§. Sceuola.ff.si quis test.li. esse ius.fuer. Ad hoc enim respondet Dyn.vbi suprà quòd sine possessione non potest inchoari præscriptio:sed inchoata bene perfici potest : dummodo possessio ab alio non fuerit occupata.Et ita declarat glos.in d.l.cœptam.dicens. Secus si non cœpta esset præscriptio &c.quia hæreditas iacens non potest eam inchoare per text.in l.fi.§.fi.eo.tit.& plura alia iura quæ alleg.

Et est ratio in casu.d.l.cœptam.secundum Dyn.in d.ca.sine possessione. Quia possessio est apta immediate continuari si non fuerit apprehensa per alium in hæredem , qui est eadem persona cum defuncto fictione iuris:vt in authen.de iureiur.à mori.præsti.§.j.nam si per alium apprehenderetur impediretur continuatio possessionis defuncti in personam hæredis.l. Pomponius.§.quæsitum.ff.de acquir.posses.& l.possessio testatoris.ff.de vsuris.Et ideo cum non fuerit per alium apprehensa pro continuata debet haberi.arg.l.si filius.ff.de testa.quia in vsucapione continuatur possessio defuncti.vt in præalleg.l.patet.& in l.cum miles.circa princip.ff.ex quibus caus.maior.& in l.ij.§.filium.ff.pro hæredi.hæc sunt verba Dyn.

3 † Ex quo infertur,quod licet aliàs possessio nõ dicatur continuata de defuncto in hæredem nisi apprehẽdatur.l.cum hæredes.in principio.ff.de acquiren.possessio.tamen quantum ad vsucapionem, seu præscriptionem habetur pro continuata secundum Dyn.& Ioan.And.in dicto capit.sine possessione,quos ibi refert & sequitur.do.Philipp. Franchus.circa princip.com-
4 men.qui dicunt † quòd propriè vera possessio non continuatur in hæredem:sed possessionis effectus.not.Bart.Alex.& doc. in d.l.cum hæredes.in princi.Nec etiam obstat secundum Dy. in d.c.sine possessione.contra regulam illius text.si opponatur
5 de capto ab hostibus † qui nihil possidet cum ab alio possideatur.d.l.cum hæredes.§.in his.ff.de acqui.pos.& tamen vsucapit.l.iusto.§.si.de vsucap. Quia ad hoc respondet. Dyn.quòd non vsucapit seu præscribit per se : sed per alium: quem habebat in potestate tempore quo captus fuit:vnde si redeat postliminio:videtur omni tempore possessionem cõtinuasse fictione postliminij , & eiusdem fictionis virtute vsucapionem siue præscriptionem continuasse & dominium per vsucapionem quæsiuisse. Sed vbi possideret per se , & capitur ab hostibus, perditur possessio. Et licet postea postliminio redeat : fictio

post

postliminij nõ extenditur ad possessionem, quæ in facto consistit: & consequenter nec ad vsucapionem siue præscriptionem, quæ solet ex possessione procedere. Et hæc probantur apertè secundum Dyn.in l.in bello.§.factæ.ff.de captiui.& in l. si is qui pro emptore:& ibi plenè not. Bart.ff de vsucap.& in l. sciendum.& in l.nec vtilem.ff.ex quib.caus.maior. Et quæ sit ratio diuersitatis inter vnum casum & alium, quare operetur fictio postliminij vbi quis possidet per alium sed non per se, notat plenè Bar.in d.l.si is qui pro emptore.col.iiij.& v.& in d. l.nec vtile, & latè Alexan.post Roma.in d.l.cum hæredes.§.in his.Aret.in §.si ab hostibus.insti.quib.mod.ius pat.poter.solui.

Et de hoc articulo an captus ab hostibus, vel ignorans præscribat per alium tangit etiam glo.vlti.in d.c.sine possessione.

ADDITIO.

1 Intellectus huius regulæ & casus in quibus præscriptio procedit absque possessione vide per do. Berta.firma.in reperto.in verbo præscriptio.ij.col.iiij.versi.præscriptio sine possessione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quid sit, & quomodo diffiniatur?*

1 His sic præmissis quæro.† quid sit possessio: quam etiam prudentes diffinire non sunt ausi.vt dicit glo.in l.stipulatio ista.§.hoc quoque.ff.de verbo.obligat. Multiplex diffinitio possessionis recitatur per glo.in l.j.in princip.in glo.mag.ff.de acquiren.posses. Et licet doct.variè loquantur, & quilibet pro capite suo voluerit dare diffinitionem vt apparet ex variis diffinitionibus ibi relatis per Alexand.& moder.tamen communiter approbatur diffinitio Ioann.ibi relata in gloss.vt latè per Areti. Alexand.& Modern.ibi quæ talis est, possessio est ius quoddam rem detinendi sibi. Quam declara:& expone:vt plenè per docto.ibi.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quotuplex sit?*
2 *Opinio Bartoli, constituentis triplicem speciem possessionis reprobatur.*

1 SEcundò quæro. † Quotuplex ſit poſſeſsio? Concluditur communiter: quod ſit duplex ſpecies tantum ſcilicet, ciuilis:& naturalis: vt plenè not.gl.in d.l.j.in prin.in verbo ait ſecundum opin.Ioan.quam doct.communiter ſequuntur: & latè Dyn.in c.ſine poſſeſsione.col.ij.cum duabus ſeq.de reg.iur.in
2 vj.† & communiter reprobatur opin.Bart.qui conſtituit triplicem ſpeciem: vt diffusè per Aret. Alex.& alios in d.l.j.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio quæ ſit neceſſaria ad præſcriptionem?*
2 *Contra ciuiliter poßidentem non currit præſcriptio.*
3 *Naturalis poſſeßio ſufficiens eſt ad præſcriptionem feudi.*
4 *Ficta poſſeßio an tribuat cauſam præſcribendi: & an ficte poßidens præſcribat?*
5 *Poſſeßio quæſita per conſtitutum non dicitur ficta, licet modus quærendi ſit fictus.*
6 *Coniunctio & acceßio temporis, & poſſeßionis ad complendam præſcriptionem quomodo fiat?*
7 *Allegans præſcriptionem non ſolum debet eam probare, ſed & omnes qualitates ad eam pertinentes.*
8 *Præſcriptio in dubio non eſt præſumenda, cum oriatur ex facto.*

1 TErtiò quæro. † Quæ poſſeſsio ſit neceſſaria ad præſcriptionem, an ciuilis tantũ, an naturalis tantum: vel vtraque ſimul? breuis eſt concluſio quod neceſſaria eſt vtraque poſſeſsio ad præſcribendum, vel ſaltem ciuilis: quæ ſola ſufficit: quia eſt illa, quæ cauſat præſcriptionem. Sola verò naturalis de per ſe non ſufficeret dum ciuilis eſt penes alium, & donec illa vacet:& conſolidetur naturali. Et ideo contra ciuiliter poſsidentem non currit præſcriptio: donec ciuilis poſſeſsio ſit amiſſa: vt probat text.in l.j.§.per ſeruum qui in fuga.& ibi not. Bar.in fi.cõmen.& in l.iij.§.ex contrario.col.ij.& ibi plenè per doct.præſertim Alex.ff.de acqui.poſ.firmat Dy.in d.c.ſine poſſeſsione.de reg.iur.in vj.& vult gl.not.in l.j.in glo.magna ad fi.
a vbi not.doc.ᵃ C.de ſer.fugi.not.Bar.in l.Celſus.col.iij.verſ.pro-
2 cedo.ff.de vſucap.vbi latius dicã.† Et procedit hæc concluſio: quo ad acquiſitionem dominij. Sed quo ad acquirendũ ius inferius dominio, vt vſumfructũ, vel ſuperficiem, ſufficeret ſola naturalis poſſeſsio ſecundum Bar.in d.§.ex contrario.cuius opin.communiter reprehenditur per Imol.Areti. Alex.& omnes Moder.ibi: & refert Iaſo.col.v.circa med.verſi.tertia, &c.

Quia

Quia dato quòd vsufructuarius, vel superficiarius non possideant nisi naturaliter fundum: tamen ipsum ius vsusfructus, vel superficiei posśident ciuiliter & naturaliter: vt vult Butr. in l. naturaliter. in princip. vbi ad hoc allegat tres glo. ff. de acqui. posses. Et sic concurrunt ciuilis & naturalis in praescriptione huius iuris. Et ita firmant Bald. Ange. Imol. Paul. de Castr. & communiter doct. quos refert Iaso. vbi suprà.

Pro qua conclusione est bonus tex. in l. qui vsumfructum. ff. si vsusfruct. peta. Probatur in l. fin. ff. vti pos. & vltra Iaso. addo Paul. de Cast. sic declarantem in l. fin in fi. commen. C. de praescript. long. tempo. & Calde. consil. v. sub rub. de praescriptio. vbi

3 sequendo Barto. in d. §. ex contrario. concludit † quod ad praescriptionem feudi sufficit sola naturalis possessio: vt praedixi. Sed communis est in contrarium.

Et de materia dic vt plenè per omnes. in d. §. ex contrario: vbi Ias. col. v. facit quinque conclusiones: quas sigillatim examinat per quatuor seq. col. & eas non transcribo.

4 † Nunquid autem fictè possidens praescribat, & sic, an ficta possessio tribuat causam praescribendi: vt in casu. c. contingit. de

c dolo & contu. ᶜVide per glo. in c. sine possessione. in gloss. fina. circa medium. de regu. iur. in vj. & per Felin. in c. illud. colum. penulti. & fin. in princ. in vj. conclusio. de praescript. Roma in singularib. fol. xj. col. iij. vel iiij. singulari incipiente lex quamuis, &c. quod est numero ccccxv.

5 † Et not. quod possessio quaesita per constitutum iuxta l. quod meo. in princ. ff. de acqui. posses. non dicitur ficta, sed vera: licet modus quaerendi sit fictus: Ita declarat Bart. in l. ab emptione. circa fin. com. ff. de pact. & l. si is quae pro emptore. in vlti. q. ff. de vsucap per text. in l. certè. §. j. ff. de praeca.

6 † Qualiter autem fiat coniunctio & accessio tẽporis & possessionis ad complẽdam praescriptionem? dic vt plenè habetur & not in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. posses. & in l. ei à quo. ff. de vsucap. & in l. si rem alienam. ff. de pigno. act. vbi habetur, an si quis locat rem: quam praescribit cum titulo & bona fide vero domino, praescribat & per eum retineat possessionẽ? Circa quod est notandũ, quòd intermedia iniusta possessio impedit tempora coniungi ad praescriptionem complendam. glo. no. in l. ij. §. si sub conditione. ff. pro empto.

7 † Postremò no. circa istam partem quòd allegans praescriptionem eam probare debet, & omnes qualitates ad illum necessarias: vt sunt titulus, bona fides, & possessio continua.

Ita

Ita probat tex.in c.j.& ibi hoc not.do.Philip.Franchus in j. not.de præscri.in vj.dicens idem probari in c.auditis. de præs-
8 crip.† Et est ratio quia præscriptio in dubio non est præsumẽda, cum oriatur ex facto: vt per Panor.consi. lxxxij. conditoris omnium,&c.quanquam in his dubiis.ij.col.j.vol.

Et per hæc remanet expedita hæç tertia & vltima pars tertiæ partis principalis concernens materiam tituli,bonæ & malæ fidei,ac possessionis.

Reliqua dicentur in rep.l. Celsus.cuius materia propriè respicit ista tria non repetendo ibi quæ hic diçta fuerunt.

ADDITIO.

a Adde Iaso.in §.rursus.col.x.in antiq.impres. & viij. in noua. insti.de actio.& plene Corneum in consi. xvj. viso primo themate.iij.col.ij.vol.& Aret.in §.j.instit.de vsucap.Et quanto tẽpore perdatur ciuilis: vide post Bar.in l.Celsus.ff.de vsuc.& de his vide per do.Franch.in d.c.fine possessione.col.ij.Et an ciuilis absque naturali sufficiat ad præscribendum, vide per Felin. in c.causam.co.pen. ver. & quamuis naturalis.circa medium. post Pan.ibi.çol.ij.de præscri.

SVMMARIVM.

1 *Temporalium præscriptionum alia est horarum, alia dierum, alia hebdomadarum, alia mensium, alia annorum.*
2 *Perpetuarum præscriptionum: alia xxx. alia xl. annorum, &c.*
3 *Longi & longissimi temporis præscriptio possunt inuicem concurrere, & pariter allegari.*

Qvarta pars principalis huius nostri tractatus occurrit. In qua principaliter videndu m est quantum tempus in omni præscriptione requiratur, & de circunstantiis illud necessario concomitantibus, quo ad priuatos, tam circa præscriptionem rerum corporalium, quam incorporalium. Et vt clara habeatur doctrina distinguo, quòd alia est præscriptio rerum corporalium: alia est iurium & actionum incorporaliũ. Et circa iura incorporalia. Alia est præscriptio quæ respicit seruitutes tam reales, quàm personales. alia vero quæ respicit actiones personales, reales, ac mixtas.

Vnde subdiuido istam quartam partẽ principalem in qua-

tuor partes. In prima videbimus quanto tempore præscribantur res corporales cum suis accessoriis.

In secũda de præscriptione seruitutum tam realium quàm personalium.

In tertia de præscriptione libertatis, & actionum cõpetentium tam pro seruitute quàm pro libertate.

In quarta & vltima de præscriptione iurium & actionum personalium, realium, & mixtarum, tam in genere, quàm in specie. præsertim iure emphytheotici, & feudalis, necnon & officium iudicis, ac fructuum & accessoriorum.

1 † Et pro euidentia de multiplici præscriptione, seu tempore præscriptionis, videlicet trium, decem, viginti, triginta, & quadraginta annorum, & tanti temporis cuius initij memoria non extat: vide per do. Petrum Philip. Corne. consi. cxxxvj. licet satis in princ. col. j. vltra medium. ij. vol.

a Et quotuplex sit species præscriptionum, & de temporibus earum, vide latè per Hostien.[a] in summa, rub. de præscript. re. immo. §. quot sunt eius species. col. j. & ij. vbi dicit quod principaliter duplex est species præscriptionis: videlicet temporalis, & perpetua.

Et temporalium præscriptionum alia est horarum, alia dierum, alia hebdomadarum, alia mensium, alia annorum. & ibi enumerat omnes terminos à iure diffinitos horis, diebus, hebdomadibus, & mensibus: vsque ad vigintiquinque annos.

2 † Perpetuarum vero alia est triginta, alia quadraginta. vt l sicut. l. omnes. & l. cum notissimi. C. de præscrip. xxx. anno. alia quinquaginta annorum, vt in l. græca alearum vsus: alia sexaginta annorum: alia centum: vt ibi per eum, & per Alber. enumerantem has præscriptiones temporales, & terminos legales, & canonicos, in suo dictionario, in verbo præscriptio. in ver. quot sint eius species.

3 † Et not. quòd præscriptio longi & longissimi temporis: & pariter triginta, vel quadraginta annorum, possunt inuicem concurrere, & simul allegari. Nec dicitur quis contrarius: vt latè per d. Phil. Dec. consil. xxix. & pro tenui facultate. col. penulti. & fin. versic. vlti. non obst. alleg. Bald. in §. si quis per triginta. in princ. in tit. si de feu. fuer. contro. & pleraque alia.

ADDITIO.

a Cuius scripta in calce operis sunt inserta.

SVMMARIVM.

1 *Corporalium rerum præscriptio quantum tempus requirat?*
2 *Res immobiles spacio xxx. annorum cum bona fide præscribuntur: & acquiritur dominium vtile.*
3 *Conclusio illa, quòd res immobiles præscribuntur longo tempore cum titulo, & bona fide, quomodo amplietur?*
4 *Actio personalis regulariter non præscribitur longo tempore.*
5 *Præscriptio decem annorum non conuenit vbi agitur de iuribus præscribendis.*
6 *Conclusio ista, quòd res immobiles non præscribuntur, nisi tempore decem vel xx. annorum, in quibus fallat?*
7 *Res immobilis præscribitur minori spacio decem annorum in duobus casibus.*

1 CApio primam partē huius quartæ partis. †Et primò quæro: quantum tempus requiratur ad præscribendū res corporales? Et vulgata est conclusio, quòd res mobiles præscribuntur triennio cum titulo & bona fide. Et hæc propriè dicitur vsucapio. Res verò immobiles præscribūtur decem annis inter præsentes: & viginti inter absentes cum titulo & bona fide. & ista appellatur præscriptio longi temporis: vt instit. de vsucap. in princ. l. ij. l. super longi. & quasi per totum. C. de præscript. long. temp. & l. j. C. de vsuca. transfor.

2 †Sine titulo autem res immobiles præscribuntur spacio triginta annorū cum bona fide: & acquiritur dominium vtile. l. si quis emptionis. §. j. & ibi no. gl. Cy. Bald. & Sali. C. de præscr. xxx. anno. Et ista appellatur præscriptio longissimi temporis. not. glo. magistra. instit. de perpe. & temp. actio. in princ. super verbo constitutiones. & ista tempora à lege ciuili diffinitiua ad præscriptionem recitantur in §. potest. & seq. §. xvj. qu. iij.

Et hæc vera inter priuatos. quo verò ad ecclesiam, clericos, ciuitatem, seu rempublicam, & fiscum, quæ tempora requirantur in præscribendo, plenè dicam in quinta parte principali.

Et quæ requirantur in præscriptione rerum corporalium. & quæ sit differentia inter ius ciuile & canonicum plenè dixi suprà in ij. parte. iij. partis princ. in vj. quæstio.

3 †Ampliatur prædicta conclusio, quæ habet quòd res immobiles præscribuntur lōgo tempore cum titulo & bona fide: & per consequēs actio realis: vt rei vendicatio, & publiciana:

vt procedat etiam in actione personali in rem scripta: quia illa præscribitur longo tempore: sicut ipsa res.

Ita determinat glos.no. in l.iij. in verbo munitus. per illum text.C.quod met.causa.& ibi not.Bart.col.fin.in versic.ad ter-
4 tium opponunt. & sequuntur communiter docto. † quamuis regulariter actio personalis non præscribatur longo tempore: vt dicit text. in l.neque.C.qui. non ob. long.temp.præscriptio. Sed requirantur ad eius præscriptionem xxx. anni. l. ij. C.de constitu. pecu.not. Ias.licet non alleget ista iura: in l.licet.col.
5 ij.in principio. C.de iure deliber. vbi dicit † quòd præscriptio decem annorum non conuenit: vbi agitur de iuribus præscribendis: & ideo dispositio loquens de præscriptione: quando agitur de præscriptione iurium debet intelligi de præscriptione triginta annorum, vt ibi latius per eum. & loquuntur in specie gloss. & doctor. in dicta lege tertia, in actione, quod metus causa: quæ est in rem scripta. & idem dicunt generaliter in omni actione in rem scripta. Et sunt plures actiones scriptæ in rem: quas enumerat glos. magistra in l.ij.§.est autem personalis. ff.ad exhiben. not. docto.in rubri.ff.si certum petatur.quod procedit secundum Alexand. in d.l.iij.colum.ij. circa finem. possidendo cum titulo & bona fide:& sic concurrentibus extremis requisitis ad præscriptionem longi temporis, nec obstet text.in l.hæreditatis. C.de petitio. hæredi. vt ibi latius per Alexandrum.Et ratio est: licet ibi docto.non dicant: quare actio personalis in rem scripta præscribatur longo tempore propter mixturam: quam habet cum reali. Ideo sortitur eius naturam. argumen. l.qui patri.ff.de acquirend. hæred. & not.per Bartol.in lege quarta.§.Cato.in fi. ij.colum.versi. item Dyn.bene dicit. ff.de verborum obligatio. vbi per text. in d.l. qui patri.dixit quòd vnio actionis personalis & realis hoc operatur, vt vna trahatur ad naturam alterius.

6 † Prædicta conclusio quòd res immobiles non præscribuntur nisi longo tempore decem, vel viginti annorum: primò fallit in prędiis tributariis: in quibus est speciale quod eo ipso, quòd quis negligit per biennium: perditur possessio ciuilis & naturalis, & etiam dominium. casus est not.in l. qui agros.C. de omni agro deser.lib.xj.not.Bartol.in l.rem quæ nobis.circa finem.commen.ff.de acquir.poss.quòd procedit etiam, si agri sint tributarij. non de iure communi: sed ex forma statutorum vel consuetudinis: sicut sunt agri Perusini secundum Bald.in cap.j.de præscrip.& hoc expresse sentit Bart. vbi suprà. & in

& in l.si de eo.§.si forte. in fin. commen.ff.de acqui.possess.

Hanc fallentiam: & in d. l.qui agros restringe: vt solum procedat in prædiis tributariis desertis & incultis:quia in his solo biennio perditur eorum dominium & possessio. Secus si non essent inculta. Nam tunc requiritur longum tempus vt in aliis.

Ita declarat not.Bart.in d.l.si de eo.§.si fortè. circa fin. versi. sciatis vnum vos Perusini.

Et ita procedit text.secũdum eum in l.j.C.de vsucap.transfor. vbi dicitur quòd sublata est differentia prædiorum tributariorum & non tributariorum in præscribendo. scilicet quo ad prædia culta. Secus quo ad inculta & deserta, & sequuntur ibi Angel.Imo.& doct.Alex.circa fin.commen.versi.iij.limita, & refert Feli.in d.c.ij.col.ij.versic.subdit Bald.

7 † Secundò fallit in casu cap.j. de præscript.fauore fidei: vt ibi not.Bald.hi sunt duo casus speciales: in quibus præscribitur res immobilis minori spacio decem annorum: videlicet biennio in casu d.l.qui agros. & triennio in casu d.c.j.quos nõtat Felin. in rubric.de præscript. colum. iiij.versic.fallit nonò Et ante eum Bald. in dicto c.j.de præscript. & ibi refert Felin. colum.ij.versi.subdit Bald.

SVMMARIVM.

1 Absens, vel præsens quis dicatur in materia præscriptionis?
2 Præscriptio inter præsentes quomodo dicatur?
3 Præscriptio longi temporis quo casu currat contra ignorantem, & quo non?
4 Domicilium habens in pluribus locis præsens dicitur quo ad omnia in materia præscriptionis.
5 Præsens vel absens quot modis, & qualiter dicatur.
6 Absens propriè dicitur & strictè, qui non est in ciuitate.

1 a SEcundò principaliter quæro. † Quando dicatur quis præsens vel absens in materia pręscriptionis,[a] vt sciamus quãdo præscriptio procedat inter præsentes vel absentes. Et sic an sufficiant decem anni cum titulo & bona fide: vel requirantur viginti. Et connexè an requiratur scientia aduersarij in præscriptione longi temporis?

Istam dubitationem decidit text.in l.fina.C.de præscri.long.
2 tempo.vbi dicitur † quod præscriptio dicitur inter præsentes, quando is qui præscribit:& ille contra quẽ præscribitur, fouet domicilium durante tempore præscriptionis in eadem prouincia,licet res quæ præscribitur sit in alia. Nec requiritur sciencia aduersarij,sed sufficit præsentia in eadem prouincia.Ita di-
3 cit ille text.circa fi.in versi.nulla.† Et sic præscriptio longi temporis currit contra ignorantem.

Quæ conclusio fallit secundum Bal.& Ange.ibi,col.ij.versi. vnus casus solus est,in casu.auth.malæ fidei.C.illo eo.titu.videlicet,quando singularis successor habens titulum & bonam fidẽ successit autori malæ fidei,quia nõ præscribit lõgo tẽpore nisi ille cõtra quẽ præscribitur hoc sciat.vt habetur in d.auth. malæ fidei.de cuius intellectu satis dixi in præcedenti parte.

Sed an detur restitutio aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ,dicetur infrà.

Alias: si ambo scilicet qui præscribit:& aduersus quem præscribitur non degunt: siue non habent domicilium in eadem prouincia, dicitur præscriptio inter absentes.Et ista præsentia vel absentia non consideratur ratione personæ:sed ratione domicilij:videlicet an vterque foueat domiciliũ in eadẽ prouincia.Et ideo sufficit:quòd quis foueat domicilium in eadẽ prouincia:in qua præscribens:licet absit quo ad præsentiam corporalem,vt habeatur pro presente quo ad præscriptionem complendam:vt probat text.in d.l.fi.circa med.vbi solum tex.considerat domicilium vtriusque partis in eadem prouincia.nõ præsentiam corporalẽ:vt præscriptio dicatur inter præsentes. Nec etiam attenditur vbi res sita est:sed vbi habent domicilium:vt ibi dicitur & declarant glo.& doct.maximè Bald.& Ang.circa prin.dicentes: quòd in hoc articulo præscriptionis consideramus præsentiam vel absentiam secundum identitatem, & distinctionem domicilij vtriusque:licet alter aliis casibus absentia,& præsentia iudicetur secundum subiectam materiam.

Ex quo inferunt, quòd si is contra quem præscribitur, habitet in prouincia præscribentis, si tamen ibi domicilium non habet, sed in alia prouincia distincta,non præscribitur contra eum tanquàm contra præsentem spacio decem annorum. Ita etiam declarat Inn.& cano.maximè Panor.in c.de quarta.col. fin.versi.tertio ad declarationem de præscript.& Pract.Papi.in forma responsio.rei conuen.in glo.in verbo præscriptionis.co. ij.versi.deinde ad declarationem.

Et

4 † Et vbi dicatur quis habere domicilium? declarat glo. in d. l. fina. in verbo inter. & ibi gloss. quærit quid si quis in pluribus locis habeat domicilium, & determinat quod dicitur præsens quo ad omnia domicilia.

Quærit etiam illa glo. quid de vagabundo, qui in nullo loco habet domicilium: & decidit quòd habetur pro præsente, quo ad omnes: quàmuis Bal. & Ang. ibi. col. j. aliter dicāt, videlicet, si præscribēs, & is contra quem præscribitur sint eiusdem prouinciæ ratione domicilij: & is contra quem præscribitur incipiat peregrinari, & de domicilio suo recedere, quo ad omnes habetur pro absente: & ideo secundum eos non præscribitur contra eum minori spatio viginti annorum. & referūt quòd in hac opinione residet glo. in l. fin. super verbo inter. quæ incipit not. domicilium &c. & bene dicit secundum eos, quia tales peregrinantes appellantur vagabundi. vt dicit glos. in l. iiij. § totiens. ff. de dam. infect. & tanquàm vagabundi possunt vbique conueniri. glo. in l. j. in glo. fin. C. vbi de cri. agi. opor. cum concor. ibi per eos allegatis.

Vltra quos ad hoc vltimum addo glos. in l. hæres absens. §. j. in glo. fina. magna. super verbo debebit. ff. de iudi.

Sed pace salua Bald. & Ang. in d. l. fi. infideliter referunt glo. quæ dicit contrarium. Hæc enim sunt verba glo.

Sed quid si in nullo loco habeat domicilium? Responde quo ad omnes pro præsente habetur secundum Ioan. & nihil vltra dicit, & ad hoc faciunt rationes allegatæ per Bald. & Ang. quæ retorquentur in eos, quia si vagabundus potest vbique conueniri, ergo cēsetur vbique habere domicilium saltem respectu fori. & sic habetur pro præsente quo ad omnes. not. Spec. in tit. de præscript. in quarta parte. col. j. versic. quando aliquis.

5 † Et quot modis & qualiter quis dicatur præsens vel absens? no. glo. magistra. in d. l. fin. super verbo. inter. & alia glo. plenior. in auth. de fideiusso. in princip. in verbo præsentes. & est bonus text. cum glo. in l. absentem. ff. de verb. sign. & plenè scribit Fel. in c. quoniam frequenter. in prin. col. penult. & vlti. versic. circa sextam quæstionem: vt lite non contesta. cōcludens quod non potest dari certa doctrina. Sed secundum diuersam materiam a vario modo dicitur quis præsens [a] vel absens, vt tradunt glo. 6 præallegatæ. & ibi plura no. Feli. de presentia & absentia subiiciens: quòd licet multis modis quis dicatur absens † tamen propriè & strictè ille dicitur absens, qui non est in ciuitate, secūdū Gemi. post Io. An. in c. vbi periculū. §. j. col. vlt. de elc. in vj.

Quod dicit esse notandum ad statuta quæ propriè intelligi debent l.iij.§.hæc verba.cum simi.ff.de neg.gest.Et de materia ista no.Ias.post glo.& alios in.§.rursus.col.j.insti.de actio.

ADDITIO.

a Vide Ias.in §.rursus.col.j.insti.de actio.post glo.& docto.ibi. & plenè Bald.in repe.l.fina.col.fina.C.de præscript.long. temp. vbi latè declarat quando & qualiter dicatur præscriptio inter præsentes:& quid si ille qui rem possidet non habet domiciliũ vbi rem possidet:tamẽ ille contra quem præscribitur habet ibi domiciliũ nunquid dicatur præscriptio inter præsentes?& concludit Bald.quòd sic ex quo præscribens cogitur sortiri forum in loco situs rei : & ibi respondere.l.fina.C.vbi in rem actio.Et sic dicetur vterq; quo ad illam rem fouere domicilium in eodem loco.& ibi format quæstionem econtra. Quid si reus in loco in quo possidet rem habet domicilium, & ille contra quẽ præscribitur non habet ibi domicilium,an dicatur præscriptio inter præsentes?& concludit quòd non. colum.vlti.circa fin.in vltima quæstione.

b Quis dicatur præsens vel absens:vide per Alex.in l.j.in prin. ff.de verbo.obliga.& in l.ij.§.voluntatem.circa fin.ij.colum.ff. sol.mat.vbi dat plures remissiones.

SVMMARIVM.

1 Præsens vel absens an quis in dubio præsumi possit. & quomodo id probetur?

2 Tueri se volẽs præscriptione decem ann.inter præsentes, debet probare aduersarium fuisse præsentem.

3 Præsentia non præsumitur nisi probetur,cum sit facti.

4 Præsens esse præsumitur in suo domicilio,nisi probetur absentia.

5 Præscriptio decem annorum.cum titulo & bona fide,& cõtinuata possessione nõ probatur nisi probetur ambas partes fuisse præsentes.

1 Tertiò quæro.Pro intellectu præmissorum.† An in dubio quis præsumatur præsens vel absens,& cui incũbat onus probandi?Bald.in l.fina.§.necessitatem.C.de bo.quæ lib.dicit, quòd in dubio quis præsumitur absens:nisi probetur præsens, Et sic alleganti præsentiam incumbit onus probandi. Et istud fuit no.dictum Specu.quòd Bald.refert in ti.de actio.§.j.versi. quid

quid si iste. Sequitur Feli. in d.c. quoniam frequenter. in princi. colum. vlti. circa fi. & Alex. in consiliis infrà relatis.

2 † Ex quo infertur, quòd ille, qui vult se tueri præscriptione decem annorum inter præsentes, debet deducere, & probare aduersarium fuisse præsentem: seu habuisse domiciliũ in eadẽ prouincia. Et circa hoc cautus esse debet aduocatus, vt faciat

3 articulos, & probationes de præsentia. alias succũberet: † quia præsentia: cum sit facti nõ præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti.

Ita in specie decidunt no. Bald. & Ang. in l. præscriptione. C. qui. non ob. long. temp. præscri. & Bald. in l. emptor. versicu. sed pone. C. de præscr. long. temp. vbi dicit se ita vidisse de facto: & consuetudine milies obseruari. Sequitur Alex. consi. xcij. viso & opportune. in fi. v. volu. consi. xcviij. causa & lite vertente inter Antonium. in colum. penult. in fi. ij. volu. vbi ad propositum allegat notabilem doctrinam Bart. in l. relegati. ff. de interdict. & relega. & refert notabile dictum Specu. de quo suprà.

Eandem conclusionem firmat Pau. de Cast. in l. Titia. §. idem respondit. el secundo, ad fi. ff. de verbo. oblig. dicens: quòd non præsumitur præsentia nisi probetur exceptio, si sit talis actus, qui nõ consueuit fieri nisi inter præsentes, vt est inuestitura feudi vel emphyteosis. Secus si sit actus qui possit fieri inter absentes.

Et per hoc determinat singulariter, quòd si continetur in instrumento, quòd talis donauit tali: & nõ dicitur præsenti & recipienti: cum donatio possit fieri inter absentes: non præsumitur præsentia. Et si nõ apparet, quòd ille acceptauerit: donatio non valet per no. per glos. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & per ea quæ habentur in l. absenti. ff. de do. Et refert Pau. se alias ita respondisse de facto, subdens. Tene menti: quia lucraberis adhuc si recordaberis. Et eadem verba repetit idem in d. l. illud. ante fi. versi. vltimo allegatur.

Et notat latè Feli. post Panor. in c. tenor. versicu. ad aliud. de re iud. vbi plenè prosequitur an, & quando præsumatur præsentia in actu, vel non: & diffusè examinat prædictam conclusionem, & eam firmat limitando tribus modis: cui addo Bald. in rub. de contrahen. empt. in xviij. q. Aret. in l. iij. in prin. quem ibi refert do. Clau. Aquen. col. j. versicu. addit etiam Aret. hic. ff. de acquir. pos. In quibus locis refertur decisio Ioan. And. in addit. ad Spe. in tit. de emp. & vend. §. nunc videndum. ver. vnã formã. quam corruptè allegat Pau. de Cast. in d. §. item respondit.

Sed vltra præfatos doct.reperio quod Ange.in proposito facit notabilem distinctionem in l.emptor.C.de præscript.long. tempo.Quod quando vterque est de eodem domicilio, & hoc
4 constat,tunc qui allegat absentiam debet probare.† Quia quis præsumitur esse præsens in suo domicilio,nisi probetur absentia,secundum Barto.no.in l.is potest.col.v.versi.quandoq; ille, qui dicit.& versi.aliquãdo ille,qui dicitur.vbi hoc vult expressè.ff.de acqui.hære.Sed si non constat quod vterque sit de eodem domicilio:tunc innitens præscriptioni decem anno.inter præsentes,debet probare præsentiam. Alias requiruntur viginti anni tanquàm inter absentes,ita concludit not.Angel.in d.l. emptor. Quam doctrinam notabilem sequitur consulendo d. Petr.Phil.Cor.consi.xlvj.in causa vertente inter Giliũ.col.iiij. in fin.& consi.50.in causa vertente inter Thadeum. col.fina.in versi.& licet.ij.volu.

Et hæc distinctio videtur mihi multum cõsona iuri & rationi,& eliciturex mente & verbis Barto.in d.l.is potest.& secundum illam debent præallegata declarari & limitari.

Adde etiam vltra prædicta quis dicatur præsens vel absens, & qualiter consideretur prouincia,& quæ dicatur præscriptio inter præsentes vel absentes,latè disputat do.Mar.Lau.in quadam disputatione posita ad fin.suorum tracta.qui in primi solent cum tract.de princi.& post tracta.de legit.per tres col.vbi concludit cum opi.glo.in l.fin.C.de præscript.long.temp.Adde etiam quòd ille,qui dicit quòd requiritur præscriptio,vt inter absentes, debet ꝓbare ꝙ habitauerũt sub diuersis præsidibus prouinciarũ,vt probat Ange.in d.l.emptor.vbi dicit ꝙ ita vidit milies de facto obseruari,& licet probaret,ꝙ habitauerũt in diuersis locis,si tamẽ habitauerũt sub eodẽ præside,vel eodẽ ducatu, sufficit ad præscriptionẽ x.anno.l.fi.& ibi hoc no.Ang.ad fi.C.de præscri.long.tem.qui declarat glo.ibi positã habere locum in ciuitate habẽte suum regnũ propriũ districtũ nõ suppositũ de facto iurisdictioni superioris,prout dicit esse Perusiũ,& ciuitatem Senarum.secus si sint plures ciuitates sub eodẽ imperio,quia adhuc habet locũ dispositio d.l.fin.& ita etiam no. Barto.in l.j.C.de metropo.de.lib.xj.& Ange.in d.l.emptor.

5 † No.tamen quòd non probatur præscriptio longi temporis decẽ ann.dato quòd probetur titulus,bona fides,& continuata possessio : nisi probetur ꝙ ambæ partes fuerint præsentes toto isto tempore,idest,quòd habuerint domicilium in loco,in quo agitatur iudicium:istud fuit singulare dictum Iac.But.in l.fin.

C.de

C.de præscript.long.tempor.quod sequitur ibi Ange.& refert Flor.& multum commendat in repetit.c.quoniam contra.col. xxiiij.circa med.de probatio.vbi dicit quòd pauci sunt qui ad hoc aduertant, & assignat rationem quia cum lex requirat in præscriptione x.annorum possessionem inter presentes,requiritur,quòd ille qui se fundat ex tali præscriptione.x.anno.probet possessionem continuam.x.ann.inter præsentes: sed tu dic vt dixi suprà.

SVMMARIVM.

1 Prouincia nomine quid intelligatur?

2 Prouincia debet accipi secundum communem & vulgarem vsum loquendi.

3 Romani regiones, quas vincebant appellabant prouincias, quasi procul victas.

4 Prouincia quot modis appellatur tã de iure ciuili quàm canonico?

5 Litigantes in causa præscriptionis,quando dicantur esse in eadem prouincia?

1 QVartò opportune quæro †pro intellectu præmissorum & materiæ quæ dicatur prouincia: vt sciamus quãdo vtraque pars dicatur præsens in eadem prouincia ad intellectum d.l.fi.C.de præscript.long.temp.gl.ibi repu.sing.in verbo idest. quam doct.communiter sequuntur: determinat quòd dicatur eadem prouinciá:quãdo est sub eodem præside seu regimine. facit text.in l.si in eadem.ff.de offic.asses.

Hinc infert illa glos.quòd cum singulæ ciuitates hodie habeant sua regimina: vt olim singulæ prouinciæ debent ambo esse in eadem ciuitate: vt dicatur præscriptio inter præsentes. Salicet.in d.l.fin.refert varias opin.præcipuè Goffred.& Host.
2 qui dixerunt,† quòd prouincia debet accipi secundum communem,& vulgarem vsum loquẽdi:& ita tenet ibi Cyn.& tandem concludit Salic.quòd inter clericos eadem prouincia dicatur respectu eiusdẽ archiepiscopatus.Sed inter laicos:quando sunt sub eodem præside:vt ibi latius per eum.

Et quæ dicatur prouincia latè not. Imo.in c.penulti.col.iij. & iiij.versic.aduerte, quia istud nomen prouincia de testi.ponens multos modos: quibus secundum varias materias capitur hoc verbum prouincia.& refert Felin.in c. Rodulphus.col. xiij. versicu. cæterum. de rescript. referens etiam decisionem

Gemi.

Gemi.in c.j.col.j.de tempor.ordi.in vj.quam dicit singularissimam dicentis, quòd vbi fit mentio de certa regione, vel prouincia non comprehenduntur habitantes in confinibus.

Et vnde sit dicta prouincia pulchrè not.do.Card.in clemen. dudum.versic.extra ciuitates.in j.q.& j.col.de sepul.vbi ponit quid sit ciuitas:quid diœcesis: & quid prouincia: & vnde dica-
3 tur?† Et dicitur prouincia secũdum eũ quasi procul victa. Cum enim Romani vicissent aliquas regiones appellabant prouincias quasi regiones procul victas,& sic dicitur à procul: quòd est longe:& victa: quasi longè victa & extra terminos vrbis Romæ,siue extra Italiã. Omnes enim regiones præter Italiam appellabantur prouinciæ. Italia vero non dicebatur prouincia: sed prouinciarum regina: vt dicit glo.in l.fin.in gl.j.C.sine cen. vel reliq.& in authen.qua in prouincia:super verbo in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor. Hinc dicuntur prædia Italica & prouincialia.l.j.§.fi.C.de vsucap.trãsfor.& l.in prouinciali solo.in princip.ff.de oper.no.nun.

Et dicitur prouincia secundum Cardi.vbi suprà post Pet.de Fleaza.per modum comprehensiuum ad ciuitates: quia plures sub se continet. Et quæ propriè dicatur prouincia declarat Bart.in extrauag.qui sint rebel.in verbo Lombardiæ.post me-
4 dium.versic.prouincia. † tradens quot modis accipiatur prouincia tam de iure ciuili quàm canonico: & concludit quòd vnus præsidatus dicitur vna prouincia:ex quo ei subsunt plures ciuitates.siue plura loca. Si vero vna ciuitas habeat separatam iurisdictionem,& non subest nisi vni præsidi:tunc quælibet ciuitas habens suum regimen distinctũ dicitur vna prouincia. Et ita procedit gl.in d.l.fi.secundum Bart.vbi suprà:qui etiam tractat:quæ dicatur ciuitas:vel quod dicatur castrum?

Et de vrbe,oppido,& territorio est bonus text.in l.pupillus. §.vrbs.cum seq.ff.de verbo.signifi.not. Bart.& doct.in l.j.§.siue autem.& ibi Alex.in apost.& lect.ponens plenas remissiones. ff.de oper.no.nuntia.

Et de his omnibus vide per Felin.latissimè in d.ca. Rodulphus.colum.x.cum quinque sequent. de rescript. tradentem qualiter accipiatur territorium.districtus, comitatus,ciuitas, villa,patria,prouincia,oppidum,municipium,vicus,burgus & de pluribus aliis.

Concludo igitur in proposito quòd licet prouincia diuersimode accipiatur secundum subiectam materiam, vt habetur in locis præallegatis:tamen in materia præscriptionis dicetur

vtraque

vtraque pars esse in eadem prouincia: vt procedat præscriptio longi temporis inter præsentes, quando vterque scilicet, qui præscribit: & contra quem præscribitur, habet domicilium sub eodem præside. Si autem domiciliũ habeant sub diuersis præsidibus videlicet vnus sub vno & alter sub alio: licet sub eodem dominio non dicetur esse in eadem prouincia: sed in diuersis prouinciis. & sic procedet præscriptio vti inter absentes. Nec attenditur quod res quæ præscribitur sit alibi sita, siue in aliena prouincia, quã præscribentis, & eius contra quem præscribitur. vt dicit text. in d. l. fin. Hæc fuit opin. Bart. vbi suprà. & Salicet. in d. l. fin. & declarat optimè Ioan. Fabr. institu. de vsu-
5 cap. in princip. colum. ij. & iiij. † vbi plenè examinat hunc articulum, quando dicantur partes esse in eadem prouincia: vt dicatur præscriptio inter præsentes: & concludit quòd dicuntur esse in eadẽ prouincia, & habentur pro præsentibus: quando partes sunt sub eodẽ præside, vel seneschallo, seu superiore, quamuis sint de diuersis territoriis & iurisdictionibus: quia ex quo coram vno maiore, vel superiore, videlicet, eorum seneschallo; vel præside litigare possunt, dicuntur præsentes. argum. d. l. fin. C. de præscript. long. temp. quæ secundum Ioan. Fabr. loquitur de præsidatu non de qualibet ciuitate. Et tamen certum est quòd in qualibet ciuitate de iure sunt singulares iudices subiecti præsidibus, vt apparet in authen. de defen. ciui. & C. eod. titu. per totum. ita dicit Ioann. Fabr. tangens plures aliàs quæstiones ad hanc materiam pertinentes, maximè: quid si domicilia actoris & rei sunt de diuersis præsidatibus, sunt tamen vicina, quia ambo sunt in finibus cuiuslibet prouinciæ: & quid si domicilia sint in diuersis prouinciis & res contentiosa est in prouincia actoris: & quid si præscribẽs sit exemptus: qui non potest in illa prouincia conueniri ex aliquo speciali priuilegio. & alia plura scribit in d. princip. institut. de vsucap. col. penulti. & vlti. ad intellectum d. l. fin. & post eum Angel. Areti. etiam colum. penulti. & vlti. super glo. in verbo præsentes. referens dicta Salicet. in dicta l. fina. Et concludit in effectu cum Salicet. quòd inter laicos ambo dicuntur præsentes, quando sunt sub communi præside eiusdem prouinciæ. Sed inter clericos: vel inter laicum, dominum & clericum, possessorem attenditur an sint sub eodem archiepiscopatu: vt latius per eos. Et ista est vera & communis opin. & tenenda in hac materia. vt suprà patet.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Currente præscriptione decem ann. si is contra quem præscribitur fuerit pro parte præsens & pro parte absens quid iuris?*

1 QVintò iuxta præmissa quæro. † Quid si is contra quem præscribitur fuitpro parte temporis præsens in prouincia siue loco domicilij, & pro parte absens durante decennio? dic quòd currit præscriptio: vt inter præsentes: duplicato tempore absentiæ. Casus est not. in authent. quod si quis. C. de præscriptio. long. tempor. & in corpo. vnde sumitur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus præscriptionis an sit vtile vel continuum?*
2 *Præscriptio quemlibet habet tempus continuum exceptis actionibus annalibus à prætore inductis.*
3 *Tempus continuum, aut vtile quod dicatur?*
4 *Tempus vtile tria requirit ad hoc vt currat.*
5 *Impossibilitas habendi iudicem quomodo probetur?*
9 *Dies cœptus in vsucapionibus, & præscriptionibus an habeatur pro completo?*
7 *Dilatio semper in dubio intelligitur continua, nisi cautum reperiatur, quòd sit vtilis.*

SExtò & vltimo quęro. Pro huius primæ partis quartæ prin-
1 cipalis complemento † an tempus præscriptionis sit vtile, vel continuum? glo. not. in rubr. ff. de diuer. & tempor. præscriptio. in fin. gloss. magnæ dat not. regulam quòd omne tempus
a præscriptionis est continuum, [a] nisi inueniatur lege cautum quòd sit vtile. & sequitur ibi Bart. in versicu. quæro an tempus
2 præscriptionum: qui concludit † quòd omnis præscriptio habet tempus continuum, exceptis actionibus annalibus à prætore inductis. Eandē regulam tradit gl. in l. j. in gl. pen. in fi. eo. titu. & gl. instit. de vsucap. in princ. in verbo per triennium. quæ pro ista regula allegant bonum text. in l. nunquàm. §. in vsucapionibus. ff. de vsucap. & ibi not. Paul. de Cast. dicens: quòd regulare est in omni præscriptione legali, vel statutaria, quòd dicatur habere tempus continuum, nisi lege vel statuto contrarium caueatur: vt sunt quædam præscriptiones annales inductæ à prætore: in quibus tempora sunt aliquando vtilia à principio

cipio tantum:& non ex postfacto postquàm incœperunt currere. Aliquando vero in principio & ex postfacto. vt est gl. magistra & singularis secundum Paul. in rubri. ff. de diuer. & tempor. præscript. circa fin. quam ibi sequitur Bartol. ferè in omnibus. Eandem conclusionem firmat ipse Paul. consil. ccxciiij. Ego Paul. & consil. ccxcvij. visis & ponderatis omnibus circa med. in antiq. vbi dicit, quòd regulariter omnis præscriptio iuris communis, vel statutaria dicitur habere tempus continuum, nisi lege vel statuto talem præscriptionem inducente caueatur expresè contrarium. Tempus enim regulariter currit & computatur de momento ad momentum. vt latè per Angel. & consil. antepenulti. Paul. Centolini. & per Bal. consil. ccclxxij. proponitur quod dictum compromissum. secundo volumine. Barba. consil. xlj. circa primum dubium.

3 † Quod autem dicatur tempus vtile, vel continuum declarat gloss. magistra in clementi. prima, in verbo in integrum: de restitutio. in integr. quæ dicit quod tempus continuum dicitur, quod cõtinuè currit diebus feriatis & non feriatis, in præsentia siue in absentia, & siue sit copia iudicis, siue non. Tempus vero vtile non currit diebus feriatis, diebus absentiæ, & quibus non est agendi copia. Et ad hoc est textus notat. in l. prima, ff. de diuers. & tempor. præscriptio. licet illa gloss. non alleget vbi dicitur, quòd tempus vtile non currit: nisi quando quis habet potestatem exercendi seu agendi: & hæc duo paria sunt vt ibi declarat gloss. prima, scilicet habere potestatem exercendi, & diem vtilem currere.

4 † Et ad hoc vt tempus vtile currat tria requiruntur. vt dicit ille textus videlicet quòd non sit impedimentum agendi, nec ex parte rei, nec actoris, nec iudicis. Et hæc tria requisita colligit ibi gloss. super verbo agendi. Et ideo tale tempus non currit tempore feriato: vel iudice non reddente ius. vt ibi declarat gloss. fin. Et vltra gloss. est bonus textus in l. secunda, §. dies. ff. quis ord. in bon. posses. serui.

5 † Qualiter autem probari poterit, quòd non potest haberi copia iudicis? declarat notat. Bartolus, in dicta l. prima in fin. ff. de diuers. & tempor. præscriptio. dicens: quòd sufficit quod actor se præsentet ante tribunal seu in loco iuris solito. Nec habet necesse iudicem alibi perquirere. per textum notat. in l. prima, §. adeundi. ff. quando appo. sit. Quod intelligo vbi tempus est iuridicum, & comparet hora iuris solita, & sic tempore congruo per textum in §. sedebunt. in authentica, de iudic.

& te

& teneo quòd in hoc sit seruanda consuetudo loci & fori: per tex.in l.fin.in fi.in verb. Saluóque more maiorum. ff. de iustit. & iure.cum ibi not. Accedat prædictis gl.in §.rursus.in verb. annuum. instit.de actio.& in l.fin.in glo.j.& ibi not. doct. C.de temp.in integ.restit.peten.

6 † Circa hoc dubitatur an in vsucapionibus & præscriptionibus dies cœptus habeatur pro completo?dic quod est differentia inter vsucapionem & præscriptionem longi temporis: in quibus requiritur possessio continua vsque ad vltimam diem, & sufficit,ꝙ tacta fuerit licet non completa,quia in eis versatur fauor. Et inter præscriptionē triginta annorum in qua versatur odiū,vbi requiritur tempus completum vsq; ad vltimum momentum vltimæ diei præscriptionis.l.in omnibus.la j.ff.de actio.& obligat.& in l.in vsucapionibus.ff.de vsucap.& in l.in vsucapione.in princip.ff.de diuer.& tempor.præscript. Et vbique hanc distinctionem facit glo.& sequitur Bart.& plenè not. glo.& doct.in l.iij.§.minorem.ff.de mino.vbi glos.assignat rationem,quia præscriptio est odiosa. Ideo in ea cōputatur tempus de momento ad momentum.& glo.magna in rub.ff.de diuers.& temp.præscript.& Bart.in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.versi.venio ad quartam.ff.ex quib.caus.maior.vbi dicit quòd præscriptio non operatur effectum nisi toto tempore completo non facta distinctione an sit fauorabilis, vel odiosa. Sed tenenda est prædicta distinctio,quam tenent glo.& Barto. vbi suprà,licet Paul.de Castr.in d.l.in vsucapionibus.ff.de vsucap.dicat illam l.solum debere intelligi in vsucapione triennij:quæ est merè fauorabilis.Non autem in præscriptione merè odiosa,vel mixta:& dicit illam legem procedere tam à parte ante.videlicet, in die qua fuit incæpta vsucapio, quàm ex parte post: idest de die vltima qua finitur, vt ipse latius declarat.Imol.ibi ponit aliam distinctionem inter actiones reales & personales.vt ibi per eum.Sed non recedo ab opi.glos.& Barto.

7 † Quando autem tempus in aliis materiis puta in dilationibus intelligatur in dubio vtile vel continuum? vide per Bal.in l.annus.cum ibi no.per glos.ff.de calum.& omnino Bald.in l. genero.ff.de his qui not.infa.& in l.j.col.vlti.C de dilat.& eundem in l.siue pars.eod.titu.& Paul.de Castr.consi.ccxciij.Ego Paulus in antiquis,vbi ponit de intellectu d.l.annus.& l.genero.Et quomodo sumatur tempus vtile notat Bald.in d.l.fin.col. vlti.C.de temp.in integ.resti.peten.Et dicit Petr.de Anchar.in

cle.j.

cle.j.de restit.in integr. quod in dubio omnis dilatio intelligitur continua, nisi reperiatur cautum quod sit vtilis.

Et quid in dilationibus ad probandum, an tempus sit vtile, vel continuum? posuit Bal.in l.si quando?in ij.q.& melius in v. C.de testa.Ang.Bal.& Pau.de Cast.in l.j.ff.si quis cau.cum con cor.alle. per Ias.in d.§.rursus, colũ.xviij.in antiq.impres.& colum.xiij.in noua.

ADDITIO.

a Vide bertachi. in repertorio in verbo præscriptio. vij. versi, præscriptio currit etiam tẽpore, Et an præscriptio currat tempore quo iudex est excommunicatus: vide per Panor. in cap.j. ver.extra quæro. de præscri.& bertachi.vbi suprà in versi.præscriptio currit etiam tempore quo iudex.

SVMMARIVM.

1 *Iurium incorporalium videlicet seruitutum duplex est species.*
2 *Lex, vel statutum loquens de possessione, aut possessore an extendatur ad quasi possessionem incorporalium?*

1 TRanseo ad secundam partem huius quartæ partis principalis † in qua videndum est de præscriptione iurium incorporalium: videlicet seruitutum quarum duplex est species realium & personalium.l.j.cum ibi no.ff.de ser.titu.generaliter.in quibus propriè non cadit, possessio.l.seruus.§.incorporales.ff.de acqui.re.domi.& l.iij.in prin.ff.de acqui.pos. Sed quasi possidentur: vt ibi dicit glos.& in l.ait prętor.§.item ei.ff. ex qui.cau.maio.not.Panor.in c.si.in prin.ij.colum.de iur.

2 Hinc solet dubitari † vtrum lex vel statutum loquens de possessione, aut de possessore extẽdatur ad quasi possessionem incorporalium? quam.q. latè examinat Are. in rubr.ff.de acq. poss.col.vlt.& consi.xxx.viso themate.col.iij.vbi decidit,quòd statutum disponens, quòd si quis possederit aliquam rem pro sua per certum tempus eam præscribat,extenditur ad pręscriptionem seruitutis cõtinuę & sic ad quasi possessionem: quod not.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes reales quomodo præscribantur?*
2 *Seruitus habens causam continuam quãto tempore præscribatur?*

3 *Conclusio quòd seruitus causam discontinuam habens nō præscribitur nisi tanto tempore, cuius initij memo. &c. fallit vbi allegatur titulus seruitutis discontinuæ, & probatur de vsu. vel quasi possessionis seruitutis.x.ann. inter præsentes & xx. inter absentes sciente & patiente aduersario.*

4 *Seruitus discontinua præscribitur longo tempore, vbi probatur verus titulus habitus à tertio non domino, qui seruitutem constituisset inter viuos, vel in vltima voluntate.*

5 *Publiciana & præscribendi conditio à pari procedunt affirmatiue.*

6 *Seruitus formata siue titulata præscribitur longo tempore.*

7 *Tempus xl. annorum requiritur ad præscribendam seruitutem in prædio ecclesiæ. Iura spiritualia & spirituali annexa non præscribuntur minori tempore xl. ann.*

8 *Ad præscriptionem seruitutis requiritur tempus aliquādo maius, aliquando minus.*

9 *Seruitutem præscribere volens necesse habet, quòd vltra tempus requisitum vsus fuerit iure seruitutis.*

10 *Bona fides requiritur in præscriptione seruitutis.*

11 *Bona fides quomodo probetur, aut ex quibus præsumatur in iuribus incorporalibus?*

12 *Seruitutem volens præscribere necesse habet probare se vsum fuisse seruitute sciente & patiente aduersario.*

13 *Probatio de scientia, vel patientia aduersarij in præscriptione seruitutis quo casu requiratur vel non?*

14 *Probato spacio tanti temp. cu. ini. me. &c. non est necesse probare scientiam vel patientiam illius, contra quem præscribitur.*

15 *Conclusio illa, quòd requiritur probari de scientia & patientia in præscriptione seruitutum quomodo limitatur?*
Seruitus quando dicatur formata?

16 *Ad præscribendam seruitutem quid specialiter requiratur?*

a PRimò igitur quæro. [a] Circa istam secundam partem quar-
1 tæ partis principalis † qualiter & quomodo præscribantur seruitutes reales?

Istam materiam plenè tradunt glo. ordi. & magistra. in l. seruitutes. la grāde. in prin. ff. de serui. titu. generali. Bar. & omnes scrib. præcipuè d. floria. & Pau. de Cast. col. pe. & vlti. gl. & doct. in l. ij. C. de ser. & aqua. & Bart. post. gloss. in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & doct. omnes in §. æquæ. insti. de actio. videlicet. Nico. de Neapo. colum. iiij. circa fi. & seq. qui format tres oppo. ad probandum quòd seruitus non præscribatur & respondet vt ibi per eum in iij. v. & vj. oppo. & Ioā. Fab. colum. v. cum tribus

tribus seq. Are.col.pe.& vlti. Et latè Panorm.in cap.de quarta. colum.penul.& vlti. & latius Feli.in tribus vlti. col.post Inno. Butri.Imo.& alios cano.de præscript. Anto. de Butri.in repe.c. peruenit.col.iiij.de censi.vbi in vj.colum tangit quantum tempus requiratur de iure canonico ad præscriptionem seruitutum realium, & an quasi possessio causet præscriptionem in incorporalibus.

Et hanc materiam diffusè tractat Petr. de Anch. in cap.sine possessione. col.vij. de regu.iur in vj.Et latius Cæpol. in tract. ser.vrb.præd.cap.xix. & xx.colligens omnia requisita ad præscriptionem seruitutis. not.Alex. consi.cviij.in causa & lite.ij. & iij.col.ij.vol.In quibus locis gloss.& docto.plenè declarant, quando seruitus dicatur habere causam continuam, vel quasi, aut discontinuam: præsertim Bart.& Bald.in d.l.ij. colum.ij.C. de serui.& aqua.& Bart.in d.l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arcen. & Pe.de Ancha.in d.c.sine possessione.colum.vij.Feli.in d.c.de quarta.col.antepenul. Cæpol.in d.c.col.j.

2 Et hæc in summa est communis doct. glo. & omnium doct. antiquorum & modernorum ex mēte iurium collecta † quòd seruitus habens causam continuam quia ad eius vsum non requiritur semper factum hominis successiuum & cōtinuum, quamuis requiratur à principio: vt in seruitute aquæductus, præscribitur decem annis inter præsentes: & viginti inter absentes, exemplo rerum immobilium. l.ij. & ibi plenè not. glo. & doct.C.de serui.& aqua. & l.si quis diuturno.ff.si serui.vend. Idem iuris est: si seruitus habeat causam quasi continuam vt in seruitute stillicidij.l.foramen.ff.de serui.vrb.præd. Si verò seruitus habet causam discontinuam: quia ad eius vsum semper requiritur factum hominis successiuum vt in seruitute viæ & itineris, non præscribitur nisi per tantum tempus, cuius initij memoria non extat. secundum glos.& doct. in d. l. seruitutes. & in l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arcen.per illos text.

Et hæc vera de iure ciuili. Sed de iure canonico secundum dom.Anto.in d.c.peruenit.colum.iiij.de censi.Si quis habet titulum seruitutis realis discontinuæ, vel talem scientiam siue credulitatem quæ iustificet possessionem, seu quasi, sufficiunt quadraginta anni, Aliàs requiritur tantum tempus: cuius initij &c.prout de iure ciuili: vt ibi latius per eum: sed tunc inter priuatos sufficerent decem anni concurrente titulo. vt infrà dicetur in secunda fallen. Et rationem quare seruitus discontinua non præscribatur regulariter: nisi tanto tempore cuius

initij &c.assignat Petr.de Anc.in dicto capitulo sine possessione. colum.vij.post Bart. in l.iusto.§. non mutat.ff.de vsucapio. & not. Bartol.& doctores in dicta lege seruitut es. la grande.

3 Fallit hæc vltima conclusio in quatuor casibus. †Primò quando quis allegaret titulum seruitutis discontinuæ, & probaret de vsu vel quasi possessione seruitutis decem annorum inter præsentes, vel viginti inter absentes, sciente & patiente aduersario. Tunc enim ex vsu tanti temporis præsumitur titulus allegatus, quamuis aliter non probetur. & isto casu seruitus discontinua præscribitur spacio longi temporis. Ita firmant gloss. & Bartol.in dicta lege seruitutes.in gloss. magna ad fin. & hæc est communis opin.Cano. & Legi.vt ibi attestatur Pau. de Cast.columna vltima, optimè declarans:& Cæpol.in dicto capitulo xix.colum.penul.dicens quòd opin.glos.est communis: & quòd eam semper obseruari vidit in practica. Et Felin. in dicto capitulo, de quarta. colum.penultima. Et secundum istam communem conclusionem latè consuluit Alexand. consil. lxix. circa primum. columna secunda,versiculo præterea, quinto volum. Et pro eadem consuluit magnus practicus d. Iacobus. de sanct.Geor.præceptor meus: vt refert dom. Lancell.Deci.in l.si certis annis. prope fi.com. C.de pact. Hæc fallentia venit restringēda:dummodo quis probet se fuisse vsum seruitute ex illa causa allegata. vt pulchrè per Alexand. præalleg. consil.cviij.in fin.secundo volum. Et plenè dixi suprà in tertia parte princ. quæstio.x. circa materiam.l.cum de in rem verso.ff.de vsur.in secunda limita.colum.xij.

Sit ergo cautus ille qui est vsus aliquo iure seruitutis discontinuæ:vt semper alleget aliquem titulum habilem ad constituendum seruitutem sibi fuisse concessam:&probet se vsum fuisse illo iure seruitutis per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes sciente & patiente aduersario: quia sic obtinebit.

Sit etiam cautus in hoc: vt alleget se titulum habere ab aduersario, siue ab eo qui possit seruitutem imponere rei: & sic à vero domino. Nec alleget se titulum habere ab aliquo tertio non domino: quia hoc non sufficeret.

Scientia enim & patientia non domini non faceret resultare præsumptionem tituli in facto alieno: sed in facto proprio sic. Ita declarat Paulus de Castro in dicta l.seruitutes.colum. vltima.& sequitur Cæpol. in dicto cap.xix.col.pen. tract.seru. vrb.prædio.

4 † Se

4 † Secundò fallit prædicta conclusio: quando quis probaret verum titulum habitum à tertio non domino fundi: qui constituisset seruitutem inter viuos, vel in vltima voluntate iuxta §.fin.insti.de seruitu. Nam tunc seruitus licet discontinua acquiritur: & præscribitur longo tempore concurrente titulo, & bona fide. Ita pulchrè decidit Paul.de Cast.in d.l.seruitutes.in princip.circa fin.commen.versi.est & alius casus fallentiæ.per l.fin.in fi.C.de præscrip.long. temp.& per text.in l.si ego.§.j.ff. de publici.vbi dicitur quòd publiciana datur pro seruitute cõstituta à non domino,& per patientiam tradita. Ergo tũc præscribitur communi tempore.Quia publiciana & præscribendi conditio à pari procedunt affirmatiuè. l.eum qui.in prin.ff.de publ.quod dicit Paul.esse singulare. Et id quod habetur in d.l. seruitutes:debet intelligi secundum eum, quando ille qui volebat præscribere seruitutem, non habebat verum titulum à tertio. Refert & sequitur Cæpol. in d.c.xix.colũ.pen. circa fin. ver.tertius casus.

5 Et addo quòd ante eos ita determinauit Ioã.Fab.in §.ęquè. colum. v.instit.de actio.Concludens † quòd seruitus formata, siue titulata præscribitur longo tẽpore mediante titulo, exemplo immobilium. Et intellige vt dixi de titulo habito à non domino. Non autem à verò domino: quia tunc non esset opus præscriptione, sed incontinenti esset quæsita seruitus. lege clauibus. ff. de contrahenda emptione. & lege sequitur. §. lana. ff. de vsucapionibus, & declarat Cæpola in dicto capitulo decimonono, colum.fin. versicu. & intellige. & cap.xx. circa fin.ij.colum.

6 † Tertiò fallit prædicta conclusio in ecclesia. Quia ad præscribendam seruitutem in prædio ecclesiæ & sic contra ecclesiam etiam si habeat causam continuam semper requiritur tempus quadraginta annorum, sicut in pręscriptione dominij, secundum Innocentium & Cano.in capitulo si diligenti.de præscriptionibus, & sequitur Paulus de Castro in dicta l. seruitutes.colum.tertia, versic.tertiò requiritur.

Si verò seruitus sit discontinua requiritur tempus, cuius initij, &c. prout in priuato, quia non debet ecclesia in hoc esse deterioris conditionis quàm priuatus. Nam præscriptio quadragenaria fuit introducta in fauorem ecclesiæ eo casu quo minori tempore præscribitur contra priuatum. & sic non debet in eius odium retorqueri. Ita declarat Paulus in dicto

capitulo.de quarta.colũ.iij.versicu.ij.est dubium &c. Et ibi alij sequuntur.

7 † Quartò fallit prædicta conclusio in iuribus spiritualibus: quia datur regula, quòd omnia iura spiritualia, vt ius eligendi & spiritualitati annexa vt ius patronatus.c.quanto.de iud.non præscribuntur minori tempore quadraginta anno.non attento an habeant causam continuam vel discontinuam.per d.c.de quarta.cum ibi plenè not.de præscript.Et faciunt not.in c.consultationibus.de iurepat.Istam regulam tradit Bald.in l.ij.col.ij.versi.quæro ergo.C.de serui.& aqua.Sequitur Are.in §.æque.col.v.insti.de actio.

8 † Primò ergo requiritur tempus ad præscriptionem seruitutis aliquando maius: aliquando minus,secundum distinctionem prædictam.

9 † Secundò ad præscriptionem seruitutis inter alia requisita quæ enumerat Cæpo.in d.c.xx.post Pau.de Cast.in d.l.seruitutes.col.pen.in princ.requiritur vltra tempus,quòd volens præscribere fuerit vsus iure seruitutis.i.credẽs se vti iure suo:alias nunquàm præscriberet.l.fin.vbi text.no.& ibi no.Paul.de Cast.ff.quemadmo.serui.ami.dicens quòd est necesse,vt vtatur tanquàm seruitute sibi debita:alias nõ acquirit seruitutem:etiam si vsus fuisset tanto tẽpore,cuius initij &c.& vltra Pau.de Cast.& Cæpol.adduco bonum text.pro hoc in l.j.§.Aristo.ibi, qui se putat suo iure vti.ff.de aqua.quoti.& æsti.

Qualiter autem probetur quòd quis vsus fuerit iure seruitutis?tradunt cano.maximè Imol.in c.bonæ.el secundo,de postu.præla.& in c.cum ecclesia Sutrina.super glo.in verbo affuisse.de cau.pos.& proprie.Et not.plenè Bart.in l.j.§.hoc interdicto.col.ij.versicu.venio ad sequentem glo.vsque ad versic.vlterius quæro.ff.de iti.actuque priua.quem sequitur Pau.in d.l.seruitutes.& Alexand.consi.50.ponderatis verbis.circa fi.versi.& prædicta.iij.volu.

† Tertiò requiritur in præscriptione seruitutis bona fides vt no.glo.Bart.& docto.in d.l.ij.C.de serui.& aqua.& in d.l.seruitutes.la grande.glo.& Bart.in l.j.§.hoc interdicto.col.vlti.ff.de iti.actuque.priua.Panor.& Cano.in c si diligenti.col.iiij.versi.venio ad secundum.vbi Feli.de præscript.Nico.de Neapo.in §.æque.in xj.q.& Ioan Fab.col.v.vij.& viij.inst.de actio. Et plenè Cæpol.in d.c.xx.de serui.vrb.præd.colum.j.Et cõmuniter concludunt Barto.& docto.suprà & infrà allegati:quòd in præscriptione seruitutis agẽs debet probare bonam fidem:quia habet iuris

iuris præsumptionem cõtra se:quælibet res præsumitur libera nisi de seruitute probetur.l.altius.C.de serui.& aqua.Et firmat Aret.consi.xxx.viso themate. col.ij.

11 † Et qualiter prębetur:& ex quibus præsumatur bona fides a in istis iuribus incorporalibus?tradunt docto.in locis præalleg. maximè Barto.in dicto §.hoc interdicto:colum.vlti.post glos. & Ioan.Fa.in d.§.æque.colum.vij.& viij.versicu.sed quæritur. & versicu.quis ergo erit modus.vbi not.dicit quòd quàmuis in præscriptione rerum incorporalium sufficiat habere bonam fidem ab initio.l.j §.& hoc tantummodo.C.de vsucap.transfor. Tamẽ in præscriptione seruitutis.& incorporalium requiritur omni tempore.

Ex quo infert,quòd si quis fuerit vsus seruitute,vno vel pluribus annis bona fide, & ante præscriptionem completam superuenerit mala fides? quia prohibitus fuit per dominum fundi seruientis,non præscribit.l.ij.C.de seruitu.& aqua.& ibi Ioã. Fab.assignat rationem diuersitatis:quod maximè procedit de iure canonico:secundum quod in omni præscriptione requiritur bona fides continuata vsque ad completam præscriptionẽ. c.fina.cum ibi plenè not.de præscript.

Et in materia vide quæ latius not.doct.vbi suprà præsertim Panormi.in d.c.si diligenti.& Cæpo.in d.c.xxx.de seruit.vrba. præd.per totam.j.colum.vbi latè tradit ex quibus præsumatur bona fides in proposito,& qualiter probetur. Et vltra eos latè no.domi.Anto.de Butr.in repe.c.peruenit.colum.vij.viij.& ix. versicu.circa tertium.de censi.vbi concludit quòd bona fides non præsumitur in incorporalibus nisi probetur.

Et circa modum probandi bonam fidem,quando non adest titulus sequitur doctrina Barto.in d.l.j.§.hoc interdicto.Et dicitur quis habere bonam fidem in istis incorporalibus secundũ eum,quando credit se vti iure suo:& ibi dicit quod debet allegari.De quo latius dicam in l.Celsus.in tertia parte.ff.de vsuc. Et antè eum plenè not.Petr.de Ancha.in c.sine possessione.col. vj de reg.iur.in vj.qui etiam sequitur Bart.in d.l.j.§.hoc interdicto.dicens quòd est differẽtia in hoc inter corporalia in quibus regulariter præsumitur bona fides,& incorporalia:quia in ipsis regulariter præsumitur mala fides,eo quòd iuris præsumptio est in contrarium, videlicet, quod quælibet res præsumitur libera &c.Nisi ille qui prætendit sibi competere seruitutẽ, probet aliquid propter quod motus fuerit ad sic credendum: vbi latius per eum post Barto.vbi suprà.

12 Quartò † requiritur in præscriptione seruitutis: quod qui
b probet se vsum fuisse seruitute sciente & patiente [b] aduersario l.ij.& ibi glo.Bart.& docto.C.de serui.& aqua.iuncta l.quoties. la secunda.ff.de serui.tit.generali.Et in hoc differt præscriptio seruitutum à præscriptione rerum corporalium, in qua nõ exigitur scientia aduersarij: sed procedit etiam contra ignorantẽ. l.fina.versi.nulla.C.de præscript.long.tempo.

Et ratio quare in præscribẽdis seruitutibus requiratur scientia & patientia aduersarij est: quia ad hoc vt præscribatur seruitus, requiritur quasi possessio seruitutis.l.sine possessione.ff.de vsuca.quæ haberi non potest nisi mediante patientia aduersarij.d.l.pen.ff.de seruit. Hæc autem patientia esse non potest nisi duobus concurrentibus: videlicet vsu seruitutis: & quòd aduersarius sciat necessario: ergo requiritur scientia: quia quasi possessio in seruitutibus & in iuribus incorporalibus cõsistit in scientia & patientia aduersarij. Si ergo ignoraret, non procederet præscriptio: quasi possessione deficiente dicta l.sine possessione.

Istam rationem assignat Bar.in l.secunda.colum.vlti.versic. tu dicas.C.de serui.& aqua.& in d.l.seruitutes.in fi.prin.dicẽs. Sis cautus quòd semper facias articulum de scientia & patientia: & quòd talis vsus est sciente & patiente aduersario. & ibi assignat aliam rationem. Et idem Barto.in l.j.§.fina.ff.de aqua plu.arcen. Sequuntur Panor.& Feli.in d.c.de quarta.col.vlti.refert Ias.& declarat in l.imperium.col.duodecima.ff.de iurisdi. om.iud.

Et vltra eos not.Ioan.Fa.in §.æque.colum.vj.versic.sed quæro.institu.de actio.dicens quòd præscriptio seruitutis incipit à die scientiæ.& quòd in seruitute negatiua nõ incipit nisi a die prohibitionis.vt not.glos.& docto.in l.qui luminibus.ff.de serui.vrba.præd.& in l.j.C.de serui.& aqua.& ibi ponit practicam probandi scientiam aduersarij.col.viij.

Et à quo tempore currere incipiat præscriptio seruitutis, latius declarat Panormi.in dicto c.de quarta colum.penul.versi. venio ad primum post Inno.

Et ad prædicta vide domi. Anto.de Butr.in repet.c.peruenit. colum.v.circa fin.de censib.& Bald.in repeti.l.fina.colum.xiij. C.de præscript.long.tempo.vbi etiam assignat rationem, quare requiratur scientia & patientia in præscriptione iurium incorporalium, & non requiratur in præscriptione rerum corporalium.

Primò

13 † Primò singulariter limita hanc conclusionem vt procedat quando quis solum probaret de vsu longi temporis decem, vel viginti annorum. Secus si probaret de vsu longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum. Tunc enim non requiritur, quòd probet de scientia & patientia aduersarij: quia sicut operatur titulus: vt possit quis præscribere seruitutem aduersario ignorante vel non patiente. vt in proxima sequen. limi. dicetur. Ita etiam operatur longissimum tempus, quando titulus nō interuenit. Ita singulariter decidit Pau. de Cast. in d. l. ij. in vlt. apostillatione. C. de seru. & aqua. dicens quòd scientia & patientia aduersarij nō requiritur in præscriptione seruitutis longissimi temporis, sed sufficit solus vsus. In præscriptione vero longi temporis bene est necessaria scientia & patientia. Et ita intelligit illum tex. & ad hoc alle. Inn. in c. bonæ. el secundo de postu. præla. refert & sequitur Cæpo. in d. c. xx. col. ij. versi. quartum. in tract. serui. vrba. præd. Sed Feli. in c. de quarta. col. vlti. ver. dum subdit Abb. de præscr. aliter refert dicens, quòd in præscriptione iurium incorporalium non requiritur scientia aduersarij, quando probatur præscriptio tanti tēporis cuius initij &c. alle. Pau. de Cast. in d. l. ij. C. de serui. vbi dicit quòd sufficit longissimum tempus. vt suprà retuli. Et sic ibi nō dicit id ad quod Feli. alle. Sed bene hoc dicit Pau. in d. l. seruitutes. la grande: col. vlt. circa princip. vbi refert Barto. sentire contrarium. in l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arc. quod dicit ipse Pau. esse verius: & transit cum Barto. & sic tenet oppositum eius, ad quod alleg. Feli. & ibi assignat rationem. Et istam partem, quòd requiratur probari de scientia & patientia partis, contra quam præscribitur in incorporalibus licet probetur de tāto tempore cuius initij &c. tenet Alex. consi. xvj. in causa & lite. colum. iiij. vers. posset etiam declinari v. vol. referens Barto. ita tenere in l. si publicanus suprà fin. ff. de publi. & plures alios. Et ibi limitat not. hoc procedere quando quis se fundat simpliciter ex præscriptione. Secus si fundaret se in consuetudine tanti temporis cui initij &c. quia tunc secundum eum non requiritur probari de scientia nec patientia aduersarij per text. in c. super quibusdam. §. præterea. cū ibi no. de verb. signi.

14 Sed quicquid teneāt præfati doct. communis opi. est † quòd vbi probatur de spatio tanti temporis cuius initij &c. nō requiritur scientia eius, contra quem præscribitur, nec patientia. vt firmat Alexand. sibi contrarius consilio sexto viso themate &

dubiis penultima columna,primo volumi.vbi atteſtatur quòd hæc opinio eſt communis.& dom.Iaſ.in l.imperium.columna nona in fin.& latius columna vndecima. verſiculo circa primum.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.qui quàm plures autoritates adducunt.Hanc partem ſequitur Feli.in dicto c.de quarta,columna vltima.& dom.Clau.Aquen.in l.more.colum. quarta ante fi.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.Conclude igitur quòd vbi probatur de tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium,non exigitur in præſcriptione ſeruitutum & iurium incorporalium probatio de ſcientia & patientia aduerſarij.Alias vero ſic quãdo probaretur de minori tempore quicquid tenuerit Pau.de Caſt.qui ſibi fuit contrarius vt ex præmiſſis patet.

15 † Secundò limita prædictam cõcluſionem,quæ habet, quod requiritur probari de ſcientia & patientia aduerſarij in præſcriptione ſeruitutum:vt non procedat,quando quis haberet titulum ſeruitutis à quodam tertio non domino:qui putabatur dominus fundi:& conſtituit ſeruitutem in ipſo fundo, quem fortè poſſidebat,licet eſſet alienus:quia tunc non exigitur ſcientia & patientia domini.Sed præſcribitur ſeruitus exemplo immobilium contra ignorantem,per text. in l.finali. in fin.C.de præſcriptione longi temporis.Ita not.decidit Cyn.poſt Petr.in dicta l.ſecunda.in ſeptima quæſtione.C.de ſeruit.refert & ſequitur Paul.de Caſt.ibi in vlti.apoſtill:text.in fin.commen.& clarius.in d.l.ſeruitutes.la grande.columna penultima.verſic. quarto quæritur dicens pro hoc eſſe text.no.in l.ſi ego.§.j.ff.de publici.

Et hæc eſt ſingularis limitatio ſecundum Pau.de Caſt.ad id quod communiter dici ſolet, quòd in iuribus incorporalibus non eſt dare quaſi poſſeſſionem niſi per ſcientiam & patientiá aduerſarij,quod poteſt contingere in multis : vt in paſcuis , aquæductibus & in iuriſdictionibus,& in iure boſchãdi;de quibus quotidie oriũtur lites in partibus iſtis,& pauci ſunt:qui ad hoc aduertant.Et communiter dicunt quòd non poteſt præſcribere quia non probauit de ſcientia & patientia aduerſarij.

Tu autem aduertè : an habeat titulum:vel ne : quòd perpetuo tene menti.Hæc ſunt verba Pau.in d.l.ſeruitutes.refert & ſequitur Cæpo.in d.c.xx.col.ij & Feli.in d.c.de quarta.col.vlti.

Vltra quos addo Antonium de Butrio ſic firmantem in repetitione c.peruenit.col.quinta,circa fin.de cenſi.vbi dicit quod

ſcientia & patientia exigitur in ſeruitute formāda. Sed in iam formata non per text.in d.l.fi.C.de præſcript.long.tempor.

Et dicitur formata ſecundum Butri.quando fuit mihi conſtituta ab aliquo quem puto dominum.Et ſic dicit ipſe quando quis habet titulum,non exigitur ſcientia in præſcriptione ſer-
16 uitutis. † Quintò requiritur ad præſcribendum ſeruitutem: quando eſt negatiua vt ſeruitus altius non tollendi, prohibitio,& à die prohibitionis incipit præſcriptio.vt not.gl.& doc. in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrba.præd.& in l.j.C.de ſeruit.& aqua.& glo.iij.in c.abbate.de verbo.ſignifi. Cæpo.in d.capi.xx. col.iij.vltra medium.

ADDITIO.

a Adde Bald.in repet.c.fin.col.xviij.C.de præſcrip.long.temp.
b Et not.quòd in præſcriptione ſeruitutis requiritur ſcientia eius qui poſſet expreſſe conſtituere ſeruitutem in re. Et ideo ſi poſſeſsio vacat:non requiritur ſcientia vel patientia alicuius in iuribus priuatorum:ſed in iuribus eccleſiarum requiritur ſcientia cuſtodis, vel ſuperioris ad quem ſpectat conceſſio iuris. Item requiritur ſcientia omnium quando agitur de præſcribendo ſeruitutem contra plures:imo ignorantia vnius prodeſt omnibus æque poſſidentibus: niſi iura ſint diuerſa & non ſufficit ſcientia poſſidentis vi, clam, vel præcario: & ſic iniuſti poſſeſſoris. vide ad hæc latè Bertachi. firma. in repertorio.in verbo præſcriptio.ij.col.j.verſicu.præſcriptio iuris.

Et not.quòd ſcientia & patientia conductoris non nocet domino in pręſcribenda ſeruitute:vt pulchrè per Paul.de Caſt. conſi.cclxvj.videtur quod non poſſit.ver.non conſtat.in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Titulus an ſit neceſſarius ad præſcriptionem ſeruitutis & iurium incorporalium?*

2 *Concluſio iſta, quòd non requiritur titulus in præſcriptione ſeruitutis procedit in præſcribenda ſeruitute reali continua.*

3 *Præſcriptio ſeruitutis perſonalis, vel mixta non currit ſine titulo, & bona fide.*

4 *Seruitus, vſus & vſusfructus quadam ratione præſcribuntur ad inſtar immobilium.*

5 *In realibus ſeruitutibus non cauſatur præſcriptio ex poſſeſsione ciuile,*

uili, sicut in re corporali.

9 *In seruitiis & præstationibus personalibus sufficit præscriptio longi temporis.*

6 *Præscriptio procedit in vsufructu formato, id est, constituto ab eo, qui putabatur dominus.*

8 *Longissimi tempo. xxx. ann. præscriptio currit contra ignorantem.*

SEcundò principaliter quæro. Circa hanc secundã partem
1 quartæ principalis † vtrum ad præscriptionem seruitutis
a & iurium incorporalium requiratur titulus [a]? Concludo quod non, regulariter. text. est in l. si quis diuturnò. & ibi not. gloss. & doct. ff. quemadmo. seruitu. amit. gl. Bart. & omnes in d. l. seruitutes. la grande. & in d. l. ij. C. de seruitu. glo. in l. j. §. fin. in verbo quandiu. ff. de aqua plu. arcend. Bart. in l. fi. ff. quemadmo. seruitu. amit. Innoc. in c. si diligenti. de præscript. & Cæpo. in d. ca. xx. tracta. seruitut. vrba. prædi. col. ij. circa fin. versicu. sed nunquid. Nec etiam titulus debet de necessitate allegari secundum Innoc. in d. c. si diligenti. & sequitur Paul. de Castr. in d. l. seruitutes. circa med. versic. dic ergo reprobata opin. Angel. tenentis quod necessaria esset allegatio tituli, licet non probatio in præscriptione seruitutis continuè: quia vt dicit Paul. si sic esset nulla foret specialitas inter seruitutem continuam & discontinuam. Nam seruitus discontinua præscribitur spacio longi temporis cum allegatione tituli vt ibi vult glo. communiter approbata. & dixi suprà refert & sequitur Cæp. in loco præalleg. Et sic stat conclusio quod in præscriptione seruitutis continuè nõ requiritur titulus, nec tituli allegatio. Et hanc conclusionem vltra præfatos docto. firmant Nico. de Neapo. in §. æquè. colum. vj. in vj. & vij. q. & Ioan. Fab. col. vij. institu. de actio. Et duplex ratio redditur per doct. quare in præscriptione seruitutis & iurium incorporalium de necessitate non requiratur titulus. Prima ratio est quia istæ seruitutes reales quæruntur rei. l. qui alienò. §. fin. ff. de negot. gest. cum concor. ibi signatis in glos. quæ res sibi non potest de titulo prouidere cum sit inanimata: sed iura corporalia quæruntur personæ quę sibi potest de titulo prouidere.

Secunda ratio est, quia in corporalibus agitur de maiori præiudicio, scilicet, de acquisitione dominij: quàm in incorporalibus, in quibus sola res afficitur & eius tantum conditio grauatur. Ista fuit ratio Dyn. in capi. possessor. colum. quarta, de regul. iur. in vj. quam sequitur Cyn. in l. secunda, in quinta, quæstio.

quæstio.C.de seruitut.& Barto.in dicta l.seruitutes.circa princip.versicul.quot sunt necessaria.Panormita.in capit.de quarta.colum.vlti.& ibi pulchrè declarat Felin.colum.penulti.circa princip.de præscriptio.

Ista etiam est ratio secundum Dyn.in d.capitu.possessor.colum.penultim.quare in præscriptione seruitutis personalis, vt vsusfructus,requiratur titulus: quia cum vsusfructus sit pars dominij.l.iiij.ff.de vsufruct.& per consequens in eo præscribendo tractetur de magno præiudicio. Ideo requiritur titulus ad præscriptionem ipsius,& aliorũ iurium personalium: prout requiritur in præscriptione rerum corporalium.

Et has rationes refert & approbat Cæpo.in d.capitu.xx.colum.secunda,in fin.& sequen.in tract.seruitut.vrba.prædio. Et vltra eum domi. Anto.de Butri.in repetitio.capitul.peruenit.colum.quarta,& seq.de censi.& Petr.de Anchara.in capit.sine possessione.colum.sexta,& septima, de regul.iur.in sexta, vbi plenè declarant.

Sed contra fortiter arguitur, quòd immò in præscribenda seruitute verus titulus requiratur: quia ille, qui seruitutem præscribit habet contra se dispositionem seu præsumptionem iuris communis, quoniam omnis res præsumitur libera: nisi de seruitute probetur l.altius.& l.si in ædibus.C.de seruitut.& aqua:ergo videtur quòd non solum allegatio: sed etiam tituli probatio sit necessaria.argumen.capitu.primo de præscriptio. in sexta, vbi dicitur quòd quando ius commune resistit præscribenti,vel præsumptio iuris est contra eum: semper in præscriptione requiritur titulus vel tempus:cuius initij &c.

Istud contrarium mouet Innocen.in dicto capitu.si diligenti.& soluit vt ibi per eum.refert Paul.in dicta l.seruitutes.circa med.versicu.dic ergo & dat aliam solutionem.dicens quòd dicto capitulo primo loquitur de præscriptionibus currentibus contra ecclesiam vel res ecclesiæ. Secus est contra priuatum quæ solutio non est vera: vt statim dicam: quàmuis Cæpo.simpliciter referat: & sequatur in dicto capitulo nono col. tertia,circa med.

Vnde ad istud contrarium responde: vt plenè dixi in tertia, parte princip.huius tract.colum.xxxij.versicul.redeo nunc ad intellectum &c.& per Felin.in dicto capitulo si diligenti.vbi latissimè explicat intellect.dicto capitulo primo colum.iiij. cum duabus sequen.& in dicto capitulo de quarta.colum.penulti.circa princip.qui respondet quòd non omnis præsumptio

ptio facit quod sit opus titulo sed debet esse vrgens: puta in seruitio graui: secus in leui, vt quòd res præsumatur libera. Communis est solutio quòd text.in dicto capitulo primo, procedit vbi tractatur de magno præiudicio.secus si de modico vt in acquisitione seruitutis:prout dixi plenius vbi suprà.

Et vide Pet.de Ancha.in c.sine possessione.col.viij.de regul. iur.in vj.vbi hoc contrarium latè deducit.& domi. Anto.de Butri.in repetitio.capitul.peruenit.colum.iiij.& v.de censi. Et iterum.colum.xiij.circa fin.& xiiij.vbi etiam examinat aliud contrarium dicto capitu.cum ecclesia. Sutrina.de causa possessio.& proprie.& concludit quòd in incorporalibus: vbi agitur de leui præiudicio patientia est loco tituli: secus si de magno:& iterum.colum.xiiij.circa fin.vbi reassumit intellectum dicta l.si quis diuturno.

2 † Primò limita & restringe conclusionem prædictam, quæ habet, quòd in præscriptione seruitutis non requiritur titulus, vt procedat in præscribenda seruitute reali continua: quia tunc vt præscribatur spacio longi temporis, requiritur verus titulus, vel saltem allegatio tituli, vt dixi suprà in primo requisito circa fin.

Secundò limita vt procedat vbi agitur de præscribendo contra priuatum: secus si agatur de præscribenda seruitute in prædio ecclesiæ:tunc enim requiritur titulus secundum Paul. de Castr.in dicta l.seruitutes.circa med.versicul.dic ergo. Et simpliciter sequitur Cæpo.vbi suprà per text.in dicto capitulo primo de præscriptio.in sexto. Sed hoc non puto verum, quia non reperitur cautum: quòd aliud statutum sit in prædio ecclesiæ, quàm in prædio priuati ratione tituli.

Bene verum quòd est differentia quo ad tempus inter priuatum & ecclesiam:quia contra ecclesiam requiritur tempus quadraginta annorum in præscribenda seruitute continua, vbi contra priuatum sufficit longum tempus decem vel viginti annorum vt dixi in tertia fallentia primæ conclusionis huius materiæ.

Non obstat text.in dicto capitulo primo, quia non procedit vbi tractatur de modico præiudicio:vt in præscriptione seruitutis secundum communem solutionem docto.vt modo dixi.

Vnde succedit regula, quod de iure canonico in omni præscriptione sufficit tempus quadraginta annorum cum bona fide absque titulo, capitulo de quarta, & capitulo si diligenti. de præscriptio. Et ita in terminis firmat Panormit.in dicto capitulo

pitulo de quarta, columna quarta, in princip.& in fin.commen.vbi concludit,quod leges ciuiles disponentes de præscriptione seruitutis, & libertatis non sunt correctę per ius canonicum, nisi respectu ecclesiæ quo ad quadragenariam præscriptionem, & respectu malæ fidei. Vnde secundum eum in foro ecclesiastico, & in terris ecclesiæ prædicta seruabuntur ad vnguem.

Et sequitur alibi Cæpola, sibi contrarius,videlicet in capitulo xxiiij.incipien. decimo &c. colum.tertia, in fin. & sequen.dicti tract.seruitut.vrba.prædio.vbi referendo verba Panormita.in dicto capitulo de quarta, ad fin.formaliter dicit, quod inter ius canonicum & ciuile etiam quo ad ecclesiam nulla regulariter est differentia in materia præscriptionis: & maximè quantum ad propositum præscribendæ seruitutis. Quia vtroque iure non currit contra ecclesiam: nisi præscriptio quadragenaria: authenti.quas actiones.C.de sacrosanct. ecclesiis,& dicto capitulo de quarta. Sed in vno tantum regulariter est differentia: vt dicit ipse, quantum ad præscriptionem inter ius canonicum & ciuile: quia ius ciuile admittit præscriptionem cum mala fide.l.si quis emptionis.§.primo.C. de præscriptio.triginta annorum. Quod ius canonicum non admittit.capitulo fin.de præscriptio. Et in hoc standum est iuri canonico: quia tractatur de materia peccati: vt ibi notat gloss.& docto.Ideo concludit Cæpo.cum domi. Abb.Panormi. prædicta omnia seruanda esse tam de iure canonico quàm ciuili:& tam in terris ecclesiæ quàm imperij:& ita tenendum.

Addo quòd opin. Panormita.in dicta l.seruitutes.reprobat expresse Felin.quàmuis prædicta non adducat in capitu.si diligenti.columna quarta,de præscriptio.concludens, quòd vbi agitur de præscribenda seruitute contra ecclesiam non requiritur titulus & quod text.in dicto capitulo primo de præscriptio.locum habet etiam in rebus laicorum.

3 † Tertiò limita prædictam conclusionem vt procedat in præscriptione seruitutis realis. Secus est in præscriptione seruitutis personalis vel mixtæ, vt vsus & vsusfructus: quia in istis præscribendis requiritur titulus & bona fides ad instar immobilium.vt est casus nota.in l.finali, in fine.C.de præscriptio.longi temporis,& in l.si ego.§.primo.ff.de publici.notat Dyn.in capitulo possessor.columna penultima,de regul.iur.in sexto, & Panormitan.in capitulo de quarta,columna penultima de præscriptionibus.

Et

Et ratio est quia in his tractatur de magno præiudicio: ex quo vsusfructus dicitur pars dominij.l.iiij.ff.de vsufruc.l.rectè dicimus.cum gl.ff.de verbo.signifi.Not.plenè Bart.in l.qui vsumfructum.ff.de verbo.obliga.Ideo requiritur titulus prout in præscriptione dominij.

Istam rationem assignat Paul.de Castr.in d.l.seruitutes.in fin.in princip.dicens quòd ideo vsusfructus requirit titulum, quia est pars dominij vt dictum est. Sed seruitutes prædiales continuè ideo non requirunt titulum in præscriptione longi temporis,quia non sunt dominium, nec eius pars: cum seruitus prædialis sit quædam qualitas fundi.l.quid aliud.sunt iura cum glo.ff.de verbor.signifi. Et sic non dicitur tractari de magno præiudicio:sed de leui.

Et hæc ratio colligitur ex mente Bartol.in l.seruitutes la grande. vltra med.ff.de seruit.titu.generali.dum assignat rationem: quare in præscriptione rerum corporalium duo sunt necessaria; titulus & bona fides: sed in præscriptione rerum incorporalium vnum sufficit, scilicet bona fides: & eiusdem Bartol.in l.cum de in rem verso.colum.iij.versi. & ideo distingue.ff.de vsur. dum distinguit:an tractetur de magno vel modico præiudicio ad præsumendum titulum.& in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arcend. Et plenè dixi suprà in x.quæstio.primæ partis tertiæ principalis tractando materiam.d. l. cum de in rem verso.

Eandem rationem assignat domi. Anto.de Butri.in repetit. cap.peruenit.colum.x de censi.vbi generaliter tradit: quando in præscriptione requiratur titulus præsertim circa iura incorporalia tam de iure ciuili quàm canonico: & distinguit principaliter: an agatur de magno: vel modico præiudicio vt suprà:& rationem istam dilatat.

Et ante omnes hæc fuit ratio Dyn.in propriis terminis in d. c.possessor col.pen.versi.item nunquid in præscribendo vsumfructum.vbi in specie tractat de præscriptione vsusfructus: & quæ requirantur:& plenè not.Pet.de Anchara.in c.sine possessione.colum vj.& vij.de regu.iur.in vj.post Cyn.in l.ij.in vlti.q. C.de serui.

4 † Secunda ratio: quare seruitus vsus & vsusfructus præscribatur ad instar immobiliũ est; quia cum talis seruitus:vsus vel vsusfructus debeatur personæ cènsetur habere causam continuam.Nam licet actus sint discontinui:possunt talia iura personalia animo possideri & retineri: qui continuus esse potest.

Ideo

Ideo ad instar rerum corporalium & immobilium longo tempore præscribuntur: in quibus ciuilis possessio: quæ præscriptionem causat: animo retinetur: & ad instar dominij.

Ita not. declarat Bart. in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. & Pau. in d. l. seruitutes. in fin. princ. vbi dicunt idem esse in quasi possessione iurisdictionis: vel in iure exigendi vectigal. Quia in his iuribus personalibus quasi possessio retinetur animo: & dicuntur habere causam quasi continuam. sequitur Cæpol. in c. xix. tract. ser. vrba. prædio. colum. fin.

Et vltra eum latè notat Pet. de Ancha. in d. c. fine possessione. colum. vj. & vij. not. Bald. & Ang. in l. fi. col. ij. C. de præscrip. long. temp. qui tenent cum Bart. respectu vsusfructus: sed quo ad iurisdictionem tenent contra Bar. quòd non dicatur habere causam continuam. De quo per Alexã. consi. xvj. in causa & lite. colum. antepenul. v. volu. & latius dicetur in j. parte quintę princip. quæstio. iij.

Secus est in seruitute reali: quæ debetur fundo. l. qui alieno. §. fi. ff. de neg. gest. quia fundus non habet animum, per quem possessio retineatur. Vnde non potest dici seruitus continua: nisi sit vsus continuus. Ita dicit Bar. in l. j. in prin. col. iiij. versi. quæro quid de possessione iurium realium. ff. de acq pos. Cùm ergo in his ciuilis possessio non retineatur animo: præscribit ipse fundus. l. qui fundum. ff. quẽad. ser. amit. & non persona. & sic non exigitur titulus: quia non potuit fundus sibiipsi prouidere de titulo vt dixi suprà circa prin. huius vlt. quæst.

5 Et ideo in seruitutibus realibus non causatur præscriptio ex possessione ciuili, sicut in re corporali. vt vult Bart. vbi suprà. Et clarius Bal. in §. si quis de manso. colũ. iiij. in titu. de contro. inue. per text. in l. qui fundum. ff. quemad. serui. amit. & latius in sua repe. d. l. fi. C. de præscrip. long. temp. col. pe. quę imprimi solet de per se, vbi latè examinat, an sit dare ciuilem quasi possessionem in seruitutibus, & iuribus incorporalibus. & sequitur Bar. in d. l. j. ff. de acqui. poss. & ibi plene tractat de præscriptione vsusfructus. col. xv. & xvj. & firmat prædictam conclusionem quòd vsusfructus præscribitur longo tempore. per tex. in d. l. fi. in fine. quia dicitur habere causam continuam & vsusfructuarius possidet ius vsusfructus ciuiliter animo vt prædixi. Stat igitur conclusio quod vsus & vsusfructus præscribitur spacio longi temporis cum titulo & bona fide ad instar immobilium. d. l. fin. in fin. C. de præscript. long. tempo. per quem dixit Bald. in l. ij. colum. ij. versic. quæro ergo. C. de seruitu. &

aqua: quod in iuribus personalibus præscribendis non requiritur tempus: cuius initij memoria non extat: sed sufficit illud tempus: quòd requiritur in præscriptione rerum corporalium. Nec in tali præscriptione requiritur scientia & patientia aduersarij prout nec in præscriptione immobilium: vt ibi probatur. Et hanc conclusionem firmat Aret. in §. æquè. col. pe. versi. quæro quanto tempore. insti. de actio. & antè ipsum Nico. de Neapo. in vij. q. & Ioan. fab. colum. vij. licet Aret. non referat.

6 † Et dicit ibi Ioan. Fab. colum. v. quòd in seruitiis & præstationibus personalibus sufficit præscriptio longi temporis per l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj.

Quòd intellige mediante titulo & bona fide: prout in vsufructu. Sed sine titulo præscribũtur vsusfructus & similia iura personalia concurrẽte bona fide spacio triginta annorũ exemplo dominij. iuxta l. si quis emptionis. §. j. C. de præscriptionib. xxx. ann.

Ita decidit Cy. in d. l. ij. in vj. q. C. de serui. & sequuntur Bald. & Ange. in d. l. fi. col. ij C. de præscript. long. temp. Paul. de Cast. in d. l. seruitutes. & Cæpo. in d. c. xix. col. fi. vbi plenè declarat: quæ sit differentia inter seruitutem prædialem & personalem quo ad præscriptionem: & concludit quòd concurrente titulo nulla est differentia: quia ita præscribitur seruitus prædialis discontinua cum titulo: sicut seruitus personalis: & titulus sufficit in vtraq; habitus à nõ domino cum possessione vel quasi longi temporis. Sed vbi non interuenit titulus, bene est differentia: quia seruitus realis discontinua regulariter non præscribitur: nisi per tantum tempus, quia non extat memoria in contrarium. Sed in seruitute personali sufficerent triginta anni: & sic longissimum tempus: vt not. Cyn. in dicta. l. ij. vj. quæstio.

Et intellige: vt dixi de titulo habito à non domino. Quia non esset opus præscriptione: si à verò domino titulus haberetur: sed statim seruitus quæsita, vel vsusfructus quæsitus esset. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. Et declarat Cæp. vbi suprà & in d. cap. xx. circa fi. ij. col.

De qua materia vltra præfatos docto. vide plenius quàm alibi per dom. Anto. de But. in repert. cap. peruenit. colum. ix. & x. de censib. vbi latè tractat: qualiter: & quanto tempore præscribantur iura incorporalia personalia, vel mixta: vt
7 vsusfructus & similia. † Et dat pulchrum intellectum ad text. in dicta l. fin. in fin. C. de præscriptio. long. tempo. dicens quòd

quòd

quòd procedit in vsufructu formato, id est constituto ab eo, qui putabatur dominus. Tunc enim talis vsusfructus formatus siue titulatus præscribitur spacio longi temporis cum titulo & bona fide ad instar immobilium: non adhibita distinctione scientiæ vel ignorantiæ: sed in vsufructu formãdo idest non titulato, nec constituto: qui præscribitur annis triginta. vt vult Cyn. vbi suprà bene exigitur scientia secundum Butr. ibi quod tamen non puto verum per id quod no. Pau. de Cast. in l.ij.in vlti.apost. C.de seruit.& aqua.vbi vult, quòd longissimum tempus supplet defectum tituli: & operatur idem quod titulus in præscribenda seruitute: vt non requiratur scientia & patientia. Et sequitur Cæp. in dicto capitulo vigesimo, columna secunda, & iam dixi suprà. Tum quia ex quo vsufructus præscribitur ad instar immobilium, videlicet, longo tempore cum titulo & bona fide. dicta lege finali, in fine. & longissimo sine titulo cum bona fide. dicta lege si quis emptionis. §. j. vt vult Cyn. in dicta lege secunda, in sexta quæstione. C. de seruitut. & dixi suprà.
8 Certum est † quod præscriptio longissimi temporis triginta annorum currit contra ignorantem, lege sicut. C. de præscriptionibus. triginta annorum, & ibi notat Baldus in specie: salua tamen restitutione in integrum, vt dicetur infrà in quæstio. xxix.

Sed solet dubitari pro intellectu textus in dicta lege finali, in fine. C. de præscriptione longi temporis, vtrum loquatur de præscriptione vsusfructus extinctiua vel acquisitiua? Bartolus in dicta lege iusto. §. non mutat. & in lege tertia. §. ex contrario. ff. de acquirenda possessione. tenet quod loquatur de præscriptione acquisitiua. Et hæc est communis opinio. vt ibi attestatur Iason. columna tertia. circa finem & sequenti, versiculo circa secundam conclusionem. vbi hoc dubium latè examinat post Aretin. vario modo ponderis illum text.

ADDITIO.

a Adde Baldum in capitulo si diligenti, columna penultima, de præscriptio. vbi concludit quòd non in seruitutibus per legẽ si quis diuturno vbi tractatur de modico præiudicio sed iuribus incorporalibus iurisdictionum quæ sunt magni præiudicij præscribendis requiritur titulus excepta præscriptione centum annorum: vel cuius memoria nõ extat in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus iuris pascendi maximè per vniuersitatem qualiter, & quanto tempore praescribatur?*

2 *Vniuersitati qualiter acquiratur possessio?*

TErtiò principaliter quaero. In specie circa hãc materiam
1 praescriptionis seruitutum. † Qualiter, & quanto tempore praescribatur seruitus iuris pascendi maximè per vniuersitatem, & qualiter acquiratur quasi possessio talis seruitutis, seu iuris pascendi vniuersitatis?

Istam quaestio. quotidianam pulchrè examinat Cęp. in trac. serui. rusti. praed. sub rub. de ser. iur. pascen. colum. vij. & viij. vbi singulariter loquitur. Dic vt ibi per eum.

2 † Et qualiter possessio acquiratur vniuersitati. Et quę requirantur vltra ibi not. vide eleganter per Bald. consi. ccclxx. praemittendum est. iij. vol. & per. d. Petrũ phil. Corne. consil. xlvj. in causa vertente inter vniuersitatem castri. iiij. col. iij. vol. & eundem Corne. consi. cxlviij. viso quodam prothocollo. vlt. colũ. j. vol. & Cuma. consi. clviij. visis instrumẽto. col. ij. circa fi. & seq. & pulchra verba Bald. post gl. in l. sicut. in fi. ff. quod cuius. vniuer. no. quae refert & sequitur Franc. Cur. cõsil. lxxvj. super motiuis, colum. fin. post med.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus aquaeductus seu aquaeducẽdae quanto tẽpore praescribatur?*

2 *Ius ducendi aquam per locum publicum est de reseruatis principi.*

3 *Aquaeductus praescriptio induciť per fluxũ aquae per se decurrẽtis.*

4 *Aquaeductus seu eius seruitus quanto tempore amittatur?*

1 QVartò quaero. † Quanto tempore praescribatur seruitus
a aquaeductus[a] seu ius aquaeducendae? in hac quaestione cõcludo quòd si aqua sit priuata, & ducatur ex priuato seu per locum priuatum iure seruitutis praescribitur spacio longi temporis absq; titulo cum bona fide, quia dicitur habere causam continuam. l. ij. & ibi plenè not. gl. & doct. C. de seruit. & aqua: & l. si quis diuturno. ff. si seruitu. vendi.

Si verò aqua sit publica: & ducatur ex publico: requiritur tantum tempus: cuius initij memoria nõ extet in contrarium. Casus est not. in l. vsum aquae. C. de aquaeduct. lib. xj. & ibi not. Bart. & in l. diligenter. eo. tit.

Item ius aquae ducendae acquiritur cõsuetudine. vt l. j. §. denique. & ibi gl. & doct. ff. de aqua plu. arcen.

Istam doctrinam tradit Caep. in tract. serui. rusti. praedi. sub. rubri. de serui. aquaedu. in iiij. q. prin. col. vij. & plenius col. xxij.

versi.quot autem. vbi ponit omnia requisita ad istam præscriptionem.Dic vt ibi per eum. Qui etiam ponit quid si seruitus aquæductus non habeat causam continuam: quia aqua non ducitur quotidie: nec duci potest:sed per interualla? Concludens quòd tunc requiritur tantum tempus cuius initij, &c. prout in alia seruitute discontinua: nisi allegetur titulus præsumptus ex cursu & patientia longi temporis vt dixi suprà in j.quæstio.huius partis & materiæ.

Idem est:si agatur de præscribẽdo iure ducendi aquam per locum publicum: sicut si aqua ducatur ex publico:quia vtroque casu requiritur tantum tempus:cuius initij &c. vt consuluit Aret.consi.xxx.viso themate.col.iij.ver.sed quia fortè.vbi
2 concludit † quòd cum ius ducendi aquam per locum publicum sit de reseruatis principi.vt l.si in publico.§.fin.ff.de aqua. plu.arc.No.plenè Bar.in l.quominus.in xiij.q.ff.de flumi.Ideo non præscribitur nisi spacio tanti temporis cuius initij memoria non extat.Et de hoc est casus: secundum eum in l.hoc iure. §.ductus aquę.ff.de aqua quoti.& æsti.iuncta.permittitur.eod. tit.Et declarat glos.in d.l.ij.C.de serui.& aqua. Et latè disputat Bar.in d.l.quo minus.in ij.quæstio.

Et hanc conclusionẽ confirmat Areti. per regulam quæ habet, quòd reseruata soli principi in signum priuilegij non præscribuntur nisi spacio prædicti temporis.c.super quibusdam.§. præterea.de verb.sig.Et plenè declarat Panor. in c.cum nobis. col.pe.& fi. de præscri.Not.Bart.in l.si publicanus.§.fi.ff.de publica.Et plenius Bald. in c.j.col ij.quæ sint regal.& plenè dicetur.in j parte quintæ partis prin.quæstio.iij.

3 † Et nota quòd præscriptio aquæductus inducitur per fluxũ aquæ per se decurrentis: vt est casus not. in l. qui fundum. ff. quemad.seruit.amit. & in l.j.§.quęsitũ.ff.de aqua quoti.& æsti. Not.Cæpo.in tract.seruit.rustic.præd.sub rubrica seruit.aquæduc.col.viij. Quod est verũ,si aqua à principio fuit ducta iure seruitutis. Si autem aqua labatur, vel ducatur iure facultatis nunquam præscribitur etiã per mille annos:vt plenè per Cæp. in loco præallegato.colum.xxj.& xxij.vbi latè declarat quãdo dicatur aquam discurrisse iure facultatis: & non iure seruitutis: & dicit quòd quando aqua per seipsam fluit, seu discurrit, nec interuenit aliquis hominis vsus, vel factum. Puta, quia per venas subterraneas aqua de fundo superiore discurrit ad fundum meum inferiorem. Dicitur tunc fuisse ducta, vel competere ius facultatis. Et hoc casu si duceretur etiam

per mille annos: non diceretur mihi seu fundo meo acquisita aliqua seruitus: quia aqua per se fluens non potest inducere præscriptionem seu consuetudinem, cum in præscriptione seu consuetudine requiratur quòd interueniat aliquis actus homi-
b nis. Quo principiato: sufficit aquã per se fluere. d.l. qui fundũ. vt eleganter dicit Bald. in c.j.§.si quis de manso. col. iij. in tit. de controuer. inuesti. Et sequitur Cæp. vbi suprà.

Quando autem dicatur quis esse in possessione aquæducendæ? vide per Cæpo. in loco præalleg. col. xxj.

4 † Quanto autẽ tempore amittatur seruitus, seu eius aquæductus & sic præscribatur extinctiuè? no. plenè Barto. in l. quominus col. antepen. ff. de flumi.

ADDITIO.

a Adde Bald. in repeti. l. fina. columna decimanona C. de præscript. long. tempo.

b Adde quòd illum text. pulchrè declarat Paul. de Cast. in l. si ædes. §. libertas. ff. de seruit. vrba. præd. & dicam in seq. membro præscriptionis libertatis. in iij. q.

SVMMARIVM.

1 *Ius lignandi seu boscandi quanto tempore acquiratur?*
2 *Allegatio tituli ex longo tempore non valet, nisi probetur vsus iuris.*

1 QVintò quæro. † Quanto tempore acquiratur, seu præscribatur ius lignãdi seu boscãdi? Istam. q. latè examinat. do. Petrus Phi. Corne. consi. ccxciiij. multa in medium. viij. ix. x. & xj. col. iij. vol. vbi in x. col. versi. est insuper aduertendum concludit, quòd non præscribitur nisi spatio tanti temporis: cuius initij memoria non extat: quia habere dicitur causam discon-
2 tinuam. & † quòd vbi quis se fundat ex longo tempore allegatio tituli nõ valet, nisi probet, quod fuerit vsus illo iure lignandi vel pasturandi cõmuni vel cõmune repræsentantibus scientibus & patientibus &c. vt ibi latius per eum.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus personæ an possit præscribi?*
2 *Liber homo quod non possit præscribi quomodo intelligatur?*

Præsumpt

3 *Praesumptio l.cum de in rem verso non habet locum in seruitute liberi hominis.*
4 *Liber homo possideri non potest, ergo nec praescribi.*
5 *Homagium ad hoc vt probetur, non sufficit probare tanto tempore fuisse praestitum, nisi probetur pro homagio fuisse praestitum.*

1 SExtò principaliter quaero † postquàm visum est de praescriptione seruitutum, quae concernunt res: an possit praescribi seruitus personae? Puta quòd quis sit homo meus do. Petrus Iacobi in summa seu practica sua in forma libelli de praeiudiciali in rem actione. colum.ij. determinat: quod ex praescriptione alicuius temporis nō potest acquiri. Quod quis sit homo meus etiam per tantum tempus: cuius initij memoria non extat: per l.cum satis.§.cum autem.C.de agri.& censi.& l.eum qui.C.de fund.rei priua.lib.xj. Pro qua conclusione vltra eum facit text. in l.vsucapionem.ff.de vsuc.vbi dicitur, quòd liber homo vsucapi non potest: & in l.fina.C.de praescript.long.tempo.quae pro liber.&c.vbi videtur casus iuncta glo.

Sed contrarium latè decidit domi.Iaco.de sau.Geor.in suo tracta.de homag.col.iiij.vltra med.& seq.licet de praedicta decisione do.Petri mentionem non faciat, vbi concludit, quod si de homagio antiquo non apparet aliquod instrumentum: & testes deficiunt, sed allegatur consuetudo seu vsus cum lapsu temporis.puta quod talis res ab antiquo consueuit teneri sub homagio talis domini: vel quod talis.puta Petrus, & sui descendentes ab antiquo reputati fuerunt semper homines talis domini. Tunc est aduertendum secundum eum: quòd aut allegatur tempus cuius initij memoria non extat in contrarium. Et tunc facta probatione de tanto tempore: erit sufficienter probatum homagium: quia tale tempus habet vim tituli seu priuilegij.l.hoc iure.§.ductus aquae.ff.de aqua quoti.& aesti.& c.super quibusdam.§.praeterea.de verbo.signifi.

Aut allegatur tempus solum.xxx.vel xl.ann.quod talis tanquàm homo meus praestitit mihi seruitia. Et tunc facta probatione de tanto tempore videtur esse sufficienter probatum homagium l.cum satis.§.cum autem.C.de agri.& censi.lib.xj.& l.cum qui.C.de fund rei priua.& l.iubemus.C.de fund.reipu.eo.lib.xj.facit secundum eum regula.l.sicut.& l.omnes.C.de praescript.xxx.vel xl.anno.& habetur per Specu.in titu.de feudis.§.quoniā super homagiis.versic.tertio quaeritur. Nam & tanto

tempore acquiritur ius vasalliticum.c.si quis per xxx.in titu.si de feu.fue.contro. Subdit præfatus doctor hæc verba.Estote tamen cauti in practica:quia non sufficeret articulare, vel probare quòd talis per xxx.vel xl.ann. præstitit mihi seruitia. Sed oportet articulare & probare quòd illa seruitia mihi præstitit tãquàm homo meus ratione homagij,vel ratione feudi. Alioquin non esset concludens probatio.Quia potuisset mihi præstare tanquàm amicus.Facit optimè quod not.Innoc.in c.cum ecclesia.de cau.pos.& propr.

Aut allegatur minus tempus puta x.vel xx.ann.& dubitatur an probatio tanto tempore dicatur sufficienter probatum homagium,& in hoc præfatus docto.refert varias opi.Nam glos. in d.l.cum de in rem verso.in glos.magna.in fi.sub dubio tamẽ fortè.ff.de vsur.dicit quòd istud tempus x.ann.sufficit dummodo allegetur titulus homagij. Et ad probandum ipsum homagium inducatur tempus decem annorum quia probato tanto tempore præsumitur titulus allegatus per illam l.cũ de in rem verso.Sed vt ipse refert gl.tenuit contrarium.in l.ij.C.de inge. manu.& Cyn.in l si certis annis.in ix.q.C.de pact.dicit quòd ista glo.vlti.est verior.Bart.autem in d.l.cum de in rem verso. in vlti.q.tenet glo.ibi.Quod sufficiat tempus decem annorum per l.solent.in fin.ff.de offic.procon & lega.Et faciunt secundũ cum not.per Barto.in l.litibus.C.de agric.& censi.& per Bald. in l.j.circa iij.colum.versic.pone ergo tanquàm vasallus.C.de fideicom.

Et tandem concludit præfatus Doctor.quod consulendo teneret opi.Bart.attento quòd glo.in d.l.cum de in rem verso.idẽ tenet.Nam ex quo per decem annos præstitit mihi seruitia tanquàm homo meus, ego constituor in quasi possessione illius homagij:& illa præsumptio fundat intentionem mei agentis: nisi reus conuentus probet se liberum hominem.l.circa.ff.de probatio.& l.moueor.ff.de ser.expor.facit quod habetur in c. quærelam.de elect.Ita concludit domi.Iacobi.vbi suprà.

Addo circa hoc vltimum. quod contrarium tenuit Barto.in d.l.solent.§.j.in fi.commen.& in d.l.litibus.videlicet quod requirantur triginta anni ad præscribẽdum homagium,quia hic tractatur de mutatione status : & per consequens de magno præiudicio.

Et hæc est communis opinio vt conclu.in tertia parte principali.col.xvj.versi.& primo.

Non

2 † Non obstat quòd liber homo præscribi non possit, dicta l. vsucapionem. etiam quãuis longinquitate temporis. vt dicit text.in dicta l.fina.C.de præscriptio.quæ pro liber.

Ad hoc enim respondeo, quòd verum est ratione totalis seruitutis: vt in totum amittat libertatem & fiat seruus: secus ratione homagij: quia homo alterius non est seruus, sed dicitur liber homo & ingenuus, & potest testari de bonis propriis, nisi aliter se habeat consuetudo. vt pulchrè not.Bal.in l.j.C.de decre.decuri.libro sexto codicis: allegans ad hoc glo singula.secundum eum.institu.de iure perso. Et hæc dicit esse bene notandum, & sic poterit præscribi homagium: sed non libertas liberi hominis.quia liber homo nulla temporis longinquitate præscribitur: vt efficiatur seruus.d.l.fina.C de præscript.longi tempo.quæ pro libe.etiam per mille annos, secundum glo.in l. ingenuum.C.de inge.manu.

3 Et latè firmat Sali.in d.l.fina.concludens per plura circa fin. quod præsumptio l.cum de in rem verso non habet locum in seruitute liberi hominis.vt ibi latius per eum.Et not.optimè Bald.in l.j.paulo ante finem.C.ne rei domi.vel templo.vbi assignat rationem: quia præscriptio sine possessione non procedit.

4 † Sed liber homo possideri non potest.l.liber homo.ff.de acquirendo rerum dominio. Ergo nec præscribi. & sequitur Io. de Pla.in l.si quis decurio.la iij.ad fi.commenti.C.de decurio. libro decimo. Adde vltra prædicta, quòd aliquis non potest præscribi in monachum, in seruum: quia nec possideri.Bald.in c.si diligenti.circa fin.penult.colum an possit præscribi homagium.Et istam quæstionem latè tractat Specu.in titu.de feud. §.quoniam super homagiis.columna secunda & tertia, in tertia quæstione, vbi format quæstionem vtrum temporis longinquitate quis homo alterius efficiatur, puta, recipiendo ab illo per triginta annos seruitia: per annos triginta præstari solita: vbi fortiter arguit ad partes. & tandem concludit secundum Martinum de Fano. quòd si ad probandum homagium sola temporis longinquitas inducitur: aut inducit tempus triginta vel quadraginta annorum, & eo casu sufficit, dum tamen tanquàm ab homine meo, & non tanquàm ab amico seruitia rece-
5 perim. † Verumtamen ad probandum homagium non sufficit probare tanto tempore fuisse præstita: nisi probetur pro homagio præstita fuisse per iura ibi per eum allegata: & ratio quare homagium præscribatur triginta annorum, est secundum Spe.

quia licet homo vel vasallus non seruiat continuè, seruit tamen quasi continuè. Ex quo enim homo legitimus semel præstitit debita seruitia: quia in ea causa esse videtur, vt quandocunque requiratur debeat seruire. & sic quasi continuam causam habet, vnde præscribi potest. Si autem inducitur tempus decem vel viginti annorum ad probationem homagij: hoc non sufficit, quia talis præscriptio sine titulo non procedit, qui non potest haberi in homine libero, quia eius nullum est commercium: Subdit Specu. si tamen aliquis per decem vel viginti annorum, præstitit mihi seruitia tãquàm homo ligius, possum allegare causam interuenisse. dicendo: tu es homo meus & per stipulationem promisisti mihi seruitia facere: quæ homines ligij dominis suis facere debẽt, & quòd ita fuerit, probo ex tempore: quia non est verisimile, quòd tanto tempore præstitisses: nisi causa homagij interuenisset. & ita ex cursu temporis præsumetur causæ præsumptio.

SVMMARIVM.

1 *Actioni confessoriæ & negatoriæ quæ competunt pro seruitute & libertate: quanto tempore præscribatur.*

2 *Negatoria quæ competit pro tuenda libertate necessario extinguitur per præscriptionem seruitutis.*

3 *Confessoria quomodo ex quo tempore præscribatur.*

1 SEptimò quæro. † Quanto tempore præscribatur actioni confessoriæ, & negatoriæ: qui competunt pro seruitute & libertate? Dic vt plenè habetur per glos. & docto. in l. corruptionem. C. de vsufruct. & in l. prima. §. ad hoc. C. de anna. except. vbi etiam traditur quanto tempore amittatur actio personalis competens pro seruitute constituenda: & per glo. Bart. Paul. de Castro & alios in l. secunda, super verbo quæsiti. C. de seruitu. & aqua. Et veritas videtur, quod duret negatoria: do-
2 nec seruitus sit legitimæ præscripta. † quia per præscriptionem seruitutis necessario extinguitur negatoria, quæ competit pro tuenda libertate.

Et de præscriptione confessoriæ & actionis personalis cõpetentis

tentis pro seruitute constituenda not. Ias.in §.æque.colum.vj. & vij.in antiq.impres.& v.& vj.in noua.institut.de actio.& ibi.
3 Nicol.de Neapo.in ix.q.concludens: † quòd confessoria præscribitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes ab habente bonam fidem.post gloss.in d.§.ad hæc. Et eam opin.tenet Butri.in repe.c.peruenit.colum.xxvj.de censi. Et de præscriptione negatoriæ tangit Nicol.de neapo.in d.§.æquè. col.vij.circa fin.versic.vlterius quæro.vbi plura adducit.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio iurium incorporalium qualiter acquiratur?*
2 *Seruitutis præscriptio non potest per ciuilem possessionem causari.*

1 OCtauo iuxta præmissa quæro.† Qualiter acquiratur quasi possessio iurium incorporalium,quæ necessario requiritur ad illorum præscriptionem: sicut possessio in corporalibus.c.sine possessio.in corporalibus.c.sine possessione.& ibi in spem declarat Dy.col.j.de reg.iur.in vj.Istam materiam plenè tradit Bart.in.l.j.§.hoc interdicto.col.ij.versic.secundo not.ff. de iti.actúque priua.Bald.in l.ij.col.vj.C.de seruit.& aqua.vbi etiam tractat qualiter perdatur ista quasi possessio. Et de hac materia latè not.Inn.Butri.Panor. Cano.in c.cum ecclesia Sutrina.de causa pos.& propriè.Inno.& Cano.& c.bonæ.el ij.de postu.prælat.vbi tangunt in specie, qualiter acquiratur quasi possessio iuris eligendi.not.Areti.in §.æquè.colum.penulti.institu.de actio.& diffusè Cæpol.in tracta.seruitut.vrba.prædio. c.xx.colum.iij.versicu.quintum &c.& vide bonum text.in c.j. §.si vero in illis verbis duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat.in titu.quid sit inuestit.& ibi not.Bald.& d. Præpo. Et vltra prædictos plenè not.Petr.de Anchara.in capi. sine possessione.colum.vj.& vij.de regul.iur.in vj.vbi latè scribit qualiter acquiratur quasi possessio iurium incorporalium, & an seruitutibus & iuribus incorporalium præscriptio procedat ex quasi possessione ciuili & naturali.de quo per Bald.in §. si quis de manso. in titul.si de feu. fuer. controuers. qui dicit
2 † quòd præscriptio seruitutis non causatur per possessionem ciuilem prout in re corporali:sed ex naturali:quia fundus ipse præscribit, qui non habet animum.l.qui fundum.ff.quemadmo.seruitut.amit. De cuius.l.intellec.vide in iij.q.partis proxime sequentis.& de hoc latius notat ipse Bald.in repetitio.l. fina.

fina.colum.xv.& xvj.C.de præscript.longi temporis, vbi latè examinat, an in seruitutibus & in incorporalibus sit dare ciuilem quasi possessionem, ex qua præscriptio causetur? & refert varias opin.dic vt ibi.

Et qualiter acquiratur quasi possessio seruitutis in seruitutibus tam affirmatiuis quàm negatiuis: maximè aquæductus, & iuris eligendi? & notat plenè idem Bald.in repetitio.d.l.fina. colum.xvij.versicu. venio ad quæstiones.

Et quid operetur quasi possessio seruitutis? vide ibi per eum. columna xviij.

Et per hoc remanet expedita secunda pars huius quartæ partis principalis, in qua non impertinenter tractari potuisset de præscriptione aliorum iurium incorporalium, vt iurisdictionis, iure patronatus, iuri eligendi, & similium. Sed reseruo de istis congruentius pertractandum in quinta parte principali huius tractatus, in qua sigillatim informabo quæstiones in specie.

SVMMARIVM.

1 *Præscribere libertatem est occidere seruitutem.*

POstquàm suprà latè vidimus de præscriptione seruitutis, sequitur videre de eius contrario videlicet de præscri-
1 ptione libertatis. † Præscriptio enim libertatis est occidere seruitutem secundum gloss.& Bartol.in l.si ædes.§.libertas.ff. de seruitut.vrban.prædior.& sic capio tertiam partem huius quartæ principalis.

SVMMARIVM.

1 *Libertas seruitutis qualiter & quanto tempore præscribatur?*
2 *Seruitus rustica aut vrbana quomodo amittatur?*
3 *Seruitus naturaliter discontinua licet non præscribatur nisi tanto tempore cuius initij memoria non exist[i]at: tamen amitti potest, & libertas talis seruitutis præscribi.*

1 ET primò quæro † Qualiter præscribatur libertas serui-
a tutis & quanto tempore a? Dic quòd aut agitur de seruitute constituenda seu formanda, & tunc: quia pro ipsa competit actio personalis: non potest amitti antequàm sit constituta:

tuta: nec præſcribitur huic actioni perſonali minori ſpacio triginta annorum ſecundum metam actionum perſonalium: vt eſt text. cum gloſſ. in l. ſi partem. in princi. ff. quemadmod. ſeruitu. amit. & plenè not. gloſſ. & docto. in l. corruptionem. C. de vſufruct. bene facit. l. itinere. iuncta gloſſ. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædi. & text. in l. Titio vſusfructus. in princip. ff. de condit. & demonſtratio. vbi dicitur quòd non poteſt deſinere: quod non incœpit, & text. in capitu. ad diſſoluendum. cum gloſſ. in verbo accuſari. de deſpon impu. quæ adducit multa ſimilia. & ita declarat domi. Anto. de Butri. in repetitio. capit. peruenit. colum. xvij. de cenſi.

Aut verò agitur de tollenda ſeruitute iam conſtituta, & tunc aut ſeruitus habet cauſam continuam, id eſt, in propoſito: quia quis quotidie vti poſſit ſine alternis diebus aut noctibus ex forma conſtitutionis, quia non habet interualla annorum, menſium, vel hebdomadarum: licet habeat interualla dierum, vel horarum, & ſui natura ſit diſcontinua, vt ſeruitus itineris, & viæ: & amittitur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes per non vſum.

Aut verò ſeruitus habet cauſam diſcontinuam, id eſt, in propoſito interualla annorum, menſium, vel hebdomadarum ex forma conſtitutionis, quo ad vſum: & tunc amittitur duplicato legitimo tempore non vtendi, id eſt, viginti annis: tam inter præſentes, quàm inter abſentes. Et iſtud tempus ſufficit: licet aliqui dixerint, quòd hoc caſu inter abſentes requiruntur quadraginta.

Sed communis opin. gloſſ. & docto. eſt quod ſufficiant ſemper viginti iſto caſu. Sed propter interualla dierum, vel horarum non fit duplicatio. Iſta habentur in l. penulti. & fin. vbi tex. cum glo. C. de ſeruitut. & aqua. & in l. ſi ſic. & ibi notant glo. & docto. maximè Paul. de Caſt. ff. quemadmo. ſeruitu. amit. Et ibi eſt gl. notab. de ſeptimana, in gloſ. fin. quam docto. communiter ſequuntur.

2 † Hæc procedunt in ſeruitute ruſtica ſimpliciter: quia illa amittitur per non vſum ſola negligentia non vtentis tempore legitimo iuxta prædicta. Sed in amittenda ſeruitute vrbana: & ſic in præſcribenda libertate talis ſeruitutis requiritur aliud quia illa per non vſum ſola negligentia non amittitur quouis tempore; niſi interueniat contrarium factum præſcribentis libertatem.

Hanc differentiam inter ſeruitutem ruſticam & vrbanam facit

facit text.not.in l.hæc autem iura.quæ est l.iij.ff.de seruitu.vrban.prædio.& ibi ponit exemplum:& notant Bart.& omnes.

Hæc omnia latè traduntur, licet magis inuolutè Innocen. & Cano.in d.c.de quarta,maximè Panor.circa fin.de præscriptio.vbi primo tractant qualiter seruitutes, & consimilia iura incorporalia acquirantur.Secunda qualiter perdatur.

Et notat diffusè Cæpol.in sæpe alleg.tracta.seruitut.vrban.prædi.capit.xxiiij.incipien.decimo & vltimo principaliter &c. Referens dicta Cano.in d.c.de quarta, & plura alia.col.j.versi.item seruitus.cum tribus colum.sequenti.

Et vltra eum plenè.domi.Anto.de Butri.in repet.c.peruenit.col.xvij.de censi.vbi dicit quòd ex parte præscribentis libertatem non attenditur:an seruitus sit continua vel discontinua sui natura,sed an habeat interualla vel non: vt dictum est suprà. Et hoc modo in proposito dicitur habere causam continuam:si non habeat interualla prædicta. Vel discontinuam: si habeat:& ita loquitur text.in d.l.si sic.ff.quemadmod.seruitut.amit.Et sic loquuntur Cano.in d.cap.de quarta,vbi per Panor.
3 ad fin.commen.

† Ex quo not.quod licet seruitus naturaliter discontinua non præscribatur: nisi tanto tempore: cuius initij &c.vt plenè notant glo.& docto.in l.seruitutes la grande.ff.de seruitu.titu.generali:tamen perditur: & libertas talis seruitutis præscribitur longo tempore.Ita dicit Paul.de Castr.in d.l.si sic.& refert Cæpo.in d.c.xxiiij.colum.ij.

ADDITIO.

a De præscriptione seruitutis & libertatis: & quare in acquirenda seruitute discontinua requiratur tempus: cuius initij &c.& in perdenda sufficiant decem vel viginti anni: vide per Bald.in repeti.l.fin.colum.fi.C.de præscript.longi temporis.

SVMMARIVM.

1 *Contra ecclesiam regulariter præscribitur xl.annis indistinctè.*

1 SEcundò quæro.† vtrum ista duplicatio temporum fiat quo ad ecclesiam in præscribenda seruitute habente prædicta interualla? Cano.in hoc variè loquuntur.Sed magis communis conclusio est quod ista duplicatio non fiat respectu ecclesiæ:

siæ: quia contra ecclesiam regulariter præscribitur quadraginta annis indistinctè, absque aliqua duplicatione: vt concludit Panormita. in d.c. de quarta, colum. iij. & iiij. post relatas opin. & longam disputationem: & sequitur Felin. colum. antepenultim. & firmat Cæpol. in loco præallegato.

SVMMARIVM.

1 *Libertas seruitutis an de iure ciuili possit præscribi cum mala fide?*
2 *Libertas seruitutis præscribitur longo tempore, & negligentia non vtentis.*
3 *Differentia quæ sit inter ius canonicum & ciuile quantùm ad præscriptionem?*
4 *Præscribens habet iuris præsumptionem pro se.*
5 *Præscriptio tam canonica quàm ciuilis nunquàm valet absque bona fide.*
6 *Dominus habens malam fidem an dicatur præscribere: aut fundus ipse seruiens?*
7 *Vbi agitur de præscribenda libertate non tractatur de conseruando iure quæsito, sed de extinguendo libertatem.*
8 *Bona fides requiritur tam in præscriptione libertatis, quàm seruitutis.*

1 TErtiò quæro. † Vtrum libertas seruitutis possit præscribi cum mala fide? De iure ciuili: casus est clarus quòd sic in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. quia lex ciuilis considerat solam negligentiam non vtentis: vt ibi notat. Bartol. & in dicta l. hæc autem iura. & Bald. in l. sicut. columna secunda, vltra med. C. de præscriptio. triginta vel quadraginta ann. di-
2 cens per text. in dicto §. si viam: † quòd libertas seruitutis semper præscribitur longo tempore: & quòd sufficit sola negligentia non vtentis.

Sed dubitatur an procedat de iure Canon? Istud dubium mouet dominus. Anton. de Butriga. in repetitio. dicti capituli, peruenit. columna vigesimasexta, de censi. & concludit quòd quàmuis de iure ciuili libertas seruitutis præscribatur cum mala fide. Tamen de iure canonico requiritur bona fides per generalem regulam. capitulo, fina. de præscriptionibus. Et ibi latè impugnat opinio. Bartoli, in dicto §. si viam. & in dicta l. hæc autem iura: dum distinguit: an requiratur possessio

ex parte præscribentis: vel non: & mala fides noceat: quam omnes Cano.impugnant in c.fin.de præscript. Panor.in d. c.de quarta.in fi. cõmen. dicit quòd prædicta de præscriptione seruitutis & libertatis procedunt nedum secundum leges: sed etiam secundum canones. quia in hoc canones non reperiuntur contrarium disponere,nisi respectu ecclesiæ. Vnde secundum eum in foro canonico prædicta seruabuntur ad vnguem. Nec dicit quòd exigatur bona fides ad præscriptionem libertatis.

Sed ipse Panor.in eo.c.de quarta.colum.iiij.in prin.ver.sed
3 quantum melius se declarat.dicens. † quòd regulariter inter ius canonicum & ciuile quantum ad præscriptionem inducendam nulla est differentia præter illam, quia ius ciuile admittit præscriptionem cum mala fide.l.si quis emptionis.C.de præscript.xxx.ann.quam ius canonicum damnat.c.vigilanti.& c. fin.de præscriptio.

Sentit ergo Panor.quòd nulla præscriptio currat cum mala fide tam in corporalibus quàm in incorporalibus de iure canonico,quod apertè dicit text.in dicto capitulo fin.ibi.Vt nullā valeat,&c.

Et hanc partem,quod in præscriptione libertatis requiratur bona fides:tenet apertius idem Panormit.in c.si diligenti.col. iiij.versi.secundo casu principali.de præscript.vbi dicit quòd cum agitur de præscribenda libertate communiter tenetur,
4 quòd præsumatur bona fides: † quia præscribens habet iuris præsumptionem pro se. Debuit enim credere rem esse talem, qualis naturaliter esse debet:& sic liberam. Allegat Cyn.in l.j. C.de seruitu.Potest tamen ex aduerso probari mala fides: vt ibi per eum.

Vult ergo ꝙ in præscriptione libertatis exigatur bona fides.

Eandem conclusionem firmat Cæpo.in d.c.xxiiij.de seruit. vrb.præd.col.iij.circa fi.& seq.versi.sed certè licet implicitè:& Imo.in c.fina.colum.x.de præscript & Alexan. consi cxxxvj.in causa & lite vertente inter Iacobum.pen.col.ij.volu.allegans Bart.in pluribus locis.Et hæc opi.videtur vera & tenenda consulendo & iudicando propter generalitatem regulæ.c.finali,de
5 præscri.† quòd nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica,quàm ciuilis vt expresse dicit text.quæ regula vendicat sibi locum tam in rebus corporalibus quàm iuribus & actionibus & incorporalibus,vt ibi concludunt glos.& omnes Cano.

Contra

Contrariam opi.quòd text.in d.l.sequitur.§.si viam. non sit correctus de iure canonico tenet ibi expressè Paul. de Castr. motus: quia in hac præscriptione libertatis non consideratur bona vel mala fides: sed vsus vel non vsus seruitutis. Mouetur etiam: quia vt ipse dicit dominus qui habet malam fidem: non
6 dicitur propriè præscribere libertatem. † Sed ipse fundus seruiens est, qui præscribit in quo nõ est bona vel mala fides. sicut etiam ipse fundus de per se præscribit, & retinet ius seruitutis: vt est text.not.in l.qui fundum.ff.quemad.serui. amit. Per quem ita dicit Bald. in §.si quis de manso.colũ.vlt.versic.extra not.quòd in realibus in tit.de contro.inue.

Sed istud fundamentum videtur erroneum, & contra text. expressum in l.si edes.§. libertas.ff.de serui.vrb.pred.qui dicit, quòd libertas seruitutis non præscribitur, nisi quis possideat fundum seruientem: & si desinat possidere ante statutum tempus, præscriptio libertatis interrumpitur, ergo sequitur, quòd ipse fundus per se non præscribit libertatem: sed ille qui possidet fundum, licet Bar.ibi restringat illũ text. ad præscriptionem libertatis seruitutis vrbanæ in qua secundũ eum requiritur factũ & bona fides præscribentis.d.l.hęc autem iura. Meritò dicit Bart.si non possidet domũ, non habet neq; bonam neque malam fidem, nec aliquid facit. Ideo libertas non pręscribitur: & ita loquitur ille text. Secus putat ipse in præscribendo libertatem prædij rustici, quia tunc perditur seruitus ex sola negligẽtia non vtẽtis.per d.l.sequitur.§.si viam. Quæ opi.communiter reprobatur: vt statim dicã. & stante pro vera opinio. Bar.adhuc malè dicit Pau.de Cast.vbi suprà indistinctè loquitur in omni seruitute.

7 † Non obstat tex.in d.l.qui fundum.quia loquitur in præscriptione seruitutis, non libertatis. vel melius in retentione seruitutis iam quæsitæ quæ retinetur per fundum: si aqua sponte defluxit: etiam nullo possidente: siue dę præscriptione seruitutis causatæ & formatæ mediãte aliquo titulo habito à non domino iuxta.l.si ego.§.j.ff.de publ.& l.fi.in fi.C.de præscrip.lon. temp.vt dixi suprà in vij.q. huius partis circa præscriptionem seruitutis aquæductus.

Sed vbi agitur de præscribenda libertate non tractatur de conseruando iure quæsito, sed de extinguendo seruitutem. Et ita text.in d.l.qui fundũ. pulchrè & latius declarat Pau.de Ca. in d.l.si edes. §. libertas: vbi opponit de illo text. dicens quòd postquàm libertas, vel etiã seruitus esset acquisita fundo pro-

cedit contrarium. quòd ipse fundus eam retinet sine facto hominis, & si per mille annos ea non vteretur: quia ex quo fundus ea vtitur conseruatur talis acquisitio, nec perderetur, licet quis desineret fundum possidere, vt in contrario.

Sed text. in d. §. libertas loquitur secundum Pau. in libertate nondum acquisita, sed quæ veniebat acquirenda per præscriptionem, in qua requiritur possessio cũ bona fide. Fundus autem non habet nec bonam nec malam fidem. Vnde non dicitur possidere quantum ad hoc, vt possit eam acquirere. Sed est necesse quòd possideatur per hominem. Et homo non dicitur possidere eam per se nisi cum fundo; vt ibi latius per Pau. qui contradicit his quæ dixit in d. §. si viam. Barto. vero. in d. l. hæc autem iura. & in d. l. si ædes. §. libertas distinguit inter seruitutem rusticam & vrbanam. dicens quòd licet in præscriptione libertatis seruitutum rusticorum prædiorum non requiratur bona fides præscribentis. d. l. sequitur. §. si viam. tamen in præscriptione libertatis seruitutum vrbanorum prædiorum requiritur. Et fuit opin. & distinctio glos. in d. l. fin. ff. quemad. serui. amit. & quam ibi sequuntur Bar. & Pau. de Ca. in d. l. hęc autem iura. & Imo. in d. l. sequitur. §. fin. Et assignat rationem: quia in præscribenda libertate seruitutis rusticæ non requiritur aliquod factum præscribẽtis: prout requiritur ad pręscribendam libertatem seruitutis vrbanæ. d. l. hæc autem iura. Quòd dicit Immol. debere intelligi: vbi agitur de pręscriptione longi tẽp. Sed vbi allegatur præscriptio longissimi temporis triginta an. videtur secundum eum, quòd procedat etiam cùm mala fide in seruitute vrbana: vt voluit gl. in l. j. C. de præscript. lon. temp. quę pro liber quã sequitur. Cy. in l. ij. in vij. q. C. de seru. & aqua. Et secundum prædicta dicit Imo. in d. l. sequitur. §. fin. debere intelligi illum tex. Et hanc opi. secutus est Alex. in l. fi. in princ. col. iij. circa fi. ff. de eo per quem fac. erit. dicens quòd libertas seruitutis rusticæ præscribitur etiã sine titulo & bona fide spacio decem annorum in odium mere negligentis vti, & petere seruitutem per d. l. sequitur. §. si viam. & not. per Bart. in d. l. hæc autem iura. Et videtur sequi Feli. in c. illud. col. ij. versi. primam partem. de præscrip. Et vltra eos eandem opin. tenuit. Bald. in repe. l. fi. col. fi. vltra me. ver. vlterius quæro. C. de præscr. lon. tẽ.

Sed hanc differentiam an requiratur factum præscribentis, vel non respectu bonæ fidei reproba. d. Anto. de Bu. in d. c. peruenit. col. xvj. & seq. Et reprobãt cõiter. Cano. in d. c. fi. de præ-

8 scriptio. Concludo igitur cum Cano. vt suprà. † Quòd semper

requiritur

requiritur bona fides in præscriptione libertatis, sicut in præscriptione seruitutis.

SVMMARIVM.

1 *Scientia & patientia aduersarij an requiratur in præscribenda libertate seruitutis?*

2 *Seruitus amittitur per non vsum longi temporis: licet ignoretur debita.*

3 *Titulus an requiratur in præscriptione libertatis, aut seruitutis?*

1 QVarto quæro. † Vtrum in præscribenda libertate seruitutis requiratur sciétia & patientia aduersarij: sicut requiritur in præscriptione ipsius seruitutis? l.ij.C.de seruitut.& aqua.

Breuiter concludo quòd non.per tex.no.in l.si partem.§.j.ff.
2 quemad.seru.amit. vbi est casus † quod seruitus amittitur per non vsum longi temporis licet quis ignorauerit eam sibi debitam. Not.glos.per illum tex.in l.si sic.in gl. magna.ff.quéad. serui.amit. Nec distinguo:an ille cui debetur via, sciuerit seruitutem sibi debitam, vel non:quia seruitus amittitur:etiam si non possit alicui negligétia imputari.d.l.si parté.§.j. vbi bonus tex.licet fortè de æquitate per restitutionem in integrum subueniatur per l.& Attilicinus.ff.de seruit.rusti.prædio. & ibi sequuntur Bart. & docto. præcipuè Paul.de Castr.multum commendans illam gloss.in hoc vltimo dicto: quatenus vult dare restitutionem ignoranti quod dicit esse perpetuo notandum: de quo latè dicetur infrà. Not. Areti.in §. æquè.colum. fin.institu.de actio.Paul.de Castr.consi.ccxciij.ego Paulus.& dom. Anto.de But.in repetitio.d.cap. peruenit.colum.penul.in prin. de censib.

3 Addens aliud: † quòd in præscriptione libertatis non requiritur titulus, prout nec exigitur in præscriptione seruitutis. d.l.si quis diuturno.

Et ante ipsum ita dixit Dyn.in c.possessor.in fi. commen.de reg.iur.in vj.Et pro hoc adduco text.cum glos.in l.ij.C.de præscrip.lon.tem.quæ pro liber.

SVMMARIVM.

1 *Libertas iurium & seruitutum personaliũ, aut mixtarum quanto tempore præscribatur?*

2 *Vsus & vsusfructus quanto tempore amittatur inter præsentes, vel absentes postquàm est creatus?*

3 *Actio competens pro vsufructu constituendo non tollitur minori spacio xxx. annorum.*

1 QVinto quæro. † Quia prædicta procedunt in præscriptione libertatis iurium & seruitutum realium. Quanto tempore præscribatur libertas iurium & seruitutum personalium, siue mixtarum: vt vsus, & vsusfructus? de hoc est casus in l. corruptionem. & ibi glos. & omnes doct. not C. de vsufruc. vbi di-
2 citur † quòd vsus, vel vsusfructus amittitur. x. annis inter præsentes: & xx. inter absentes: postquàm est cōstitutus & creatus: & pariter actio personalis pro eo cōpetens: licet sui natura sit perpetua: tamen tollitur in consequentiam spacio. x. vel xx. anno. prout realis. Et ratio est propter vnionem, quam habet cum reali: & ex hoc eius naturam imitatur secundum Bart. & docto. ibi: præsertim Sali. in ij. not. Ad quod faciunt not. per Bar. in l. iiij. §. Cato. in iij. oppo. versi. item Dyn. bene dicit. ff. de verbo. oblig.

Hanc cōclusionem limita vt procedat in vsu, vel vsufructu
3 iam constituto & formato. † Sed tacito competens pro vsufructu constituendo non tollitur minori spacio. xxx. anno. secundum glos. in d. l. corruptionem. quam sequuntur communiter docto. vt ibi attestatur Salic. vltra med. commen. versic. venio ad secundum. defendens opi. glo. & communem ab oppugnationibus antiquorum: & confirmans per tria fundamenta. Idem tenet glos. in l. si partem. in princ. ff. quemad. serui. Et prædicta firmat Bal. in rep. l. fi. col. xix. & xx. C. de præscrip. lon. temp. vbi latè tractat de præscriptione libertatis vsusfructus formati & formandi: & sic de præscriptione vsusfructus extinctiua.

Et de ista materia plenè scribit But. in dicto. cap. peruenit col. xix. & xx. de censi.

SVMMARIVM.

1 *Temporum duplicatio an fiat in seruitutibus, & iuribus personalibus, vel mixtis perdendis?*

2 *Distinctio an seruitus habeat interualla vel non: de quibus seruitutibus intelligatur?*

1 SExto quæro. † An in seruitutibus, & iuribus personalibus, seu mixtis perdendis & amittendis: & sic vbi agitur de illorum libertate præscribenda: fiat duplicatio temporum: si habeant interualla annorum, vel mensium: prout fit in realibus vt dixi. in j. quæstio. huius materiæ?

Istam

Istam quæst.format Panor.post But.& alios cano.in d.ca.de quarta.colum.iij.cum concor.ibi signatis in apostil.

Et quicquid ipse teneat: videtur vera & communis opin.
2 †quod illa distinctio an seruitus habeat interualla: vel non, solum vendicet sibi locum in realibus,& non in personalibus: quia in illis semper locum habet præscriptio cōmunis secundum Bart.in l.iusto.§. non mutat.ff.de vsuca. cum multis concor.adductis per Feli.ita firmantem in d.c.de quarta. col.xiij. Sed pro contraria opi.Panor.adduco text.in l.pe.C.de seruit.& aqua. vbi propriè in hac materia præscriptionis libertatis seruitutum:siue amissionis earum. text.æquiparat seruitutes personales,& reales.Ergo eadem distinctio est adhibēda in vtrisque. Potest responderi sustinēdo communem:quod illa æquiparatio sit solum respectu cōmunis & legitimi temporis, non quo ad duplicationem:licet repugnet ille tex.in finalibus verbis dicens.Vt sit in omnibus huiusmodi rebus causa similis.

SVMMARIVM.

1 *Libertas personæ quanto tempore præscribatur.*

2 *Quæstio status personæ moueri non potest, nisi infrà quinquennium post mortem.*

1 SEptimò quæro. †Quanto tempore præscribatur libertas personæ? dic quòd viginti annis cum bona fide etiam absq; titulo:siue inter præsentes:siue inter absentes.Ideo si quis fuerit. xx. annis moratus in statu libertatis, & se publice gesserit pro homine libero, per tantum tempus præscribit libertatem: licet esset seruus. Casus est in l.ij. C. de præscriptionib. long. tempo.quæ pro liber. Et ibi not.glos. & docto.maximè Bald. & latius Salice. Et idem videtur dicendum in hominibus talliabilibus cum sint quodammodo serui. Quia qualibet existētia sui iuris præscribitur illo spacio ad instar libertatis: vt dicit glos.nota.in d.l.ij.in glos. fi.in fine & dicam in sequenti quæstione.

Fallit ista conclusio in curiali. Nam licet curia præscribat aliquem in curialem suum quasi possidendo illum. triginta annis ad seruitia curiæ: vt est casus in lege eum. C. de fundis priuatis, libro decimo. Tamen secus est econuerso: quia curialis discedens à curia non præscribit se vllo tempore in libertatem: vt sit solutus à curiali conditione. Casus

est in l.præscriptione.C.de præscrip.long.tempo.& l.si quis decurio.la iij.& ibi plenè not.Ioan.de Pla.C.de decurio.

2 † Et nota quòd quæstio status personæ moueri non potest nisi infrà quinquennium post mortem. Et si quis vixit vt ingenuus tempore mortis non potest quæri de statu suo vltra quinquennium à die mortis ad effectũ consequendi eius bona ab hæredibus eius.

Nec etiam possunt descendentes ex eo super statu inquietari ex persona illius, qui prætenditur fuisse seruus, vel ancilla effluxo quinquennio à die mortis suæ:vt in toto titulo.C.ne de statu defunct.post quinquen.quæra.in rubro & nigro.

Et sic isto casu libertas personæ præscribitur quinquennio respectu descendentium: vt in pluribus legibus illius titu.& ad hanc præscriptionem quinquennalem tria requiruntur.

Et hæc præscriptio currit etiam aduersus pupillum: fiscum & rempublicam absque spe restitutionis:vt est casus nota.in l. si mater.& in l.seq.eodem titu.& ibi glo.notabi.fallit in casu l. fina.eiusdem tituli.

SVMMARIVM.

1 *Filius an poßit existentiam sui iuris contra patriam potestatem præscribere?*

1 Octauo quæro. † An filiusfamilias possit præscribere existentiam sui iuris contra patriam potestatem? Respondeo quòd sic:si se gessit per viginti annos pro patrefamilias sciente & patiente patre. Tunc enim præscribit suam potestatem:sicut seruus suam libertatem.text.est cum glos.in l.j.in verbo cum diu:& ibi not.docto.C.de patri.potesta.& glo.in l.ij.in glo.fina. in fi.C.de præscriptio.longi tempo.quæ pro liber.

Et has duas proximas quæstiones vide Bald.consi.ccxxix.super eodem tertio volu.& Barba.inter consilia domi.Alexand. consilio vltimo.Clementissimi Dei patris domini nostri Iesu Christi &c.& quidem viso puncto.iiij.col.iiij.volu.

NVnc venio ad quartam partem huius quartæ partis principalis, in qua videndum restat de præscriptione actionum personalium: realium,& mixtarum,siue in rem scriptarum, tam in genere quàm in specie: exceptis his, de quibus iam

iam suprà tractatum est: necnon officij iudicis, ac fructuum, & accessoriorum.

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis de iure ciuili semper præscribitur spatio triginta ann. siue cum bona, siue cum mala fide.*
2 *Actioni de dote quanto tempore præscribatur?*
3 *Legata præscribuntur triginta annis concurrente bona fide.*
4 *Actio iniuriarum etiam ciuilis tollitur annali præscriptione.*

1 PRimò igitur quæro. † Quanto tempore actiones personales præscribantur. Et datur regula generalis de iure ciuili. quod omnis actio personalis præscribitur spatio triginta annorum siue cum bona: siue cũ mala fide l.ij.circa med.C.de consti.pecu.& l.j.§.ad hæc.C.de anna.except.l.sicut.& l.cum notissimi.C.de præscript.xxx.vel xl.an.siue actio sit ciuilis: siue prætoria rei tantum persecutoria l.in honorariis.ff. de actio. & obliga.Et de huiusmodi præscriptione actionum personalium
2 tractat Butr.in repe.c.peruenit.colum.xxiiij.de censi.†Et hæc præscriptio ciuilis triginta annorum obstat etiã in debito dotali siue in dote à die: quo peti potuit l.in rebus.§.omnis.C.de iure doti.no.do.Corne.consi.xciij.quia causa est parui regni & tenuis merces vltra med.versic.& constat.iiij.volu.Et quòd actioni de dote præscribatur triginta annis consuluit Bal.consi. cxxv.actio de dote præscribitur.iiij.volu.licet fundus dotalis non præscribatur.l.si fundum.ff.de fun.dota. Et plenè dicetur in primo articulo vltimæ partis prin.huius trac.in xvj.casu vbi videndum.

3 † Legata etiam præscribuntur triginta annis: prout præscribitur in cæteris personalibus secundum Pau.de Cast.cclxxxv. alias.cclxxxix.hæreditas dictæ puellæ.in iij.rub.

Quæ regula hodie procedit concurrente bona fide. Sine qua nulla præscriptio currit de iure canonico c.finali cum ibi plenè not.de præscript.cuius dispositio locum habet etiam in actionibus personalibus: vt ibi cõcludunt communiter Cano. Et plenè dixi in tertia parte princip.

Et si quæ actio dici possit aliquo excogitato ingenio non præscribi spacio triginta annorum: tunc saltẽ præscribitur spatio quadraginta annorum l.omnes.C.de præscriptio triginta

anno. de cuius intellectu dixi in nona quæstione quartæ partis quintæ principalis. circa fin. quæstionis. vbi vide.

Primò fallit prædicta regula in actione iniuriarum: quæ licet sit ciuilis, quando descendit ex l. Cornelia. non durat nisi anno l. si non conuitij. C. de iniur. secundum glo. insti. de perpe. & tempo. actio. in prin. super verbo constitutiones. circa fi. quæ ponit aliam fallentiam. Sed secundum magis veram & communem opinionem, actio iniuriarum ciuilis est perpetua. vt not. glos. & docto. præcipuè Salice. in d. l. si conuitij.

4 † Adde prædictis quod actio iniuriarum etiam ciuilis tollitur annali præscriptione: nisi intra annum à tempore irrogatæ iniuriæ computandi lis fuerit contestata d. l. si non conuitij. ita latè concludit Ioan. Andr: contra Cyn. in d. l. si non conuitij. in addit. ad Spec. in titu. de iniur. & Ro. decis. ccxl. pro iniuriis vbi est longa additio in nouis.

Secundò fallit quo ad prætorias in rescissoria, redhibitoria, & quanto minoris, & in actione de dolo: quia iste solum dãtur ad tempus limitatum: videlicet rescissoria olim infrà annum vtilem: hodie infrà quadriennium continuum à die læsionis: redhibitoria infrà sex menses. quanto minoris infrà annum, actio de dolo infrà biennium: quàmuis iste sint rei persecutoriæ: vt not. glos. magistra. insti. de perpe. & tempo. actio. in prin. in verbo constitutionibus: & in verbo plerunque. & in d. l. in honorariis. quæ allegat casus legum hic dicentium in singulis actionibus. Pœnales vero prætoriæ semper sunt annales: vt latè habetur in d. l. in honorariis.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio seu actio criminalis quanto tempore regulariter tollatur?*

2 *Inquisitio siue officium iudicis inquirentis tollitur viginti annis.*

3 *Tempore per statutum præfixo ad accusandum non potest vltra illud tempus inquiri: fallit multis casibus.*

4 *In delictis nunquam præscribitur.*

5 *Delinquendi licentia non præscribitur.*

6 *Actio iniuriarum prætoria non datur nisi anno.*

7 *Statutum de non conueniendo aliquem de crimine post annũ quomodo intelligatur?*

8 *Perempto iure agendi an peremptum sit ius excipiendi?*

9 *In crimine suppositi partus nunquàm præscribitur.*

Iura

10 *Iura fiscalia quanto tempore præscribuntur.*
11 *Præscriptio qualiter interrumpatur in criminalibus.*

1 a SEcundò quæro. † Quanto tempore præscribatur actio siue accusatio criminalis:[a] quæ est personalis: quia descendit ex delicto, vel quasi §.j. cum materia. instit de actio. Dic quod accusatio vel actio criminalis regulariter tollitur spatio xx. ann. casus est no. in l. quærela. C. de fal. quem Bal. & Ange. ibi dicunt singularem: exceptis aliquibus specialibus delictis ibi enumeratis per glos. quorum accusatio finitur, vel durat minori vel maiori tempore. Per quam l. dicit Bald. in l. ij. col. j. C. de consti. pecu. quòd accusationes semper sunt perpetuæ: ex quacunque lege vel edicto descendant: idest durant xx. annis. refert Ias. in §. pœnales. colum. v. in antiq. impres. & colum. iiij. in noua. insti. de actio. Et antè ipsum Alex. in l. in honorariis. in apost. ad Bar. ff. de actio. & obliga. Et per illam l. quærela. dixit in specie glo. in l. in cognitione. in glos. magna circa fin. ff. ad silla. quòd de homicidio non potest quis accusari post viginti annos: quia regula illius legis est generalis in omni crimine publico: vt sonant verba text. quam glos. allegat Angel. in d. l. quærela. in fin. commen. & sic per eam determinat. no. Panormi. in c. cum haberet. in iij. not. extra de eo qui duxit in matri. quam pol. per adult.

2 b † Amplia istam regulam: vt procedat nedũ in accusatione: sed etiam in inquisitione:[b] quæ fit per officium iudicis in casibus à iure permissis: quos late not. glos. & Barto. in l. ij. §. si publico. ff. de adult. & plenè Areti. in malefi. in glos. super verbo. hæc est quædam inquisitio. Quia sicut accusatio tollitur viginti annis: ita & inquisitio: siue officium iudicis inquirentis: quòd succedit in locum accusationis c. qualiter & quãdo. el secundo de accu. secundum Barto. Angel. Salice. & communiter omnes in d. l. quærela. qui reprobant opi. glos. tenentis contrarium.

3 Ex quo infert Bar. † quod si per statutum præfigatur certum tempus ad accusandum: vltra illud tempus nõ poterit amplius inquiri: quod dicit esse perpetuò menti tenendum. Et ibi sequuntur Ange. & Salic. Ange. Areti. do. Ang. in tracta. malefi. in glo. in verbo. hæc est quædam inquisitio. col. xij.

4 † Primò limita regulam. d. l. quærela. vt procedat quo ad forum temporale: & sic respectu pœnæ tẽporalis, & publicæ vindictæ, sed quo ad pœnitentiam peragendam: & in foro conscietiæ nullum tempus est præfixum: & nunquàm præscribitur

in delictis.glo.est singu.in c.admonere.xxxiij.q.ij.quam refert Panor.in c.fina.colum.iij.& ibi Feli.col.ij de præscript.not. idé Panor.in c.cum haberet.in iij.no.extra de eo qui duxit in matrimo.dicens per illam glos.quod de iure canonico non currit præscriptio in peccatis,quominus saltem in foro animæ imponatur pœnitentia pro delicto.

Ex qua glo.infert Bal.in l.j.col.xx.C.qui accu.non pos.quod in merè spiritualibus nunquàm currit præscriptio.

Et dicit Panor.in d.c.cum haberet.quod quo ad deum & forum animæ diuturnitas temporis auget peccatum: etiam si nó sit reiteratum : quia tantò grauiora sunt peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam: vt dicit text.in c. fina.de consue.

Sed de iure ciuili:si delictum fuit momentaneum vt homicidium: tunc longinquitas temporis alleuiat pœnã.vt est text. no.in l.diutino.ff.de pœ.& quandoque ex toto tollit.vt in casu d.l.quærela.secundum Panor.in d.c.cum haberet.

5 † Secundò limita regulam.d.l.quærela.vt procedat respectu delictorum præteritorum.Secus respectu futurorum, quia delinquendi licentia non præscribitur secundum Bal.in repet.l.j. colum.ij.circa fi.C.de eman.lib.per d.l.si diutino.ff.de pœ.

Hinc est,quod non valet statutum , quòd non corrigantur excessus secundum Inno.in c.ad nostram.in fi.de appel.quem sequitur Bal.in repe.l.de quibus.col.xij.versi.ex prædictis.ff.de legi. Ad quod facit text.in l.iurisgentiũ.§.illud.ff.de pact.vbi dolus de præterito remitti potest : sed non dolus de futuro : ne detur occasio delinquendi.

6 † Tertiò no.limita regulam d.l.quærela.vt nõ procedat vbicunque actio pœnalis ciuilis,seu ciuiliter intentata descendés ex delicto finitur anno,vt est actio iniuriarũ prætoria,quæ non datur nisi anno.l.si non conuicij.C.de iniur.quia tunc actio criminalis quæ nõ oritur ex eodé delicto iuxta.§.in summa.insti. de iniur.pariter finitur anno.& idem in aliis delictis,ex quibus regulariter oritur duplex actio: ciuilis & criminalis l.fin.ff.de priua.delict.& l.fina.ff.de fur. Ista fuit singularis doctri.Iaco. Butr.quam sequitur Ange.in d.l.quærela.in princi.commen.& Sali.in fi.qui latius declarat faciens no.conclusionem.quod de crimine nõ potest criminaliter quæri vltra tempus infrà quod potest de eo ciuiliter agi.& sic extincta ciuili erit extincta criminalis,cum crimina sint odiosa.& ideo eorum meta regulariter minori tépore cohartatur,quàm ciuiliũ actionũ:quæ durát

xxx.

xxx.annis:& in his est xx.d.l.quærela. Vbi ergo extinguitur ciuilis minor tempore, tantomagis debet extingui criminalis.

Ex quo infert Salicet.post Iaso. Butriga.quod cum actio de dolo ciuilis hodie cohartetur biennio continuo.l.fin.C.de dolo.non poterit agi de dolo criminaliter puniendo pœna stellionatus vltra biennium,& pariter in actione iniuriarum prætoria,quæ durat anno,eius criminalis tolletur anno.Sed quando actio iniuriarum est ciuilis,vt in tribus casibus positis in l. lex Cornelia.in princip.ff.de iniur. Tunc quia hæc ciuilis duraret.xxx.annis in illis casibus secundum veram opin.vt volunt glo.& docto.in d.l.si non conuitij, eius criminalis durabit.viginti annis.dicta l.quærela.quæ verba dicit Salicet.tene perpetuo cordi : quia debent demulcere aures auditorum.

7 Benè facit not.dictum Bart.in l.prima,§.quòd ait prætor.ff.de allegato. Vbi singulariter decidit. † quod stante statuto, quòd de delicto quis non possit conueniri post annum, intelligitur tam ciuiliter,quam criminaliter.

Quæro limita regulam.d.l.quærela.vt non procedat quo ad excipiendum in crimine falsi, quia potest perpetuo excipi de falso:licet accusatio sit temporalis, etiam post vigesimum annum. Ita tenet gl.in d.l.quærela.per regulam: quæ habet quod temporalia ad agendum,sunt perpetua ad excipiendum.l.pure.in fin.ff.de exceptio.doli.& l.licet.cum glos.C.de exceptio. Quam copiosè examinat Felin.post Panor.in c.si autem.columm.iiij.cum seq.vsque in fin.versi.temporalia ad agendum.de

8 rescript. † latè tractás, an perempto iure agendi sit peremptũ ius excipiendi,& ibi quid de replicatione:an sit perpetua sicut exceptio? De quo tamen an possit perpetuo excipi vel replicari de falso,dic vt per Ange.& latius per Salic.in d.l.quærela.

Quintò limita.d.l.quærela.vt non procedat respectu ecclesiæ, contra quam nunquàm præscribitur crimen falsi.vt per Ro.singu.suo.clxxxviij.incipien.tu scis quòd crimen falsi.columna sexta.

9 † Sextò limita vt non procedat in crimine super positi partus,quia in illo nunquàm præscribitur secundum Specu.prout refert Berta.in repeto.in verbo præscript.vj.in vltim.versic

Septimò limita regulam.d.l.querela.vt non procedat in crimine adulterij,in quo sunt præfixa certa tempora ad accusandum.de quibus in l.adulte.& in l.mariti.vbi gl.& do.plenè not. præsertim Salicet.C.de adulter.

Sed an de adulterio possit excipi perpetuo contra mulierem repe

tentem dotem, vt illam perdat, licet non fuerit accusata per maritum? tangit pulchrè Bald.in repet.l.cum mulier.col.iiij. in xiij.q.ff.sol.mat.vbi determinat quòd sic,cōtra Bar.in l.miles.§.socer.ff.de adulte.& ibi plenè not.Alex.col.fi.dicens opi. Bal.in puncto iuris videri veriorem,& magis communem.

Octauò limita regulam. d.l.quærela. vt probat dummodo opponatur exceptio præscriptionis per accusatum vel inquisitum. Alias tenet iudicium, si non excipiatur de præscriptione, & valet accusatio,siue inquisitio secundum Bar.in l.j.§.accusationem.ff.ad Turpil.& in l.absentem vlti.col.ff.de pen.

Nonò limita prædictam regulam, vt non procedat in aliquibus casibus spiritualibus ibi notatis per gloss.

10 † Generaliter autem quanto tempore iura fiscalia præscribantur? est materia.l.in omnibus.ff.de diuers.& tempo.præscriptio.vbi datur meta.xx.ann.quando minora tempora non statuantur expressè.Et illa fuit ratio d.l.quærela.secundum Bald. ibi circa princ.de qua materia oportunè dicetur in v.par.prin. & per regulam.d.l.in omnibus decidit in specie Bald.in l.data opera.col.xxv.C.qui accus.non pos.quòd bannū pecuniarum, siue pœna fiscalis præscribitur spacio.xx.ann.

11 † Qualiter autem interrumpatur præscriptio in criminalibus?not. Barto.in l.naturaliter.in fin.commen.ff.de vsucap.vbi concludit quòd præscriptio de qua in d.l.quærela.interrumpitur per solam oblationem libelli criminali factam iudici, & quòd non requiritur citatio, vel litis contestatio: de quo dicetur in vltima parte in materia interruptionis.

ADDITIO.

a De præscriptione in criminalibus vide per Ang.Aret.in trac. malefid.in glo.in verbo.inchoata & facta. Et de statuto disponente quod non possit cognosci de maleficijs commissis à sex mensibus retro:qualiter debet intelligi:vide per Bar.& doc.in l.eum qui.§.in popularibus.circa med.ff.de iureiurand.

b De præscriptione statutaria quod non posse procedi pro delictis commissis ante annum ingressis officij. Et qualiter tale statutum debeat intelligi? vide per Bart.& docto.in l.eum qui. §.in popularibus.ff.de iureiurand.

SVMMARIVM.

1 Iuri hypothecæ præscribit tertius possessor contra creditorem spacio x.ann.inter præsentes & xx.inter absentes cum tit. & bona fide.

Personali

2 *Personalis præscriptione extincta an extinguatur hypothecaria?*
3 *Pignoris præscriptio currens contra debitorem ratione dominij non nocet creditori quo ad hypothecam.*
4 *Creditore possidente rem hypothecatam, an contra creditorem tempore quo possidet currat præscriptio in hypothecariam?*
5 *Mala fides autoris non nocet in præscribenda hypotheca seu iure pignoris.*
6 *Venditio rei hypothecatæ impeditur præscriptione contra hypothecam.*
7 *Præscriptio an sumat initium contra conditionalis?*
8 *Excommunicato quo casu currat præscriptio?*

1 TErtiò principaliter quæro.† Quia suprà visum est, quod actioni personali præscribitur spacio xxx.anno.l.ij.circa med.C.de constit.pecu.cum concor.quanto tempore præscri-
a batur actioni hypothecariæ [a], quæ est accessoria ad personalem, licet sit realis:vt est text.in l.si legati.ff.de pignor.& not. Bart.in l.solutum.§.per liberam.in iij.oppo.ff.de pign.actio.& in l.fideiussor obligari.ff.de fideiuss.& Alex.in l.possessio quoque.§.& si possessio.col.j.ff.de acqui.pos.

b In hac.q.cõclude,quòd tertius possessor præscribit iuri hypothecæ[b] contra creditorẽ spacio decem annorum inter præsentes,& xx.inter absentes cum titulo & bona fide.casus est in l.j.& ij.C.si aduer.credi.lib.vij.

Si vero ille tertius non habet titulum & bonam fidem, vel caret altero, præscribit contra hypotheca.spacio triginta annorum.l.cum notissimi.in prin.C.de præscri.xxx.ann. Nisi ipse prætendat causam pignoris ab eodem debitore, quo casu secundus creditor non præscribit contra primum, nisi spacio xl. anno.viuente debitore,& eo mortuo.xxx.d.l.cum notissimi.§. j.vbi glo.declarat & Spec.in titu.de præscri.col.vlti.versic.sed quid de hypothe. Sed ipse principalis debitor, vel eius hæres
a præscribit iuri hypothecæ per xl.annos tantum [a].d.l.cum notissimi §.j. Et hæc vera de iure ciuili. Sed de iure cano.principalis debitor,vel hæres eius nullo tempore præscribit propter malam fidem.c.fi.cum ibi.not.de præscr. Et circa huncarticulum præscriptionis hypothecariæ:vt habeatur perfecta doctri-
2 na nota quinque cõclusiones.† Prima conclusio est,quod extincta personali non extinguitur hypothecaria: vt patet ex distinctione prædicta.Nam aliquãdo hypothecaria durat.xl.annis possidente debitore,vel hærede, aut secundo creditore, & tamen

tamen personalis tollitur de iure ciuili spacio xxx.annorum. l.ij.C.de consti.pecu.cum concor. Et de hoc est casus in l.ij.C. de euic.pig.& ibi not.gl.& doc.licet igitur ab initio hypothecaria tanquàm accessoria nõ possit stare absque principali, tamen expost facto secus.vt ibi probatur,& not. Bar.in l.fideiussor obligari.in princ.ff.de fideius. Sic econtra.extincta hypothecaria per præscriptionem longi temporis tertio possidente rem hypothecariam cũ titulo & bona fide,salua remanet personalis contra debitorem, vt dicit text.in d.l.j.C.si aduer cred.

3 lib.vij.† Secunda cõclusio est, quòd præscriptio pignoris currens contra debitorẽ ratione dominij non nocet creditori quo ad hypothecam.l.præses.& ibi not.gl.& Bar.C.de pig.quod declara vt ibi per gl.Ad idem est tex.in l.vsucapio.& ibi latè not.

4 gl.& doc.C.de pig. Dic vt ibi. † Tertia conclusio est:quod creditore possidente rem hypothecatam nunquam pro tempore quo possidet currit præscriptio in hypothecaria contra creditorem,quinimmo interrumpitur: si nondum fuerit completa, vt est casus in dicta l.cum notissimi.§.immo.

Quam conclusionẽ limita procedere,quando creditor possidet iure pignoris & hypothecæ: & sic iure creditoris,aliàs secus,si ex alia causa, vel alio iure possidet.vt latè declarat.do. Petrus Philip. Corn.consi.xx.in præsenti consultatione.j.volu.

5 † Quarta conclusione est,quod licet mala fides autoris noceat singulari successori in præscriptione longi temporis quo ad præscriptionem dominij:tamen non nocet in præscribenda hypotheca,seu præscribendo iure pignoris: quod est inferius dominio:vt dixi in tertia parte prin.circa intellectum authen. malæfidei.C.de præscri.long.temp.Et vltra ibi dicta ad do.Ioã. Fab.in §.item seruiana.col.vlti.& ibi Ias.col.antepe.& pen.in-

6 stit.de act. † Quinta cõclusio est,quod præscriptio contra hypothecam impedit rei hypothecatæ venditionem, quæ vendi poterat ante præscriptionem ,casus est in l.si à creditore.& ibi not.Bal.in ij.not.C.de act.& obli. Old.cõsi.xix.thema tale,quidam pater familias.Sextà conclusio est & valde notabilis:si sit vera. Quod iura quæ dicunt quòd hypothecaria tollitur spacio decem , vel viginti annorum loquuntur eo tempore, quo erat licitum creditori agere cõtra tertium possessorem.etiam non excusso principali.l.persecutione.C.de pig.Sed hodie, ex quo per authẽ.hoc si debitor.eo.tit.non potest agere creditor contra tertium possessorem nisi primo debitore excusso & reperto non soluendo sibi ante excussionem non currit præscriptio

ptio per vulgatam regulã: quæ habet, ꝙ non valenti agere non currit præſcriptio.l.j.in fi.C.de anna.except.præſertim cũ quis eſt impeditus impedimento iuris, quo caſu ipſo iure præſcriptio non currit ſecundum Bart.in l.j.§.ſi quis autem propter.ff. de iti.actúque priua.Ita ſingulariter determinat Alex.cõſi.viij. viſo & perlecto.ad fin.v.vol. Nec obſt.ſecundũ eum ſi dicatur, quòd iſtud non poſſe agere proceſsit culpa & negligentia creditoris, qui potuit excutere debitorem pro libito, vnde debet ſibi imputare: Quia reſpondet Alex.ꝙ hoc ſibi obiici non poteſt per caſum, quem ad hoc reputat ſingularẽ in c.qui diuerſitatem, de conceſ.præben.vbi nõ currit tempus impedito, licet impedimentum ſui culpa proceſſerit, & eſt valde ſingularis limitatio, ſi vera eſt, quia per eam quaſi ſemper dabitur occaſio euadendi præſcriptionem in hypothecaria, ex qua ſequeretur, quòd quodãmodo hodie eſſet correcta.l.j.& ij.C.ſi aduer.credi. Sed puto ꝙ iſta deciſio Alex.non ſit vera, quia profecto tex. in d.c.quia diuerſitatem non probat opi.Alex.ſecundum intel. gl.ibi in verbo ſuſpenſionis.in fi.quæ intelligit illũ text.dicentem quòd pręlato ſuſpenſo vel excõmunicato non currit tempus conferendi præbendas ad eius collationem ſpectãtes durante tempore ſuſpenſionis: ex quo fuit impeditus conferre, & ſic quãuis impedimentum prouenerit culpa ſua intelligi procedere quando ille non fuit negligẽs in petenda abſolutione, quia ſtatim poſt ſuſpenſionem iuit ad curiam pro illa habẽda, alias ſibi imputaretur, & curreret tempus, ſi non curauit petere, ſecundum gl.arg.c.quoniam.c.diſt.& l.qui poteſt.ff.de reg. iur.vbi dicitur ꝙ qui põt facere vt poſsit: iá poſſe videtur. Facit tex.not.in l. Labeo ſcribit.ſi mihi bibliothecã.ff.de contrahen.empt.vbi conditio habetur pro impleta: quãtum ad illum per quem ſtat, quominus impleatur. Et cum illa glo.tranſit ibi Ioã.And.in nouella in prin.vlti.col.& Anto.de But.col.vlti.qui pro ea adducit tex.in d.c.ſi.de elect.& poſt eum Panormi.licet non referat circa fi.commen.verſi.in eadem gl. Et ſecundum hunc communem intellectũ ille tex.in d.c.quia diuerſitatem, ſuper quo ſe principaliter fundat Alex.non probat eius opin.

Concludo igitur iſtã deciſionẽ Alex.nõ eſſe de iure veram. Et hanc concluſionem contra Alex.confirmo per plura.

Primò quia vera eſt concluſio, quòd tempus currit impedito agere de iure, qui potuit impedimentum remouere.vt eſt tex.in d.c.ſi.de electio.not. Rom.conſi.cclij.quæritur primò colum.iij.in princip.

Secundò

7 † Secundò per ea, quæ latè scribit idem Roma.consi.lxxxiiij. circa id quod quæritur circa med. ver.ij.per id quod dicimus: vbi dicit quòd licet præscriptio nõ sumat initium contra conditionale debitum, nisi demum post conditionis euentum.l. cum notissimi.§.illud. C.de præscript.xxx.ann. & l.fin.§.sin autem auaritiæ.C.commu. de leg. Attamen illud est verum: nisi esset talis conditio:cuius implementum foret in potestate creditoris: vtputa, quia potestatiua: tunc enim si impedimentum per creditorem negligentem differatur: præscriptio sumit initium etiam conditione pendente. l.j. §. qui sub conditione. ff. si quis omis. causa testa. Et ita ibi per illum text. not. Bald. post Guil.de Cu. Et refert Rom. vbi suprà.

Tertio confirmatur hæc conclusio contra Alexandr. per id etiam quòd pulchrè consuluit ipse Roma.consil.ix.quod pars condemnata vbi ad propositum determinat, quod non auditur petens reductionem ad arbitrium boni viri post terminum statuti: licet dicat se fuisse impeditum petere reductionem propter iuramentum de non petendo appositum in compromisso:cum pendente termino potuerit petere absolutionem à iuramento:& si non fecit, stetit per eum. Et ibi Roma.limitat per plura communem regulam: super qua se fundat Alexand. quod non valenti agere non currit præscriptio: vt procedat: nisi talis impotentia causetur culpa & negligentia sua.

Istæ decisiones sunt in terminis contra limitationem suprà relatam: quibus iudicio meo congruè responderi non potest.

8 Quartò contra Alexand.adduco decisionem Bald.in ca.j.in fin.de præscript.vbi dicit, quòd præscriptio currit excommunicato, quàmuis non potuerit agere, si potuit petere absolutionem:& non curauit. Et hoc apertè voluit glo.in d.c.quia diuersitatem in verbo suspensionis.

Sic in proposito debet currere creditori præscriptio respectu tertij in hypotecaria ante factam excussionem: cum sit in potestate sua agere: quando velit contra principalem debitorem:& illum excutere.l.purè.in fi.ff.de excep.doli. Et si non curauit facere, sibi imputet: quia stetit per eum per prædicta. Postremò confirmatur ista conclusio contra Alexand.per plura, quæ ad propositum not.Feli.in c.ex transmissa.colum.j.de præscri.vbi refert plures ex decisionibus suprà adductis.

Sed disputationis gratia sustinendo decisionem Alex.posset responderi ad prædictam regulam, quę habet. Quod qui potest facere vt possit, iam videtur posse: vt subtiliter per Bal.in repe. l.fina.

l.fi.col.x.& xj.C.de præſcrip.lon.tēp.vbi in terminis tangit. qu. an præſcribatur actioni nondum ortæ nec in eſſe productæ, quando eſt in poteſtate patris facere, quòd oriatur & in eſſe producatur? & videtur cōcludere pro prædicta deciſione Alex. licet ipſe non alleget. Sed iudicando & conſulendo puto quòd non ſit illa deciſio tenenda per prædicta.

ADDITIO.

a Adde Ang.conſi.ccxxj.in quæſtione Ioan.lanfre.vbi decidit q.an ſtante ſtatuto.quod nulla currat prçſcri.minor.xxx.annis locum habeat in hypothecaria: & quantum tempus requiratur in præſcriptione hypotecariæ, vide per Paul.de Caſt.conſi. iij.in cauſa quæ vertitur.colum. iij.circa med.verſ. nec.videtur pars in nouis conſiliis Bald.conſi. cxxv.actio.de dote præſcribitur. iiij.volum.

b Quod titulus requiratur in præſcriptione hypothecariæ vt præſcribatur longo tempore; notat Specu.in tit. de præſcript. colum.50.ver.ſed nunquid in præſcriptione.

c Quæ ſit ratio quare debitor principalis vel eius hæres præſcribat de iure ciuili per triginta annos principali debito & obligationi : & tamen non præſcribat hypothecariæ quæ eſt acceſſoria : niſi per xl. ann.vide ſubtiliter per Bald. in repet.l. fi.colum.v.C.de præſcr.lon.temp. quæ ſolet imprimi de per ſe.

SVMMARIVM.

1 *In præſtationibus annuis, & obligationibus quanto tempore præſcribatur, & quando incipiat currere præſcriptio.*

2 *In ſtipulatione annua ſufficit vna præſcriptio etiam pro annis ſequentibus: & à quo tempore incipiat præſcriptio. limitatur. nu.4.*

3 *In legatis annuis tot ſunt legata, quot anni. limitatur. nu.5.*

4 *Diſpoſitiones plures requirunt plures præſcriptiones.*

5 *Legatum vnum, vnam præſcriptionem habet.*

1

a Q Vartò principaliter quæro circa hanc quartam partem. †Quanto tempore præſcribatur annuæ. a vel mēſtruæ obligationi, & prçſtationi, vel alterius ſingularis temporis, vel menſtruæ, & quādo incipiat currere præſcriptio in iſtis? Iſtam q.decidit text.no.in l.cum notiſſimi.§.in his.C.de præſcri.xxx. ann. vbi dicitur quòd in obligationibus & præſtationibus annuis, præſcribitur annis xxx. & incipit currere præſcriptio ab

initio cuiusque anni, vel mensis, aut alterius singularis temporis: videlicet quo cessatum est, vt ibi declarat glos.j.dicens. quòd in præscriptione annua non duplicatur tempus, prout aliàs fit in præscribenda libertate seruituris habentis temporum interualla.l.si sic.ff.quemad.ser.amit.& ibi gl.magistra.in verbo cuiuscunque.quæ distinguit inter stipulationes & legata: cuius doctrina est communiter approbata per doct. & eam ibi approbant Bar.Bal.& Ange.

Et ex ea eliciuntur duæ conclusiones.

2 † Prima cõclusio est, quòd in stipulatione annua, quia vnica est stipulatio & obligatio sufficit vna præscriptio pro omnibus annis etiam sequentibus, & incipit præscriptio currere à tempore, quo cessatum est nedum pro præterito, sed etiam aduersus futuras præstationes. pro qua bene facit text.in c.de quarta.de præscr.quem pro ista conclusione adducit Panor.in c.auditis, col.fi.eo.tit.& Ias.in §.si pluribus.j.allegato.col.j.circa fi.

3 † Secunda conclusio est, quòd in legatis annuis tot sunt legata quot anni. Quia legatum annuum pro primo anno est purum, & pro sequẽtibus conditionale.l.si Stichum.§.stipulatio.ff.de verb.oblig.& sic quot sunt anni, tot sunt actiones: & tot præscriptiones. Nec sufficit vna præscriptio pro omnibus annis.

Et ideo non præscribitur legato annuo nisi de anno in annum, & pro illis annis, pro quibus cessatur. xxx. annis. Sed pro sequentibus annis non currit præscriptio.

Inde etiam est secundum glos. quòd legatum annuum non admittitur non vtendo, vt est casus in l.si vsusfructus alternis annis.ff.si vsufr.amit.

Istam doctrinam tradunt glo.& communiter doct.in d.§.in fi.& ibi glo. respondet ad illum text.qui æquiparat legata & stipulationes. Et eam firmant Bar.Alexan.& moder.in l.de pupillo.§.si pluribus.col j.& ibi Alex.late examinat.col.j.& tuetur opi.glo.& Bar.ff.de ope.no.nun. Panor.& Feli.in c.auditis.col.fi.de præscr.Ioan.An.Panor.& communiter cano.in c.olim causam.in fi.de censi. Alex.& moder.in d.l.si Stichum.§.stipulatio. Et secundum istam doctrinam plenè consuluit.d.Petrus phil.Corne.& attestatur hanc esse communem opi.consi.xxij. videtur in hac consultatione.ij.col.iij.in prin.& consi.xliiij.in hac consultatione.j.col.circa fi.& cõsi.clxxxj. visis nonnullis.col.xxix.ver.quòd & tertio videtur ij.vol.& latissimè.cõs.xxij. in præsenti consultatione. per totum. & præcipuè. iiij. v. & vj. col.

col.iiij.vol.& Ful.consi.clxiiij.circa primum per totum.

4 † Primam conclusionem limita, vt procedat,nisi in promissione annua esset adiectum distributiuū,quandocunque.Tunc enim censentur plures dispositiones , & sic requiruntur plures præscriptiones secundum Ang.in d. l. si Stichum.§. stipulatio. quem ibi sequuntur Alex.& alij.Bene facit quod vult not.Bar. in l.sicut in annos.in fi.quam legit pro prima.ff.quib.mo.vsusfruct.amit.vbi determinat,quòd si alicui pio loco fuerit legatum aliquid,ita quòd possit petere quandocunque, illa dictio, quandocunque, efficit,quòd dicātur plura legata.& ideo licet quædam sint sublata præscriptione.Tamen cum non incipiant alia legata competere, illa peti poterunt,secundum Bar.ibi.& sequuntur Moder. in d.l.de pupillo.§.si pluribus. & Alexā.in l. nemo potest.col.vlt.versi.quid si dixi,promitto quandocunq;. ff.de lega.j.

5 † Secundam conclusionem de legato annuo limita , vt non procedat quando alimenta simpliciter essent legata alicui,vel vsusfructus simpliciter legatus absq; distributione temporis. Quia tunc vnum est legatum:& vna præscriptio sufficit secundum Bal.in l.j.circa fin.in penul.qu.C.de senten.quæ sine certa quāti.vbi reputat hoc notabile & subtile.& in §.j.circa fi.in tit. de l.Corra.sequuntur Alex.& moder.in d.l.si Stichum.§.stipulatio.colum.j.

Et propterea dici potest ex mente Baito.in dicto §.in his.in fin.commen.quòd non sit differentia inter legatum & stipulationem.

Sed debemus in vtraque animaduertere : an obligatio sit orta de præsenti:licet dilata sit exactio.an verò obligatio sit in diem prout latius declarat Panor.in d.c.auditis.in fi.commen. de præscrip.vbi ponit exemplum:quando in legato annuo dicatur orta obligatio de præsenti. Hinc est quòd sicut in legatis annuis non currit præscriptio : nisi de tempore ad tempus. Ita & in stipulatione conditionali : quæ sub conditione multiplicatur.prout latè declarat do.Petrus phil.Corne.consi.xliiij. in hac consultatione.ij.& iij.col.ij.vol.

Et hanc materiam pleníus aliis examinat Salic. in d. §. in his. colum.penul.& vlti.& conatur sustinere opi.Pet.Cy.& antiquorum. quòd in promissione annua non sufficiat vnica præscriptio : sed requiruntur plures. per text. in d.§. in his. in verbo , in initio cuiusque anni , &c. & per quædam alia motiua: quibus respondet Alexand.in d.§.si pluribus.col.j.& ibi insistit

circa text.in c de quarta.de præscript.quem adducit Panor. in d.c.auditis.in fin.commen.pro primo membro Bart.quòd non probet: vt ibi latius per eum: quem sequitur Felin.in d.c.auditis.colum.fin.

ADDITIO.

a Quanto tempore præscribatur debito annuo ex cōtractu vel ex vltima voluntate vide plenè per d.Anto.de Bu.in repe.cap. peruenit.col.xxv.& seq.decem.& plura per Bertachi.in repertorio in verbo præscriptio. quinto.col.ij.in fi.versi.præscriptio contra annuum.

SVMMARIVM.

1 *Debens decem singulis annis, si per xxx. ann.tantum quinque soluat, an in aliis quinque præscribat?*

2 *In annuis præstationibus, seu pensionibus, nulla de iure canonico currit præscriptio.*

3 *Remissio tacita pensioni per longum tempus debita excusat soluere debentem à mala fide.*

1 QVintò quæro. De pulchra & quotidiana quæstio? † Pone quòd aliquis singulis annis debet decem:& quolibet anno soluit tantum quinq; spacio. xxx.annorum & vltra: an præscribat in aliis quinque.

Istam q.format glos.in l. cum notissimi.§. in his.in glos.j.in fi.C.de præscrip.xxx.anno. & determinat : quod non. quia soluendo partem : videtur agnoscere totum debitum. per l.cum fidem. C.dè non nume.pecu.

Sed Salic.ibi colū.j.circa med.distinguit. quòd aut debitor soluit minorem pensionem, vt partem debiti ; & tunc nullo modo præscribit : quin teneatur ad solidum ; quia omni anno recognoscit debitum. Et sic tempus creditori non currit.d.l. cum fidem. Immo si quòd tempus cucurrisset : interrumpitur præscriptio per recognitionem debiti. d.l.cum notissimi.§.sed & si quis.

Aut verò soluit minorem pensionem:non vt partem : sed vt totum.quasi vltra non teneatur : & tūc secundum Sali.debitor præscribit in maiori tam de iure ciuili, quàm canonico, si putat vltra non debere. Vbi autem sciuit de iure canonico non præscribit propter malam fidem cap.fi.de præscri. licet de iure ciuili sic.l.sicut.C.de præscrip.xxx.ann. Nec currat Sali.quòd

recipiens

recipiens ignorauerit:quia præscriptiones istæ currunt contra ignorantem.d.l.sicut.

2 † Sed videtur mihi,quòd nulla currat præscriptio in istis annuis præstationibus, seu pēsionibus de iure canonico.siue mihi soluatur:vel minus respectu pmittētis propter ipsius malam fidem, vel eius à quo relictum est legatum annuum in testamento:si sciuit:& legatum fuit agnitum, & sit talis, qui potuit grauari: & sic vbi legatum incipit deberi. Nec respectu hæredis cui nocet mala fides defuncti, quia tenetur exonerare eius conscientiam secūdum communem opi. vt latè dixi in tertia parte prin.col.xliiij. & seq.

Vnde non video quòd de iure canonico possit procedere conclusio Sali.respectu actionis personalis,cui non potest præscribi, nec per principalem debitorem nisi fortè data iusta ignorantia, puta quia obligatus ex facto procuratoris vel ex testamento aliquo quod ignorauit prout declarat But.in c.fin. de præscri.&c.Imo.in l.sequitur.§.si viam. colū.ij. circa fi.ff.de vsu.nec per hæredem. Poterit ergo procedere conclusio Sali. respectu tertij singularis successoris,ad quem peruenisset res, super qua erat assignata pensio annua, vel allocatus census. Ita quòd sit onus reale. Tunc enim non præscribitur actioni personali,sed iuri reali,quo casu non exigitur pręscriptio.xxx. anno.sed sufficerent. x.vel.xx. vt dixi suprà in iij.q. huius partis circa præscriptionem hypotecariæ.

Et vltra Salic.istam qu.not.firmat Bart.de quo ipse non meminit. post Dy.in l.si prius.in princ.ff.de aqua. plu.arcen.& distinguit,aut erant plures obligationes, vel erat vna obligatio: & tunc facit differentiam inter recipientem scienter.vel ignoranter minorem pensionem:vt ibi per eum. Et antè Bart.hanc quæstio.plenè disputat Ioan.Andr.in c.plus semper. de reg.iur. in vj.in mercu.vbi quærit:quid si ecclesia debet alteri ecclesię annua xx.& per xl.annos soluit solum.x. an postea petere possit ecclesia integra viginti, & refert quod fuit quæstio dominicalis Bartholomei Brixiensis,& tādem recitat Ioannes Andræas distinctionem Dyni. quam posuit Cynus in dicta l.cum notissimi. §. in his.latius quàm faciat Bartol. in d. l. si prius.in princ. & cum ea videtur transire. Et fortè in practica obtineret opinio. Dyn.Cyn. Ioan. Andr. & Bartol.tanquàm commu-
3 nis quasi recipiens scienter videatur remittere, & sic † tacita remissio excusat soluentem à mala fide vt dicetur infrà.in vij. quæstione.

Et istam quæstioné remissiuè tangit Alex. in l. si certis annis. circa fin. pen. colum. versic. & an econtra. C. de pręt. vbi dat plures remissiones, sed nihil decidit. no. Spec. in titu. de loca. §. núc aliqua. col. xij. circa fin. versi. xlij. & in titu. de præscript. col. iij. versi. quid si cui deberem.

SExtò quæro. Quid si vnus qui debebat decem annua decessit relictis duobus hæredibus, & vnus tantum soluit, alter cessauit tempore constituto. Vel econuerso. Creditor decessit relictis duobus hæredibus, & vni tantum solutum fuit.

Hanc quæstionem mouet Barto. in d. l. si prius. in fin. princi. ff. de aqua plu. arcen. & determinat, quòd his casibus vnus præscribitur: siue contra vnum præscribitur: sicut si ab initio essent duæ obligationes. per l. nam satis nõ sortem. §. j. ff. quemad. no. ser. amit.

SVMMARIVM.

1 *Debens annuatim dare decem solidos monetæ nouæ: si per decẽ annos det mon-tam antiquam, an præscribat primæ obligationi respectu monetæ antiquæ?*

2 *Prælatus ecclesiæ cui annuatim debentur tres, si pluribus annis recipiat duo, non præiudicat ecclesiæ.*

3 *Census non potest præscribi cum mala fide, nec diminui.*

4 *Census, vel pensio an possint diminutiue præscribi contra priuatũ.*

5 *Præscribendo censum contra ecclesiam semper xl. anni requiruntur cum bona fide.*

SEptimò quæro de alia simili & vtili. q. quę sepius occurrit de
1 facto. † Quidam tenetur mihi dare quolibet anno decem solidos monetæ antiquæ, & soluit per decem annos decem solidos monetæ nouæ quæ est minoris valoris, & magis debilis, an sit præscriptum primæ obligationi respectu antiquæ monetæ?

Bar. format istam q. in d. l. si prius. in prin. ff. de aqua plu. ar. & distinguit vt in præcedenti. v. q. inter recipientem scienter vel ignoranter.

Sed Bal. & Sali. in l. aduersus. C. de vsur. determinant per illũ tex. quòd si debitum sit fauorabile vt cẽsus, licet quis recipiat minorem pensionem pluribus annis, sibi non præiudicat. per
a text. in c. olim causam. de censi. [a] vbi est casus de hoc. Si vero debitum est odiosum vt vsura, & tunc percipiendo minorem pensionem per triennium præscribitur in maiori. per text. in l. qui

qui semisses.in prin.ff.de vsur.& in d.l.aduersus.secundũ Cyn. Bald.& Sali.ibi quæ concludunt sufficere triennium in liberatione debiti odiosi:& ita intelligunt illum text.& fuit opi.Azo. ibi relata in glo.

2 † Ex quo inferunt Bald & Salic.quòd prælatus ecclesiæ qui debet habere nomine census tres denarios quolibet anno, recipiendo duos pluribus annis non præiudicat ecclesiæ,cũ census sit fauorabilis.d.c.olim causam.sequitur Alexan.consi.v.si vera sunt ea.col.iij.seu.iiij.in vj.arg.v.volu.

Contrarium videtur sensisse Ant.de But.in repe.c.peruenit. in fi.commen.de censi.vbi dicit,quòd si quis pro fundo soluerit omni anno durantibus decem annis centum,& secundum rei veritatem debebat ducenta,si deducit illud tempus ad probandum,quòd non debet nisi centum allegãdo causam renuntiationis seu remissionis pro residuo,quòd probabitur talis remissio per lapsum decenniũ cõcurrente illa minori solutione, nisi ius commune resisteret.per c.j.de præscript.in vj.

Quod videtur contra conclusionem Bald.& Salic.in d.l.aduersus.& contra text.in d.c.olim causam.vbi deciditur, quòd non præscribitur per solutionem minoris census, & pensionis in maiori, nisi per spatium quadraginta annorum concurrentibus aliis requisitis ad præscriptionem.vt ibi volunt Hostien.
3 Ioan.And.& But.circa fi.cõmen.qui concludunt, † quòd sicut census pręscribi non poteſt cum mala fide:ita nec diminui,seu diminutiuè pręscribi ab habente malam fidem:licet Panor.ibi in fi.commen.dicat & communiter tenetur oppositum.Sed puto quòd male dicat:quia opi.Hostien.tenent Ioan.And.& But. & non reperio contradicentem præter eum, qui allegat gl.pro se in c.quicunque.xvj.q.vij.quæ non facit.

Sed posset ad text.in d.c.olim causam.responderi, quod loquitur in ecclesia,& non in priuato.

Vnde concordando opi.puto fore distinguendum,quòd aut loquimur in præsenti articulo de præscriptione contra priuatum,vel contra ecclesiam.

4 † Primò casu si quæratur an census,vel pensio possit diminutiuè præscribi contra priuatum distinguo.quòd aut loquimur in ipso principali debitore,qui tenetur ex propria obligatione ad pensionem annuam,& ipse præscribere nõ potest,quocunq; temporis spatio soluendo minorem pensionem,quin teneatur in maiori,vel soluendo de pecunia noua magis debili : vbi tenebatur soluere de antiqua plusvalente propter malam fidem.

c.fina.cum ibi not.de præscri. Quoniam ita militat ratio peccati, super qua se fundat ille text.respectu partis: sicut totius. arg.l.quæ de tota.in prin.ff.de rei vendi.

Et ita procedat decisio Hosti.Ioan.And.& Butr.in d.c.olim causam.circa fin.commen.dum volunt quòd census non possit diminutiuè præscribi cum mala fide.

Et idem dico in hærede eius,& successore vniuersali:cui nocet mala fides defuncti secundum communē opi. Cum teneatur eius conscientiam exonerare.c.fina.de sepul.& latè dixi in tertia parte princi.col.xliiij.& seq.Nisi esset successor in prælatura,vel beneficio,cui non nocet mala fides prædecessoris.c.cura.& ibi glo.& cano.no.de iurepatro.& dixi vbi suprà. Nā si talis successor habeat bonam fidem:præscribet spatio xl.anno. Et ita procedat text.in d.c.olim causam.a contrario sensu iunctis ibi no.per glo.pe.de censi.

Aut vero loquimur in successore singulari: & puto distinguendum an habeat titulum & bonam fidem:quia fundus fuit sibi venditus cum expressione census minoris:& re vera debebatur maior. Tūc teneo quòd indistinctè præscribat spatio decem annorum inter præsentes,& viginti inter absentes, etiam si habeat causam à malæ fidei autore.quia auth.malæ fidei.C. de præscript.long.tēpo.non habet locum nisi in præscriptione dominij.non autem alterius iuris minoris præiudicij.vt concludunt communiter docto.in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.pos.& dixi in tertia parte prin.col.xlij.ad fi.

Si vero nullum habet titulum:sed bonam fidem tantū: præscribet spatio triginta annorum de iure ciuili.per regulam d.l. cum notissimi.l.sicut.& l.si quis emptionis.§.j.C.de præscript. triginta anno.circa quam nihil est immutatum de iure canonico concurrente bona fide:vt etiam plenè dictum fuit in secunda parte.iij.princi.q.vj.

Putò tamen: quòd iste singularis successor habens bonam fidem præscribet spatio decē annorum in maiori absq; titulo: si soluat minorem pensionem tanto tempore: & ille cui debetur scienter receperit allegando causam remissionis seu renunciationis.Si vero ignoranter:secus.Et idem fortè dici posset in ipso debitore principali, vel hærede eius ratione presumptæ remissionis. Et ita procedant no.per Bar.in d.l.si prius.in prin.& per Butr.in d.c.peruenit.circa fin.bene facit text.in l.cum de in rem verso.cum materia.ff.de vsur.iunctis his quæ plenè dixi in decima quæstione tertiæ partis princi.

Secun

1 † Secundò casu principali quando agitur de præscribendo censum contra ecclesiam: concludo quòd requiritur semper tempus xl.anno.cum bona fide per text.in d.c.olim causam.cũ ibi not.& per ea quæ habentur in c.de quarta.& in c.illud de præscript.Et ita procedant not.per Bald.& Sali.in d.l.aduersus. dum dicunt quòd prælatus recipiens minorem pensionẽ pluribus annis non præiudicat ecclesiæ. Istud enim debet intelligi prout habetur in d.c.olim causam.quod ipsi allegant.

Et hæc distinctio potest etiam adhiberi si tractetur de præscriptione totius census:quia non est differentia:an agatur de præscribendo censum in totum, vel diminutiuè secundum Io. Andr.& Butr.in d.c.olim causam.circa fin.de censi.

Non obst.si opponatur quod census præscribi non potest.l. competit.C.de præscript.triginta anno.quia ille text.procedit in censu debito in signum recognitionis vniuersalis dominij, & superioritatis:vt latius dicam in j.q.ij.partis.v.prin.& faciũt quæ dicam in q.proxime seq.

ADDITIO.

a Ad intel.d.c.olim de censi.& quando soluitur minor moneta: an præscribatur in maiori: vide Corne.consi.clxxxj.visis nonnullis.col.xxix.versi.quòd & tertio videtur.ij.vol.Ias.in §.præiudiciales.col.vlt.insti.de actio.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota pensionem non soluens per xxx. vel xl.an. & semper possedit an præscribat liberationem à pensione soluenda pro tempore tam præterito, quàm futuro?*

2 *Obligatus soluere perpetuum censum non soluendo per xl.ann.præscribit.*

3 *Conclusio quòd actioni personali præscribatur cum mala fide reprobatur in lege.*

4 *Res emphyteotica si perueniat ad extraneum qualiter, & quanto tempore præscribatur?*

1 Octauò quæro. † Quid si emphyteota cessauit per xxx.vel xl.ann:quod pensionem non soluerit: & semper possedit: nunquid dicatur præscripsisse liberationem à pensione soluenda pro tempore tam præterito quàm futuro?

Istam q.succinctè tangit do.Ias.in d.tract.iur.emph.col.xlvj. q.xxviij.& col.lxxxj.versi.primo quæro.Allegans Specu.in tit.

a de loca.§.nunc aliqua.versi.xliiij.[a] & Barto.in l.ius emphyteoticum.& in l.iubemus.C.de fun.patri.lib.xj.& in l.competit.C. de præscri.xxx.vel xl.ann.vbi determinat quod sic:quia omnis actio tollitur tanto tempore per regulam l.sicut.& l.omnes.C. de præscript.triginta ann.

Et dicit do.Ias.in d.q.xxviij. Quod ista decisio indubitanter procedit quantum ad pensionem præteritam:sed quantum ad futuram videtur hæc decisio dura secundum eum:& sic relinquit in ambiguo:& non determinat.

2 Eandem opi.tenuit do.Petr.Phil.Corne.consi.cxlij. videtur prima facie.col.pen.versi.accedat iij.volu.Concludens † quòd qui tenetur soluere perpetuum censum:præscribit non soluendo per xl.annos.& adducit duo consilia Bald.

Sed non puto istam conclusionem ita simpliciter intellectá posse procedere.

Vnde pro veritate concludo in præsenti.q.quod si emphyteota habet malam fidem:vt ille,cui fuit concessa emphyteosis:vel qui ipsam emphyteosim recognouit:nullo tempore præscribit propter malam fidem:cum teneatur actione personali: cui non præscribitur cum mala fide de iure canonico aliquo temporis spatio secundum communem opi.Cano.in c.fina.de sepult.& satis dixi in ij.parte iij.prin.q.xiiij.nec pariter præscribit hæres emphyteotæ:cui nocet mala fides defuncti:vt etiam ibi latè dixi.Et hoc apertè senserunt Io.And.& Butr.in c.olim causam.circa fin.cómen.de censi.vbi dicunt:quòd præscriptio census non currit cum mala fide.

Ex quo infero quod Barto.in locis præallegatis malè loquitur:licet Ias.simpliciter referat. & sequatur. Nam secutus est Bart.eius erroneam opi.quam posuit in l.sequitur.§.si viam.ff.
3 de vsucap.& in l.iij.ff.de seruit.vrb.præd. vbi voluit † quod actioni personali præscribatur cum mala fide: quæ est communiter reprobata tam per legistas,quam cano.vt ad plenum dixi vbi suprà.

4 †Si vero res emphyteotica peruenit ad extraneũ, tunc ille præscribet dominium directum saltem in effectu, & respectu priuati : spatio decem vel viginti annorũ, sicut præscriberetur plenum dominiũ cum titulo & bona fide: & habita distinctione:an possessor causam habeat ab autore bonæ vel malæ fidei. Sed sine titulo præscribet spatio triginta annorum cum bona fide.d.l.si quis emptionis.§.j.Cum mala fide vero nullo tempore præscribit.c.fina.de præscri.& c.possessor.de reg.iur.in vj.

Et

Et vbi quis allegat se non soluisse pensionem vel censum per xl.annos continuos ad inducendam præscriptionem: cui incumbat probatio plenè discutit Ioan.And.in c.sine possessione.de regul.iur.in vj.quem sequitur Aret.in l. in illa colum. iiij.in princip.ff.de verbo.obligatio.

ADDITIO.

a Adde eundem Specu.in titu.de præscriptio.colum.iij.versicul.quid si colonus.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheota, feudatarius, & superficiarius præscribunt ius emphytheoticum singulis ad singula relatis*

2 *Emphytheota, vel vsufructuarius, licet naturaliter possideant fundum: tamen ipsum ius emphytheoticum, vel vsumfructum possident naturaliter, & ciuiliter.*

1 NOnò quæro.† An ille qui soluit canonem, tanquàm emphyteota per xxx.vel xl annos & tâto tempore rem aliquam possedit vti emphytheoticã, præscribat ius emphyteo-
a ticum [a], & vtile dominiũ. salua canonicis præstatione, quàmuis iura emphytheotica nunquàm fuerint ei concessa? Bart.in d.l.competit, determinat quòd sic.& in l.iij.§.ex cõtrario.col. j.vel ij.versi.secundo contra Dy.& ibi not.omnes doc.ff.de acquiren.posses.vbi dicit Bar.quòd emphytheota, feudatarius, & superficiarius præscribunt ius emphytheoticum, vel aliud simile singulis ad singula relatis, per d.l.competit, ex quo possident naturaliter, & de hoc dicit etiã se dare casum in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infec. Dicit insuper.quòd est tex.de hoc rectè intelligendo in l.cum sponsus.§.si de vectigalibus, cum glo.iuncta.l.eum qui.in princ.eodem titul. Quæ iura sic inducuntur. Ista sunt cõuertibilia. Competit publiciana: ergo vsucapio. Et ecõtra d.l.eum qui.in prin.sed in d.l.cum
b sponsus.§.si de vectigalibus [b] dicitur, quòd emptori fundi vectigalis, siue emphytheotici cõpetit publiciana: ergo ipsi possunt præscribere tale ius. Et ita inducit Ias.latè firmãs conclusionem prædictam in trac.iur.emphy.col.lxxxj. Sed hæc inductio nõ videtur bona per ea quæ latè dixi in iij.parte priu.circa intellectum regulæ.d.l.eum qui.in princ.col.xxxiiij.& xiiij. vbi conclusi quòd prædicta regula procedit negatiuè.non af-
2 firmatiuè: vnde adduco meliorem rationem. † Quia licet emphyteota, vel vsusfructuarius solũ possideant naturaliter fundum

dum, tamen ipsum ius emphytheoticum, vel vsumfructũ possident naturaliter, & ciuiliter. Ita declarat Bar. in l. naturaliter. in prin. ff. de acqui. poss. & ad hoc allegat gl. not. in l. si plures. §. deiectum. ff. de vi & vi. arma. & in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quib. caus. maio. & in l. fin. ff. vti poss. Sic etiam declarat Paul. de Cast. non faciens mentionem de Bar. in l. fi. C. de præscrip. long. temp. Et declarant Imo. Aret. & Alex. in d. §. ex contrario & ibi Ias. col. iiij. Tangit etiam Ias. in d. tract. iur. emphy. col. lxxxj. an præsumatur emphytheota: qui tanto tẽpore soluit: de quo plenè dixi in iij. parte princi. col. xvj. & seq. versi. secundo prædicta faciunt ad quæstionem, & ibi dicta non repeto, quæ bene adaptantur hic, & pro repetitis habeantur.

ADDITIO.

a Adde Bal. in l. malæ agitur. in fi. commen. C. de præscriptio. xxx. annorum.

b Et per illum tex. infertur quòd si fundus alienus fuerit concessus in emphyteosim, præscribitur longo tempore cum titulo & bona fide, tanquàm emphytheoticus contra tertium.

SVMMARIVM.

1 *Rem tanquàm emphytheota recognoscens: & tanquàm à domino, cui longo tempore pensionem soluit tanquàm domino cum nec ipse esset emphyteuta, nec alter dominus an talis præscriptio prosit?*

2 *Præscriptio decursa contra vasalium vel emphyteotam non præiudicat domino.*

1 Decimò quæro. Iuxta proximam q. † quid si iste tanquàm emphyteota rem ab aliquo recognouit tanquàm à domino: & ei longo tempore pensionẽ soluit tanquàm domino: cum nec ipse esset emphyteota: nec ille quem recognoscebat esset dominus: an præscriptio istius possidentis prosit illi: cui soluit? Istam q. mouet Spec. in tit. de loca. §. nunc reliqua. versi. liij. & versi. lvij. Et videtur concludere talem præscriptionem prodesse illi, cui soluit: eum in dominum recognoscendo, si possederit triginta annis, & ex hoc infert ad duos effectus: vt ibi latius per eum. Et hanc decisionem Spec. simpliciter refert & sequitur. Ias. in præalle. tract. iur. emphy. col. lxxxij. ver. quintò quæro. Et vltra eum sic latè firmat Rom. consil. cxxvij. posito,

to, quòd dominium. adducens plura maximè Ioan. And. in c. qui ad agendum. de regul. iur. in vj.

2 Et not. † quòd præscriptio decursa contra vasallum vel emphyteotam non præiudicat domino. Ita Bald. in §. quid ergo. in tit. de inuesti. de re alie. fact, per illum text.

SVMMARIVM.

1 Conductor alius recognoscens alterum in dominum: an possit præscribere contra eum?

2 Colonus vel conductor præscribere potest contra actionem personalem, quæ oritur ex contractu locationis.

3 Colonus, vel conductor præscribere potest præstationem pensionis pro tempore præterito xxx. an. sed non pensionem futuri temporis.

4 Emphyteota nunquàm præscribit directum dominium contra dominum directum.

5 Successores iuris præsumptione censentur tenuisse, & possedisse eo modo, & forma quibus tenebat defunctus.

6 Clausula constituti vel precarij passiuè transit in heredes constituentis.

7 Colonus si domino ignorante vendidit fundum conductum cuius emptor domino à quo conduxit pensionem soluit xxx. annis: an dominus possit agere contra emptorem rei vendicatione?

1 a VNdecimò quæro. † Vtrum cōductor, vel alius recognoscens alterum in dominū possit præscribere cōtra eum [a]? Conclude & non, etiam si mille annis possideret: ex quo illum in dominum recognoscit: vt est casus in l. malæ agitur. C. de præscri. xx. an. vbi glo. & omnes not. Bar. & alij, in authē. perpetua. C. de sacrosanct. eccle. gl. Bar. & doc. in l. comperit. C. de præscri. xxx. an. Bal. Sal. & Paul. de Cast. in l. neque. C. de vsufru. per illum tex. not. vbi assignant rationem huius decisionis.

2 † Et quàmuis colonus, vel conductor non præscribat dominium rei contra dominum: quē recognoscit: præscribit tamen contra actionem personalem: quæ oritur ex cōtractu locationis. Poterit tamen conueniri ad restitutionem rei actione in rem, quæ non est præscripta: secundum glo. & doct. in d. l. malæ agitur: quod declara: vt ibi plenè per Ange.

3 † Præscribit etiam colonus, vel conductor præstationē pensionis pro tempore præterito triginta annis: quia tanto tempore tollitur omnis actio personalis: sed non præscribit pensionem

nem futuri temporis: vt eam soluere non teneatur: nisi interpelletur: vt soluat & recusset soluere. Vel secundum aliam opinionem nisi actualiter possessionem interuertat: vt latè declarat Ange. in d.l.malè agitur.col.ij.circa princ. Et hæc vera de iure ciuili: quòd admittit præscriptionem longissimi temporis xxx.annorum cum mala fide.l.sicut.cum concor.C.de præscri.xxx.ann. Sed de iure canonico ipse conductor nullo tempore præscribit propter malam fidem: nec contra actioné realem: nec personalem.c.fi.cum ibi plenè not.de præscrip. nec pariter hæres eius, quem mala fides defuncti impedit præscribere: vt cócludunt communiter cano.in c.si diligenti.de præscri.vbi latè Fe-
b lin.col.iiij.& seq. [b]

4 † Ex prædicta conclusione infertur, quod si fundum meum tenuisses per tempus legitimum non tanquàm dominus directus: sed tanquàm fructuarius, vel tanquàm emphyteota: vel tanquàm feudatarius, & habuisses titulum à quodam tertio: & ignorasses me esse dominum directum: pręscribis ius vsusfructus aliàs vtile dominium contra me: sed directum nunquàm: quia non possedisti eo animo: vt illud acquireres: argu.l.fin.ff. quemadmo.ser.amit.& l.si ego.§.j.ff.de public.& l.fi. circa fin. C.de præscrip.long.temp.& sine titulo præscribens.xxx.annis: vt in §.si quis.per xxx.in tit.si de feu.fuer.controuer. Postquàm autem incœpisses possidere tanquàm dominus directus: quia interuertisti possessionem: ex tunc spolias me ciuili possessione: & incipis præscribere longissimo tempore sicut fur, violentus possessor de iure ciuili.l.j.§.ad hæc.C.de anna.except. secus de iure canonico: cum sit malæ fidei c.fi.de præscrip. Ita declarat Paul.de Cast.in d.l.neque fructuarium. Et in emphytheota idem firmat Ias.in tract.iur.emphy.col.lxxxij.versi.tertio quæro.vbi concludit quòd emphytheota nunquàm præscribit directum dominium contra dominum directum: etiam si mille annis possideret, prout dicit Bal.in d.l.neque.nisi emphytheota interuertisset possessionem: quam tamen non potest interuertere sola animi destinatione: sed opus est, quòd factum interueniat, iuxta.l.cum fundum.& l.colonus.ff.de vi & vi ar. Not. Cy.in d.l.competit.in iij.q. Addo Alua.in §.licet.col.j.in ij.not. in tit.si de feu.fuer.controuer.vbi not.ex illo text.quòd vasallus, qui est paratus præstare seruitia: vt præsumitur: nisi interpellatus negauerit, nunquàm præscribit contra dominum suum: & videtur dominus esse in quasi continua possessione seruitiorum. argument. l. arboribus. §. idem tractatu. ff. de

vsu

vſufructu.

5 † Ampliatur prædicta concluſio vt procedat nedum in ipſo fructuario, emphytheota, vel vaſallo: ſed etiam in eorum ſucceſſoribus: vt eſt text. not. in dicta l. neque. in verbo, neque ſucceſſores eius: vbi Paul. de Caſt. reputat iſtud mirabile: quia per mortem fuit finitus vſusfructus: ergo ſucceſſores non tenuerunt tanquàm vſufructuarij: ſed tanquàm proprietarij: & ſic habuerunt animum acquirendi dominium: ſi non habebant: ergo ſaltem debuerunt præſcribere ſpacio triginta annorum, per iam dicta.

Sed reſpondet not. Paul. de Caſt. quòd ſucceſſores iuris præſumptione quantumcunque alium habeant animum: cenſentur, & finguntur tenuiſſe & poſſediſſe eo modo & forma, quibus tenebat defunctus, arg. l. cum hæres. ff. de diuerſ. & tempo. præſcript. quia hæres reputatur eadem perſona cum eo.

Cum igitur ille defunctus teneret tanquàm fructuarius: & ipſi hæredes cenſentur eodem modo tenuiſſe: licet re vera tenuerunt, vt domini: quia non ſuperueniente noua cauſa, ſicut defunctus ſolo animo non poterant ſibi mutare cauſam poſſeſſionis. l. nemo. C. de acquiren. poſſeſ. ita nec hæredes eius: ſi domino repoſcente non interuertant poſſeſſionem.

6 † Subdit Paul. de Caſtr. quòd in dicta l. neque eſt caſus de vno, in quo illis diebus conſuluit: & de illa l. nõ meminit: quia quidam incœpit quædam bona poſſidere præcario ſiue alieno nomine: puta per clauſulam præcarij, vel conſtituti. de qua plenè notat. in l. quod meo. in princip. ff. de acquirend. poſſeſſio. poſtea mortuus eſt: & hæredes eius per triginta annos & vltra ignorantes præcarium poſſederunt proprio nomine, quærebatur: an præſcripſerint. Conſtat enim quòd defunctus ſi centum annis vixiſſet, cum teneretur alio nomine, nunquàm præſcripſiſſet: ſed dubium erat de hæredibus: qui poſſederunt ſuo nomine. Reſpondit Paul. quòd nec illi præſcripſerunt per rationem de qua ſuprà. Et de hoc dicit eſſe caſum in illa l. neque ſi bene conſideretur ponderando illud verbum, nulla tempora. licet quædam gloſſ. in vſibus feudorum ſecundum Paulum, videlicet in §. præterea. de cap. Corrad. licet ipſe non allegat: quòd ſub iſta generaliter non venit præſcriptio longiſſimi temporis, ſed longi tantum: ſed illud verum dicit ipſe, niſi ſubiectæ materiæ natura ſuadeat contrarium. Hæc ſunt verba bene notanda Pauli de Caſtro, in dicta l. neque. C. de vſufructu.

Ex

Ex quibus colligo not. conclusionem: quòd clausula constituti vel præcarij passiuè transit in hæredes cõstituentis: quia censentur & fingũtur tenuisse & possedisse eo modo, & forma quibus defunctus tenuit.

Et hoc maximè procedit, quãdo esset facta mentio de hæredibus. per text. in l. cum præcario. §. j. ff. de præca. quod bene not. ad materiam d. l. quod meo. in prin. ff. de acqui. posses.

7 †Quid autem si colonus vel emphyteota domino ignoráte vendidit: & tradidit fundum conductũ: tamen domino, à quo conduxit, pensionem soluit emptor iste triginta annis. Nunc ipse colonus in præstatione cessauit debitæ pensionis. Dominus verò agit rei vendicatione contra emptorem: quæritur an possit.

Istam quæstionem mouet Specul. in titu. de præscrip. col. iij. versi. quid si colonus, & determinat quòd ille emptor præscribit cum titulo & bona fide: sed dominus restituitur ex clausula generali: si fuit in iusta ignorantia.

Et ibi monet aliam quæstionẽ, quid si emtor fundi emphyteotici offerat pensionem post præscriptionem completam, an videatur renuntiare præscriptioni? & concludit quòd sic, si scienter obtulit. Secus si ignoranter.

DVodecimò principaliter quæro. In hac quarta parte quartæ partis prin. Postquàm visum est suprà de præscriptione iuris emphyteotici: quanto tempore præscribatur feudum, seu ius feudale: quòd æquiparatur emphyteosi: & de vno ad aliud arguitur: vt plenè not. Ias. in tract. iur. emphy. col. xj. & xij. Et hæc quæstio diuitur in plures.

ADDITIO.

a An & quando currat præscriptio contra locatorem: vide per Pau. de Cast. consi. cclxxxvj. videtur dicendum breuiter & consilio seq. videtur dicendum dictum' actorem & consi. ccxcj in quæstione quæ vertitur in antiq. & vide in prima parte sextæ & vltimæ partis prin. huius tractatus.

b Et dixi plenè in tertia parte prin. col. xliiij. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Præscribere an possit quis rem tanquàm feudalem & ius Castellitij sint feudi, qui nunquàm de illa re fuit inuestitus? & nu. 2.*

3 *Dispositio text. §. si quis per triginta an procedat in possessore malæ fidei?*

4 *Feudum quanto tempore contra rempub. præscribatur.*

Feudum

5 *Feudum praescriptione quaesitum sortitur ordinariam naturam feudi.*

6 *Praescribi an possit feudum formatum contra priorem vasallum, qui fuit de feudo inuestitus?*

7 *Dominus feudum recuperans non tenetur illud restituere primo vasallo contra quem fuit praescriptum.*

8 *Vtile dominium non praescribitur cõtra vasallum minori tempore. xxx.ann.*

9 *Res feudalis nulliter alienata non potest aliquo tempore praescribi contra dominum.*

10 *Praescribens contra dominum habentem vtrunque dominium, non potest acquirere nisi vtile dominium praecedat.*

11 *Praescriptio longi temporis non habet locum in feudo.*

12 *Feudum non posse praescribi nisi xxx. ann. quomodo intelligatur?*

13 *Domino an prosit praescriptio vasalli?*

14 *Vasallo ex facti ignorantia praescribente vltra terminos concessionis an finito feudo id finiatur?*

Perditum non vtendo non recuperatur.

15 *Vasallus an possit dominiũ feudi praescribere xxx. an. nõ seruiẽdo?*

16 *Desidia non potest imputari domino, si non est vsus opera vasalli, qua non indiguit, nec eo casu contra eum currit praescriptio.*

17 *Priuilegium, aut aliud ius non amittitur per non vsum, quando non se obtulit facultas vtendi.*

18 *Agnati infra quantum tẽpus possint reuocare feudum antiquum illicite, & absque eorum consensu alienatum?*

19 *Silentium annale vim habet refutationis scientia mediante.*

20 *Praescriptio xxx. an. regulariter currens in feudis, an noceat nepotibus, & descendentibus, siue agnatis, qui tempore alienationis nondum erant nati?*

1 PRimò igitur quaero. † Vtrum quis praescribere possit aliquam rem tanquam feudalem, & ius vasallitij, siue feudi^a, licet nunquam de illa re fuerit inuestitus? Istam q. decidit tex. no. in §. si quis per triginta. in tit. si de feu. fue. controuersia. vbi dicitur, quòd si quis per triginta annos rem aliquam tanquam feudum possedit: & pro ea seruitium domino exhibuerit: licet de ea non fuerit inuestitus: praescriptione triginta annorum se tueri potest: & sic tanto tempore rem in feudum praescribit: & efficitur vasallus illius cui seruitium praestitit.

Quod verùm intellige: si possedit vt feudũ: vt ibi dicit text. non sufficit ergo, quòd probetur possessio triginta annorum:

nisi probet se possedisse, vt feudum: & sic quòd possessio fuerit formis, id est habita semper tanquam feudalis. & ita ibi declarant Bald. Alua. & d. Præp. col. j.

Vnde plura requiruntur ad talem præscriptionem.

Primò quòd rem possederit per triginta annos continuos absque interruptione.

Secundò quòd tanquàm feudum: & sic quòd ista possessio triginta annorum fuerit formis, idest habita semper tanquàm feudalis.

Tertiò quòd præstiterit seruitia domino, vel soluerit vti pro feudo.

Et hæc tria colliguntur ex illo text. & ibi not. Bald. & doct. maximè Alua. colligens ista tria requisita. Et declarat gloss. magna in fin. in §. fin. in tit. de feud. dato inuicem legis commiss. & Alexand. consil. clxix. viso themate. prima columna, secundo volumine. & consil. cxiij. viso & diligenter considerato themate. vlti. colum. iiij. volumine. & dom. Philip. Deci. consil. cxliiij. & maturè colum. iij. versic. sed his non obstantibus.

Et sufficit semel præstitisse seruitium domino vti pro feudo; & quòd postea possiderit per triginta annos, quia præsumitur successiuè possedisse, vt feudum: per not. in cap. cum ecclesia Sutrina. de causa possessio. & propri. & est bonus text. in
b simili. in cap. cum de beneficio.[b] de præben. in vj. Ita declarant And. de Iser. Alua. & domin. Præpo. in dicto §. si quis per xxx. colum. j.

2 † Et pro intellectu. d. §. si quis per triginta no. quod prædicta locum habent: quando nulla est facta inuestitura: nec aliquid probat vasallus de ipsa inuestitura: quam allegat vasallus: sed eam plenè probare non potest: tunc si mediante ea asserta inuestitura ipse vasallus steterit in possessione ipsius feudi per annum sciente domino, & non contradicente: tunc stabitur sacramento vasalli de dicta inuestitura facta: & per sacramentum probabitur dictum feudum: vt est casus in cap. ij. in fin. tit. si de inue. inter domi. & vasal. lis oria. & isto casu sufficeret sola possessio anni: vt ibi. Et hoc modo potest etiam intelligi tex. in §. similiter. in tit. de contro. inuet. Et ita declarat Alua. in d. §. si quis per triginta. in prin. ij. colum.

3 † Sed dubitatur: nunquid dispositio text. in d. §. si quis per triginta. procedat in possessore malæ fidei? gloss. & communiter doct. ibi tenent quòd sic de iure ciuili. ex quo ille text. dat solum exceptionem; non actionem: & sic non acquirit possessor

sessor, nisi ius excipiendi: vt ibi declarant glos. & Alua. Ex quo infertur, quod si cadat de possessione, non potest rem ab alio vendicare. Secus si præscripsisset cum bona fide; tunc enim acquirit vtile dominium, & potest rem vendicare. l. si quis emptionis.§.j.C.de præscript. xxx. vel xl. ann. secundum glos. Alua.& alios.in d.§.si quis per triginta.

Sed de iure cano. nō procederet præscriptio cum mala fide in casu illius §.aliquo modo.c.fi.cum ibi plenè no.de pręscrip. Prout in terminis firmant Bal.& d. Præpo.in d.§.si quis per triginta.col.j.& Panor. in cap.ad audientiam. col.fi.versi. aduertendum tamen.dę præscrip.vbi dicit, quòd sine bona fide præscribi non potest:nedum directum dominium: sed nec solum vtile.quod scilicet res teneatur in feudum præstando seruitiũ, vt not.Bald.in d.§.si quis pęr triginta:licet gl.ibi aliter sentiat, & minus bene:secundum Panor.per d.c.fi.de præscrip.

4 † Limita tex.in d.§.si quis per triginta.vt procedat in priuatis. Sed quo ad ecclesiam & rempublicam requiritur tempus quadraginta annorum per regulam generalem respectu ecclesiæ.c.de quarta.c.illud.& c.ad aures. de præscr.& authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.& quo ad rempublicam per tex. in l.omnes.& in l.comperit.C.de præscr.xxx.ann.& in l.j.C.ne rei domi. vel templo. Per quæ iura dicit And. de Iser. in d. §.si quis per triginta.quòd contra rempublicam non præscribitur feudum, nisi spacio quadraginta annorum, & illum text.procedere in priuatis: ergo idem erit in ecclesia.

Ita limitat & declarat d. Præpo.in d.§.si quis per xxx.col.ij. versic.sed pulchrum ęst dubium.Et firmat Bal.in §.fin.in tit.de feu.dato inuicem legis cõmis. vbi dicit, quòd in ecclesia Romana requiritur tempus centum annorum. vt est casus in ca. ad audientiam.& ibi not.Cano.de præscriptio. vbi contra Romanam ecclesiam quis non præscribit tanquam vasallus, nisi per centum annos.& plenè no.Alex.præalleg.consi.clxix.viso themate suprascripto.j.col.ij.volu.

5 † Et no.quòd hoc feudum præscriptione quæsitum sortitur ordinariam naturam feudi.secundũ Bald.in l.liberti.C.de ope. liber.& in l.j.q.xxxj.ff.de re.diui.Alua.& d.Præpo.in d.c.si quis per xxx.colum.ij.vbi d.Præpo.alleg.Ang.cõsi.cvj. sanctissima. Panor.consi.clxxxij.conditor omnium.

Hinc infertur vltra Præpo.quod in tali feudo præscripto succedunt descendentes masculi tantum secundum naturã recti feudi. Ita decidit not. Baldus in §.fina.in titul.de feud.dato

inuicem legis commiſ. per illum textum. & in dicta l. liberti. & in aliis locis adductis per Alexand. conſil.xv. viſis narratis. vlti. colum. v. volum. vbi concludit quod vbi apparet ſolū de acquiſitione feudi ex longiſſima poſſeſſione ſeu pręſcriptione non tranſibit tale feudum, niſi ad illos, ad quos trāſit feudum, vel emphyteoſis informiter cōceſſum, vel conceſſa. Eandem concluſionem vltra Alex. firmat.d.Marti.Landen. in c.j.in tit. qui.mo.feu.cōſti.poteſt. Refert ſolennis doct.d. Iacobi de ſan. Geor.in ſuo tract.feu.in verbo.ita quòd ipſi inueſtiti habeant. circa fin.ij.col.verſi.an autem filius.non allegans Alex. Prædicta procedunt quando nulla præceſſit inueſtitura feudi: & ſic vbi nunquam fuit formatum feudū per inueſtituram, in perſona illius, qui præſcripſit, neque in alio.

6 Secundò quæro. † Quid ſi alius fuit de illa re dudum inueſtitus in feudum, an præſcribi poſſit tale feudum formatum contra priorem vaſallū: qui fuit de feudo inueſtitus. Ita quòd iſte qui præſcripſit: ſubintret in locum illius: & ipſe efficiatur vaſallus excluſo alio: & quanto tempore?

Iſtam q.tangunt gloſ. Hoſtien.& communiter Cano. in c.ad audientiam.de præſcrip.& etiam ibi latè examinat Panor.col. iij.vel iiij.verſi.ex his infertur.vltra med.& ſequē.concludens cum gloſ.quòd quis poteſt præſcribere feudum reſpectu vtilis dominij: quòd eſt penes vaſallum: directo remanente penes dominum data ſcientia & patientia domini. Nam ſicut poteſt de nouo acquirere per huiuſmodi patiētiam ius feudale: licet nunquàm habuerit inueſtituram. vt in §.ſi quis per xxx. in tit. ſi de feu. fue.contro. fortius patiente domino poteſt ius feudi iam formatum & conſtitutum, & in alium tranſlatum præſcribere, ſi dominus ſciuit. Sed vbi ignorauit, & poteſt prætendere aliquod intereſſe in mutatione vaſalli, poſſet fortè procedere ſecundum Panor.opi.Hoſtien.tenentis contrarium, ne contingat dominum habere vaſallum, quē nollet, vel quem ſibi non expedit habere. Sed nihilominus licet hoc videatur æquum, dicit Panor. quod putat contrarium eſſe verius, vt hoc etiam caſu non poſſit dominus iſtū qui præſcripſit ad minus ſpacio xxx.ann.moleſtare.per text.apertum iuncta gloſſ. in §.j.de capi. Corra.vbi concludit glo.quòd contra dominum directum, & in ſui iuris præiudicium currit præſcriptio xxx.anno. Nec diſtinguitur ibi ſcientia, vel ignorantia, ex quo non agitur de præſcriptione proprietatis ſecundum Panor. licet quo ad hoc non videatur bene dicere: quia ibi agitur de excludendo dominum

minum in totum, vt dicam infrà in iiij.q.huius materiæ:& ſentit Panor.in dicto cap.ad audientiam.colum.penul.vel fi.verſi. ſed quæro. Mouetur etiam Panorm. quia contra ignorantem in ſui præiudicium currit præſcriptio, maximè xxx.anno.vt in l.fin.C.de præſcriptio.long.temp.quæ non probat, quia loquitur in præſcriptione longi temporis cum titulo & bona fide. quæ non cenſetur odioſa. & in l.fin. C.de præſcript. xxx.anno. quæ non facit. Melius facit text.in l.ſicut. in fi.& ibi not.Bald. C.eod.titu.

Poſtea refert Panorm.Ioan.Andr.ſentire contrarium in additio. ad Specu. in titu.de feudis, ſuper rubrica, cuius motiuis reſpondet, & non recedit ab opin.prædicta ſubdens hęc verba. Dico tamen, quòd tenendo præſcriptionem currere daretur reſtitutio domino ignoranti: ne cogatur habere vaſallum: quem noluit. Opinio tamen diſtinguens inter ſcientiam & ignorantiam, eſt multum æqua ſecundum eum. Et addit ex
7 mente Ioan. Andr.ibi ſuprà † quòd dominus feudum recuperans non tenetur illud reſtituere primo vaſallo: contra quem fuit præſcriptum. Et iſtam concluſionem latè firmat Roma. conſi.clxv.viſa diligenter: vbi voluit indiſtinctè, quod etiam ſi dominus ignoret: præſcribatur vtile cõtra vaſallum ſine damno domini.per.c.j.§.quid ergo.in tit.de inueſti.de re alie.fac.& per text.cum glo.in d.c.ad audientiam. in verbo principaliter damnat opin.Hoſtien.quia ſequeretur ex eadẽ, quod feudum vel emphyteoſis nunquam præſcribi poſſet, contra text.in.d.§. ſi quis per triginta.& ſequitur Feli.in d.c.ad audiẽtiam. col.vj. declarans verba Panormi.

8 Tertiò quæro. † Quanto tẽpore præſcribatur contra ipſum vaſallum reſpectu iuris ſui:& ſic quo ad vtile dominium? Panor.format hanc q.in d.c.ad audientiam. col.fi.verſi.ſed quæro:& poſt adducta aliqua motiua concludit, quod non pręſcribitur vtile dominium contra vaſallum minori tempore xxx. annorum: licet poſſeſſor habeat titulum & bonam fidem: quia eſt ſpeciale in feudo: vt nõ præſcribatur minori tempore. xxx. anno. Et ſic ibi non habet locum præſcriptio long. temporis: ſed longiſſimi. per tex. in §.j.iuncta gloſ.in verbo præſcriptione.in titu.de capi.Corra. Et ibi not.Bald.Alua. & dom. Præpo. colum.ij.

Eandem concluſionem quod contra feudatarium non præſcribatur niſi triginta annis: firmat Bald. conſil. cxvij. verba inueſtituræ.ij. colum.j.volum.

Et de præſcriptione aduerſus vtile dominium: vide per do. Signo.conſi.x.in quæſtione vertente inter Huguetum.colum. ſecunda in fi.

9 Quæro quartò † An poſſit tertius præſcribere cõtra directũ dominium feudi, in quem forte feudum fuit alienatum abſq; cõſenſu domini:& ſic vbi alienatio feudi eſt nulla à principio? Videtur prima facie dicendum?quod res feudalis nulliter aliénata non poſſit aliquo tempore præſcribi cõtra dominium per text.in §.præterea.in titulo.de capi.Corrad.vbi dicitur: quòd liceat dominis omnes alienationes feudi factas ſine ipſorum conſenſu nulla obſtante præſcriptione reuocare. Ad idem eſt text.in §.j.verſi.nos autem.in titu.de prohi.feu.alie.per Fede.& in c.j.§.quid ergo ſi prætio.in ti.de inueſti.de re alie.fac.vbi gl. Per quę iura ita tenent quidã antiqui feudiſtæ:& Andr.de Iſer. in dicto §.præterea.

Eandem concluſionem firmat Sozin.conſi.lxxxvj.in cauſa communitatis caſtri montis.col.iij.verſi.tertio & vltimo:quòd eſt repetitum conſi.cxlv.circa primum conſultationis articulum.Sed glo.in d.§.præterea.in verbo præſcriptione.de capitu. Corra.determinat contrarium:dicens,illa iura debere intelligi de præſcriptione longi temporis decem vel viginti annorũ: in qua requiritur titulus & bona fides. Non autem de præſcriptione longiſſima triginta vel quadraginta annorum inducta in odium negligentium:quæ currit abſque titulo:quia illa non cenſetur excluſa:ſed currit contra dominũ.Et ſic elicitur concluſio ex illa gloſſa, quod dominũ rei feudalis nulliter alienatæ præſcribitur contra dominium directum ſpatio longiſſimi temporis triginta, vel quadraginta annorum.per l.omnes.& l. ſicut.C.de præſcriptio.triginta annorum.

Pro qua concluſione eſt bonus tex.in §.porro.in tit.qualiter olim feud.pote.alie.Cum qua cõcluſione tranſeunt Bal.Nico. de Neapol.Alua.& Præpo.in d.§.præterea.

10 † Et in dubio eſt adherendum glo.ſecundum Alua.Cum me-
c lior teſtis haberi non poſſit: quàm ſit gloſſa ordinaria: vt ait Bal.in c.j.de natu.ſuc.feu.& in l.ij.C.de ſenten.quæ ſine cert. quanti.& in l.fina.C.de pœna iu.qui malæ iu.

Et opi.glo.comprobat Præpo.ibi vno medio.

Et adde quòd hoc caſu per præſcriptionem acquiritur nedum vtile:ſed etiam directum dominium, ſecũdum Alua.poſt Nico.de Neapo.in c.j.col.ij.de feu.non hab.propr.feu.natu.vbi dicunt,quòd communis theorica gloſ.& docto.in l.ſi quis emptionis.

ptionis.in prin.C.de præscriptio.triginta anno.quæ habet quòd per præscriptionem non quæratur nisi vtile dominium,procederet quando præscriberetur contra dominum habenté vtrunque dominium:quia tunc non præscriberetur:nisi vtile. Secus si præscribatur contra habentem directum tantum : vt in casu nostro: quia tunc per præscriptionem acquiritur directum ad hoc,vt præscriptio aliquid operetur.

Et ita dicit Alua.tenere Ray.& sequaces in auth.nisi tricennale.C.de bo.mater.

11 Eandem opi.vltra Præpo.ibi tenuit Panor.in d.c.ad audientiam.colum.fina.versicu.sed quæro.de præscri.† vbi facit conclusionem generalem,quod sit speciale in feudo:vt nō præscribatur minori tempore triginta annorum.

Et quod in feudo non habet locum præscriptio longi temporis:sed longissimi sic.

Et istam opi.latè firmat do.Franciscus Curtius senior consi. penulti.capio primum,in quo quæri videtur col.j.vltra med.& in fi.ij.colum.& in prin.seq.vbi firmat conclusionem generalé. quod indistinctè in feudis currit præscriptio triginta annorum per text.in d.§.si quis per triginta.in titu.si de feu.fue.contro.

Addo quòd hoc fuit de mente glos.ibi: quæ assignat rationé ad illum text.quod illud meritò accidit:quia tanto tépore tollitur omnis actio : vt l.omnes.C.de præscript.xxx.ann.&c.Et idé sensit glo.in §.titius ad fi.glo.vnicæ.eod.titu.

12 †Ex prædictis infertur,quod sicuti feudum præscribitur contra dominum respectu vtilis dominij:vbi nulla præcessit inuestitura d.§.si quis per triginta.Ita etiam potest præscribi pleno iure tam respectu vtilis,quàm directi per tertium possessorem: ad quem peruenit res feudalis :qui non recognouit directum dominium:nec possedit rem tanquàm feudalem,sed tanquàm propriam,& allodialem præscriptione lōgissima.triginta ann. Præscriptio vero longi tempo.licet cum titu.& bona fide locū non habet in feudo secundum glo.& docto.in d.c.j.§.præterea de capit.Corra. Est enim speciale in feudo,quod feudum non præscribatur nisi triginta annis.secundū Pan in d.c.ad audientiam.col.vlti.Et prædictam conclusionem intellige concurrente bona fide per regulam generalem c.fi.de præscript.no.Bald. & Præpo.in §.si quis per xxx.col.j.in titu.si de feu.fue.contro. Posset tamen competere restitutio domino, vel priori vasallo: aduersus,quos est præscriptum ex capite iustæ ignorantiæ : vt plené dicetur infrà in xxix.q.huius partis.

13 Quintò quæro. † Vtrum præscriptio vasalli prosit domino?

Istam q. explicat Bal.no.per tres quæstiones in §.rursus.col. ij.versi.sed iuxta hoc quæro.in titu.de contro.inuesti.

Vbi Bal.primò format q.pone quod secũdus vasallus acquisiuit:non per viam incrementi:sed præscribendo:quia tam primus,quàm ipse fuerunt inuestiti de re aliena. Modo quæritur vtrum mortuo primo vasallo redeat ad dominum: an resideat penes præscribentem & eius filios? Respondet Bald.quod præscriptio est accessoria prioris tituli.vt ff.de do.cau.mor.l.si alienam.& l.qui alienam.Et ideo quo rediit terminus,rediit & præscriptio.ff.de condi.indeb.l.indebiti.§.fin.& quod ibi notatur.

14 † Secundò quærit Bald.in d.§.rursus.pone quòd vasallus ex facti ignorantia præscribit vltra terminos concessionis nunquid id finitur finito feudo?& videtur quod non dicit Bal.quia in eo non habet ius per titulum autoris: sed per errorem.argu. ff.ad treb.l.debitor.in fin.

Tertiò quærit Bal.pone quod concessum est quoddam territorium,duobus in feudum pro diuiso.Sed vnus per iustum errorem præscripsit fines alterius:vtrum vno mortuo sine hærede:istud præscriptum redeat ad dominum , an ad aliũ vasallũ? & concludit Bal.quòd consolidatur proprietati.ad eum autem qui amisit reuerti non potest : vt ff.qui.mo.vsufruc.amit.l.sicut in annos.Nam quod est non vtendo perditum,postea non recuperatur.argu.l.fina.C.de remis.pigno.secundum Bal.in d.§.rursus.cuius verba formalia refert,& sequitur in omnibus prædictis Alua.ibi:col secunda.

Et ad hanc q.faciunt quæ dixi in noua q.princi.huius partis in emphyteota.an eius præscriptio si possedit & præscripsit rem alienam tanquam emphyteota recognoscendo in dominum eum qui non erat dominus,prosit illi?

15 Sextò quæro. † Nunquid vasallus possit præscribere libertatem,& directum dominium feudi triginta annis non seruiẽdo

d & consequenter liberationem? [d]

Istam q.attingit Panor.in d.c.ad audientiam.col.vlti.versic. sed iuxta prædicta quæro de notabili quæstione.Referẽs:quòd hæc fuit quæstio Vberti de Bobio:recitat Ioan.And.in additio. ad Specu.super rub.de feud.qui dicebat posse distingui, an deberet vasallus certas pensiones domino,& seruitia determinata:puta tenere vnum equum pro feudo: & tunc sit imputãdum domino:quod illa non exegit tanto tempore. Si autẽ erat feudum honorificum : non est quod domino possit imputari: cum nihil

nihil potuit exigere.& hoc satis placet Ioan.And.

Vel aliter distinguebat Vbertus: an infra illud tempus triginta annorum euenerint negotia:ad quæ vasalli essent vocandi:& verisimile esset quòd vasallum hunc vocasset, si vasallus fuisset vt in militia,& in vxore ducẽda & similibus. In talibus enim,si aliis euntibus non iuit,interpellasse videtur ius domini,& sic posset libertatem præscribere.Nam & libertas serui si mala fides non obstat longo tempore præscribitur.l.j.& ij.C.de præscript.long.tempo.quæ pro liber. Et hæc dicta satis placẽt Panor.dummodo vasallus sit in bona fide: vtputa quia credebat id non esse feudum quia alteri successit l.qui in alterius.ff. de reg.iur. Aut vero casus non euenit,quòd dominus eguerit seruitio vasalli:& tunc non currit præscriptio contra dominũ secundum Panor.& Imo.in d.c.ad audientiam.post Ioan.And. vt suprà. Et sic elicitur breuis conclusio,quod si dominus non indiguit seruitio vasalli non consistente in præstatione annua non currit prescriptio contra eum:quæ liberet vasallum.Secus si eo vsus non est quando indiguit:& vasallus fuit in bona fide.

Et hanc conclusionem firmat Feli.ibi post Pan.& Imol.col. vj.versi.& inquantum Abbas.Et addit Bald.in c.ex parte Adæ. colum.iij.de testib.vbi dicit,quod vasallus:qui longissimo tempore non seruiuit domino:quia non fuit opus:nullam libertatem præscribit: & dicit esse casum mirabilem in c.sancimus. de feu.sine culpa non amit.circa finem in versicu.nisi necesse fuerit.

16 † Subdit Feli.quòd etiam si occurrit casus, in quo dominus poterat vti opera vasalli: tamen non fuit vsus: quia non oportuit cum auxilium aliorum sufficeret, adhuc prædicta locum habent.quia nulla desidia potest imputari domino, si non vocauit illum,quo non indiguit,per id quod no.voluit Barto.in l. cum scimus.circa med.C.de agri.& censi.vbi dicit,quòd si terræ recommendatæ tenentur dare ciuitati subsidium in caualcatis & exercitibus extra ciuitatem euntibus, & per centum annos steterunt,quòd non præstiterunt,ex eo quia ciuitas nõ requisiuit:licet casus euenerit,cum esset copiosa nimis gentibus suis,non propter hoc dictæ terræ recommendatæ, vel subiectæ præscripserunt libertatem dicti seruitij:quia nulla culpa potest ciuitati imputari,ex quo necessitatem dicti subsidij nõ habuit. Hæc sunt verba Barto.qui de hoc dicit esse casum no. in l.in filiis.C.de decur.in illis verbis quę onera,& si necessitas non exigit,tamen patria non remittit.& ibi no.Barto.& ponit

eandem decisionem, quam latè comprobat Feli.in c.cum accessissent.colum.ix.& x.de constit.& Ias.in l.fina.col.xij.& xiij.
17 ff.de consti.princip.firmantes per plura conclusionem,† quòd priuilegium,aut aliud ius non amittitur per non vsum, quãdo non affuit occasio,vel necessitas vtendi,vel non se obtulit facultas.

Vltra quos addo ad propositum pulchram decisionẽ Bald.in l.arboribus.§.nam & si.per illum text.ff.de vsufru.vbi dicit, ꝙ per erectionẽ furcarum retinetur possessio meri imperij, licet de facto non occurrerit casus per centũ annos, quòd quis fuerit ibi suspensus:quia secundum eum non requiritur actus: sed aptitudo,& sufficit signũ licet deficiat signatum. Mouetur per text.in d.l.in filiis.cum ibi no.

Addo etiam Alua.in terminis in §.licet.col.j.in ij.no.in titu.si de feu.fue.contro.vbi no.ex illo tex.quòd vasallus qui est paratus præstare seruitia.quòd præsumitur,nisi interpellatus negauerit, nunquàm præscribit contra dominum suum.& videtur dominus esse in quasi cõtinua possessione seruitiorum d.l.arboribus.§.idem tractat.ff.de vsufruct.

18 Septimò quæro. † Pro complemento huius materiæ præscriptionis feudalis, infrà quantum tempus agnati possint reuocare feudum antiquum illicitè alienatum,& absque eorum consensu iuxta ea quæ habentur.in c.j.de alie.feu.pater?

Dic breuiter quòd huic iuri reuocandi præscribitur anno a die scientiæ.vt est casus.in c.ij.in fi.in tit.si de inuesti.inter dominum & vasal.lis oria & in c.Titius filios.in fi.in tit.si de feu.
19 defun.fue.controuer.† Quoniam annale silentium habet vim refutationis scientia mediante c.j.§.porro & ibi glos.& docto.in titu.qualiter olim feud.pot.alie.& ibi Alua.allegat multa iura.Subiiciens istud procedere in lapsu temporis.anni. Secus si esset tempus triginta ann.quo casu præiudicaretur non solum scientibus,sed etiam ignorantibus,& tolleretur ius in totũ negligentibus tanto tempore cum tale tempus sit inductum merè in odium negligentium.iuxta glo.in l.fi.in fin.C de edict.di.adri.tol.facit quod no.glos.in c.j.§.præterea.in tit.de cap.Corra.Ita formaliter inquit Alua.in d.§.porro. Et hoc sentit Alex.consi..xxx.quoniam omne datum optimum.colum.penulti.in responsione ad vj.argu.j.volu. Et sic latè firmat domi.Francis.Curti.senior.consi.lxxxij.quòd est pen.capio primum.colum.j.vltra med.

Quæ conclusio procedit: quando alienatio feudi facta est in remo

est in remotiorem agnatum. Secus si feudum fuerit alienatum in extraneum, tunc enim potest reuocari per agnatos proximiores, qui non consenserunt alienationis vsque ad xxx. annos: vt concludit glo. not. in d. §. Titius quæ in hoc est communiter approbata: vt attestatur Alex. consil. xv. super primo quæsito, vlti. col. v. volu.

20 Octauò quæro. † Vtrum præscriptio. xxx. annorum: quæ vt suprà conclusi: regulariter currit in feudis, noceat nepotibus, & descendentibus nondum natis tempore alienationis, siue agnatis qui tempore alienationis, nondum erant nati vel concepti? And. de Iser. in §. hoc quoque in titu. de succes. feu. & ibi Alua. col. vltim. determinant quòd non: dicentes quòd contra eos non potest opponi de præscriptione possidentium, per l. alienationis. ff. de verb. signi. & per not. in l. vbi lex. ff. de vsuca. nisi alienatio dicti feudi fuisset facta per personam, quæ non erat prohibita: vt quia erat persona extranea: & cui non erat lex imposita, quia tunc talia bona vendita essent effecta præscriptibilia. arg. not. per Bal. in l. ij. C. de vsucap. pro empt. cum concor. ibi signatis.

Quam conclusionem limitat & declarat. do. Franc. Curt. senior præalleg. consil. penulti. col. iij. circa fin. & seq.

ADDITIO.

a De præscriptione feudi. vide quod not. Alua. in titu. de feud. non habe. proprie. feud. natura. col. ij.

b Ad illum text. vide Alexã. consil. lxx. in causa vertente inter dominum Beldesarem. iij. volu. Rotam decis. xxxij. in nouis.

c De autoritate glos. vide plura que accumulant Modern. in repel. l. vt vim. col. vltim. ff. de iustit. & iur. & do. Corset. in calce sui repertorij super Panormita.

d Qualiter liberatio præscribatur: vide per Butri. in repetit. c. peruenit, colum. fin. de censi.

SVMMARIVM.

1 Actioni communi diuidundo, & familia erciscunda, quanto tempore præscribatur?

2 Communione durante an currere possit præscriptio?

3 Præscriptio est inducta ad lites tollendas.

4 In præscribendis iuribus negatiuis non currit præscriptio, nisi à tempore contradictionis.

5 Pactum de perpetuo stando in communione fieri non potest.

Argu

6 *Argumentum de pacto ad legem siue statutum procedit.*
7 *Socijs in communione stantibus non currit præscriptio in iudicio diuisorio.*

1 DEcimotertiò principaliter quæro. † postquàm suprà visum est de præscriptione iurium, & actionum realium, & personalium, quanto tempore præscribatur actioni com-
a muni diuidundo, & [a] familiæ erciscundæ, quæ dicũtur mixtæ. §.quædam.instit.de actio.& sic iudicio diuisorio? Istam.q.tangunt Cy.Bar.& Sali.in l.j.§.ad hoc.vbi tex.cum glo.C.de anna. except.& latè examinant Ange.Aret.& Ias.in d.§.quædam.colum.vj.instit.de actio.Referentes varias opi.glo.& docto.
2 † Et communis est conclusio, quòd durante communione non currit præscriptio. Et ideo si fratres vel socij steterint in
b communione [b] etiam per xxx.annos, & vltra, quòd non petierint diuisionem, nihilominus non præscribitur communioni, quominus possit diuisio peti, & possint iudicia diuisoria intentari contra opinionem, glo.& sequacium.

Et pro ista conclusione quàm plures rationes adducunt Cy. & Sali.in ij.q.in d.l.j.§.hæc, & Bal.in l.fi.circa fi.C.commu.diui.inter quas maximè vrgent infràscriptæ.

Primò, quia donec socij stãt in communione, & donec possident simul: vnus recognoscit alterum in socium. Ergo impossibile est: quòd currat præscriptio.l.cum notissimi.§.sed & si quis.& l.malè agitur.C.de præscript.xxx.anno.
3 † Secundò quia præscriptio est inducta ad lites tollendas & dirimendas.l.fi.ff.pro suo.Sed si per præscriptionem induceretur perpetua communio, ita quòd quis non posset petere diuisionem: præscriptio operaretur effectum contrarium: quia non esset lites tollere: sed augere: quas communio solet excitare.l. cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.ij.& l.si non sortem.§.si centum.ff.de condi.indebi.
4 † Tertiò, quia in præscribendis iuribus negatiuis non currit præscriptio, nisi à tempore contradictionis: vt notant glo.& docto.in l.qui fluminibus.ff.de seruitu.vrba.prædio.& in l.j.C. de serui.& aqua.Sed sola communio nõ parit aduersarium: nisi quis faciat se aduersarium: contradicendo diuisioni. Ergo &c.
5 † Quartò pro hac parte adducit Aret.aliud fundamentum in d.§.quædam.col.j.quia pacto induci non potest, quòd perpetuo stetur in communione. Secus si ad certum tempus limitatum: vt est tex.not.in l.in hoc iudicio.§.si conuenia.ff.commu.diui.Ad quem vide Ias.in d.l.si non sortem.§.si cẽtum.col. iij.

iij. Felin.in c.si diligenti.col.vj.de for.compe. Alex.consi.xviij. visis capitulis.j.col.ij.volum.vbi determinat, quòd pactum de nunquàm diuidendo etiam iuratum nō valet, quin immo non valet dispositio testatoris, quod eius hęredes stent perpetuo in communione. Sed bene potest disponere seu prohibere, quòd non perueniant ad diuisionem ante certum tempus: casus est notat.in l.iij.in princip.ff.de conditio.institut. Et notat. Iaso.in dicto §.si centum.

6 Si ergo non potest induci per pactum, vel per vltimam voluntatem: quòd nūquàm fiat diuisio. Ergo nec per præscriptionem, & sic per legem: † cum procedat argumentum de pacto ad legem siue statutum, glo.in rub.C.de decre.decur.lib.x.glo. & Bar.in l.non impossibile.ff.de pact.bonus tex.in l.fi.ad fin.& ibi Bart.& Bal.C.de fideicommiss.

Sed istud argumentum non valet, quia procedit affirmatiuè, & non negatiuè secundum Bart.& docto.in l.alia.§.eleganter.ff.solut.matri. Et not.moder.in repet.l.vt vim.col.iij.versic. quòd autem.ff.de iustit.& iur. Alex.consil.lix.viso titulo quæstionis.ij.col.iiij.volu.

7 † Et sic firmatur conclusio, quòd donec socij stant in communione, nulla currit præscriptio in iudicio diuisorio.

Non obstat text.in d.l.j.§.ad hæc.vbi videtur casus in contrarium: quia ad illum text.respondet Bald.in l.fin.C.si.regun. quòd ille tex.procedit altero tantum ex consortibus possidente. Tunc enim ille, qui possideret: bene præscriberet, xxx.annis contra alium non possidentem. Sed vtroque possidente: prout in terminis nostris præsupponitur: nulla currit præscriptio: vt suprà conclusum est.

Et hoc vltimum: quando alter tantum possidet: intellige concurrente bona fide per generalem regulam.capit.fin.cum ibi not.de præscriptio.

ADDITIO.

a Quid in feudis an præscribatur actioni communi diuidundo: Bald.in c.j.§.item sciendum, in fi.commen.in titu.de natura.feud.per illum text.

b Adde Cur.consi.lxviij.colum.xij.

c Adde Salic.in iij.q.v.argu.qui ponderat cum gl.ibi dum dicit quòd non currit præscriptio, vt possidenti dominium præscribatur. Et sic ei nō præscribitur: quatenus possidet: vnde medietatem non præscribit: sed medietatem quam vt suam possidet

ſidet præſcribit nedum contra tertium: ſed contra eum, qui ſecum communionem prætendit ſi ille ſolus dominus fuiſſet ſecundum Salicet. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Actioni finium regundorum quanto tempore præſcribatur?*
2 *Actio finium regundorum naſci dicitur ex quo cœperunt fines turbari.*
3 *Vicinus vendens poſſeſ. vicini egrediendo terminos, an emptor præſcribere poßit. & quanto tempore actio tollatur?*
4 *Iudex non debet præſcribenti auferre commodum præſcriptionis.*
5 *Actio finium regundorum non poteſt directè tolli.*
6 *Actio finium regundorum quanto tempore durat, vbi nihil eſt præſcriptum?*

1 Decimo quartò quæro. † Quanto tempore præſcribatur actioni finium regundorum, quæ eſt etiam mixta & cognata prædictarum. d. §. quædam?

Iſtam q. decidit tex. in l. fi. C. fi. regun. & ibi not. gl. & doc. vbi dicitur, quòd huic actioni præſcribitur ſpacio xxx. ann. & incipit præſcriptio ex die, qua fuit mota actio. Et ideo ſi habemus duos fundos vicinos, & termini ſteterunt non turbati per xxx. annos, poſtea turbantur, ex tunc oritur actio finium regundorum, quæ prius proponi nō potuit pro finibus dirigendis, cum fines ſtabant, vt debebant: & ex eo tempore præſcriptiò incipit ſecundum Iacob. Butri. referentem Bald. in d. l. fin. circa fi. verſicu. extra quæritur.

2 † Et quòd iſta actio naſcatur: ex quo cœperunt fines turbari, firmat glo. ibi & Bal. declarat. in ij. q. Ergo antequàm ſit orta actio non currit præſcrip. l. in rebus, §. omnis. C. de iure dot.

3 † Sed contra iſtam concluſionem & tex. in d. l. fi. fortiter obſtat tex. in l. ij. §. hæc ſi fundus, & in l. qui fundum. §. j. ff. pro emptio. vbi dicitur, quòd ſi vicinus meus vendidit aliquid de meo egrediendo terminos agrorum, ꝙ emptor præſcribit ſpacio x. anno. & ſic tollitur hæc actio ſpacio longi temporis.

Hanc oppo. formāt gl. & Bal. in d. l. fi. C. fi. regun. & reſpōdet quòd ibi præſcribitur dominio nō actioni, quia adhuc competit actio finium regundorū, vt termini cōmodius diſtinguantur. Sed ſibi remanebit id quod præſcripſit. † Hoc eſt dicere ſecundum Bal. quòd actio finium regundorū durat in ſe: ſed iudex commodū præſcriptionis non debet auferre præſcribenti.

4 (margin beside "tur. Sed ſibi remanebit")

5 † Vel aliter in lege contraria actio finium regundorum non tollitur

tollitur directè, sed indirectè, quia cũ præscribitur dominium indirectè præscribitur contra actionem finium regundorum, quotiens præscriptum est. sicut not. in simili. in ij. C. de seruitu. & aqua. facit quod not. in simili in l. vsucapio. C. de pigno.

6 † Et hanc approbat Iaco. Butri. vt Bald. refert, vbi ergo nihil de meo est prȩscriptum, durat ista actio. xxx. annis. Sed vbi aliquid est præscriptum indistinctè tollitur ista actio secundum istam vltimam solutionem, vel reducitur ad formam præscriptionis secundum primam solutionem, & sic magis modificatur, quàm tollitur. Et sic vtraque solutio vera.

Et de præscriptione vtriusque actionis communi diuidundo, & finium regundorum tractat do. Pet. de Vbal. in suo solenni tractatu de duob. fratrib. in xiij. parte princip. in ij. quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Actioni pro socio quanto tempore præscribatur?*
2 *Actio pro socio an possit nasci tempore societatis?*
3 *Societate durante an incipi possit præscriptio?*
4 *Actio pro socio est personalis.*

1 DEcimoquintò quæro. † Quanto tempore præscribatur actioni pro socio, seu iuri petẽdi redditionem rationis inter socios. Istam q. mouet. do. Pet. de Vbal. in præalleg. tract. de duob. fratrib. in xiij. parte princ. in j. q. & concludit † quòd cum
2 actio pro socio, vt reddatur ratio administrationis, non sit nata durante societate, sed demum ea finita. l. actione. ff. pro socio & l. tandiu. & ibi not. Bal. C. eo. & in l. j. C. vt actio. ab hære.
3 & contra hære. † durante ipsa societate nõ incipit currere prȩscriptio, sed demum ea finita. nec potest obiici cur non renuntiauit societati, ex quo renuntiare potuit secundum gl. in d. l. j. in verbo pro socio. ibi durãte societate. C. de anna. excep. idem voluit Bal. in l. in rebus. §. omnis. C. de iure doti. & in l. quoties. C. de preci. imper. offe. hæc sunt verba domini Petri vbi suprà.
4 † Sed cũ actio pro socio sit personalis, ego puto quòd ipse principaliter, vel hæres eius nunquàm præscribit propter malam fidem, vt plenè notatur in c. fin. de præscrip. & in c. si diligenti. eod. tit. & plenè dixi in iij. parte princip. col. xliiij. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Petitioni hæreditatis quanto tempore præscribatur?*
2 *Petitio hæreditatis regulariter nõ datur contra titulo possidentem.*
3 *Longi temporis præscriptio non habet locum nisi titulus præcedat.*

Conuenire

4 *Conueniri non potest petitione hæreditatis:habens iustum titulum.*
5 *Petitio hæreditatis non potest longo tempore præscribi sine titulo.*

1 DEcimosextò principaliter quæro † quanto tempore præ-
a scribatur petitioni hæreditatis. a

Breuiter dic, quòd licet sit realis.l.sed si lege. §. petitio. ff. de peti.hære.& l.sinautem.§.sed & is.ff.de rei ven.tamen quantum ad præscriptionem, sequitur naturam personalium:quia non præscribitur lõgo tempore decem, vel viginti sed tantum triginta annis.vt est casus in l.hæreditatis.C.de petit.hære.vbi text. appellat istam actionem mixtam.& ibi gloss. quam sequuntur Bar.& doct.assignat viuam rationem.

2 † Nam petitio hæreditatis non datur regulariter contra titulo possidentem.l.regulariter.ff.de petit.hæred.& l.hæreditatem.& ibi glo.C.in quib.caus.cess.long.temp.præscript.& plenè not.glo.& doct.in l.fin.in fi.C.de edict.diui.Adria.tollend.

3 † Sed præscriptio longi temporis non potest habere locum: nisi præcedat titulus.l.nullo.C.de rei vendi. & l.diutina.C.de præscrip.long.temp.vnde nimirum si petitio hæreditatis spacio longi tẽporis tolli non potest, quia si aliquis habet iustum
4 titulum † non potest conueniri petitione hæreditatis. Ergo tunc non est opus quærere de præscriptione.

5 Si autem non habet titulum:tunc non potest præscribi petitio hæreditatis longo tempore: cum in præscriptione longi temporis requiratur titulus:vt modo dixi.

Necessario ergo requiritur præscriptio triginta annorum: quæ currit sine titulo.l.sicut.l.omnes.& l.si quis emptionis.§.j. C.de præscript.xxx.vel xl.ann.

Et ista ratio satis colligitur ex text.in d.l.hæreditatem.C.in quib.cau.cess.long.tempo.præscript.& vide Ang.Aret.in §.quædam.col.j.& ibi Ias.col.vj.& vij.insti.de actio.

ADDITIO.

a Vide Io.Fabr.instit.de vsucap.col.j.& ibi Aret.col.ij.& Ange. consi.lxxx.visis quibusdam actis:& latè per Bald.in repe.l.fina. colum.ix.C.de præscript.habetur:vbi in specie tangit qualiter præscribatur contra extraneos hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapio perfecta per hæredem putatiuum an prosit vero hæredi.*

1 DEcimoseptimò quæro. † An vsucapio perfecta per hæredem putatiuũ prosit vero hæredi: & an vsucapio perfecta per

per hæredem scriptum: qui desinit esse hæres destituto testamento: prosit hæredi venienti ab intestato.

Glo.not.in l.& non tantum.§.j.in verbo. ab hærede. & ibi in specie not.Ange.in fi.commen.ff.de petit.hæredit.determinat quod non

SVMMARIVM.

1 *Spurius qui titulo lucratiuo nihil potest à patre capere, an sibi relicta à patre donata præscribere possit?*

2 *Spurius an aliquo spacio temporis præscribat hæreditatem patris?*

3 *Longa possessio non plus operatur, quàm verus titulus cum voluntate domini tradentis.*

4 *Error iustus an operatur, quòd vsucapio seu præscriptio procedat vbi non cadit titulus verus?*

5 *Præscriptio longi temporis quo ad spurios est prohibita.*

6 *Spurius non potest præscribere longo tempore relictum sibi factum.*

7 *Error iuris causat bonam fidem, & prodest ad præscriptionem longissimi temporis.*

1 DEcimooctauò quæro † An spurius, qui nihil à patre capere potest titulo lucratiuo:auth.ex cõplexu.C.de incest. nupt.& l.j.C.de natu.lib.not.plenè Bart.in l.fin.ff.de his qui. vt indi.possit præscribere sibi relicta, vel donata à patre.

Bart.consi.cxix. dominus Dominicus magistri Theobaldi. col.j.circa med.versic.nec obstat decidit. quod si spurius sciebat se non posse capere, tũc tanquàm malæ fidei possessor non præscribit vllo tempore.c.possessor.de reg.iur.in vj.

Aut credebat se posse capere:& apud eum iustè esse possessionem, & tũc errauit in iure:qui error iuris nunquam in vsucapione prodest.l.nunquam.in princ.ff.de vsucap.& quantum ad præscriptionem habetur error iuris pro mala fide? vt no.per Dyn.in d.cap.possessor. Hæc sunt verba Bart.in præalleg.cõsi. de quo meminit Alex.in apost. ad Bar.in d.l.fi.col.iij.in apost.

2 posita super verbo propter voluntatem, referens Barto.ibi determinare † quòd spurius nullo temporis spacio præscribit hæreditatem patris, sed Bar.formaliter loquitur vt suprà.

Et vltra Bart.propositam quæstionem decidit text.cum glo. not.in l.nemo. ff.pro leg1. vbi habetur, quòd spurius vel alias incapax non possunt præscribere tali præscriptione, in qua requiritur titulus, prout in vsucapione & præscriptione longi temporis, si voluerint præscribere tanquam sibi relictum ab eo, à quo capere non potuerunt.

Et ita tenet Bald.in l.id quòd pauperibus.col.fin.C.de epi.& cle.& in l.nullo.ver.ij.quæro.C.de rei vendi.vbi intelligit hoc
3 esse verum:etiam si putasset se legitimum:† quia non plus operatur longa possessio, quàm verus titulus cum voluntate domini tradentis. allegat glos. secundum eum singularem in dicta l.nemo.

Eandem conclusionem firmat Sali.in d.l.nullo.dicens istud procedere etiam si iusto errore putasset se esse legitimum, & ita intelligit glos.præallegatam. & idem Sali.in l.ij.C.pro hæred.Et consulendo sequitur Alexã.consil.lxxiiij.circa primum dubium ad fi.iij.vol.vbi conclusionem prædictam comprobat duobus mediis.

4 † Primò quia vbi non cadit titulus verus, ibi nec iustus error operatur,quòd vsucapio seu præscriptio procedat l.j.ff.pro hæred. Secundò quia ex quo lex prohibet omnem alienationem, saltem quæ fieret titulo gratuito in istos spurios seu natos ex eis. l.j.cum ibi not.per Bar.C.de natu.lib. & per Bart.
5 & alios in l.si is qui ex bonis.ff.de vul.& pupil.Sequitur† quòd etiam dicta præscriptio longi temporis inter eos videtur prohibita l.alienationis verbo. ff. de verb. signifi.

Et ista pars videtur verior secundum Alex. licet Ange.in d. l.nemo.ff.pro lega. tenuerint contrarium quando errore facti iusto putassent se legitimos.per not.per glos. in l.j.ff.pro dote. cuius opinio reprehendit Rapha. Cuma.in d. l.nemo. quia secundum eum in casu notato per gloss. in d.l.j.non censetur ibi propriè incapax.

6 † Et sic concludit Alex.spurium non posse præscribere longo tempore relictum sibi factum : nec per consequens: hæreditatem patris,titulo pro hærede, licet crediderit se legitimũ: puta quia legitimatio erat inualida.

Contrariam partem.quòd spurius:qui verisimiliter credere habuit se legitimatum iusto errore : præscribere possit longo tempore:firmat Pau.de Castr.consi.ccxxvij.aliàs. ccxxv.super primo dubio.col.iiij.versic.vlterius. in antiq. Et videtur sequi Sozi.consi.cclj. quoniam in præsenti col.pe.ver.succedit nunc sexta difficultas.

Sed non puto recedendum ab opi.Bald. & Sali. quam Alex. attestatur veriorem.

Limita prædicta conclusionem procedere quo ad præscriptionem longi temporis:& ita loquuntur Bal.Sali.& Alex.Sed si spurius possedisset spacio xxx.ann. dicit Bald.in d.l.nullo.se credere.

credere.quòd præscripsisset ius excipiendi.l.si quis emptionis.§ j.C.de præscrip.xxx.ann.

Ego verò teneo,quòd tunc data bona fide: quia verisimiliter habuit credere se legitimum: præscribat vtile dominium: cum in hac longissima præscriptione non requiratur titulus: sed sufficiat possessio cum bona fide ad præscriptionem vtilis dominij d.l.si quis emptionis.§.j.& ibi not.glos.& doct. Et puto 7 hoc casu, † quòd error iuris causet bonam fidem: & prosit ad præscriptionem longissimi temporis, licet non prosit ad præscriptionem longi temporis: vt firmat Paul. de Castr. in l. Celsus.col.j.ff.de vsucapio.vbi plenè dicam: licet Bart.in hoc videatur voluisse contrarium in consi. præalleg.in prin.quæst.

SVMMARIVM.

1 *Iuri adeundi vel immiscendi quanto tempore præscribatur?*
2 *Adire est ius.*
3 *Præscriptione sublatum dici non potest, quod non fuit in actu & potentia causatum.*
4 *Iuri immiscendi præscribitur triginta annis.*
5 *Filius potest venire ad successionem patris ex triplici capite.*
6 *Filia instituta in testamento matris, si per xxx.ann. steterit.quòd non adiuerit ex testamento, an infrà alios xxx. poterit adire ab intestato?*
7 *Regula illa, quòd ius adeundi durat xxx.ann.qualiter procedat.*

1 Decimononò principaliter quæro † quanto tempore præscribatur iuri adeundi,vel immiscendi.

Et circa ius adeundi communis est conclusio: quòd huic a iuri præscribatur spacio triginta annorum.[a]

Text.est iuncta gloss.quàm communiter approbant doct.in l.licet.C.de iure delib.vbi Bald.istam q.latè disputat in iij.q.& plura subtilia argumenta adducit:& tandem cõcludit cum gl. versi.in contrarium, &c.dicens. Et ita communiter tenemus. quòd post triginta annos hæreditas delata non possit adiri. Et istam conclusionem probat pluribus mediis.

Et hanc esse communem opi.attestatur Alex.in d.l.licet, in prin.cõmen.& Ias.col.ij.quàmuis Sali. ibi per plura media tenuerit contrariam opin.quibus latè respondet d.Petrus philip. Corne.tenens communem cõsil. cccv. circa primum.col.iij.in princip.iij.volum.

Eandem conclusionem firmant ipse Corne.dicens eam esse communem consil.xvij. circa præsentem consultationem,vij.

colum.& consi.lxx.duo veniunt.col.ij.versi.his tamen non obstantibus.iij.volu. & Paul.de Castr.consil.cccxcij.super primo quæsito.in ij.dub. & consil.seq. visis dubiis propositis. Et latè Imol.post glo.in l.iij.ff.de acqui.hæred. Romá.consi.lxxj.visis dubiis.col.ij.cui consil.se subscripsit Paul. de Castr.& est ad literam inter consilia Paul. consil.ccclxxix. visa inquisitione in
2 antiqu.vbi assignat rationem. † Quia adire est ius quòd probat per text. in l.iij.ibi ius adeundi.C.de institut. & substit.sub condi.fac.ergo præscribitur triginta annis.l.sicut.in verbo ius.
3 C.de præscript.xxx. anno.aliàs † non posset dici præscriptione sublatum:quod nõ fuit in actu & potentia causatum. vt ibi per Rom.Refert Feli. qui etiam attestatur, quòd hæc est communis opin.in c.de quarta.col.vj.ver.& scias.de præscript. Et pro ista ratione addo pulchrè Bal.in repe.l.fi.col.viij.C.de præscri. long. tempo.vbi strictè probat, quòd id demum præscribitur: quòd est ius:& demũ illud ius : quod est in rerum natura productum & formatum.licet ibi teneat cõtra communem, quòd non præscribatur iuri adeundi : quasi sit mera facultas. & non ius:contra id quod ipse tenuit in d l.licet.vbi sequitur communem. Et quòd adire sit ius:& præscribatur tali iuri contra Bal. in loco prçaliegato:firmat Bar.in l.is potest.circa fi.iij.col.ver. contra hoc videtur.ff.de acqui.hære.& in l.j.col.iij.versi.iuxta prædicta quæro.ff.de condi.ex lege.

Et istam conclusionem esse communem contra Sali. attestatur etiam Sozi.consi.lxiij.in causa quæ vertitur inter dominam Catherinam.colũ.ij.& iij.& consi.lxxxj. in præsenti consultatione.col.j.in fi.

4 † Et pariter iuri immiscẽdi [b] præscribitur triginta annis secundum gl. & cõmuniter doc.in d.l.licet.quãuis Ias.ibi.col.ij. teneat oppositum in puncto iuris per vnum motiuũ quod fuit Ange.& Alex.in l.j.C.quãdo non pet.par.vbi videtur glos.contraria & ibi latè disputat Alex.col.iij. Tangẽs an præscribatur existentiæ suitatis:ex qua prouenit ius immiscẽdi:post Bal.ibi.

Et istam esse cõmunem opi.attestatur Rapha.Cuma.consil. xxix.quidam Gonterius.

Currit autem dictũ tempus triginta annorum à die:quo natum est ius:& orta adeũdi vel immiscẽdi facultas. Antea non: ideo hæredi sub conditione instituto non currit:nisi conditione impleta.Ang.in l.si seruus.ff.de bon.aut.iudi.post. Nisi esset conditio potestatiua secũdum Bal.in l.eum qui.ff.si quis omis. causa testa.Refert Felin.in d.c.de quarta.colum.vj.

5 † Et

5 † Et not. ꝙ licet iuri adeundi vel immiscendi præscribatur xxx.an. secundum comm. opi. gl. & doct. in d.l.licet. Tamen filius potest venire ad successionem patris ex triplici capite: videlicet per caput vnde liberi: vnde legitimi, & vnde cognati. Et si est exclusus tempore à primo capite: potest venire per secundum. Et si est exclusus à secũdo: potest venire per tertium. casus est in l.j.§.sed videndum. ff. de success. edict.

Et si filius veniat de iure prætorio ex quocunque capite veniat, semper habet annũ. vt dicit tex. in l.pe.§.filius. ff. quis ord. in bon. pos. ser. not. gl. & doct. in l.j. in gl. fi. C. qui admit. vbi latè Ias. col. viij. Si autẽ venit de iu. ciui. habebit xxx.an. quia sicut se habet annus de iur. præt. ita se habent xxx.an. de iur. ciui. secundum Bal. Ang. & Pau. de Ca. in d.l.licet. vbi referũt per hoc

6 consuluisse Bar. de facto, † ꝙ si filia instituta in testamẽto matris steterit per xxx.an. ꝙ non adiuerit ex testamẽto, poterit j. alios xxx.an. adire ab intestato. Plus refert Bal. in d.l.licet. in iij.q. cõsuluisse Bar. ꝙ etiã si ab intestato steterit per xxx.an. ꝙ non adiuerit & si sit exclusa à j.c. libertorum, poterit adhuc ex alio generali capite legitimorum infrà alios xxx.ann. adire.

Et sic hoc casu iuri adeundi, vel immiscẽdi non erit in effectu præscriptum nisi vsque ad sexaginta annos.

Et ita limitatur cõmunis conclusio gl. & doct. suprà relata.

Hanc decisionẽ sequũtur oẽs in d.l.licet. excepto Sali. Paul. de Ca. & Rap. in l.quãdiu. la.j. ff. de acq. hære. vbi Pau. de Castr. reputat istã decisionẽ mirabilẽ. Referens se habuisse de facto, & consuluisse, cuius consilia refert. d. Ias. in d.l.licet. circa fin.

Et vltra eum istam decisionẽ firmat Alex. consi. lxxxix. viso puncto. col.ij. vbi attestatur, quòd ista opin. est verior & communior. & respondet motiuo Sali. dicentis se dubitare de hac decisione in d.l.licet. & consil. sequen. in causa & lite vertente. j. colum.ij. volu.

Et per hoc singulariter decidit Bal. in d.l.licet. in iiij.q. C. de iure deli. & ibi doct. cõmuniter sequuntur maximè Alex. circa med. cõmen. & Ias. circa fin. ꝙ si filius staret per xxx.ann. quod non adiret hæreditatẽ patris de iure ciuili, censetur solum exclusus à primo cap. & potest venire ad successionẽ ex secundo capite infrà alios xxx.ann. Et si fuit exclusus à secundo lapsu aliorum xxx.ann. potest adhuc venire infrà alios xxx. ann. ex tertio cap. & sic admittitur vsque ad nonaginta annos.

7 † Prædictam communem conclusionem: quæ habet, quòd ius adeundi durat triginta annis: limita & declara proce-

cedere:quo ad bona hæreditaria non præscripta. Nam si possessor bonæ fidei præscripsisset rem hæreditariam longo tempore cum titulo:videlicet decẽ annis inter præsentes: & viginti inter absentes:putò quòd posset se tueri præscriptione: & etiam ante lapsum triginta annorum aduersus filium: quia licet non esset filius exclusus à iure adeundi, seu veniendi ad hæreditatem:esset tamen præscriptum dominio,& actioni: & per consequens tolleretur per indirectum illud ius adeũdi: quo ad bona præscripta,vt in similibus terminis concludit Bald.post glos.in l.fina.C.fini.regun.

Et idem putarem si quis præscripsisset aliqua bona hæreditaria longissimo tempore triginta annorum cum bona fide absq; titulo:& sic acquisiuisset vtile dominiũ iuxta l.si quis emptionis.§.j.C.de præscriptio.triginta anno.

Et hoc apertè sentit Alex.præallega.consi.lxxxix.colum.iij. circa prin.versic.aut volumus dicere.ij.volu.vbi præsupponit, quòd licet filius non sit exclusus à iure veniendi ad successionem:excludatur tamen præscriptione à iure agendi petitione hæreditatis ad rem possessam per tertiũ spatio triginta annorum.iuxta l.hæreditatis.cum ibi not.C.de peti.hæred.& in l.hæreditatem.C.in quib.cau.cess.long.tempo.præscriptio.vel à iure agendi rei vendicatione,vel publiciana:quia possessores rei quæ petitur:illam possederunt spatio triginta annorum: & sic acquisiuerunt dominium saltem vtile:nisi mala fides, vel quid aliud obstat præscriptioni: & salua restitutione in integrũ ex capite ignorantiæ vbi competit.vt ibi latius per Alex.

ADDITIO.

a Sed an præscriptio causet ius accrescendi:vide per Bald.in l. prima.colum.iij.in prima quæstione.C.quando non pet.par.Et ibi.colum.iiij.versicu.vnde etiam dicit: quòd præscriptio non facit hæredem eum:qui non est.

b Adde vtrum ius immiscendi præscribatur.Bald.consi.xij.col. secunda,in tertio volu. vbi dicit quòd iste passus est dubius.& tandem concludit cum opi.glo.in l.licet.C.de iure delib.quòd tollatur per præscriptionem longissimi temporis: & ibi etiam concludit quòd licet præscriberetur ius adeũdi:vel immiscendi possunt tamen bona præscribi à legitimo possessore.

SVMMARIVM.

1 *Ius agnoscendi bonorum possessionem de iure prætorio quanto tempore præscribatur?*

Disse

2 *Differentia est inter ius adeundi, & bonorum possessionem.*
3 *Tempus petendi bonorum possessionem nunquàm currit ignoranti.*
4 *Successio prætoria quo casu vtilior sit quàm ciuilis.*
5 *Ius deliberandi competens hæredi non suo est annale quo ad transmissionem.*

1 Vigesimò quæro. † Quanto tempore præscribatur ius agnoscendi bonorum possessionem de iure prætorio? Dic quòd præscribitur anno, quo ad liberos & descendentes. quo vero ad agnatos & cognatos spatio centum dierum vtilium l. j.§.largius.ff.de suc.edict.& §.fina.institu.de bono.pos.

Et istud tempus petendi bonorum possessionem est vtile:nō solū in principio:sed in medio & fine:& incipit currere à tempore scientiæ mortis defuncti.l.ij in princip.ff.quis or.in bono. pos.ser.& l ij.C.qui admit.& ibi plenè not.docto. Et in hoc est
2 differentia inter bonorum possessionem,& ius adeundi † quia tempus triginta annorum: quod habet hæres ad adeundum de iure ciuili:est continuum:& currit ignoranti.d.l.licet vbi text. expressus in verbo ignorantes:iuncta glos.quam communiter approbant docto.

3 † Sed tempus petendi bonorum possessionem nunquàm currit ignoranti etiam si staret per centum annos.Ita declarat Bal. in d.l.licet.& in rub.C.qui admit.in vj.q.Et sequuntur Alexan. & Ias.in l.ij.eod.titu.& do.Petr.Phil.Corne.consi.cccxxj.de pluribus.iiij.col.iij.volu.

4 Et isto respectu est magis vtilis successio prætoria:quàm ciuilis data ignorantia.Sed data scientia magis vtilis est ciuilis per prædicta.

5 † Ius autem deliberandi competens hæredi non suo est annale quo ad transmissionem.Ita quòd si intra annū hæres decedat sciens hæreditatem sibi delatam : transmittit facultatem adeundi ad hæredes ipsius hæredis.l.cum antiquioribus.C.de iure delib.

Et dic vt ibi plenè per glo.& omnes docto.& plenè per Bart. in l.qui duos.ff.de reb.dub.vbi ponit.quæ requirantur vt fiat trāsmissio ex beneficio illius l.& format plures quæstiones circa eius materiam.

SVMMARIVM.

1 *Ius dicendi nullum quantò tempore præscribatur?*

1 VIgesimoprimò quæro. † Quanto tempore præscribatur
a ius dicendi nullum? Barto. in l. filio præterito. col. antepen. seu pe. ver. sed quādo se immiscuit ff. de iniur. rup. determinat. quòd tollitur spatio triginta annorum, sicut ius adeūdi vel immiscendi. Mouetur per rationes de quibus ibi per eum, & sequitur ibi Pau. de Cast. & Alexand. in l. prima. C. quando nō pet. par. in secunda colum.

ADDITIO.

a Adde Bald. in consi. cccxv. punctus quæritur. in iij. volu.

SVMMARIVM.

1 *Quærela inofficiosi quanto tempore tollatur.*

1 VIgesimosecundò quæro. † Quanto tempore tollatur quærela inofficiosi? Text. est clarus. quòd præscribitur quinquennio. in l. si quis filium. in fi. C. de inoffic. testa.

SVMMARIVM.

1 *Ius agendi ad supplementum legitimæ tollitur quinquennio.*
2 *Iuri agendi ad supplementū legitime quantò tempore præscribatur.*
3 *Statutum quòd non petens debitum infrà xx. ann. vlterius non audiatur an extendatur ad supplementum legitimæ vel ad legitimā, pro qua datur petitio hæreditatis?*
4 *Statutum generaliter loquens an intelligitur loqui de legitima?*

1 VIgesimotertiò quæro. † Quanto tēpore præscribatur iuri agendi ad supplementum legitimæ. de quo in l. omnimodo. C. de inoffic. testa.

Ista q. est quotidiana, & eam mouet Barto. in l. si quis filium. in fi. & decidit quòd tale ius tollitur quinquennio, sicut quærela inofficiosi. Mouetur Barto. quia ius agendi ad supplemētum succedit loco querelæ. d. l. omnimodo. & consequenter debet sortiri eius naturam. in l. j. hæc actio. ff. si quis test. lib. esse ius. fue. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau.

Sed opi. Barto. reprobant ibi communiter docto. videlicet. Bald. Salic. & Pau. de Cast. qui optimè respondent ad motiuum
2 Barto. & firmant conclusionem †. quòd iuri agendi ad supplementū legitimæ non præscribitur minori spacio triginta ann. vt in cæteris actionibus personalibus.

Et

Et eandem conclusionem contra Barto.tenuit Angel.in l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inoffic.testam.& Bald.consi.xx.si pecunia.in fi.ij.volu.Et hanc esse communem attestatur Paul. de Castr.consil.cxxij.alias.cxxiij.dubia de quibus quæritur in antiq.consiliis:& eã confirmat per plures rationes.Et latè consuluit Alexand.pro ista conclusione affirmans etiam eam esse communem.consi.cxxviij.cõsideratis verbis instrumenti.col. iij.& iiij.versicu.præterea posito quòd lapsum esset quinquennium primò vol.& consi.viij.visis subtilissimis dubitationibus. vlti.colum.iij.volu. Eandem opi.sequitur Angel.Areti.& dicit communem.insti.de inoffic.testa.in princi.colum.ij.& latè do. Pet.Philip.Corne.consi.cclxiiij.in hac consultatione pen.& vlt. j.vol.respondendo motiuis Bart.& Bene.de Peru.consi.xl.circa quæ Fulgo.consi.lxxxiij.Bonacursus.col.ij.

Primò ampliatur ista conclusio,vt procedat nedum in supplemento legitimæ:sed etiam in ipsa legitima iure naturę debita filio,& pro qua cõpetit petitio hæreditatis:non enim præscribitur petitioni legitimæ nisi triginta annis.secundum Bal. Salice.& Pau.de Cast.in d.l.si quis filium.& Ang.in d.l.Papinianus.§.si conditioni.quos sequitur Alex.præalleg.consi.viij.vlti. colum.iij.volu.

3 † Secundò ampliatur prædicta cõclusio vt procedat, etiam si extaret statutum:quòd qui non petierit debitum infrà viginti annos vlterius non audiatur.Nam tale statutum non extenditur ad supplementum legitimæ, vel ad legitimam, pro qua datur petitio hæreditatis.Ita concludit domi.Pet.Phili.Corne. consi.cclxxiiij.in hac consultatione.j.& ij.col.j.vol.

4 † Confirmatur ista conclusio : quia statutum generaliter loquens nõ intelligitur loqui de legitima,nisi de ipsa faciat specialem mentionem argu.tex.in l.si quando §.& generaliter.C. de inoffi.testa.vbi plura cumulat Ias.

De validitate autem prædicti statuti latè dixi in xj.q.secundæ partis tertiæ princip.

SVMMARIVM.

1 *Remedium canonis reintegranda.iij.q.j.competit perpetuo.*
2 *Lex canonica in quo differat à ciuili?*
3 *Remedium canonis reintegranda non admittit probationes concernentes ipsum dominium.*
4 *Exceptio dominij non potest opponi in remedio cano.reintegranda.*
5 *Præscriptio excludere dicitur omnem exceptionem.*

6 *Differentia inter ius canonicum & ciuile nõ datur in præscriptione remedij canonis reintegranda.*

7 *Conditio ex canone reintegranda quibus casibus sit perpetua?*

1 VIgesimoquartò principaliter quæro† quanto tempore præscribatur vtilissimo & quotidiano remedio.c.reintegranda.iij.q.j.de quo latè scribunt Pan.& Cano.in c sæpe.de resti.spol. Alex.& alij in l.rem quæ nobis.ff.de acquiren.possess.& plenè Alex.in consiliis infrà allegatis.Et aliquid dicam in repe.l.Celsus.ff.de vsucapio.Glo.in c.solicitè.de restitu.spolia.dicit quia remedium canonis reintegranda competit perpetuo.Vnde dicunt ibi Goffre.& Ioan.And.in fin.commen.quia licet interdictum vnde vi tanquàm prætorium sit temporale.l.j.§.annus.ff.de vi & vi arma.Tamen conditio ex illo canone reintegranda est perpetua:quòd intelligit.Imo.ibi:scilicet quòd non præscribitur etiam triginta annis.

2 † Et in hoc secundũ eum differt lex canonica à ciuili: quia actio spatio triginta anno.tolleretur.l.sicut.C.de præscrip.xxx.anno.cum simi.& refert ita tenere do.Ant.de Bur.& malè:quia do.Anto.declarando dicta Goffre.dicit, quia ex quo competit conditio ex canone, & non actio prætoria:quòd sit perpetua: id est duret xxx.annis.insti.de perpe.& tempo.act.in prin.& sic vult,quòd condictio ex illo canone præscribatur spatio triginta annorum.

Et ita firmat Pan.in d.c.solicitè.col.vj.versi.glos.vlti.quærit.

Et istam opi.sequitur: & dicit esse veram Sozi.in repe.d.l.rẽ quæ nobis.col.xj.in viij.q.prin.& confirmat ratione:quia si præscribitur dominium tanto tempore:quod est magis præiudiciale à possessore bonæ fidei:vt per Bar.in l.rẽ alienam.ff.de pign.actio.& per cano.in c.fina.de præscript. Item si præscribitur actionibus personalibus, quæ competunt ad dandũ propter bonam fidem debitoris:vt not.in d.c.fina.& per docto.in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucap.igitur fortius debet posse præscribi condictioni ex illo canone à possessore bonæ fidei spatio triginta annorum:ex quo hoc est minus præiudiciale.

Eandem opi.videtur tenuisse Areti.in §.quadrupli.colum.x.& vndecima versicu.septimo principaliter.& versic.ex quibus insti.de actio.

Addo vltra Sozi.licet ita simpliciter transeat:quia contrariã partẽ videtur tenere Alex.cõsi.cc.viso & discusso.pe.col.ij.du.ij.vol.vbi concludit,quia contra agentẽ remedio dicti canonis non

3 non obstat exceptio dominij: & ideo † quòd in tali remedio non debent admitti probationes concernentes dominium. Et expressius idem Alex.consil.vj.circa processum causæ vertentis.col.iij.vel v.versic.non obstat etiam si dicatur quòd Guido Paulus.vsque ad versi.item quia posito quòd reus.iij.volu.vbi videtur sibi contrariari.Dicit enim primò: quia remedium dicti canonis est perpetuum:id est, quòd non excluditur minori
4 spacio xxx.anno.† Postea subdit:quia in illo non potest opponi exceptio dominij. Frustra ergo curreret præscriptio: si non posset opponi.Idem sensit ipse Alex.in l.iij.§.genera.circa fin commen.ff.de acqui.pos.& consi.cxviij.viso themate.& consi. seq.ij.vol.& consil.xc.viso processu.cum duobus sequen.v.volumi.In quibus locis concludit:quòd in remedio dicti canonis debet prius restitui possessio antiquo possessori: antequàm audiatur possidens in aliqua exceptione:& in dictis consiliis latè tractat de natura & priuilegiis remedij illius canonis reintegranda.Sed his non obstantibus non recedo ab opin. Butri.& Panormita.quam approbat Sezi.pro vera.

Non obst.quia nō possit opponi exceptio dominij:quia cum condictio ex illo canone perpetua sit:id est duret xxx.annis:& tanto tempore præscribatur vt communiter concludunt gl.& cano.in d.c solicitè.frustrà vt dixi præscriberetur: si non posset opponi præscriptio. Et contrarium debet intelligi de dominio aliter causato:quàm ex præscriptione, nā vbi est decursa præscriptio:tale remedium nō competit:cum sit extinctum. Præscriptio enim omnem prorsus actionem excludit:vt dicit tex. in c.ad aures,& ibi not.Panor.& Feli.de præscript. Et exceptio præscriptionis est litis finitæ:& impedit litis ingressum.l.fin.& ibi not.Bar.ff.pro suo.& not.Bart.& doct.in l.fratris.C.de transact.Bal.& Ang.in l.sicut.& in l.omnes.C.de præscript.xxx.anno.per illos text.qui prohibent litem moueri tuto præscriptione.& Feli.in rub.de præscrip.col.iiij.circa med.versi.& illis casibus. Et præscriptio tollit actionem saltem ope exceptionis, glo.in d.l.sicut.in princip.& ibi not.Bal.& latè Salicet.& plenè dixi in prima parte.q.ix.

Concludo igitur: quia remedio dicti canonis reintegranda præscribitur xxx.annorū,concurrente tamen bona fide: etiam si res esset affecta vitio reali:quia tanto tēpore purgatur omne vitium,l.j.§.ad hæc.C.de anna.excep.glo.in §.furtiuæ,instit.de vsucap.Et dixi in iij.parte principali. Et hæc conclusio vera in Priuatis.Sed quo ad ecclesiam requiritur spacium xl.anno.authen.

thenti.quas actiones,C.de sacrosanct.eccles.& c.de quarta,de præscript.cum simili.

Quinimo videtur de iure concludendum: quòd tali remedio præscribatur spacio decem annorũ inter præsentes, & viginti inter absentes, quo ad priuatas personas cũ titulo & bona fide:si possessor non habet causam à malæ fidei autore: vel res non sit affecta vitio reali: concurrentibus extremis requisitis:ex quo istis concurrentibus de iure ciuili quæritur dominium saltem vtile.

6 † Et in præscriptione huius remedij non est differentia inter ius ciuile & canonicum:vt dicit Panor.in d.c.solicitè.super glo.fi.immo nulla est differentia inter ius ciuile & canonicum in materia præscriptionis: data bona fide: vt concludit Panor. in c.de quarta,col.iiij.circa princip.de præscriptio.& in c.peruenit,in ij.not.de emptio.& venditio.

7 † Non obstat, quòd condictio ex illo canone sit perpetua, id est,duret ad triginta annos secundum glo.& Panorm.in d.c. solicitè.Hoc est enim verum regulariter:vbi possessor non esset titulatus:vel quãdo res esset affecta vitio reali:vel vbi possessor haberet titulum à malæ fidei autore: in quibus casibus non procedit præscriptio longi temporis iuxta distinctionem authen.malæ fidei.C.de præscript.long.tempo. Et latè dixi in iij.parte princip.colum.xlij.aliàs sequeretur: quia hodie nunquàm haberet locum præscriptio decẽ, vel viginti annorum: quia antiquus possessor:qui nõ alienauit: nec alienationi consensit:& sic absque facto suo de possessione cecidit,semper haberet actionem vsque ad triginta annos. Et sic in effectu esset sublata præscriptio longi temporis.

SVMMARIVM.

1 *Conditioni seu actioni descendenti ex l.si quis in tantam.C.vnde vi quanto tempore præscribatur?*

2 *Dispositio.l.si quis in tantam.C.vnde vi, an de iure canonico locum habeat?*

1 VIgesimoquintò quæro. † quanto tempore præscribatur condictioni seu actioni descendenti ex l.si quis in tantam.C.vnde vi? Dic: quia est perpetua.Et sic præscribitur spacio triginta annorum,glo.est in l.j.in princip.in verbo annum. ff.de vi,& vi arma.

2 † Et an dispositio illius l.locum habeat de iure canonico? vide per glo.& Cano.maximè Panor.in c.j.in glo.in verbo rigor.

gor.de dolo & contuma.

SVMMARIVM.

1 *Remedio l.ij.c.de rescin.vendit.quanto temtore præscribatur?*
2 *Mala fides impedit præscriptionẽ ex remedio l.ij.C.de rescin.vend.*

1 VIgesimosextó quæro † quanto tempore præscribatur remedio.l.ij.C.de rescind.vendit.

Dic:quòd triginta annis prout in cæteris personalibus. Nam in casu illius legis competit actio ex vendito ad rescissionem contractus. Ita concludit ibi glo.ij.magna in princ. Et sequuntur Bart.& communiter doc.& do.Petrus Philip. Cornel.consi. xvij.circa præsentem consultationem, col vj.& vij.versic.cir-
2 ca sextum,iiij.vol.concludens, † quòd illi remedio præscribitur spacio triginta annorum:nisi probetur mala fides. Addo gl. in c.cum causa.in glo.magna circa medi.versic.alij dicunt: & ibi per Cano.de emptio.& venditio.

Quam conclusionem limita procedere quo ad emptorem. Sed tertius: in quem res esset translata per emptorem: contra quem etiam datur condictio illius,l.quia licet sit actio personalis:est tamen in rem scripta:vt concludunt glos.& Bart.in d. l.ij.præscriberet longo tempore cum titulo & bona fide. Nec sibi obesset mala fides autoris:si venditor sciuit alienationem: secus si ignorauit, auth.malæ fidei.C.de præscrip.long.temp.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex empto competens pro emptione quanto tempore præscribatur?*
2 *Re non euicta non currit præscriptio.*

1 VIgesimoseptimò quæro. † Quanto tempore præscribatur actio ex empto:quæ competit pro euictione? Dic:
2 quod triginta annis sicut cæterę personales. † Sed non currit præscriptio?antequàm nascatur id est antequàm res fuerit euicta text.est iuncta glo.in l.empti.& ibi not.Sali.C.de euict.Sed cum sit personalis:de iure canonico principalis vel eius hæres nunquàm præscriberet propter malam fidem, per ea quæ latè dixi in iij.parte col.xliiij.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Scientia seu patientia partis an requiratur in præscriptione?*
2 *Præscriptio currit aduersus ignorãtem siue ius, siue factum ignoret.*
3 *Ignorantia seu impedimentum non impedit cursum præscriptionis.*

4 *Præscriptio statutaria an subrogetur in locum præscriptionis iuris communis.*

5 *Conclusio quod aduersus ignorantem currat ipso iure præscriptio: qualiter intelligatur, & in quibus procedat?*

1 VIgesimooctauò principaliter quæro: † vtrum in præscriptione requiratur scientia & patientia partis: & sic an præscriptio currat contra ignorantem?

Paucis concludo quòd præscriptio ipso iure currit contra ignorantem, siue in rebus corporalibus, l.fi.circa fi.de præscrip. longi tempo.siue in actionibus personalibus, l.sicut.C.de præ-
2 scrip.xxx.ann.& ibi not. Bald.col.j.dicens. † quia præscriptio currit aduersus ignorantem: siue ignoret ius, siue factum.

a Istam conclusionem firmat [a] Bart.in l.j.§.si quis autem propter.ff.de itine.actuque priua.Panor.in c.j.in fi.& in c.vigilanti.col.j.& in c.ad audientiam.col.iij.de præscript.& Prac.Papi. in suo opere in forma responsio.rei conuen.in verbo præscriptionis.colū.iiij.& do. Petrus Philip. Corne.consil.clxiij.me subscripsi.ij.vol.& latè do.Philip.decis.consil.xxix.& pro tenui facultate.Et Paul.de Cast.in l.si sic.ff.quemadmo. seruit.amit. & consi.cccxxv.in causa quæ vertitur Parmæ.col.ij.versic.iiij.
3 videtur in anti.dicens.† quia ignorantia seu impedimentum non impedit cursum præscriptionis: sed est iusta causa concedendi restitutionem, de quo latè dicam in q.proximè seq.& idem Paul.consi.ccxcvij.visis & pōderatis circa med.in antiq.

Amplia istam conclusionem secundum Paul.vbi suprà procedere etiam in præscriptione statutaria: vt currat cōtra ignorantem, quia succedit loco præscriptionis introductæ de iure communi: & sic debet sortiri eius naturam, arg.l.in contractibus, in princip.C.de non nume.pecu.& ibi not. Bal.in j.not.dicēs, quòd vbi breuis præscriptio subrogatur loco maioris præscriptionis: sapit eandem naturam.Et facit secundum eum statuta: quæ minuunt præscriptiones legales. Idem dixit Bar.in l. fi.C.de temp.in integ.restit.pet.cum concor.adductis per Feli. in c.illud.col.ij.de præscript.& per Iaso.in l.nemo potest. in ij. lect.col.antepenulti.circa fin.ff.de leg.j.

4 † Et quòd præscriptio statutaria subrogetur in locum præscriptionis iuris communis: & sapiat eādem naturam: latè firmat do.Petrus Philip.Corne.consi.clxxx.multum diffusè, col. ij.versic.& aliàs, ij.volu.& plenè not.Bertachi.in repertorio, in verbo præscriptio.vj.col.v.versicu.præscriptio statutaria cum tribus sequenti.versicul.

† Primò

5 † Primò limita prædictam conclusionem, vt non procedat in præscriptione seruitutũ, & iurium: in quibus non causatur quasi possessio: nisi concurrente scientia, & patientia aduersarij: quia in illis necessario non currit præscriptio, nisi contra scientem & patientem, c.ij.& ibi not. declarant Bart.& Bald.C. de seruitut.& aqua.& latè dixi suprà in secunda, parte huius quarte partis princip.

Secundò limita: & declara prædictam conclusionem: quæ habet: quòd præscriptio currit aduersus ignorantem ipso iure: vt procedat in eo, qui ignorat alterum præscribere: & scit ius sibi competere. Secus si ignorat ius sibi competere. Idem si scit ius sibi cõpetere: & ignorat factum: ex quo causatur illud ius: & quo mediante competit sibi exercitũ sui iuris: quia tunc non currit præscriptio aduersus eum. Ita dixit elegãter do. Petrus, de Perus. in suo tract. quartæ episcopalis, c.ij. ad fin. vbi dicit ita debere intelligi tex. in d.l.si. circa fi.C. de præscrip. long. temp.& sequitur do. Petr. Philip. Cornel. consi. cccxxxviij. videtur in præsenti consultatione. circa fin. j. volumi.

Sed istud dictum latè impugnat Felin. in c. vigilanti. col. iij. de præscript. Et latius do. Sozi. in l. cum filius, §. in hac. col. v.& vj. versicu. sed aduerte. ff. de verbo. obligatio.

ADDITIO.

a Contrarium voluit Bart. in l. si quis. C. qui mili. non pos. libr. xij. vbi dicit quod præscriptio non currit ignoranti in commodum per illum text. sed bene ad eius commodum: & quòd ita debet intelligi. l. genero. ff. de his qui notat. infami. sed illud debet intelligi de alia præscriptione: quàm longi vel longissimi temporis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an detur aduersus ignorantem ex capite ignorantiæ?*

2 *Hæres an debeat restitui ex capite præsumpta ignorantia aduersus præscriptionem decursam?*

3 *Regula ista, quòd restitutio detur ignoranti aduersus ignorantem quo casu limitetur?*

4 *Molestiam pati dicitur qui iudicialiter vexatur.*

5 *Molestiam vel inquietudinem pati non debet is, qui quadraginta ann. præscripsit.*

Verbum generale non tollit speciale.

Generalis

6 *Generalis exclusio remediorum, vel beneficiorum, de quibus tantum intelligi debeat?*
7 *Beneficiũ restitutionis in inte. an quandoque censeatur exclusum?*
8 *Ignorantia debet esse probabilis & iusta, non supina, ad hoc vt ignoranti detur restitutio in integrum.*
9 *Ignorantia facti quãdoque tollitur negligentia, & quãdoque non.*
10 *Restitutio aduersus præscriptionem in integrum peti debet infra quadriennium à die perfectæ præscriptionis, siue causatæ læsionis, & quando istud quadriennium currere incipiat?*
11 *Communitati currit tempus petendæ restitutionis à die læsionis.*

1 Vigesimononò principaliter quæro: † stante conclusione prædicta: quòd præscriptio currat contra ignorantem. vtrum ipse ignorans contra quem est legitimè præscriptum: restituatur in integrum aduersus præscriptionem decursam
2 ex capite iustæ ignorantiæ? [a]

Ista est quotidiana & vtilis, q. quam determinat Bar. in l. j. §. si quis autem propter. ff. de itine. actúque priua. vbi concludit: quia si contra me cucurrit præscriptio xxx. anno. & eram ignorans ius mihi competere: debeo in integrum restitui. arg. illius text. Et ita intelligit Bar. tex. in d. l. fin. circa fi. C. de præscriptio. longi tempo. vbi dicitur, quia non habetur distinctio scientiæ & ignorantiæ quo ad præscriptionẽ, verum est: dicit ipse: quia præscriptio currit: sed in integrum restitutio competit, & ibi Alex. ponit latã apostillam: & refert multos tenere pro & contra Bart. & tandem concludit cum Bartol.

Istam conclusionẽ firmat etiam Panor. referens dicta Bart. in c. vigilanti. in vlti. not. de præscript. & pro ea allegat bonam glo. in l. j. C. de patri. pote. & idem Panor. in c. j. colum. pen. eod. titu. & in c. si de terra. in fi. de priui. & consi. xxxiij. quidam iam defunctus. j. volu. pro qua facit bonus text. in l. & Attilicinus. ff. de ser. rust. prædi. vbi impedito currit tempus: sed restituitur: & est bona glo. in l. si partem. §. j. in verbo non vtendo: & in l. si sic. in glo. penulti. ff. quemad. ser. amit. & ibi no. Paul. de Cast. mandans hoc perpetuo notari. & pro eadem conclusione facit etiã bonus tex. in l. Panthonius. in prin. v. ibi no. Imo. & Pau. de Cast. ff. de acquir. hæred.

Eandem conclusionem firmat Rom. consi. cxlix. conclusionem primam. circa fi. & latè consi clxvj. viso diligenter. col. pe. & consi. cccclxxvj. in casu propositæ consultationis. col. fi. Pau. de Cast. consi. ccxc. visis his quæ superius narrantur: in antiq.

Et hæc opinio est communis: vt attestatur Fel. in d. c. vigilanti.

lanti.col.de præſcri. Allegans pro illa parte copioſas autoritates & Cæp.in tra.ſer.vrb.prædi.c.xxiiij. col.iij.

Et per iſtã concluſionẽ frequenter & diffuſè conſuluit Alex. videlicet.cõſ.lxxj. videretur prima conſideratione dicendum. j.& ij.col.cõſil.lxxxiij. in cauſa vertente inter camerã. ij.col.j. vol.& conſi.iiij.videretur inſpectis his.vij.col. & conſi.lxxxix. viſo pũcto.iij.co.& cõſ.clxix.viſo thema.ſupraſcrip.pen.col.ij. vo.&conſ.viij.viſis ſubtiliſſimis dubitationibus.vlt.col.& cõſi. lxxix.cauſa & latè vertente vlt.col.in ij.vo.& conſi.lxiij.ſtantibus his col.iij.vel iiij.ver. & licet cõpleta fuerit.iiij.vol.conſ. iij.ex his quæ.in themate narrantur circa fi.& conſil.lj.videretur pro deci.co.pe.ver.poſſet eſſe reſtitui,& conſi.lxxxiij.reuo-
2 catur in dubium.v.vol. † Et in d.conſi.lj.concludit.quia hæres debet reſtitui ex capite præſumptæ ignorantiæ aduerſus præſcriptionem decurſam.Et d.Petrus philip. Corne.conſi.c.conſuluit.j.vol.& conſi.clxiiij.me ſubſcripſi.ij. volu.

Contrariam partem:quòd reſtitutio non detur ignorãti aduerſus pręſcriptionem,tenent aliqui quos refert Feli.in d.c.vigilanti circa prin.Et eam ſubtiliter defendit per plura.d. Fran. de Are.cõſi.ciiij.breuitas in cõſulẽdo: tñ ibi nihil determinat.

b Et omnib⁹ ſuis motiuis & aliis:quæ adducũtur in contrariũ reſpõdet b.Feli.in d.c.vigilãti.col.ij.vbi hãc q.examinat p quatuor col.& firmat opi.Bar.& ptẽ affirmatiuã eſſe verã & cõem.

Eandem q.excutit latiſſimè Sozi.in l.cũ filius.§.in hac.col.j. cum tribus ſeq.ff.de verb.ob.qui etiã atteſtatur opin.Bart.eſſe communem:& adducit decem motiua in oppoſitum : quibus reſpondet. Amplia prædictam cõmunem concluſionem : vt procedat etiam in pręſcriptione ſtatutaria:quia aduerſus eam datur reſtitutio ex capite iuſtæ ignorãtiæ,ſicut aduerſus præſcriptionem iuris cõis.Ita Pau.de Ca.in d.l.ſi ſic.ff.quẽad.ſeru. amit.& ſequitur Cępo.in trac.ſer.vrb.pręd.c.xxiiij.col.iij.& fir
3 mat Imo.in rep.c.fin.col.xl.ver.ſed aduertendum.de præſcrip.

† Prædictã concluſionẽ limitat Feli.in d.c.vigilãti.col. ij.ſeptem modis:& referã ſolũ tres limitationes magis vtiles omiſſis aliis. Primò limitatur cõcluſio prædicta:q reſtitutio detur ignorãti aduerſus præſcriptionẽ:vt procedat:niſi eſſet decurſa præſcriptio xl.an.quia aduerſus eã nõ datur reſtitutio per tex. in l.fi.C.de fun.patri.li.xj.& ad hãc limitationem tendunt ſubtilia motiua Areti. in d.conſil.ciiij.licet eam non firmet.

Sed illã firmat Alex.cõſi.clj.viſo themate.& cõſi.clxiij.viſo proceſſu cauſæ vltra medi.verſ.ij. non deberet concedi.ij.vol.

Primò mouetur Alex. per text. in l. omnes. in fi. C. de præscr. xxx. ann. vbi dicitur: quia talis præscriptio præbet plenissimam securitatem. Et plenissima securitas dicitur esse: quando non potest peti restitutio in integrum. vt not. gloss. in l. ait prætor. §. permittitur. in verbo imputandum. ff. de mino.

Secundò mouetur Alexã. per text. in d. l. fi. in verbo nullam
4 molestiam, vel inquietudinẽ. C. de fun, patri. lib. xj. † Ille enim dicitur pati molestiam, qui iudicialiter vexatur: vt probat tex. in l. j. & ibi not. Bald. C. de nundi. & in auth. de fideius. in princ.

Eandẽ limitationẽ cõsulẽdo firmat d. Maria. Sozi. cõs. clxiiij. visa bulla Bonifa. in fi. & cõs. cxciiij. subtiliter. col. iij. & d. Frãc. Cur. senior per plura. cõsi. pe. col. iij. ponderãs tex. in d. l. fi. C. de fun. patri. & in d. l. omnes. vbi dicit esse decisionẽ apertissimã: quæ cauillari non potest: si quis leges intelligat. Ponderat etiã tex. in c. volumus. xvj. q. iiij. ibi sed quietem eorũ inconcussam modis omnibus procurate: & dicit se hanc partẽ sæpius defensasse, & fuisse plurimum lætatum vidisse aureũ doct. moder. d. Alex. de Imo. in consiliis præallegatis sic firmantem.

Istam etiam limitationẽ multũ latè & pulchro stilo sustinet & defendit d. Phi. deci. cõsi. xxix. & pro tenui facultate. per totum. vbi post longam disputationem & adducta hincinde motiua concludit, quòd nõ detur restitutio aduersus quadragenariam præscriptionem, respondendo fundamentis oppositis.

Contrariam opi. latè firmat Alex. sibi contrarius consi. lxxj. videretur prima consideratione. ij. col. & cõsi. lxxxiiij. in causa vertente ij. col. j. vol. & cõsi. clxix. viso themate. col. fi. versi. non obstat, & quòd aduersum præscriptionẽ. ij. vol. vbi refert communem opi. esse: ꝙ detur restitutio ignorãti etiã aduersus præscriptionem xl. an. & allegat multos doct. tenẽtes istã partẽ. & idem cõsi. cxvj. perspectis ponderatísq; omnibus. v. vol. Rom. cõsi. cxlix. conclusionẽ primã in fi. & sequitur Feli. allegãs vnũ tantum consilium Alex. in d. c. vigilanti. col. ij. vltra med.

Et istam partẽ latè defendit d. Bar. Sozi. cõsi. lxxxvj. in causa cõmunitatis castri mõtis. in fi. vbi attestatur. quia hæc est communis opi. & cõs. clxvj. in causa cõmunitatis castri mõtis. circa fi. consi. ccxcix. capio primo cõsultationis articulũ. circa ii. ver. confirmant prædicta: & respõdet ad tex. in d. l. omnes. dũ dicit, ꝙ præscriptio. xl. an. parit plenissimã securitatẽ: ad tex. in d. l. fi.
5 C. de fun. patri. lib. xj. vbi dicitur: ꝙ qui. xl. ann. præscripsit nullam molestiam vel inquietudinem pati debet. † Quia per hæc verba generalia non tollitur speciale beneficium restitutionis

aig.

arg.text.no.cũ gloſ.in l.decurionibus.C.de ſilen.lib.xij.vbi per generalem diſpoſitionẽ non videtur tolli priuilegia ſpecialia. Quam concluſionẽ comprobat Feli. per plura in c.j. col.vij. de reſcript. Iaſ.in l.ſicut certi.col. vlti.C.de teſta.mili. Et eam firmat Alex.in pleriſq; cõſiliis præſertim.conſil.cj.viſis inſtrumentis.in prin.ij.col.& melius penul.& vlti.col.j.vol.& conſil. ccxvj.nec arguendi ſumus.j. col.ij.vol. & Barba.inter conſilia Alexan.conſil.cxxiiij.ſuper primo quæſito.iij.col.& conſil.vlt. clementiſſimi dei. vlt. col.iiij.vol.

Ad idem, quòd per verba generalia non cenſeatur excluſa reſtitutio in integrum: allegat Sozin. gloſſ. nota. in §. præterea ſi quis.in verſic.anni.quæ bene probat in titu.de prohibi. feu.alie.per Fede.quàm ibi ſequuntur communiter doct.& ſequitur Alexã.conſi.lxxix.circa primũ.vlti.col.j.vol.Et ita conſuluit Bal.vt refert Sozi.

Addo gl.repu.ſingul.in l. poſtquàm liti.in glo.fin.C.de pact. Ad quam multa ibi poſuit Iaſ.co.vlti.

6 † Ex qua colligitur not. regula. quòd generalis excluſio remediorum, vel beneficiorum intelligitur de his, quæ competunt de iure communi: non autem de iure ſpeciali.

7 † Et ſic infertur: quòd nunquàm cenſetur excluſum beneficium reſtitutionis in integrum.

Concludo igitur:quòd etiam aduerſus pręſcriptionem longiſſimi temporis quadraginta annorum datur reſtitutio ex capite iuſtæ ignorantiæ. & hanc eſſe magis communem opin. vt atteſtantur doct.prææallegati. & ita tenet Imo.in repet.cap.fin. col.xxxj.verſi.ſed aduertendum. de præſcript.

Et in hac opi.videtur reſidere Sozi. in l.cum filius.§.in hac. ad fi.commen.vbi hunc articulum diſputat in vlt.col.ff.de verbo. oblig. licet pro parte contraria dicat ſæpius vidiſſe conſultum per doctiſſimos viros.

Secundò limitatur prædicta concluſio: vt non procedat in caſu.c.ij.de præſcript.in vj.propter illa verba.non eſſe vlterius moleſtandos ſecundum Panor. in cap.cum nobis. col.iij.verſi. ego dico.de præſcript.

8 † Tertiò limitatur prædicta communis concluſio, quia aduerſus præſcriptionem datur reſtitutio in integrum, ex capite ignorantiæ. [d] vt procedat dummodo ignorantia ſit probabilis & iuſta: & non ſupina ſecundum Imo.in repe.c.1.fin.col.xxxj. verſic.ſed hic eſt aduertendum.de præſcript. vbi hunc articulum latè examinat.per l.nec ſupina.ff.de iur.& fac.ignor.

d

Et concludit cum opi. Bart. in d.l.j.§. si quis autem propter quòd competat cum modificatione prædicta.

Et ideo quando militaret præsumptio scientiæ : non deberet concedi restitutio : vt declarat Feli.in d.c.vigilanti.ver.limita tertio.referẽs Aret.consi.xv.reuerẽdissime pater.in fi. vbi dicit no.ꝙ quando quis fundat ius suũ in iuribus antiquis & instrumentis : quæ habuit continuè pœnes se,& in suo arbitrio:non credit.ꝙ possit allegari iusta ignorãtia,quia quilibet præsumitur scire facultates sui patrimonij.l.quisquis.C.de rescin.vẽdi. & sunt verba multum importantia secundum Feli.vbi suprà.

Et vltra istam limitationem firmat Alexã. consil.clxiij.viso processu causę circa med.ij.vol.vbi dicit:ꝙ quãdo militat præsumpta sciẽtia vt in cõiunctis,qui pręsumũtur scire facta coniunctorũ.l.octaui.ff.vnde cog.&l.de tutelà.ff.de in integ.resti. &plenè not.ꝑ Bar.& doct.in l.j.col.iij.ff.si cer.pet.nõ debet cõcedi in integrũ restitutio aduersus præscriptionẽ:etiã stãte pro vera opi.Bar.in d.§.si quis autẽ propter.&allegat Pe.de Ancha. cõsi.clviij.rationes quæ superius. Prædictã limitationẽ tenet etiã d.Frã.Curt.senior.cõs.lxxxij.deus pius.col.ad fi.& si fortè. Idem voluit Pract.Pap.in forma respõsio.rei conuen.in verbo exceptionem præscriptionis.col.iiij.ver.ego puto,dicẽs ꝙ non omnis ignorantia præbet restitutionẽ aduersus præscriptionẽ. Nam si sic faciliter daretur:non esse differẽtia quantũ ad effectum : vt ipse dicit inter præscriptionem rerum corporalium, & incorporalium:quàm iura facere voluerunt.

Sed si aliqua iusta causa ex his quæ traduntur in materia.l. quòd tẽpore.de resti.mili.& in §.rursus.instit.de actio.interueniret:quæ causam præstitisset ignorãtiæ:bene crederẽ æquum restitutionem dari: & ita puto intellexisse Barto. in d.§.si quis àutem propter.hæc sunt verba sua.

9 † Addo Bal.quem nullus allegat in repe.l.fi.col.xiij.ver.sed iũxta hoc quæro de qua ignorantia. C.de præscrip.long.temp. vbi pulchrè declàrat : quomodo veniat intelligenda prædicta conclusio, quòd ex capite ignorãtiæ detur restitutio:& qualis esse debeat ignorãtia:dicens : ꝙ quædam est ignorantia facti: quæ non tollitur negligentia.verbi gratia. Ego scio fundũ esse meum:sed ignoro ipsum possideri per tertiũ:ipsa ignorãtia nõ tollit negligẽtiã:quia licet ignorẽ ipsum possideri per tertiũ: sum in neglıgẽtia non eũdo ad possessionẽ naturalem.& si isto longo tẽpore amitto ciuilem:quã habebã.l.si de eo.§.si fortè.& no.ff.de acquiren.possess. & tunc non obstante isto errore facti

præsc

præſcriptio procedit contra me ipſo iure & in effectu : hoc eſt aduerſus reſtitutionem. Quædã eſt ignorãtia facti:quæ impedit negligẽtiam:verbi gratia.Ignoro aliquã rem meam:quæ eſt mihi legata : & ignoro legatũ,iſta res poſſidetur bona fide & titulo : & tunc iſto caſu iſte error non impedit præſcriptionẽ ipſo iure:ſed ipſo errante in tali facto : cum nõ ſit in negligentia ex errore facti: aduerſus præſcribentẽ, dabitur beneficium in integrum reſtitutionis ex clauſula generali.ſi qua mihi,&c. argu.l.j.§.ſi quis propter.ff.de iti.actúque priua.& l.& Attilicinus.ff.de ſer.ru.præd.

Et ideo dicas ſic ſecundum Bal.Interdũ quis non interrumpit præſcriptionẽ ex negligentia ſua.& tunc currit præſcriptio cum effectu per text.in d.l.fi.circa fi.C.de præſcript.lon.temp. Interdum quis non interrumpit præſcriptionem non ex negligentia ſua : ſed impeditus aliquo iuſto impedimento facti : vt quia in facto,vel aliquo impedimento errabat impeditus : & tunc contra ipſum currit.& tamen ipſi dabitur beneficium reſtitutionis in integrum.d.l.& Attilicinus.Hæc ſunt verba Bal. ita declarantis : de quibus doct.in locis præallegatis mentionem non faciunt.

10 †Et pro præmiſſorum intellectu not. vtiliter. quòd licet reſtitutio aduerſus præſcriptionem peti debeat infrà quadriennium à die perfectæ præſcriptionis,ſiue cauſatæ læſionis.l.fin. C.de temp.in integ.reſti.peten. Tamen iſtud quadrienniũ non incipit currere niſi à die ſcientiæ : & ſic eſt vtile in initio, ſed continuum in progreſſu.

Et ideo ſi quis ignorans præſcriptionem eſſe decurſam:ſtaret centum annis. quòd non peteret ſe reſtitui : nunquam ipſi probabiliter ignoranti currit tempus petendæ reſtitutionis ſecundum Bal.not.in l.iij.C.ſi ex fal.inſtru.& do.Card.in cle.j. xxv.quæſt.de reſti.in integrum.

Et quòd non currat niſi à die ſcientiæ:probatur in d.l.fin.& firmat Alex.conſil.lxxj.videtur prima conſideratione. vlt.col. & conſi.lxxxiiij.in cauſa vertente.ij.col.j.volu.& conſi.iiij.videretur inſpectis.vij.col. & conſi.lxxxix.viſo puncto.iij.col.& conſi.clxix.viſo themate.pen.col.ij.vol. & conſil.lxxxiij.reuocatur in dubiũ.circa fi.v. vol. & in omnibus aliis conſil.præal. in quibus conſuluit,ꝙ datur reſtitutio aduerſus præſcriptionẽ, ex capite ignorãtiæ: & cõſil.j.põderatis his.col.iiij. circa prin. iiij.vol.& Are.conſil.xv.reuerendiſſimè pater.col.fi.not.Iaſ.in auth.quas actiones.col.ix.verſ.vnũ tamẽ tene perpetuo cord.

C.de sacrosan.eccle.& plenè Feli.in c.j.col.pe.versic.ad illud. post Panor.ibi circa fi.commen.de præscript.

Eandem conclusionem sequitur do.Petr.Phil.Corne. consi. clxiiij.me subscripsi ij.vol. Et propterea videtur male locutus
11 Paul.de Castr.consi.ccxciiij.ego paulus circa fi.in antiq. † vbi vult, quòd communitati currit tempus petendæ restitutionis à die læsionis:licet ignorauerit.alias nunquàm diceretur scire secundum eũ:quia debet attendi scientia administratoris.arg. l.municipibus.ff.de condi.& demon.& no.per Cæpol.in tract. ser.rusti.prædi.sub rub.de serui.iur.pascen.col.vij.

Quid autẽ:vbi quis fuit impeditus impedimento facti:an restituatur aduersus præscriptionem? dicam in sexta parte princ. in primo articulo.

ADDITIO.

a Adde quòd hunc articulum an aduersus præscriptionem detur restitutio ex capite ignorantiæ latissimè examinat Sozi.in l.cum filius.§.in hac.col.iiij.cum multis seq.ff.de verb.obliga. no.Cæpol.in tracta.ser.vrba.prædi.c.ij.col.iiij.vbi firmat istam conclusionem Barba.consi.viij.scribitur præclare col.iij.versi. venio nunc ad secundam,& consi.xlj.illud offeram.colum.xv. versi.& si quispiam.j.volu.& Rapha.Cuma.consi.cxlvij.do. comitissa: vbi an detur restitutio ex generali clausula aduersus præscriptionem:& Paul.de Cast.consi.ccxciiij.ego Paul.in antiq.vbi an concedatur restitutio cõmunitati aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ.& quando incipit currere tempus petendæ restitutionis.

b Vide Deci.consi.xxix.& pro tenui facultate per totum.

c Adde quòd ita quòd consuluit Barba.consi.viij.scribitur præclarè col.iiij.& consi.xv.circa dubia.x.col.j.vol.Ant.Butr.cõsi. xxvj.& cõsi.lxxiij.Imo.consi.xxxvij.char.consi.xl.facto pro veritate &c.

d Adde latè Marti.Lau.in disput.posita ad fi.suorum tracta.qui imprimi solent.cum tract.de princ.& post tract.de legiti.in iij. & vltimo dub.

SVMMARIVM.

1 *Officio iudicis quanto tempore præscribatur?*
2 *Officio iudicis quibus casibus non possit præscribi.*

Timens

3 *Timens pro debito alterius grauari potest ante factum implorare iudicis officium.*
4 *Grauamine existente successiuo nunquam currit tẽpus appellãdi.*
5 *Exceptio habens tractum successiuum an possit opponi?*
6 *Officium iudicis quo casu anno extinguatur?*
7 *Exemptionis, vel immunitatis priuilegio in libro communis debentium descriptio quantum tempus detur ad appellandum?*
8 *Emendatio importat correctionem in parte, non in totum.*
9 *Iure communi vtitur nimis allibratus, & grauatus.*
10 *Emendatio quo casu petatur officio iudicis, aut iure actionis?*
11 *Officium iudicis competens consanguineo, siue agnato ratione feudi alienati reuocandi quomodo tollatur?*

1 Trigesimò principaliter quæro. † Quanto tẽpore præscribatur officio iudicis. a quod licet non præsupponat obligationem. l. qui per collusionem. in fi. ff. de act. emp. tamen largè continetur verbo actionis. l. actionis verbo. ff. de act. & obli. no. glos. & docto. insti. de actio. in prin. super versi. debetur. Dic breuiter quòd officio iudicis præscribitur spatio triginta ann. gl. not. in l. sicut. in princi in verbo persecutione. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. quam Bald. ibi: vt refert Ias. in locis infrà alleg. reputat singularem: dicens non reperiri alibi.

Sed non est verum, quia Bal. ibi col. pen. in verbo extraordinaria. allegat glo. consociam. in l. quærela. C. de fal. Bald. tamen alibi facit illam glo. singularem. in l. ij. vlti. col. circa princi. C. de execu. rei iudi. Dicens illud no. quòd officium iudicis perpetuum est. suprà de præscript triginta. anno. l. sicut. & ibi glos. singularis.

Istam conclusionem firmat Bart. in l. prætor. §. fina. ff. de ope. no. nun. allegans illas duas glo. & in l. si societatem. §. arbitrorũ colum. v. versic. quæro infra quantum tempus. ff. pro socio: vbi circa hoc tradit notabilem doctrinam dicens, quòd aliquando officium iudicis succedit loco actionis: & tunc tanto tempore durat: quanto durat actio. Quandoque vero officium iudicis proponitur loco exceptionis: & perpetuo durat: sicut exceptio.

Et prædictas glos. no. Ias. non allegans Barto. in prædictis locis in §. rursus. col. ij. vel iij. & in §. fuerat. col. viij. in ant. impres. insti. de actio.

Et vt habeatur clara & perfecta doctrina: facio regulã quòd officio iudicis præscribitur triginta annis per præalleg.

2 † Primò limita istam regulam: vt nõ procedat quando officiũ

iudicis succedit loco exceptionis:quia tunc perpetuo durat:vt per Barto.in d.§.arbitrorum.

Secundò limita prædictam regulam:vt procedat quãdo officiũ iudicis habet causam ex iure de præterito. Secus si ex iure: quod in futurum semper instat, quia cum istud officium semper nascatur:durat etiam post xxx.ann.dato quòd officiũ iudicis succedat loco actionis per glo.no.in l.ij.in glo.magna.C.de ser.& aqua.

Ita limitat Barto.in d.l.prætor.§.fi.cum quo transeunt Imol. & Ro.& ibi cõprobat Ias.per plura,quæ ferè omnia antè ipsum cumulauit Alex.in d.l.sicut.in apost.ad Bar.in apost.magna.licet Ias.non referat.Et quia sunt vtilia:aliqua succinctè referã: addendo multa.

Et prima comprobat Ias.post Alex.in d.l.sicut hanc limitationem per id quod volunt Bal.& Ang.in l.præscriptione.C.de præscript.xxx.anno. vbi tenent quòd officio iudicis causato à timore nullo vnquàm tẽpore præscribitur : vt in eo, qui timet ruinam domui suæ ex vicina domo minante ruinam.

Ex quo vltra Ias.infero not.ad id quod not.Bal.Sali. Alexan. Moder.in l.si super possessione.& per illum text.C.de transact. vbi dicunt,quòd si aliquis est in possessione alicuius fundi : & timet molestari : & sibi vim inferri:potest implorare officium iudicis:per quòd prouideatur:ne sibi inferatur vis.Facit tex.in l.si seruus ibi.autoritate competẽtis iudicis protegeris.C.quod cum eo:& text.no.in l.fi.in prin.& ibi not.Bar.ff.quod met.cau. Et in simili tradit Bar.no.practicam.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.vlt.col.ff.de ope.no.nun.facit tex.no.in l.si pater.C.qui

3 bon.ced.pos.per quem not.ibi Bald.,† quòd ille,qui timet pro debito alterius grauari:potest antè factum implorare officium iudicis:quatenus iudex hoc inhibeat:quòd alibi non reperitur secundum eum.

Pariter si quis dubitat offendi in psona:potest implorare officium iudicis : & eo mediante cogere aduersarium.vt sibi præstet securitatem de non offendendo l.denuntiamus.vbi Barto. C.de his qui ad eccle.cõfu.& plenè no.Bar.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offic.præsid.& latè Iaso.in d.l super possessione. vlt.col.in iiij.no.Alex.cõsi.cxxx.in causa strazarolorum.j.col. iiij.vol.latissimè Fel.in rub.de treu.& pace.col.iiij.cũ seq.versi. qui timet &c.Certè tali officio iudicis : cũ causetur à timore: & habeat tractum successiuum:nullo tempore præscribitur.

Secundò pro dicta limitatione adducit Ias.in d.l.prætor.§.fi. ff.de

ff.de ope.no.nun.quod vult Bar.in l.j.in fi.prin.ff.vti.pos.vbi tenet quòd potest agi perpetuo:etiam post xxx.ann.ne quis turbetur in possessione:eo quia turbatio semper instat.

4 † Tertiò facit pulchrum simile secundum Ias.quòd quando grauamen est successiuum: nunquàm currit tempus appellandi:vt quando quis detinetur in carceribus iniustè.Nam continuè potest appellare:quia continuè grauatur secundum Spec. in tit.de appel.§.restat.versi.& no.& est bonus text.in c.ex parte.el j.in verbo quoties.de appel.& ibi not.But.& Cano. Idẽ tenet Bald.in l.ij.in ij.q.C.de episc.audi.& in aliis locis alleg.per Ias.vbi suprà.

5 † Quartò facit aliud simile quòd exceptio habens tractum successiuum quàmuis dilatoria : vt loci non tuti:potest opponi quandocunque etiam post li.contest.Dictũ est famosum Arch. in c.hortamur iij.q.ix.quod pro elegãti commendat Alex.in l. de ætate.col.iiij.ff.ad treb.Idem tenet Bald.in l.peremptorias. col.ij.C.de sent.rescin.non pos.cum concor.alleg.per Ias.vbi s.

Et ad hæc duo vltima similia : de grauamine & exceptione habentibus tractum successiuum : addo latè Feli.in c.accedẽs. el ij.vt lite nõ cõtest.& do.Præpo.in c.ex parte.el j.de appel.

Tertiò limita dictam regulam generaliter,vt non procedat ratione subiectæ materię,quia licet officium iudicis regulariter duret xxx.ann.vt dicunt glo.præalleg.tamen considerandũ est secundum Ias.in d.l.prætor.§.fi.quòd secundum subiectam materiam,pro qua competit officium iudicis:aliquando prorogatur in longius tempus.vt est in casu prædictæ limitationis. Bar.vbi prorogatur in perpetuum ratione materiæ:quæ in futurum semper instat:& vltra Ias.hoc voluit expresè Bar.in d.l.societatem §.arbitrorum.col.v.ver.quæro infrà quãtũ tẽpus &c. dum vult,ꝙ vbi officium iudicis proponitur loco exceptionis: duret perpetuo,sicut ipsa exceptio pro qua datur:& sic reguletur secundum subiectam materiam. Aliquando vero multò breuius durat. Hinc est quòd officium iudicis:quod competit pro fructibus:non durat nisi triennio:vt est gl.singu.in l.sequitur.§.fructus.in glo.magna.in fi.ff.de vsucap.quam Bar,& alij. ibi circa fi.ad hoc multum no.Bar.& doct.in l.iij.C.quod met.

6 cau.vbi per Alex. † Aliquando officium iudicis extinguitur anno, vt in casu singulari : de quo per Bar.in l.forma.§.fi.ff.de cẽsi.vbi singulariter determinat,ꝙ si quis prætendat se allibratũ in registro,seu cathastro cõmuni vltra debitũ:potest implorare officiũ iudicis:vt emendetur eius cathastrũ : & debet hoc

implorare & petere infra annum:alias lapso anno sibi præiudicat:& nō auditur.per text.no.in l.qui se grauatos.C.de agri.& cēsi.lib.xj.& Bart.simpliciter sequitur Ro.in d.l.prætor.§.fin.vt ibi refert Ias.col.vlt.Addo eundem Ro.in singularibus suis fo. 13.col.iiij.singulari inci.ius petendæ: licet contrarium teneat do.Pan.in c.quia indicante.iij.q.de præscript.

Sed Fel.ibi videtur tenere cum Bar.dicens quòd illa l.qui se grauatos.multum facit pro eo. dum dicit quòd qui prætēdunt se grauatos à perequatoribus onerum : debent conqueri infrà annū.Emerso autē eo tēpore:actio denegabitur exceptis minoribus:qui fuerūt indefensi:& his qui abfuerūt reipublicę causa.

Et pro hoc dicto Ias.vbi supra dicit se allegare bonum text. in l.j.§.si quis tutor.ff.quando appel.sit.quem ibi multum not. Ange.in verbo causas immunitatis:& dicit esse casum in ter-
7 minis:licet communiter ignoretur, † quòd si quis habet priuilegiū exemptionis vel immunitatis ab omnibus collectis: datiis & similibus:si describatur in libro communis debentium soluere:& sciat,debet appellare infra decē dies à die scientiæ, alias sibi præiudicat:& perdit priuilegiū,quod est valdè notandū secundùm eum.quod dictum simpliciter ibi sequitur Ang. Aret.& confirmat Alex.consi.cj.visis instrumētis exemptionis. col.pe.ver.iij.principaliter:& consi.cxxxvj.in causa & lite vertente inter Iaco.iij.col.ij.vol.dicens pro hoc dicto esse bonū casum in l.j.in prin.ff.de vaca.mune.ibi aut passim sine temporis præfinitione.Illud etiā sequitur Feli.in c.cum accessissent.col. xj.de cōsti.Sed aduertè,q licet Ias.transeat cū hoc dicto in d.l. prætor.§.fi.ff.de ope.no.nun.tamen idē in l.beneficiū.col.vlt.in fi.cōmē.ver.postremò no.ff.de cōsti.prin.impugnat istud dictū Ang.per id quod voluit Bar.in d.l.forma.§.fina. vbi dicit:prout ipse refert,q si ille, qui est immunis scribatur in libro debētiū soluere:potest dicere se grauatū:& cōtradicere : & habet annū ad cōtradicēdū.ergo per decē dies nō excluditur. Verū Iac.ibi male refert Barto. prout etiam in d.l.prætor.§.fina.colum.vlti. quia Barto.ibi istud non dicit. Hæc enim sunt verba formalia Bartol.no.hunc.§.ex quo habes , quod quis potest petere: vt emendetur cathastrum eius.Sed quæro:infra quod tempus?Respondeo:infra annum : vt l.qui se grauatos.C.eod. Nihil aliud dicit Bartol.& Alexander: ibi in apost.dicit facere in contrarium dictum Ang.in d.l.prima.§.si quis tutor.Sed quicquid dicant Alex.& Ias.ista dicta Barto.Ang.si rectè ponderentur non sunt contraria:sed diuersa,& vtrunque procedit in casu suo: &

possunt

possunt inuicem optimè concordari, quia Bar. non loquitur in casu Ange. videlicet in exempto à collectis, & muneribus: sed in eo, qui prætendit se fuisse allibratũ plus iusto, & nimis oneratum. Iste enim petere potest infra annum: vt emendetur cathastrum eius: præcipuè si dictum Barto. referatur ad text. ibi: qui vtitur verbo emendare: prout etiam Bart. † Et emendatio importat correctionem in parte: & non in totum iuxta not. in l. edicta. C. de edend. Et si Bart. loqueretur in exempto: non esset emendatio: sed correctio in totum: vel verius abolitio cathastri. Ang. vero loquitur in habente priuilegium exemptionis, quod si patitur se describi: videtur renuntiasse priuilegio: nisi appellet infra decem dies. Et sic in casu Barto. ille qui petit
9 emendationem cathastri: † quia nimis allibratus & grauatus: vtitur iure communi, ideo habet annum, d. l. qui se grauatos. In casu vero Ange. ille prætendebat speciale priuilegium immunitatis cõtra ius commune, l. vacuatis. C. de decurio. libr. x. propterea debet appellare infrà decem dies: postquàm sciuit se descriptum: vt dicit Ang. quia facilius tollitur priuilegium, quam ius commune, l. eius militis. §. militia missus, ff. de testa. mili. Et in casu Bart. ille tractat de damno vitando: sed in casu Ange. prætendens immunitatem tractat de lucro captando. Et non est par ratio lucri & damni. l. fin. C. de codicil. cum concor.

Secundò Ias. in d. l. beneficium. circa fi. reprehendit illud dictum Ang. alio fundamento: quia secundum eum in proposito non cadit appellatio: sed per officium iudicis peti potest: quòd prouideatur, allegat Bald. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. & Spec. in tit. de censi. §. ij. versic. porro. qui loquuntur in aliis terminis: videlicet, quando vltra vires collecta imponitur. Non autem vbi exẽptus patitur se describi in extimo, & cathastro.

Et dum dicit: quod non competit appellatio: videtur dicere contra casum in d. §. si quis tutor.

Nec obstat aliud motiuum ipsius, quòd officiũ iudicis durat triginta annis, vt suprà conclusum est. Quia fallit: quando succedit loco appellationis: tunc enim prescribitur spacio decem dierum, sicut appellatio. vt est casus secundum vnam lectu. in l. arbitrio. ff. qui satisda. cogan. & ibi notant docto. & Alex. in d.
10 l. sicut. in apo. magna in l. fi. C. de præscript. xxx. ann.

† Non obstat text. in d. l. qui se grauatos, quia ibi non petitur emendatio officio iudicis: sed potius iure actionis condictione ex illa l. ita illum text. declarat not. Barto. in ambitiosa, col. pen. versi. quæro, quo iure petatur, & versi. seq. ff. de decret.

ab ordi.facien.& sic videtur ille text.malè allegari per Iaso. vbi suprà contra dictum Angel.& ante ipsum per Alex.in d.l. sicut.in apostil.quòd in casu,d.l.qui se grauatos, & de quo per Bar.in d.l.forma.§.fi.officio iudicis præscribatur anno.quia ibi non competit officium iudicis.Nec Barto.dicit, quòd petatur emẽdatio cathastri per officium iudicis. Sed simpliciter quod quis petere potest: vt emendetur infrà annum beneficio.d.l. qui se grauatos.

Et per præmissa licet non ita deducta reprehendit Iasonem præstantissimus doctor.do. Claud. Aquem.in d.l.beneficium, vlti.col.sub breui verborum compendio.

Et sic remanet defensatum vtrumque dictum tam Bartol. quam Ange.quæ ambo dicta singulariter notanda sunt.

11 † Addit Iaso.in d.l.prætor.§.fi.quòd similiter officium iudicis: quòd competit consanguineo, siue agnato ratione feudi alienati ad illud reuocandum tollitur per lapsum anni,per tex. in §.Titius,in tit.si de feu.fuer.controuers.quem tex.Roma.in d.§.fi.dicit esse singularem in iure.Sed Iaso.addit duos alios similes:videlicet text.in c.j.§.fin.in titu.si de inuesti.inter domi. & vasal.lis ori.& in c.j.§.porro,in titu.qualiter olim pote.feud. alie.Et per text.in d.§.Titius decidunt ibi not.Bald.Alua.& do. Marti.Laude.quos refert Iaso.vbi suprà quòd agnatus proximior,vel consors:qui habet facultatem reuocãdi alienata per agnatum fortè ex statuto,vel consuetudine iuxta text.cum gl. in c.constitutus,de restitut.in integ.& in l.dubium cum materia.C.de contrahen.emptio.& in l.j.C.non lice.habi.metro.lib. xj.perdit tale ius reuocãdi:nisi illud prosequatur infrà annum, & sic tali iuri reuocandi alienationem præscribitur anno.vbi competit iure feudi, vel ex statuto,vel consuetudine, ideo secundum Bald.ibi oportet agnatos esse cautos ne patiantur labi tempus anni, refert Ias.in d.l.prætor.§.fin.

Et not.quòd tex.in d.§.Titius,locum habet quando alienatio est facta in remotiorem agnatũ. Secus si esset facta in extraneum,quia tunc posset alienatio reuocari infrà triginta annos,vt ibi not.glos.in verbo per annum, quæ est communiter approbata per doct.vt attestatur Alexã.consi.xv.visis narratis, in themate,vlti.col.v.volu.& de hoc dixi plenius,suprà.

Sed est aduertendum, quòd in casu d.§. Titius videtur potius dari actio seu condictio ex lege,quam officium iudicis,& pariter vbi competit reuocatio ex statuto, seu consuetudine, vt apparet ex not. Bart.in l.j.ff.de condi.ex l.& in l.omnes populi.

puli.in vlti.q.ff.de iustit.& iur.& in l.de quibus,colum.fin.ff.de legi.in j.lectu.& sic non videtur bonum simile. Tamen hoc inserui:quia facit ad materiam præscriptionis.

Addo quòd per text.in d.§. Titius.decidit not.Roma.in d.l. prætor.§.fi.& in repetit.rubr.de arbit.col.xix.& consil.lxx.visis themate:& quæstione, circa fin.ij.colú.quòd officium iudicis, quòd habet successor finita emphytheosi per generationem,vt sibi potius quàm alij renouetur:vt not. Bart.in l.j.§.permittitur per illam glo.ff.de aqua quot.& æsti.& in l.j.ff.de priuileg.credit.tollitur per lapsum anni,& sequitur dom. Præpo.in d.§.Titius,circa fin.ij.col.licet Iaso.in d.l.prætor.§.fi.videatur impugnare, sed ipse alibi sequitur in trac.iur.emphy.colum.xxj.vbi latè tractat qualiter debeat intelligi dictum Bartol.in dicto §. præmittitur.

ADDITIO.

a Adde Bald.in rubric.de præscrip.col.fin.versic.dubitatur.

b Et vltra ibi not.vide Alexand.consil.lxxx.viso & opportunè animaduerso.iiij.col.j.volu.& consil.ix.visis themate.iiij.col. ij.volu.vbi dicit not.quòd talis renouatio fieri debet etiam si per alienationem res sit commissa in hæredes emphytheotæ: not.Panormita.in c.bonæ el ij.colum.antepenulti.& vltim.de posthu.præla.vbi latissimè de hoc dicto Barto.in apostil.& per Alexand.consil.x.ponderatis his circa fin.vbi ponit duas limitationes notabiles,iij.volumi.

SVMMARIVM.

1 *Executio officio iudicis facta quãto temporis spacio præscribatur?*

2 *Actio in factum quæ oritur ex sententia quanto temporis cursu tollatur?*

1 Trigesimoprimò quæro iuxta quæstionem proximè formatam, † quanto tempore præscribatur aduersus sententiam,& eius executionem:& sic infrà quantum tempus peti possit executio sententiæ: quæ in rem transiuit iudicatam? respondeo quòd cum talis executio fiat officio iudicis vt not. Bart.& doct.in l.iudex postea quàm ff.de re iudic.præscribitur spacio triginta annorum :sicut ipsum officium iudicis : iuxta glo.in d.l.sicut.C.de præscrip.xxx.ann.& conclusi latè suprà.

2 † Idem est in actione in factum : quæ oritur ex sententia.l. actori.C.de re.cred.cum ibi not.& l.miles.§.qui iudicati.ff.de re iud.quia tanto tempore tollitur omnis actio.d.l.sicut.cum concor.

concor.ita decidit Bald.in rubr.extra de præscrip.col.vltim.& consil.xciiij.sententia in fin.ij.volu.

Quam conclusionem limita: & declara ex his quæ habentur per Panormita.in c.si.col.vj.versic.sed circa prædicta quæro de præscri.vbi ponit:nunquid habeat locũ denuntiatio in foro
a ro ecclesiastico:si sit præscriptũ contra sententiam? [a]dic vt ibi.

ADDITIO.

a Adde Bald.in consil.cccxv.in c.punctus quæritur.in iij.volu.& in rubri.de præscript.colum.fin.versic.dubitatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuridicendi sententiam nullam quanto tempore præscribatur?*
2 *Officium iudicis imploratum super declaratione nullitatis, quantum tempus duret?*
3 *Sententia an plus habeat facti quam iuris, aut econuerso.*
4 *Sententia post multos annos potest dici, & declarari nulla.*
5 *Nullitas euidens quando dicatur?*

1 TRigesimosecundò quæro: † quanto tempore præscriba-
a tur iuri dicendi sententiam [a] nullam? Istam q.mouet Bald.in l.data opera.col.antepenult.versi.sed quid si bannitus.C.qui accu.non pos.Et primo arguit,quòd de nullitate agi non
2 possit nisi vsque ad triginta annos: † quia iudicis officiũ,quod imploratur super declaratione nullitatis non durat nisi triginta annis,vt not.per glo.in l.sicut.C.de præscrip.xxx.ann.& in l.quærela.C.de fal.& in c.vnde quæritur in glo.mag.in fi.xxxv.q.ix. Sed verius est secundum Bald.quòd actor potest dicere sententiam nullam donec actio, vel accusatio durat: reus autem perpetuo ,quia in reo agere de nullitate in effectu idem est quod excipere.l.si contendat.cum glo.ff.de fideiuss.& l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbit.Et hoc si nullitas esset vellata:sed si apparet ex sententia: non conualescit sententia: quæ vitium habet nullitatis in forma ipsius: quia vitium conualesceret:sicut sententia.Sed hoc implicat contradictionem. Igitur tempore non conualescunt per text.in l.ex initio.C.de fal.& in d.c.vnde quæritur.xxxv.q.ix.

3 † Subdit Bal.quòd sentẽtia plus dicitur habere iuris, quàm facti,vt not.gloss.in c.nullius. ix.q.ij.quæ incipit,sed quæritur. At sententia nulla nihil iuris habet:nec ex solo tempore vires acquirit.l.si expressim.ff.de appel.& notatur in l.j.C.de senten.aduer.fisc.la.lib.x.& expressum vt ipse dicit in l.quædam mu-
4 lier.ff.fami.ercisc. † quòd sententia etiam post multos annos dicitur nulla, & declaratur nulla. Hæc sunt notabilia verba Bald.

Bald.in d.l.data opera.col.antepenulti.

Ex cuius verbis colligo distinctionem in præsenti quæstione, quòd aut nullitas est vellata:& tunc non potest agi de nullitate nisi vsque ad triginta annos. Si vero nullitas apparet ex sententia:& sic est euidens:potest perpetuo de nullitate dici. Et hoc est: quod vulgo dici solet: quod nullitas nunquàm transit in rem iudicatam. Sed Salic.in l.si vt proponis.la.ij.C.quomodo & quando iudex simpliciter dicit, quòd sententia nulla non confirmatur taciturnitate, nec aliquo temporis cursu. Et hoc est generale in quolibet actu nullo secundum eum: vt in c.non firmatur.de regu.iur.in vj.

Fallit in casibus à iure expressis, vt in l.sancimus.C.de testa.cum simili.vbi testamentum minus solenne & nullum confirmatur per cursum decem annorum:ita Salic.ibi.

Eandem opin.tenet Alexã.consil.ix.viso titulo quæstionis, col.pen.versic.& si opponeretur de secunda. iiij.volu.vbi dicit quòd de nullitate perpetuo dici potest per gl.in d.c.vnde quæritur in fin.magnæ glos.xxxv.q.ix.& refert ita tenere Ang.in d.l.sicut.qui expresse dicit contrarium in princip.ij col.scilicet quòd ius dicendi sententiã nullam: quod iudicis officio nobili explicatur nõ durabit, nisi triginta annis, sicut ipsum officium iudicis tanto tempore excluditur:vt est ibi gl.ord.alleg.etiam Bal.& Sal.in locis præal.& Bal.in l.scire oportet.§.fi.ff.de execut.tut.cuius verba non multum faciunt ad propositũ.Ideo tenenda est distinctio Bal.in d.l.data opera.quam sequi videtur Alex.consi.præall.illũ simpliciter allegando & per quam opiniones reducuntur ad concordiam.Quam cõclusionem intelligo procedere concurrẽte bona fide, per ea quæ dicta sunt in præcedenti quæstione,& per generalẽ regulam.c.fi.de præscri.

5 † Quando autem dicatur euidẽs nullitas, vt sic perpetuo de ipsa dici possit? declarat Alex.in præall.cõsi.lix.iiij.vol.in prin.vlt.col.& consi.lxxvij.visis dubitationibus.iij.col.& consi.cvij.viso themate.in fi.iij.vol.& in l.iiij.§.cõdemnatum.col.ij.ff.de re iu.& in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.no.nun.& in consi.lxxvij.in causa & lite vertente corã reuerendo patre.pe.col.ij.vol.in quibus locis referendo plura concludit, ꝙ nullitas dicitur euidens:quando apparet ex actis quæ inducunt notorium: vt not.Inn.& Cano.in c.per tuas.de test.cum concor.per eum adductis,& miror quòd do.Philip.Peru.& do.Præpo.in c.dilecto.de appellatio.vbi latè explicant materiam nullitatis:istam quæstionem non attigerint.

ADDI

ADDITIO.

2 Adde Bald.in consi.cccxv.punctus quæritur in xj.volu.

SVMMARIVM.

1 *Iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri à sententia arbitratoris quanto tempore præscribatur?*

2 *Reductio ad arbitrium boni viri vsque ad quot annos peti possit?*

1 TRigesimotertiò quæro. † quanto tempore præscribatur iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri à sententia arbitratoris. & sic infrà quantum tempus hæc reductio peti possit: cum petatur officio iudicis nobili: vt per Bart.in loco, infrà allegato.

Ista est ardua.q.quam mouet Specu.in titu.de arbit.§.sequitur versic.sed infrà quod tempus: concludens, quod peti debet infrà decem dies: sicut in appellatione authen.hodie.C.de appel.quia ista est quędam species appellationis l.non distinguemus,§.cum quidam ff.de arbit.

Istam q.latius examinat Bartol.in l.si societatem.§.arbitrorum,col.v.versi.quæro infrà quantum tempus, ff.pro socio: vbi impugnat opin. Spec.dicens quòd ista q.tanquàm ardua & indecisa requirit decisionem principis,& demũ distinguit: vt ibi per eum. Sed Ange.in d.l.sicut.col.ij.C.de præscript.xxx.ann.
2 decidit: † quòd reductio ad arbitriũ boni viri peti possit vsque ad xxx.annos, eandem conclusionem firmat ipse Angel.in l.ij. C.de arbit.cum concor.adductis per Alexã.in d.§.arbitrorum, in apost.super verbo officio iudicis,& idem Ange.consi.cxxxvj.statuto cauetur:& Bal.consil.cclxv.quia ex facto ij.col.j.volu.& ista est communis opi.prout attestatur Alex.consi.xcv.visis processibus.vlt.col.ij.volu.& do.Lafran.in suo tract.de arbi.in xx.q.col.xliij.& seq.vbi istam q.latè examinat: dicens quòd hæc vltima opinio communitẽr approbatur,& meritò: quia est verissima & refert Albe.de Rosa.& plures alios tenentes hanc opin.& attestantes illam esse communem, & ibi vide pulchrè practicam,& modum petẽdi talem reductionem.idem etiam affirmat Sozi.consi.cxx.visis compromisso.col.iij.& do.Feli.in c.quod ad consultationem.col.fina.de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Potestas arbitri vel arbitratoris vbi nullum tempus appositum fuit in compromisso quanto tempore finiatur?*

Arbitramen

2 *Arbitramentum collatum in tertium, quanto tempore duret?*

1 TRigesimoquartò quæro: † quantò tempore finiatur seu præscribatur potestas arbitri, vel arbitratoris: vbi nullum tempus appositum fuit in compromisso. Istam.qu.latè examinant Bar.& omnes scrib.in l.si quis arbitratu.ff.de ver. obl.vbi plenè Alex.col.v. & vj.& Ias.col.xij.cum duabus seq.versi.iiij.
2 principaliter.& in hoc articulo communis conclusio: vt apparet ex ibi no. est contra Bart. † quòd tale arbitramentum collatum in tertium perpetuo duret: ex quo non inuenitur tẽpus à iure limitatum: vbi autem confertur arbitrium in vnum ex contrahentibus circa substantialia contractus: vt videtur communis opin.esse cum Bar.quòd arbitramentum tunc duret sexaginta dieb⁹.per tex. no.in l.ꝙ si nollit.§.si quid ita.ff.de edil. edic.de quo text.dic.vt per Ias.in d.l.si quis arbitratu. col.xiij. Et infrà quãtum tempus peti debeat: vt cogi possit arbitrator ad arbitrandum? vide per gloss.& doct.in l.item si vnus.§.j. ff.de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui debentur regulariter officio iudicis quanto tempore, & qualiter præscribantur?*
2 *Præscripta re principali censentur præscripti fructus tanquàm accessorij.*
3 *Destructo principali per viam præscriptionis an destruatur & accessorium?*
4 *Generalis titulus pro suo an sufficiat in accessorijs præscribendis?*
5 *Bonæ fidei possessor an pro fructibus consumptis teneri possit actione personali?*
6 *Actio personalis quo casu succedat loco rei vendicationis.*
7 *Possessor bonæ fidei quomodo possit vsucapere fructus industriales, cum sit factus dominus sola perceptione?*

1 TRigesimoquintò quæro. † quanto tempore & qualiter præscribantur fructus: qui debentur regulariter officio iudicis.l.certum. & ibi no.C.de rei vendi.no.plenè glo. & Bar. in l.ex diuerso.in prin. ff.eo.tit.
Breuiter dico quòd bonæ fidei possessor vsucapit fructus triennio.adeo quòd amplius non tenetur illos restituere, siue consumptos, siue extantes gl.est repu.sing.& communiter approbata per Bar.Ang.Imol.Pau.de Cast.& omnes scrib.in l. sequitur.§.fructus. in gloss.magna.in si. ff.de vsucap.quàm ibi in

specie approbat Bar. circa fi.commen. & valde commēdat dicens, quòd per illam limitātur omnes leges, quæ volunt quòd bonæ fidei possessor tenetur restituere fructus extantes, quia intelliguntur: nisi per triennium possederit. & not. Bart. in l. iij. circa fi. C. quòd met. causa. vbi dicit; & hoc tene menti, quia milies practicabis. & ibi per Alex. col. ij. ver. in ea. gl. not. Bald. in l. ancillæ. C. de fur. & in l. eos. in v. oppo. C. de vsur. cùm concor. adductis per Alex. Et vltra per eum adducta sequitur Bal. in c. vigilanti. colum. fi. vltra med. de præscrip. & Panor. in cap. iiij. col. pe. circa fi. eo. tit. & in c. grauis. col. iij. circa fin. vel iiij. versic. aduertendum tamen est, vbi declarat dicta Bart. in d. §. fructus. de resti. spoli. Ex quo infert Alexand. in d. l. iij. C. quod met. cau. quòd licet officiū iudicis regulariter non præscribatur nisi spacio xxx. annorū. l. sicut. in verbo persecutione. cùm gl. C. de præscr. xxx. an. & dixi plenè suprà. Tamen fallit isto casu, quod est diligenter notādum secundùm eum. & dicit Pau. de Cast. post Ange. & Imol. quod ipse non refert in d. §. fructus. quòd licet bonæ fidei possessor sola perceptione sit factus dominus fructuum industrialium. tamen si extant: vel effectus sit locupletior ex eis: tenetur eos restituere vel officio iudicis mercenario, vel condictione sine causa: vt plenè notatur in l. certum. C. de rei vendi. & in l. ex diuerso. ff. eo. tit. Nam hoc est verum: nisi à die perceptionis bonæ fidei possessor steterit per triennium, quòd non fuerit conuentus ad restitutionem fructuum: quia tunc illos vsucapit: & facit suos irreuocabiliter per gl. ibi: quàm dicit perpetuo notandam: quia per eam limitantur omnia iura dicentia bonæ fidei possessorem teneri ad restitutionem fructuum non consumptorum: vel etiam consumptorum: quatenus locupletior factus est: iuxta plenè no. in d. l. certum. & l. ex diuerso. & hæc sunt de mente Bar. in d. l. iij. C. quod met. cau. & plenè firmat. d. Fran. Cur. consil. lxxj. princeps defunctus. col. iiij. versi. sexta conclusio: & circa fi. illius consilij. vbi latè tractat quasi per totum illud consilium; an & quando bonæfidei possessor faciat fructus suos: & an illos præscribat,

2 † Subdit Pau. de Cast. in d. §. fructus. quòd etiam si non tanto tempore tenuit: si tamen rem ex qua percepit fructus tenuit tanto tempore; quòd ipsam præscripsit non potest conueniri ad fructus: quia præscripta re principali: censentur præscripti fructus tanquàm accessorij: vt est casus not. in l. eos. in princi. C. de vsur. & ibi not. Bald. in primò nota. licet Paul. non referat

Colligens

3 Colligens ex illo text. † quod destructo principali per viam præscriptionis: destruitur & accessorium: siue loquamur de accessorio odioso: vt de vsuris: siue de accessorio fauorabili: vt de fructibus: quod est menti tenendum circa materiam præscriptionis secundum Baldum ibi. & in l. terminato. colũ. prima. versic. quæro. C. de fruct. & lit. expen. vbi quærit vtrum ille qui præscripsit rem censeatur præscripsisse fructus penultimi & vltimi anni prius separatos ab agro?

Et primò arguit quòd non, quia non possedit omnes triennio. deinde concludit contrarium per dictã legẽ. eos. in princ. Nam ex quo rescriptum est in principali: capit secum accessorium. quod est eadem re. vt l. cùm quærebatur. in fi. C. vnde vi. Hæc sunt verba Bald.

Prædictam conclusionem gloss. & Bart. in dicto §. fructus. sequitur idem Bald. in lege prima. colum. prima: versi. quæro: nunquid fructus. C. de vsur. & fruct. leg. dicens quòd est priuilegium bonæ fidei possessoris: quòd præscribit fructus extan-
4 tes separatos à solo sine alio titulo speciali. † quia in accessoriis præscribendis sufficit generalis titulus pro suo. l. si ego. §. partus. ff. de publici. & ibi plenè not. ipse Bald. referens verba Oldradi in l. ancillæ. C. de furt. vbi etiam per eum.

Quod declara vt per Sozi. consil. cclj. quoniam in præsenti consultatione. col. fi.

De consumptis verò bona fide dicit Baldus in dicta lege prima non est quæstio: quia eos lucratur bonæ fidei possessor. & nihil restituit etiam si locupletior sit.

Et est ratio secundum eum: quia officium iudicis mercenarium non durat: fructibus in rerum natura non extantibus.

Fallit in petitione hæreditatis. vbi tenetur quatenus locupletior factus est. l. item veniunt. §. fructus. ff. de petit. hæred. & ibi glos. assignat rationem. ita Bald. in dicta lege prima, refert & sequitur Roma. consil. cxlix. conclusionem primam col. vbi plenè tractat istam materiam præscriptionis fructuum.

Et vide per Sozin. in præallegato consilio. vbi concludit: quòd ad huiusmodi vsucapionem requiritur titulus & bona
5 fides.

† Non obstat: si dicatur ꝙ bonę fidei possessor pro fructibus cõsumptis tenetur actione personali: videlicet, códitione sine causa: quatenus est factus locupletior. d. l. certũ & l ex diuerso.
6 cũ ibi no. quæ solet durare xxx. an tanquã personalis l. ij. C. de constit. pecun. † quia isto casu actio personalis succedit loco

rei vendicationis: quæ competeret pro fructibus extantibus. Vnde sicut illa tolleretur triennio: ita & ista: quòd est singulare & mirabile secundùm Paul. de Castr. in d. §. fructus. circa med. commen.

7 † Et si dicatur: quomodo potest bonæ fidei possessor vsucapere fructus industriales: cùm sit factus dominus sola perceptione: & faciat illos suos pro cultura & cura: vt habetur in d. l. ex diuerso. & in §. si quis à nõ domino. inst. de re. diui. & sic non cadit præscriptio in re sua. d. l. sequitur. §. lana.

Respondet Bart. in d. §. fructus. circa fin. & post eum Paul. de Castr. quòd illos vsucapit: quia non sit dominus irreuocabilis cum teneatur illos extantes restituere: vel quatenus est factus locupletior: si consumpti sint: vt habetur in locis præallegatis. & licet non possim præscribere rem meã irreuocabiliter: possum tamen præscribere, si non est irreuocabiliter mea: quia teneor restituere. Nam tunc contra illam actionem: per quàm cogor restituere: præscribo rem: quòd probat Bar. per text. in l. in bello. §. si quis seruum. vbi ipse hoc not. ff. de capti. sequitur Panor. in d. c. grauis. circa fi. iij. col. ver. aduertendum. de resti. spoli. & est bona gl. in l. longe. ff. de diuer. & temp. præscript. & vide Rom. præalleg. consi. cxlix. col. j. ponentem tres casus: in

a quibus bonę fidei possessor [a] tenetur de fructibus consumptis: quatenus est locupletior factus.

In istis enim tribus casibus procedit secundum Rom. decisio gl. & Bar. in d. §. fructus: vt non teneatur post trienniũ, quia lapsu triennij: nedum tollitur vendicatio quo ad fructus extantes: sed etiam cõditio ob causam pro consumptis: cùm succedat loco rei vendicationis hoc casu: vt prædixi.

ADDITIO.

a Quando bonæ fidei possessor teneatur restituere fructus: vel faciat illos suos vide per Alexan. consi. xxj. domini redemptoris. circa fi. iiij. vol. & latissimè per do. Fran. Cur. consi. lxxj. princeps defunctus per totum maxime. col. iij. circa fi. & iiij. & ibi: quòd in dubio non præsumitur factus locupletior: sed allegantì incumbit onus probandi. col. iiij. versi. vj. conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ dotis non solutæ, quanto tempore præscribantur?*

1 TRigesimosexto quæro. † Iuxta præcedentem quæstionem: quanto tempore præscribantur vsuræ dotis non solutæ: quæ debentur tanquam interesse ratione onerum matrimonij supportatorum propter moram dotis nõ solutæ: vt plene ha

nè habet in l.litia.§.vsuras.ff.solu.matr.& in cap.salubriter.de vsur.Bal.in quodam suo consi.incip.Titius promisit dotem tenet,quòd præscribuntur spacio decem annorum:quasi videantur tacitè remissæ : si tāto tempore petite non fuerint:de cuius dicti veritate vide per do.Bertachi.firma.in repertorio.in verbo vsura.col.x.circa princ.versi.vsuræ pro alimentis, &c.& dixi suprà in tertia parte.q.x.col.xj.versi.subdit Roma.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*
2 *Iure agendi perempto an peremptum sit ius excipiendi, vel replicandi?*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ præscribitur biennio.*

1 TRigesimoseptimò quæro † postquàm suprà latè visum est de præscriptione actionum,& officij iudicis : an præscribatur iuri excipiendi?

Dic breuiter quòd non : quia regula est quòd ea , quæ sunt temporalia ad agendum : sunt perpetua ad excipiendum.l.purè.in fi.ff.de excep.doli.& est tex.cum gl.in l.licet.C.de excep. & plenè not.Cano in c.si autem.vbi late per Panor. & Feli.ver. temporalia ad agendum.col.iiij.vsque ad fi.commen.de rescr.
2 vbi vide , † an perempto iure agendi sit peremptum ius excipiendi vel replicandi.

Et vltrà Feli. istam conclusionem quòd nunquàm præscribatur iuri excipiendi : firmat Bald.in repe.l.fi.xj.col.C.de præscript.lon.tem.& in prin.xij.vbi assignat duplicem rationem.
3 † Fallit secundùm eum in exceptione non numeratæ pecuniæ:quæ præscribitur biennio.l.in contractibus. in princ.C.de non nu.pecu.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio xxx.an. quo iure fuit inducta?*
2 *Præscriptio xxx.ann. an sit post iura Digestorum inducta?*
3 *Actiones descendentes ex.l.ciuili antequam per sacras constitutiones esset meta præfinita competebant sine temporis præfinitione?*

1 VRigesimooctauò & † vltimo quæro pro complemento huius quartæ partis principalis:quo iure fuit inducta præscriptio triginta annorū : de qua in toto titulo.C.de præscript. xxx.vel xl.anno.

Respondeo quòd de iure digestorum erat incognita:& fuit introducta de iure Codicis secūdū gl.in l.qui occidit:aliàs qui

occiderit.in princ.in verbo amisit.ff.ad l.Aquil.& in l.Iulianus.ff.ex quib.cau.ma.No.Bar.in l.fina.in prin.ff.de eo per quē fac.erit.& in l.in omnibus.ff.de actio.& obliga.Imol.in c.de quarta.versi.& scias.de præscrip.& in repet.c.fina.eod.titu.in pluribus locis.Alexan.consi.xlviij.quoniam per excellentissimum.iiij.volu.& do.Ias.in l.licet.col.vlti.C.de iure delib.& in l.nā & postea.§.si is qui tēporali.ff.de iureiur.Feli.in c.de quarta.col.xj.de præscript.Corne.consi.xvj.viso primo themate.col.j.in fi.& consi.cxxxvj.licet satis.ij.col.ij.volu.adducens aliquas glos.contrarias:sed dicit præallegatis veriores.Et idem Corne.cōsi.ccciiij.viso processu.viij.col.viij.vol.Io.Fab.insti.de vsucap.in prin.vbi dicit quòd præscriptio longissima nō erat cognita,nec de iure digestorum:nec de iure Institutionum.

In contrarium adduco text.cum glo.in l.si pupillus.in verbo tempore.ff.de admi.tut.vbi glo.exemplificat illum text.qui est de iure digestorum in præscriptione triginta annorum.

Pariter de iure digestorum actiones personales rei persecutoriæ sunt perpetuæ.l.in honorariis.ff.de actio.& obliga.idest durant triginta annis.insti.de perpe.& tempo.actio.in prin.

Ergo apparet quod præscriptio triginta annorum erat cognita de iure digestorum.

2 † Sed quod ista præscriptio triginta annorū sit inducta post iura digestorum videtur tex.in loco proximo allegato ibi do-
3 nec sacræ constitutiones † & sic antequàm esset præfinita me-ta per sacras constitutiones:actiones descendentes ex lege ciuili erant perpetuæ:hoc est competebant sine temporis præfinitione.

Sed difficultas est respondere ad text.in d.l.si pupillus.in fi.in verbo tempore liberatus est : qui loquitur in actione tutelę.& sic in actione personali:& glo.ibi exponit idest xxx.annis.

Hanc difficultatem sentit ibi Bar.circa fi commen.& soluit duobus modis:licet cum violentia & diuinatiuè.

Et tenendo solutio.Bar.est necesse dicere quòd glo.ibi malè exponat.

Et per hæc remanet expedita tota quarta pars principalis huius tractatus.

NVnc se offert quinta pars principalis,In qua vidēdum est de pluribus pro complemento materiæ præscriptionis.inducendæ.

Et subdiuiditur in quinque partes.

In prima videbimus qualiter procedat præscriptio aduersus ecclesiam:

ecclesiam:& de præscriptione iurium ecclesiasticorum, & spiritualium:& per consequens de præscriptione canonica.

In secunda de præscriptione aduersus fiscum.

In tertia de præscriptione aduersus rempublicam.

In quarta an præscribantur ea quæ sunt merè facultatis: & qualiter.

In quinta tractabuntur plures extrauagãtes quæstiones vtiles & quotidianę circa materiam præscriptionis:quę sub prioribus partibus commodè locari non potuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Aduersus ecclesiam quantò tempore præscribatur?*

2 *Dos ecclesiastica quanti temporis spatio præscribatur?*

3 *Ad inducendam consuetudinem contra ecclesiam quantum tempus requiratur?*

4 *Præscriptio quadragenaria requiritur contra ecclesiam:etiam vbi vna ecclesia velit contra aliam præscribere?*

5 *Miserabilis persona cui aliquid ab ecclesia relictum est, vel donatũ gaudet priuilegio ecclesiæ quo ad præscriptionem contra ipsum.*

6 *Hospitalia, & eorum bona gaudent priuilegio quadragenariæ præscriptionis.*

7 *Hospitalia in multis casibus parificantur ecclesijs.*

8 *Regula quòd aduersus ecclesiã & alia pia loca currat præscriptio quadragenaria quo casu non procedat?*

9 *Nouum priuilegium non tollit antiquum.*

10 *Res mobilis ecclesiæ quo tempore vsucapiatur?*

11 *Ecclesia quo casu excludatur quadriennio?*

12 *Præscribitur contra ecclesiã sicut contra priuatum multis casibus.*

13 *Redhibitoria, & quantò minoris non mutant naturam inter ecclesiasticos.*

14 *Tempore communi præscribitur contra ecclesiam respectu dominij & publiciana.*

15 *Ecclesia sumens fundamentum ex aliquo statuto laicorum, in quo est certum tempus præscriptionis præfixum, an tali tempori præscriptionis subiiciatur?*

16 *Ecclesia Romana quot modis in præscriptionis proposito dicatur?*

17 *Imperium gaudet priuilegio centenariæ præscriptionis.*

18 *Quarum ecclesiarum bona præscribantur iure communi?*

19 *Contra feudatarium Romana ecclesia potest præscribi vtile dominium præscriptione communi.*

20 *Interesse principale semper est considerandum, non secundarium.*
21 *Possidentes bona fide hæreticorum bona quanti temporis possessione præscribant, & an post quadriennium possunt molestari?*
22 *Præscriptio annexam habens consuetudinem quod tempus exigat?*
23 *Vsucapio præscribitur triennio, etiam contra Romanam ecclesiam.*
24 *Concernentes supremam Papæ potestatem aliquo temporis spatio non præscribuntur.*
25 *Competentia Papæ ratione ordinis an possint præscribi?*
26 *Ciuitas subiecta ecclesiæ Romanæ an possit præscribere iurisdictionem in singulos ciues. &c.*
27 *Centum anni an dicantur tantum tempus, cuius initij memoria non extat?*

1 VEniens itaque ad primam partem huius quintæ † quæro primò principaliter quanto tempore præscribatur aduersus ecclesiam. [a] Circa istam q. valdè diffusam: vt plana possit haberi doctrina: facio tres regulas.

Prima est affirmatiua. quod contra omnes ecclesias sola Romana excepta: quæ gaudet præscriptione centenaria generaliter præscribitur spatio quadraginta annorum: tam de iure ciuili auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & in corpore vnde sumitur: quàm de iure canonico. c. de quarta. c. ad aures. & c. illud. de præscript. Et ideo laicus possidendo rem ecclesiæ vt propriam bona fide spatio quadraginta annorum præscribit cótra ecclesiam: vt firmat expresse glo. fina. in c. fina. de præscript. in vj. & in c. facultates. in verbo triginta annorũ. xiiij. q. ij. & Paul. de Cast. consi. ccxciij. viso puncto. in prin. ij. col. in antiq. & plenius dixi in tertia parte principali in v. q. in versi. sed discordat ius canonicum.

2 † Amplia primò istam regulam: vt procedat: etiam si agatur de præscribenda dote ipsius ecclesiæ: quia illa præscribitur spatio longissimi temporis. xl. anno. & seu fundus dotalis ecclesiæ secundum Bal. nouel. in suo tracta. de dote. col. ij. qui refert ita consuluisse collegium Perusinum: sequitur Fel. in d. c. ad aures. in prin. commen.

Addo quod eandem conclusionem firmat idẽ Bal. in præal. tracta. de dote. in vij. parte. col. vij. circa princip.

Et ratio quare res ecclesiæ sint præscriptibiles, est, quia ipsarum alienatio non est prohibita simpliciter: sed cum certa solemnitate: de qua in c. sine exceptione. vij. q. ij. & not. in c. nulli. de rebus eccle. non alie. quo casu non censetur prohibita præscriptio

scriptio, vel vsucapio: licet secus: vbi prohibitio esset simplex: vt no. glo. Barto. & docto. in l. fina. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces.

Istam rationem assignant Butr. & Cano. in c. cum nō liceat. de præscript. & refert do. Bald. nouel. in præallega. tracta. in vij. parte. col. iij. in princi.

3 † Amplia secūdò istam regulam: vt procedat nedum in simplici præscriptione: sed etiā in consuetudine: quia ad inducendam consuetudinem contra ecclesiam requiruntur quadraginta anni: vt dicatur consuetudo legitimæ præscripta secundum

b Bald. in d. c. auth. quas actiones. colum. penult. versi. extra quærò. vbi declarat quid differat præscriptio à consuetudine: [b] & latius not. Panor. post alios canon̄. in c. fina. col. vij. versi. quantū vero tempus. extra de consue.

4 † Amplia tertiò: vt ista regula procedat: nedum in priuato præscribente contra ecclesiam: sed etiā si vna ecclesia præscribat contra aliam: quia semper requiritur præscriptio quadragenaria: vt concludunt communiter glo. & docto. in d. authen. quas actiones. Et de iure canonico sunt text. expressi. in d. c. de

c quarta. & in c. ad aures. [c] & ibi not. Panormi. & in c. illud. & in c. quia iudicante. de præscript. qui text. loquuntur: quando vna ecclesia præscribit aduersus alterā. Et dicit expresè text. in d. c. illud quod ecclesia se potest aduersus ecclesiam quadragenariā temporis præscriptione tueri, licet quidam canones comprobant triennalem, per quem text. patet responsio ad alium text. quem in contrarium adducit do. Ias. in d. auth. quas actiones. col. iij. circa prin. videlicet in c. placuit. el secundo. circa fi. xvj. q. iij. dicens, quòd est mirabilis text. contra prædicta: quòd si ecclesia præscribat contra ecclesiam xxx. anni sufficiunt, & quod non videt: quòd possit responderi: nisi dicere: q; ille text. sit Gratiani. Postea relinquit cogitandum super illo text.

Ad idem potuisset allegare text. in c. sanctorum. de præscri. & plures alios: quos allegat glos. cum prædictis. in d. c. illud. in glossa secunda.

Et miror quòd do. Ias. formet istud contrarium: cum text. in d. c. illud. det respōsum quòd canones antiqui præallegati concedentes præscriptionem triennalem ecclesiæ aduersus ecclesiam sunt hodie correcti, ita quòd locum non habet nisi quadragenaria tantum: & ibi hoc clarè dicit glo. ij.

Si vero ecclesia præscribat cōtra priuatum: vtitur iure communi: & præscribit quemadmodum præscriberet quilibet pri-

d uatus contra alium priuatum: d vt concludunt cõmuniter glo. & docto.in d.auth.quas actiones.in glo.magna circa prin.& latè firmat Io.And.in c.qui ad agendũ.de reg.iur.in vj.in mercu.

Et hanc conclusionem plenè comprobant Panor.& Fel.in c. sanctorum.de præscript.vbi Panor.respondet ad motiua: quæ fiunt in contrarium.

Et eandem firmat ipse in d.c.de quarta.col.iij.versi.sed quantum.ad principalem articulum.& dixi in tertia parte principali.in v.q.versi.sed discordat ius canonicum.

5 † Amplia quartò istam regulã:vt procedat etiam in pauperibus,& miserabilibus personis:quia quo ad hoc gaudent priuilegio ecclesiæ: quòd si aliquid est eis relictum, vel donatum, aut aliter debitum:non præscribitur contra tales minori tẽpore xl.ann vt est text.in §.pro temporalibus.in auth.de eccl.tit. & in c.ij.vbi no.Cano.præcipuè Pan.& Feli.de præscrip.no.Ias. post Bald.in d.auth.quas actiones.circa prin.& in §.ex maleficiis.col.xvij.in antiqua impressione: & xj.in no.instit.de actio. faciens regulam generalẽ quòd miserabiles & pauperes personæ gaudent priuilegiis ecclesiæ.

Sed an præscribatur contra pauperes incertos:puta, si sit relictum factum pauperibus Christi:& an habeant beneficiũ restitutionis? vide per Pan.& Fel.in d.c.sanctorum.vbi concludũt quòd sic:salua restitutione:vt ibi latius per eos.

6 † Amplia quintò:vt procedat in hospitalibus:quia hospitalia & eorum bona gaudẽt priuilegio quadragenariæ præscriptionis secundum Pan.in c.accedentibus.in ij.no.per illum text.de priui.& in c.j.col.pe.& vlti.circa prin.de resti.in integ.vbi dicit quòd omnia priuilegia tributa ecclesiis extenduntur ad hospitalia,& omnia loca pia.& quòd pariter collegium gaudet talibus priuilegiis:si est piũ. Et signãter dixit piũ:quia sunt aliqua collegia:quæ licet videantur pia:tamẽ nõ sunt:vt cõfraternitates laicorũ, secundũ Bal.in auth.hoc ius porrectũ.col.ij.ver.secundo quæro.C.de sacrosan.eccl.& in l.id quod pauperibus.in xxj.q.C.de epi.& cleri.vbi dicit quòd corp⁹ fraternitatũ potest libere res suas vẽdere absq; alia solẽnitate:quia nõ est collegiũ

7 pium:sed seculare:& omnino prophanum. † Et quòd hospitale gaudet priuilegio ecclesiæ maximè quo ad præscriptionem firmat Bald.in l.genero.in fin.ff.de his qui not.infa.per text.in d.§.pro temporalibus.& Panor.in d.c.de quarta.col.j.de præscript.vbi Feli.latissimè comprobat hanc conclusionem col.j. & ij.cum multis sequen.plenius quam alibi tractans de natura hospi

hospitalium:& an gaudeant priuilegiis ecclesiæ:& colligit nouemdec m casus : in quibus hospitalia parificantur ecclesiis: & gaudent eorum priuilegiis.Postea subdit tres declarationes.

a Et intellige de hospitali fundato autoritate episcopi.[a] Aliàs secus:vt ibi per eum circa fi.j.col.adducentè plura consilia Alexand.secundum antiquum numerum Panormi.& aliorum.

Amplia sextò prædictam regulam : vt procedat generaliter in relictis,& legatis factis ad pias causas: vt pro redemptione captiuorum,& similibus.vt tex.in d.§.pro temporalibus,in authen.de eccle.tit.& plenè not. Panor.in c.ij.col.penul.& vlt.de

8 præscript.† Nunc limita & restringe primo hanc primam regulam affirmatiuam : quæ habet quòd aduersus ecclesiam : & alia pia loca currit præscriptio quadragenaria : vt non procedat viuo rectore seu prælato: qui male alienauit rem ecclesiæ: quia in vita illius prælati nunquàm currit præscriptio contra ecclesiam:sed incipit tempore sui successoris,tex.est cum glo. in c.si sacerdotes.xvj.q.iij.& glo.in c.ij.in glo.fi.de præscript.& ibi Imo.& glo.in c.j.in glo.fi.de restit.in integ.libr.vj.& firmat Inno.in c.cum ex literis,de restit.in integ.Bar.in l.qui fundum. §.si tutor.ff.de vsucap.pro empto.& Ange.Aret.in §.j.versicu.& idem in prælato.institu.qui ali.licet.& in §.res fisci.vltra med. in versic.aduertas tamen instit.de vsucap.Addo Bald.in l.j.col. pen.versic.item in prælato.C.de bon.mater.

Secundò limita prædictam regulam affirmatiuam : vt procedat, vbi ius ciuile statuit minus tempus ad præscribendum in priuatis:vt in præscriptione longi & lõgissimi temporis triginta,vel quadraginta annorum.Sed in illis casibus,in quibus contra priuatum requiritur maius tempus quadraginta annorum:puta in præscribenda seruitute discontinua:in qua requiritur tempus:cuius initij memoria non extat.vt plenè not.in l. seruitutes la grande.ff.de seruitut.titu.generali:non præscribitur contra ecclesiam minori tempore : ne sit deterioris conditionis,quam priuatus:quia si tãtum tempus requiritur contra priuatum non priuilegiatum : multo fortius contra ecclesiam:quæ est priuilegiata. Non enim debet priuilegium præscriptionis quadragenariæ introductum in fauorem ecclesiæ in eius odium retorqueri l.quòd fauore.C.de leg.& c.quod ob gratiam de regu.iur.Ita declarat Panormita.in d.ca.de quarta, colum.iiij.versicu.secundo est dubium.

Confirmo istam conclusionem per id quod vult not.Bartol. in l.non tantum.§.si emancipatus in fi.ff.de bon.pos.contra tabul.

bul.vbi decidit, quod si statuto cauetur: quòd scholares tractentur vt ciues in omnibus:nõ per hoc perdunt priuilegium, quod habent vltra ciues,quod dictum refert Alexãd.in l.j.col. iij.in fin.seu iiij.ff.de leg.j.& in l.si Ruphinus,ij.not.C.de testa.
9 milit.† latè probans: quòd priuilegium nouum non tollit antiquum.Pro quo est bonus tex.in l.ij.in verbo minimè defraudata.C.de consti.pecu.quem ad hoc ibi ponderat Bal.bene facit tex.in l.iij.c.de digni.li.xij.& in l.pe.ff.de senat.C.& in l.per adopt.ff.de adopt.vbi dignitas, vel priuilegium superueniens non tollit aliud priuilegium ad incommodum priuilegiati: & plenè not.Alex.consil.xxxij.visa concessione.v.volumi.

Si ergo vnum priuilegium nõ tollit aliud ad incommodum priuilegiati:tãtominus debet tollere ius commune: quod difficilius tollitur.arg.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testam. milit.Accedant plenè not.per Felin.in c.dilectus, el ij.col.iiij. versic.tertiò facit.de rescript.vbi multa cumulat ad regulam. d.l.quod fauore:& in specie sequitur decisionem Bar.in d.l.iij. §.si emancipatus.

Præterea si aliquo casu præscriberetur minori tẽpore contra ecclesiam,quàm contra priuatum:sequeretur, quòd inducta ad augmentum operarentur diminutionem contra regulam l.legata inutiliter,ff.de legat.j.

Ex his remanet expedita prædicta regula affirmatiua: quæ habet quòd contra ecclesiam præscribitur xl.annis.

Secunda est regula negatiua in hac materia præscriptionis ecclesiasticæ seu canonicæ,quæ colligitur ex text.in dicta authen.quas actiones.cum concor.præalleg.quòd contra ecclesiam non præscribitur regulariter minori tempore xl.anno.

Ista regula negatiua patitur aliquas fallentias.

10 † Primò fallit in vsucapione triennij, f quia res mobilis ecf clesiæ ita vsucapitur triennio,sicut res priuati.Ista fallentia ponitur expresse in d.authent.quas actiones, & in corpore vnde sumitur. Sed dubitatur,an procedat de iure canonico? do.Ias. ibi circa princ.versi.quæro ex ij.par.innuit:quòd sic: dum allegat pro concordan.& malè: text.in c.illud.de præscript.qui de directo facit ad oppositum: quia indistinctè dicit quòd aduersus ecclesias canones nõ admittunt, nisi præscriptionem quadragenariam:non distinguendo inter mobilia vel immobilia. Et ita pro parte contraria illum text.adducit Panor.in loco infrà alleg. Vnde licet Ias.sicco pede transeat in d.authent.quas actiones,reperio hunc articulum plenè discussum per Cano.in

c.j.

c.j.de resti.in integ.præcipuè per Imo.& Panor.col.ij.circa fin.& iij.versic.circa primũ:& per Imol.in d.c.illud col.ij.vbi concludunt quòd res mobilis ecclesiæ vsucapitur triennio etiam de iure cano.Et sic quòd remaneat incorrecta dispositio.d.authen.quas actiones. Et dicit ibi Panor.quòd ista opin.videtur communior:& illam tenendo potest responderi secundũ eum ad d.ca.illud quòd loquitur in præscribendis rebus immobilibus:in quibus propriè cadit præscriptio.

Et hanc opi.pro vera approbat Felin.in d.c.de quarta,circa fin.commen.& confirmat multis autoritatibus. Tangit Sali.in d.authen.quas actiones.circa fi.& in l.j.post gloss.C.de vsucap.
11 transfor. † Secundò fallit in præscriptione quadriẽnij : de qua in l.bene à Zenone.C.de quadriẽnali præscrip.videlicet,quando fiscus venderet rem ecclesiæ tanquàm suam: quia tunc ecclesia excluditur quadriennio:sicut quilibet priuatus per text. in d.authen.quas actiones.in verbo quadriennij pręscriptione.

Ista limitatio procedit de iure ciuili : sed non de iure canonico:quod seruari debet in ecclesia.text.est cum glo.in c.quicunque militum.xij.q.ij.in verbo consensu.Not.glo.& doct.in c.ij.de reb.eccle.non alie.vbi dicunt quòd illa.l.bene à Zenone.non habet locum secundum Canones.

Et ideo econtra si Princes vel Imperator donaret, vel venderet rem alterius vni ecclesiæ: non gaudet ecclesia beneficio d.l.bene à Zenone. Et sic quadriennio non excludetur dominus:si ecclesia habeat causam à fisco,siue à principe.gl.est not. in c.ij.xvj.q.ij.in verbo triginta. Facit ratio : quia ecclesia est cultrix & amatrix iustitiæ.Ideo nõ patitur in se, vel in alterum aliquid iniquum fieri : vt dicit text.not.in c.j.de alie.feud.not. Ias.in d.authen.quas actiones.col.j.versic.tertio pondera.

Tertiò generaliter fallit in omnibus præscriptionibus annalibus,vel semestribus,siue temporalibus: vt sunt regulariter omnes actiones prætoriæ pœnales.l.in honorariis.ff.de actioni.& obliga.& prout est actio de dolo.l.fin.C.de dolo.Itẽ actio quanto minoris:redhibitoria,& similes : quia in omnibus istis ita præscribitur contra ecclesiam:sicut contra priuatum, gloss. est not.iuncto text.in c.cum causa.de emptio.& vendit.quam extollit Panorm.ibi:& dicit singularem col.iij.& eam esse notandam pro intellectu totius tituli de præscrip.verum:vt dicit Ias.in d.authen.quas actiones.col.j.ille tex.cum gl.nihil probat.Addo gl.expressam:ad quam ipse non aduertit:licet haberet ante oculos, in d.authen.quas actiones.in verbo durantibus:

bus:quæ dicit quòd quælibet præscriptio minor decennio: vt in redhibitoria,& quanto minoris currit contra ecclesiam, allegat text.expressum in authen.hæc constitu.innocent.&c.vbi hoc dicitur in versicu.penulti.

13 † Et hanc fallētiam firmat Feli.in d.c.de quarta, ad fi.commen.de præscri.adducens simile quòd etiā inter clericos procedunt tempora præfixa à lege ciuili ad exceptionem non numeratæ pecuniæ: sicut etiam redhibitoria, & quanto minoris non mutant naturam inter ecclesiasticos secundum Abb.in d. ca.cum causam, not.plenius idem Felin.in c.si cautio.colum. xv.versicul.secunda regula.de fide instrument.

14 † Quartò fallit prædicta regula: quando ageretur de præscribendo rem spectantem ad ecclesiā iure quasi dominij tantum:& sic pro qua competeret ecclesiæ publiciana: & non rei vendicatio:quia licet respectu dominij non currat contra ecclesiā præscriptio minor quadragenaria; tamen respectu quasi dominij & publicianæ præscribitur contra ecclesiam communi tempore,vt colligit ex mente Dyn.& Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.col.j.ff.de dam.infect.& ibi expresse not. Ioā.de Imol.& ita firmat Bal.in l.siue autem.§.si duobus.ff.de publi.& idem in l.j.col.j.versi.vltimo conclude.C.de anna.excep.& no. Ang.& Imo.in l.vsucapione.ff.de vsucap.sequitur do.Pet. Philip.Corne.consi.xvj.viso primo.vlt.col.& cōsil.cxvij.multa.vlti.col.ij.vol.& consi.cxlij.videretur prima facie.col.iiij.ver.& licet.iij.volu. In quibus locis ipse Corneus assignat viuā rationem huius limitationis:quam etiā tenet Aret.in §.res fisci.circa me.insti.de vsuc.& d.Ias.in d.auth.quas actiones.circa prin.

15 † Quintò fallit,quando ecclesia sumeret fundamentum ex aliquo statuto laicorum:in quo esset præfixū certum tempus. Nam tūc potest sibi obiici exceptio præscriptionis statutariæ: quia ex quo assumit pro se adminiculū statuti:debet etiam recipere contra exceptionem ex eodem statuto prouenientem. Ista limitat singulariter Bal.in l.omni nouatione.circa fi.C.de sacrosanc.eccl.dicēs,quòd licet aliàs contra ecclesiā non currat minor præscri.xl.ann.d.c.de quarta, tamē si ecclesia agendo sumit adminiculū & fundamentū statuti disponentis, quod instrumentum habeat executionnm paratā, poterit sibi obiici exceptio præscriptionis decē annorū ab eodem statuto inducta:vt si disponat ꝙ instrumenta mandentur executioni infrà, x.ann.& non vltra.Bene facit quod alibi not.dixit idem Bal.in l.j.in fi.C.de contrahen.emp.quòd licet aliàs statuta laicorum non

non ligent clericos vel ecclesias.c.ecclesia.cum ibi plenè not. de consti. Tamen si clericus vel ecclesia vult vti adminiculo statuti disponentis super summaria executione instrumenti, obstabit clerico, vel ecclesiæ exceptio non solutionis gabellæ ex eodem statuto proueniens: vt ibi per eum faciunt etiã notata per Bald.& in l.planè.ff.quod fal.tut.auto.& facit tex.in l. cum quæritur.ff.de admi.tuto.& in l.si ita stipulatio.ad fi.ff.de op.lib.vbi dicitur,quòd quis debet aut in totum acceptare:aut in totum reprobare.Et hanc limitationem plene firmat.d.Phi-
16 lip.Franc.in c.possessor.col.iij.de reg.iur.in vj. † Tertià regula est,quòd contra Romanam ecclesiam currit præscriptio centenaria:& minor.d.authen.quas actiones.c.ad audientiam.ca. cum nobis.& c.si diligenti.de præscrip.& in authen.vt ecclesia Roma.in rubro & nigro.Et Romana ecclesia dicitur in proposito tribus modis:vt declarat Bald.in d.authen.quas actiones. col.pen.circa fi.& in prin.vlt.col.Hinc dixit Bal.in l.ij.circa.v. col.ver.sextò quæro.C.de ser.& aqua.quòd florentini præscripserunt quædam oppida spacio centũ annorum bona fide contra Romanam ecclesiam.Istam regulam latissimè explicat Felin.in c.ad audiẽtiam.col.antepe.circa fi.ver.vltimo facias regulam cum duabus seq.col.de præscr.vbi primo illam ampliat quatuor modis:& deinde limitat sex modis: & referam solum
17 magis vtilia:aliqua addendo.† Primò igitur ampliat Fel.hanc regulam:vt procedat etiam in imperio:quia gaudet priuilegio huius præscriptionis centenariæ secũdum Ang.in l.sicut.C.de præscrip.xxx.anno.qui allegat glo.in §.vt autem.in authen.de non alie.Probatur apertè in l.fi.C.de sacrosanc.eccl.quia si ciuitas seu respublica gaudet centenaria præscriptione:vt ibi, tantomagis imperium: cũ illa.l.fi.non sit correcta per authen. quas actiones:vt ibi cõmuniter concludunt gl.& doc. Et idem tenuit Ang.in l.cum pridem.C.commu.de vsucap.& sequitur Alex.consi.xxxiiij.in causa vertente inter cameram.col.j.vers. secundo dicimus.j.vol.vbi dicit,quòd cõtra imperatorem,vel cameram imperialem,seu principem nõ recognoscentem superiorem non currit hodie nisi centenaria præscriptio. & latius dicam.in secunda, quæstione princip.huius partis proxi-
18 mè sequentissimè. † Primo limitat Felinus,vbi suprà dictam regulam procedere in ecclesiis : quæ sunt proprium patrimonium Romanæ ecclesiæ : & de horto eiusdem : vt sunt omnes ecclesiæ Marchiæ & Ferrariæ secundum eum. Sed secus est in ecclesiis subiectis.Papæ iure exemptionis tantum : quia bona

bona talium ecclesiarum præscribuntur iure communi secundum Bald.in d.auth.quas actiones.col.pe.circa fin.& vlti.versi. venio ad vltimam partem.Nam ad hunc effectum non dicuntur res Romanæ ecclesiæ.

Quam conclusionem declara: vt latius per Feli.post Pan.in c.ad audientiam.col.vj.in princip.

19 † Secundò limitat Feli.nisi præscriptio tangat ius Romanæ ecclesiæ secundario: & non principaliter:vt est glos.aurea secundum eum in d.c.ad audiētiam.in verbo principaliter: quæ dicit:quòd contra feudatarium Romanæ ecclesiæ potest præscribi vtile dominium pręscriptione communi,adeò quòd iste præscribens teneat terram:& sit feudatarius ecclesię Romanę: & non ille:quia per hoc non præiudicatur ecclesiæ. Allegat in arg.text.in cap.volumus. xvj.qu.iiij.vbi bona glos. & in c.ij.de capel.mona.

Procedit ergo ista limitatio:quando alius præscribit solum vtile dominium:quia illud præscribitur iure communi contra priorem vasallum recognoscendo Papam in dominum directum. Si enim præscribere vellet directum dominium contra Romanam ecclesiam:opus esset centenaria præscriptione.per text. cum glo.in d.c.ad audientiam. vt ibi latius declarat Feli. col.pe.& Bald.in d.authen.quas actiones.col.vlt.ver.ij. quæro. & Panor.in cap.cum dilecta.circa fi.j.col.in notabili.quod colligit super verbo quia vero:de confir.vti.vel inuti.Dicens not. quòd contra exemptum & immediatè Papæ subiectum potest præscribi spacio.xl.ann.quatenus præiudicat ipsi priuilegiato. Sed quatenus præiudicat Papæ requiritur spaciū centum ann. & allegat glo.de quibus suprà.

Et hanc conclusionem latè firmat Alexan.consil.clxix.viso thematæ.j.& ij. col. ij.volu.vbi plenè tractat. quanto tempore præscribatur contra vasallum ecclesiæ, & quæ requirantur & Bart. Sozi.consil.cclxvj.in causa quæ vertitur inter col.xvj.in princ.Addo Bart.in l.cum sponsus.§.in vectigalibus.ff.de publici,vbi dicit per illum text.quòd licet iurisdictio cōtra Romanam ecclesiam non præscribatur:nisi spacio centum anno. tamen contra habentem iurisdictionem ab ecclesia præscribitur legitimo tempore.

Eandem conclusionem firmant Ang.& Imo.in l.vsucapionem.& in l.quàmuis.ff.de vsucap. Bald.& Ang.in l.sicut.col.fi. C.de præscript.xxx.ann.per d.§.in vectigalibus.Pet.de Ancha. consil.v:pro parte nobilis viri.do.Roberti.

† Et

20 † Et pro ista conclusione vltrà Feli.& doct.facit regula:quæ habet, q; semper consideramus interesse principale & non secundarium:vt probat text.no.in l.j.§.pe.ff.de ven.inspi.& est gl.no.in l.de vnoquoque. in verbo quos.& ibi per Alex.ff.de re iudi.not.plenè Ias.qui hanc regulam limitat & declarat in l.ne quicquam.§.vbi decretum.in ix.fallen.ff.de offi.Procõ.& Feli. in c.cum. M. col.xiij. de constit.vbi probat, quòd non dicitur verùm detrimẽtum & præiudiciũ eius, qui secũdario læditur.

21 Tertiò limitat Feli.in d.c.ad audientiã. prædicti regulam:vt non procedat in casu.c.ij. de præscrip.in vj.videlicet, in bonis hæreticorum,qui dum viuerẽt:catholici putabantur : quorum bona fuerunt à catholicis eorum filiis vel descendẽtibus, aut quibuscunque extraneis bona fide possessa spacio xl.ann.quia licet talia bona censerẽtur confiscata ipso iure à die lapsus in hęresim.c.vergentis:de hæreti.& c.cùm secũdum leges.eo:tit. lib.vj. Tamen etiam si talia bona ad Romanam ecclesiam deberent peruenire:possessores catholici & bonæ fidei tanti temporis:etiam si fuerint hæredes illorũ : vlterius non sunt molestandi.quanquàm illi quorũ bona fuerant:nunc hæretici detegantur extitisse:& ipsorum memoria dãnetur etiam post mortem:vt ibi declarat gl.fi. & iste est casus specialis secũdum gl. ibi in verbo hoc casu.

Sed regulariter bona commissa, siue cõfiscata ecclesiæ extra hunc casum:exigentibus culpis, vel excessibus eorum:qui illa recognoscebant ab ecclesia:nõ præscribuntur minori spacio centum anno.contra Romanam ecclesiam.vel xl.contra alios. vt dicit text.in d.ca.ij.in prin.

Ad cuius declarationem & intellectum,vide plenè Panor. & Feli.in c.cum nobis.col.iiij.& v.versi.item inquantum Abb. de præscrip.vbi latè tradunt infrà quantum tempus possit quis damnari post mortem : & etiam infrà quãtum tempus possint bona alicuius confiscari, seu confiscata declarari. & de intellectu l.ij.C.de aposta.vbi dicitur quod de crimine hæresis quis damnari non potest : nisi post quinquennium à die mortis & latius dicetur in ij.quæstio.princ. proximè seq.

22 † Quartò limitat Feli.vbi suprà prædictam regulam procedere : nisi præscriptio habeat annexam consuetudinem : quia tunc sufficiunt quadraginta ann.c.si.cum gl. de consue.etiam contra Papam & Romanam ecclesiam secundum Butr.in rep. d.c.fin.per cle.ne Romani.de elect.vt latius per Felin.in d.c.ad audientiam.colum.pe.ver.limitat tertio,&c.

23 † Quintò limitat Felin.in d.c.ad audientiam, istam tertiam regulam: vt non procedat in vsucapione: in qua sufficit triennium etiam contra Romanam ecclesiam secundum Angel.in authen.vt eccle.Rom.circa med.per d.authen. quas actiones: quia in hoc ius antiquum non corrigitur.

Contrarium tenet Sali. & plus dicit, quòd res mobilis Romanæ ecclesiæ non possit vllo tẽpore vsucapi in l.j.circa med. versi.ex his. C. de vsucap.transfor.

Mouetur: quia Romana ecclesia habet fiscum, sicut imperator. & in rebus mobilibus fisci imperialis non currit vsucapio.§.res fisci.instit.de vsucap. Cuius opi.approbat Feli.in d.c. ad audientiam. in iiij. limitatione, sub dubio fortè: quicquid etiam dixerit Panor. secundum eum. c.cum dilecta.colũ.ij.de confir.vti.vel inuti. Sentit ergo Felin.quòd Panor.ibi teneat contrarium,& male. Nam reperio quòd Panor.in d.c.cũ dilecta.col.ij.versi.item not.ibi possessiones &c.tenet expresse hãc secundam partem. Dicit enim Panor.& colligit ex illo text. quòd Romana ecclesia gaudet præscriptione centũ annorum: non solũ in rebus priuatis ipsius Romanæ ecclesiæ: sed etiam in omnibus iuribus & possessionibus: quæ sibi competunt ratione datæ libertatis. Et sentiunt doct.secũdùm Panor. ex ista generalitate verborum hoc procedere, tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus: corporalibus,& incorporalibus: quod bene notabis dicit ipse.

Ex hoc enim infertur, quòd vsucapio triennalis in rebus mobilibus non habet locum contra ecclesiam Romanam.

Nunquid autem in ecclesiis inferioribus locum habeat? dicit plenè notasse in c.j.de restit.in integ.hęc sunt verba Panor.

Et sic apertè tenet pro ista vltima parte: quæ tanquàm communis tenenda est. Sed non respondet ad auth.quas actiones. vbi nihil immutatur circa vsucapionem.

Sed respõderi potest quòd in illa parte loquitur in ecclesiis inferioribus: vt satis apparet ex text.

24 † Sextò limita prædictã regulã: vt non procedat in his, quæ concernunt supremã potestatem Papæ: quia illa non præscribuntur aliquo temporis spacio secundum gl.& doct. in c.cum nobis.de præscrip. vbi latè Panor.col.j.& vl.post Butr. & latius Feli.col.j.& ij.qui concludunt, quòd plenitudo supremæ potestatis Papæ ab aliquo vllo tempore pręscribi non potest: vt no. Inno.in c.bonæ.el.ij.post prin. de postu.præla.& Bal in d.auth. quas actiones.col.vl.ver.iij.quæritur.cum infinitis cõcor.alle.

per

per Feli.in d.c.cum nobis.circa prin.commen:ex hoc inferentem post Domi.de san.Gemi. quòd Græci se defendere nō possunt cōtrà superioritatē Rom.eccl.ratione cuiuscunq; tēporis: quia præeminētia Ro.eccl.est à deo:& de iure diui.c.ij.xxij.dist. Sed quilibet scit, vel scire debet ius diuinū.gl.in c.qui cōtra. de re.iur.in vj.Ergo allegās præscriptionē est in mala fide:& sic non præscribit. Addo meliorē rationē: quia contra ius diuinum, siue contrà ea quæ sunt de iure diuino:nulla currit præscriptio saltem.vt tollantur in totū: secundum gl.& doct.in c. in aliquibus.de decim. Et licet suprema potestas Papæ sit imb præscriptibilis.Secus tamen est in spectantibus ad eū [b] ex quodam priuilegio specialis prærogatiuæ:non in signum supremæ potestatis:quia talia præscribuntur:vt per Panor.d.c.cū in nobis. in duobus locis cum multis concor.ibi adduc. per Feli.

Quod procedit duobus cōcurrētibus:videlicet sciētia Papæ, & spacio tanti tēporis.cuius initij.&c.secundū Panor.ibi:& in c.super quibusdā.col.j.de ver.sig.& in c.quo ad translationē.de offi.leg.& Are.in l.more.col.ij.versi.tu dic.ff.de acq.hæred.

Sed primum reprobat Feli.cōcludens, q sufficit spaciū tāti temporis,cuius initij.&c.absq; eo,q probetur de sciētia & patientia.quia ex illo inducitur cōsuetudo:quę est loco cōstituti. glo.in l.hoc iure.§.ductus aquæ.quā ad hoc ponderat Ang.ff. de aqua quoti.& æsti.quæ hoc expresse sentit.respondendo ad contrarium:d.l.ij.C.de ser.& aqua. Nec mirū:quia præsumptio: quę hoc ex spacio & diuturnitate tanti tēporis:cuius initij.&c. est iuris & de iure ,nec admittit probationem in contrarium, licet admittatur probatio,quòd tantum tempus non sit decursum, Ita singulariter dixit d. Anto. de But.in repet.c.peruenit. in x.char.versi.ad tertiam qualis sit hæc præsumptio. de censi. refert & sequitur Feli.in d.c.cum nobis.col.iij.ver.scias etiam. Et dixi plenè suprà in iij.parte prin.col.xxviij.cū duabus sequ.

25 † Subdit Feli.in c.cum nobis: quòd ea quæ competunt Papæ ratione ordinis non possunt præscribi.quinimo etiam id quod est ordinis non præscribitur contra episcopos. licet vsus insigniorum pontificalium possit præscribi per inferiorem episcopo.vt ibi per Panor. Et ita tenet Butr. in d.c.peruenit. & Panor.in c.j.vt litē penden.Sicut si quis mille annis exerceret officium sacerdotis:nunquam efficeretur sacerdos.

Et idem in tabellionatu ; & matrimonio secundum Bald. in l.j.columna secunda.versic.item probatur.C.de emend.lib. Præsumuntur tamen tales qualitates in esse in illis quandiu

habiti sunt pro talibus, secundum Inn.in c.illud.de præsump. cum concord. vt latius per Felin. in d.c.cum nobis. colum.ij. vers.cu.secunda declaratio.

Et de istis vltimis vide quæ plenius dixi in j.articulo.vj.partis.in vltimo casu.

26 † Reliqua circa istam præscriptionem centenariam: qua gaudet Romana ecclesia:dic vt per Felin.in d. cap.ad audientiam,colum.pe.& vlti.vbi ponit quasdam alias declarationes: quas non refero.Et ibi in specie tangit:an ciuitas subiecta ecclesiæ Romanæ possit præscribere iurisdictionem in singulos ciues & in loco & territorio, dic vt ibi.

27 † Et circa præmissa notandum est, quòd centum anni non dicuntur tantum tempus:cuius initij.&c.vt declarat Feli. in d. cap.cum nobis.colum.vlti.in v.limita. Allegans Cardi.in ca.si diligenti.in fi.eo.tit.vbi idem refert Feli.ad fi.commen.

Addo rationem vltra ipsum:quia dato quòd sit lapsum tempus cẽtum annorum. potest adhuc haberi memoria ex auditu vel per famam,& siue communem opinionem.

Et sic non dicetur tantum tempus:cuius initij, &c.per text. in l.si arbiter.in c.fi.ff.de proba. De quo tamen me remitto ad ea,quæ plenius dixi circa hoc suprà,in iij.parte prin.colũ.xvj. versi.quod autem.

Nunc venio ad aliquas speciales quæstiones concernentes materiam præscriptionis ecclesiasticæ & canonicæ.

ADDITIO.

a Quantum tempus requiratur in præscriptione rerum mobilium vel immobilium ecclesiæ Romanæ & aliarum ecclesiarum:vt possint præscribi vide Sali.in l.ij.C.commu.de vsucap. col.ij.Alexan.no.consi.lxxxiiij.in causa vertente. col.j.versi.ij. dicimus.j.vol.& consil.clxix.viso themate.col.j.ver.nam & ad hoc.ij.vol.text.Abb.& Feli.in c.ad aures.in prin.de præscrip.& Sali.in c.ad audientiam,versic.vlt.facias regulam. colum.viij. eodem titulo.& Bald.consi.clxxxj. casus talis est in fi.iij. volu. & Roma.consil.lxix.viso quæstionis themate. col.ij.versi.vlti. præmitto.& Pau.de Cast.cõsil.ccxv.viso puncto.col.j.in antiq. Areti.& Bald.in §.res fisci.& ibi Iaso.in addi..ad Panor.insti. de vsucap.vbi habes de præscriptione rerum mobilium ecclesiæ. & per Bald.in l.ij.C.ne rei domi. vel tẽplo. & per doct. moder. in c.fi.de præscri.in vj.& per Ange.de peru.in l.j.C.de anna.except.Archid.in §.quas actiones. xvj.qu.iij. Bald.in c.vigilanti. colum.

colū.penult.de præscri. Abb.pulchrè post Cal.& Imo.in cap. j. colum.vj.de in integ.restit.Imo.latè in c.illud.col.ij.de præscr. & ibi Bald.in prin.& Sali.in l.j.C.de vsucap.transfor.post principium.& Felin.in c.de quarta. colum.vlti.de præscrip.& Abb. consi. xcviij.attingam &c.vlt.colum.j.volu.&quanto tempore præscribatur aduersus ecclesiam &imperium. vide per Bald. in l.sicut.circa fin.de præscrip.triginta annorum per Aret.in §. res fisci. vltra me.commen.versi. quid in reb.ecclesi.institu. de vsucap.& de præscrip.contra Romanam ecclesiam & aliàs inferiores,vide plenas remissiones per do.Berta.in repertorio.in verbo præscriptio.ij.colum.iiij.volu.in fi.& seq.licet prædictas non adducat.

b Vide de differentiis pluribus inter præscriptionem & consuetudinem suprà in j.parte principali. in vlti.q.

c Ibi vide per Panor.an priuilegiatus vtatur suo priuilegio contra pariter priuilegiatum quo ad præscriptionem,& an ecclesia præscribat contra ecclesiam. & quanto tempore. vide per Abb. Pan.consil.xciij. videtur primò. vltima columna,primo volum. & quomodo & quanto tempore præscribatur contra locum religiosum : vide per eundem consil.xxxij. videtur primò.ij.col.j.vol.

d Adde quòd valet statutum factum per laicos:quòd ecclesia non possit præscribere res immobiles laicorum : nec dicitur contra libertatē ecclesiæ: vide Ias.in l.filiusfa.§.diui.col.xviij. in ij.lectu. ff.de leg.j.

e Quando autem hospitale præsumatur fundatum autoritate episcopi declarant ibi pulchrè Feli.col.iiij. versi.iij.declaratio.& vide latè d.Franc.Cur.consil.xx.sæpenumero animo reuolui.& quādo hospitale dicatur locus religiosus : & gaudeat immunitate:vel non:vide per Feli.in d.c.de quarta.in prin.iiij. columna , in secunda declaratione & signa cognoscendi hospitale publicumvel priuatum tradit ibi Feli.columna quarta, circa medium , & alia prope infinita de hospitalibus reducit Felinus in dicto capitulo de quarta. maxime an dicantur beneficia : & veniant appellatione beneficiorum : de quo est textus notabilis in clementina. per literas. de præbend. dic vt ibi per Felinum columna quarta & quinta,& in capitulo in nostra.in vigesimosecundo correlar.& sequen.de rescriptis. & illum locum Felini signa ad clemen. quia contingit de religios.domib. vbi est textus principalis iuris canonici de hospitalibus.& vide Alexā. consi.cxx.super eo quòd quæritur.col.j.

& ij.versi.posset etiam responderi.j.volu:repetito in consi.xc. iiij.volu.& consi.ix.visis dicto themate.col.j.circa prin.& col. iiij.in ij.dub.& consi.ccix.statutis accuratè perspectis.in prin. & col.ij.circa fin.ij.volu.In quibus locis firmat quod hospitale dicitur venerabilis,& pius locus,sicut ecclesia. Et quod subest episcopo: & est sub eius cura per text.in c.de xenodochiis.de reli.domi.& quod omnia priuilegia concessa ecclesiis trahuntur ad hospitalia per text.optimum.in l.omnia priuilegia.C.de episco.& cleri.& in §.fina.in auth.de eccle.titu.& in d.cle.quia contingit.cum glo.& in l.omnes.§.propter nullas in verbo nullum ius.C.de episc.& cle.vbi no.Bal.quod ita sunt exempta hospitalia sicut ecclesiæ quod procedit dũmodo hospitale sit fundatum autoritate episcopi,vel habẽtis potestatem. Alias secus secundum Alex.in consi.præalleg.per no.in c.ad hoc.de relig. do.cum pluribus concor.ad præmissa per eum addu. Et dicit Alex.in præalleg.consi.ix.ij.dub ij.vol.quòd eadem solennitas requiritur in alienatione rerum hospitalis sic fundati. quæ requiritur in alienatione rei ecclesiæ per text.in §.nos igitur.in auth.de non alie.& in auth.hoc ius porrectum.C.de sacrosan. eccle.& ibi no.Bartho.& Bald.Panor.& Cano.in c.nulli.de reb. eccle.non alie.Et ad istam conclu.quod hospitalia parificētur ecclesiis:& gaudeant priuilegiis earum accumulat plures auctoritates Corse.in repert.in Abb.in verbo ecclesia.

f Vide Dyn.in c.possessor.col.ij.de reg.iur.in vj.Bertachi.in reper.in verbo vsucapio.in versi.vsucapio.contra ecclesiam.

g Adde Bal.in c.vigilanti.circa fin.de præscript.

h An papa præscribat contra alias ecclesias inferiores: vel aliæ præscribant contra ipsum Specu.in titu.de præscript.col.fina. versi.illud autem.

SVMMARIVM.

1 Priuilegium alicui ecclesiæ concessum, quòd contra eam non præscribatur nisi centum annis, an sit validum?

2 Clausula non obstan.in priuilegijs inserta quid operetur?

1 PRimò igitur quæro.† Quia suprà visum est quòd contra ecclesias inferiores currit præscriptio quadragenaria: an valeat priuilegium concessum alicui ecclesiæ quod cõtra eam non præscribatur:nisi centum annis,prout olim:iuxta l.si.C.de sacrosanc.eccle? Glo.magna.in d.auth.quas actiones. ver.item: nunquid

nunquid concludit quòd sic: & refert quòd tale priuilegiū fuit alias concessum ecclesiæ Nonantulanæ: & eam communiter sequuntur Barto.& docto.cum restrictione: dummodo in priuilegio sit apposita clausula. Non obstante: & nō aliter: vt ibi latè per Ias.colum.vij.circa med.& seq.& per Feli.in c.nonnulli.in prin.col.xiiij.versi.vj.facit de rescrip.vbi concludit per ea quæ habentur in d.authen.quas actiones. maximè per Bald.col.iij. versi.sed ista glos.& versi.quid ergo.&c.nō valere priuilegium, quòd nulla præscriptio currat contra priuilegiatum: nisi habeat clausulam. Non obstante.

2 † Notandum tamen est, quòd si Imperator cōcederet alicui ecclesiæ priuilegium præscriptionis centenariæ: valet statim quo ad laicos: sed non contra alias ecclesias: quin possint præscribere contra illam quadraginta annis: nisi Papa confirmasset illud priuilegium. Ita decidunt Archi.& Gemi.in c.quo iure.circa fi.viij.dist.quos refert & sequitur Feli.in c.ad audientiam.col.fin.versi.demum not.de præscript.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an aduersus præscriptionem possit restitui in integrum?*
2 *Restitutio vltra quantum tempus competat ecclesiæ à die læsionis?*
3 *Ecclesiæ an ipso iure currat præscriptio quadragenaria data ignorantia?*
4 *Viuente prælato qui bona ecclesiæ malè alienauerit an currat præscriptio?*
5 *Contra prælatum qui passus est præscriptionem potest agi ad emendationem damni.*

1 SEcundò quæro. † Vtrum ecclesia restituatur in integrū aduersus præscriptionem? Gl.& doct.in d.authen.quas actiones.communiter concludunt, quòd ecclesiæ conceditur restitutio aduersus præscriptionem perfectam infrà quadrienniū à tempore læsionis, & completæ præscriptionis.

Hanc conclusionem tenet ibi Bar.col.viij.& Bal.col.ij.versi. sextò quærit glos.& Salic.col.iij.versicu.quærit glos.an contra has præscriptiones. Et firmant Cano.in c.j.de præscript.maximè Panor.col.pen.& vlti.qui istam q.plenè prosequitur: & disputat ad vtranque partem: & ibi latè Fel.plura pro ista conclusione adducens.col.v.versi.dum solenniter: præsertim tria cōsi.
a Roma. a Et no.Iaso.in d.auth.quas actiones col.viij. circa fin.

referens eundem consi.

Eandem conclusionem firmat Panor.in c.auditis.col.iij.de restitu.in integ.vbi attestatur istam esse magis communem: & do.Cardi.in cle.j.in viij.q.col.iiij.& v.de restit.in integ. Et latè Alex.consi.lxxxj.reuocatur in dubium.col.secunda vltra med. quinto volu.

Et quòd non competat ecclesiæ restitutio vltra quadriennium à die læsionis est casus in c.j.de præscript.in vj.& in cle.j. eod.titu.

2 † Sed est notandum quòd istud quadriennium est vtile à principio:idest, quia non incipit à die læsionis, seu completæ præscriptionis:sed à die scientiæ,& sic nunquam currit ignoranti. & ideo appellatur vtile in initio : sed continuum in progressu

b secundum Bald.no.in l.iij.C.si ex fal.instru. [b] Not.plenè Feli.in d.c.j.col.pen.versi.ad illud.de præscript.post Panor.ibi circa fi. commen.Ias.in d.auth.quas actiones.col.ix.versi.vnum tamē: tene perpetuò mēti.& pulchrè do.Fran.de Aret.in propriis ter-

3 minis consi.xv.Reuerendissime domine.col.vlt.vbi firmat,† q ecclesiæ non currit ipso iure tempus quadriennij : data ignorantia.Et hoc satis probat text.secundum eum in c.j.de restit. in integr.in vj.vbi in cursu quadriennij ponderatur negligentia ecclesiæ: quæ non cadit: vbi datur ignorantia.Et clarius in fi.dum dicit,quòd si iusta causa mouet superiorem:potest non obstante lapsu quadriennij restitutionem concedere.Iusta autem causa est ignorantia probabilis : ergo ecclesiæ non currit quadriennium:vt ibi latius per eum.

Eandem conclusionem firmat Alex.in terminis.consi.lxxxj. reuocatur in dubium.v.volu.

4 † Subdit Feli.vbi suprà quòd viuente prælato qui malè alienauit:non currit dictum quadriennium:& dicit ita tenere singulariter Abb.in c.j.de resti.in inte.cū cōcor.ibi per eū adduc. Addo.glo.expressam:de qua Feli.non meminit in c.j.in glo.fin. de restit.in integ.in vj.quam approbant communiter docto.vt ibi per Gemi.col.iij.versi.glo.fin.quærit: qui refert opi.Archid. & aliorum.

Sed ista conclusio non videtur posse procedere tanquam superflua:stante alia cōclusione pro vera quòd viuo prælato: qui malè alienauit,non currat præscriptio contra ecclesiam:vt firmaui suprà in prima limitatione primæ regulæ affirmatiuæ. præscriptionis ecclesiasticæ per text.cum gl.in c.si sacerdotes xvj.q.iij.cum cōcor.ibi adduc.Ergo impossibile est: quòd istud quadrien

quadriennium currat:viuente illo : si præscriptio non currit.& sic non est opus restitutione : vbi non est causata læsio.l.fi.C.in quib.cau.in integ.resti.non est neces.

Et aduertè quòd Pan.in d.c.j.de resti.in integ.per totum non
5 dicit id ad quod Feli.allegat. Bene dicit † quòd contra prælatum:qui passus est præscriptionem: seu cõtra eius hæredes potest agi ad emendationem damni: vt est glos.singu.secundũ eũ in c.placuit.el ij.xvj.q.iij.quam etiã no.Pan.idem repetẽs in c. auditis.col.fi.de præscript.& in c.si de terra de priuil.cum concor.adduc.per Fel.in d.c.j.col.pe.ver.cæterum quando lapsum esset:de præscript.Et hoc debet necessariò intelligi de alio prælato:quàm de illo,qui alienauit:præsupposito prædicta conclusione pro vera.quod in vita prælati qui malè alienauit:nõ currat præscriptio.

ADDITIO.

a Vide plenè eundem Roma.consi.cccvij.cum præsupponatur per totum.& Abb.Pan.consi.xxxij.videtur primo dicendum, quòd præscriptio.iij.col.j.volu.

b Vidè plenius suprà in tertia parte.iiij.partis princip.q.xvij.in calce illius q.vbi pro hac no.conclusio.adducuntur plura consil.Alexan.& Abb.Panor.consi.xxxij.videtur primo dicendum quòd præscriptio.iij.col.j.volu.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia succedens priuato an vtatur priuilegio suo in præscribẽdo?

2 Priuilegiatus succedens alij non priuilegiato an vtatur priuilegio suo in alia materia,quàm præscriptionis?

3 Res fisci vel ecclesiæ perueniens ad priuatum præscribitur vt res priuati.

1 Tertiò quæro. † Quid si ecclesia successit priuato: an vtatur priuilegio suo in præscribendo?

Istam quæstionem tangunt glo.Cyn.Barto.& alij in d.auth. quas actiones:vbi latè Sali.col.iij.versi.quærit gl.quid si ecclesiæ:faciens longam distinctionem:& satis plenè Ias.col.pe.ver. sum in vltima parte glos.

Et ibi communiter concluditur reprobata gl.quòd ecclesia pro tempore præterito vtatur iure priuati.Sed pro tempore futuro vtitur in re ecclesiæ: & sic priuilegio suo:distinguendo & diuidẽdo tempora per tex.not.in auth.quod si in quibuscunq;

C.de præscript.long.tempo.Not.Panor.in d.c.quarta.col.iiij.circa fi.ver.sed quæritur quid si ecclesia successit laico de præscr. vbi refert & sequit.doctri.Bar.& doct.in d.auth.quas actiones.

Quid autem in alio priuilegiato quã in ecclesia:contra qué omnino non currit præscriptio: vel habente priuilegium: per quod præscriptio differtur: si succedit in locum alterius nó priuilegiati iam inchoata præscriptione:quo iure vtatur? Bart.circa hoc ponit doctr.in d.auth.quas actiones.in fi.commen. quá docto.communiter sequuntur:vt ibi per Ias.col.fin.& per Pan. vbi suprà.

2 † Quid autem iuris sit in alia materia,quam præscriptionis: si priuilegiatus succedat alij non priuilegiato:an vtatur priuilegio suo.Et quid econtra:si priuatus succedat priuilegiato:an vtatur priuilegio eius: cui succedit? Dic vt latè habetur in d. auth.quas actiones:maximè per Sali.col.iij.& per Ias.col.pe.& vlt.& vide bonum text.in l.fiscus.cum in priuati.ff.de iur.fis.& in l.Paulus.alias incipit per procuratorem.in fi.ff.de acquiren.

3 hære.Per quem text.no.ibi Bar.† quòd si res fisci, vel ecclesiæ perueniat ad priuatum, præscribitur vt res priuati: & sequitur Sozi.consi.cvj.non potest negari circa prin.

SVMMARIVM.

1 *Laicus si habeat rem communem, seu indiuisibilem cum ecclesia, an contra ipsum præscribatur communi tempore?*

2 *Contra vasallum ecclesiæ præscribitur cõmuni tempore saluo iure ipsius ecclesiæ.*

3 *In bonis communibus prælato & capitulo an currat præscriptio vacante sede?*

1 QVartò quæro.† Vltra quæstiones tactas in d.auth.quas actiones.Quid si laicus habet rem communem & indiuisibilem cum ecclesia puta seruitutem viæ:an contra laicũ præscribatur communi tempore.

Respondeo quòd non:sed conseruatur ius suum,propter ecclesiam datur indiuisibilitas iuris.arg.tex.no.in l.si communé. in prin.ff.quem ser.amit.& est bona gl.in simili.in c.j.in glos.fi. de iure patro.lib.vj.vbi ita decidit in terminis Ioan.And.in nouella. Dicit tamen quòd vbi posset præscribi contra laicum iure ecclesiæ illæso:q̃ sufficeret præscriptio cõmunis.Sequitur Pa.in d.c.de quarta.col.iiij.ver.sed circa prædicta:& facit secũdũ eũ quod notatur in c.volumus.xvj.q.iij.in c.ad audiẽtiã.de præscript.

2 præscript. † vbi contra vasallum ecclesiæ præscribitur communi tempore: saluo remanente iure ipsius ecclesię: & dixi suprà in secunda limit. tertiæ regulæ.

Ex quo infert Panor. in d.c. ad audientiam. quòd contra priuatum habentem rem communem cũ ecclesia Romana currit solum præscriptiò centenaria. & ante ipsum hæc fuit decisio. Inno. ibi: & dicit idem Panor. in c.j. de præscrip. per tex. in d.
3 l. si communem. † quòd in bonis communibus prælato & capitulo non currit præscriptiò vacante sede: & ibi pulchrè & copiosè scribit Fel. col. iij. & iiij. circa tex. in d.l. si communem: quem appellat aureum: & per illum ponit multifarias decisiones peculiares: & vltra Felin. prædictam conclusionem firmat per plura Alex. consil. cxxij. viso puncto. iiij. col. iiij. volum. vbi prædicta refert.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an in rebus patrimonialibus gaudeant præscriptione quadragenaria?*
2 *Clerici in rebus patrimonialibus non gaudent priuilegiis ecclesiæ.*
3 *Ecclesia gaudet priuilegiis fisci.*
4 *Ecclesia æquiparatur minori, & pupillo, & fisco.*
5 *Ecclesia potest vti & gaudere iure imperij.*

1 QVintò quæro. † An clerici in rebus patrimonialibus gaudeant præscriptione quadragenaria. & sic priuilegio ecclesiæ: dic breuiter quòd nõ, quia contra clericum in patrimonialibus bonis præscribitur iure communi: nec in his gaudet clericus præscriptione quadragenariâ. glo. est not. & repu. sing. in c. possessiones. xvj. q. iiij. not. Panor. & Feli. in c. ij. in fi. de prę- scrip. & Panor. in c.j. col. iij. de consue. & plenius in c. si diligenti. in vlti. q. de præscrip. Salic. in d. authen. quas actiones. in fin. commen. & d. Philip. Franc. in c.j. col.j. in fi. de præscrip. in vj. & Roma. in notabilibus. fol. 14. col.j. eandem conclusionem firmat Imol. in repeti. c. fi. col. v. de præscript.

2 † Ex quo infertur quod clerici pro bonis patrimonialibus non gaudent priuilegio ecclesię. De quo vide per Panor. in ca. venerabilis. col. ij. de iudi. & plenè per eundem: & alios Cano. in c. ecclesia: & ibi latissimè Felin. col. iiij. & v. de constitut. per Rom. in singularibus suis. 437. fol. 14. colum. j. incipien. tu scis. vbi minus perfectè loquitur. In quibus locis fit cõmunis conclusio

clusio.quod clerici in patrimonialibus nō gaudent priuilegiis ecclesiæ:nisi in casibus à iure expressis,contra Rom.vbi suprà.

3 † Postremò not.quòd ecclesia gaudet priuilegiis fisci:vt per Panor.in c.pe.col.iij.de iudi. Nam bona ecclesiæ dicuntur publica.c.quid ergo.xxiij.q.iiij.& ibi est text.cum glo.quòd ecclesia appellatur respublica.& ideo ecclesia & respublica à pari procedunt: vt ibi probatur : & in l.fin.C.de sacrosanc.eccles. Not.Feli.in c.nonnulli.in princ.col.xxj.de rescrip.dicens quòd bona ecclesiæ appellantur esse reipublicæ : & quòd fauor qui reipublicæ debetur:& maior debetur ecclesiæ.

4 † Addo quòd ecclesia æquiparatur minori & pupillo.gl.not. in l.respublica:& ibi not.Bar.& alij.C.ex quib.cau.maio.& tex. cum glo.in c.auditis.in fi.in verbo minoris.& ibi per Cano.de restitut.in integr.

Et quòd æquiparetur pupillo: vult gloss.not.in l.libertos:in verbo administrauerint.C.de excus.tuto.licet glo.in d.c.auditis.dicat quod ecclesia bene æquiparatur minori vigintiquinque annis:sed non pupillo.Sed quod imo æquiparetur pupillo: volunt glo.iuris ciuilis prææallegatæ:& firmant Ioan.Fabr. Angel. Aret.& do. Iaso.in §.ex maleficiis.col.iiij.vbi latè de hoc institut.de actio.

Item ecclesia æquiparatur fisco. Glo.repu.sing.in l.si procurator.§.fin.in verbo.soluto.ff.de ius.fisc.Not.Iaso.vbi suprà.

5 † Adde fortius quòd ecclesia gaudet,& potest vti etiam iure imperij.vt vult glo.in d.c.auditis.in verbo iure minoris.

Et sic omnia priuilegia tributa imperio debent extendi ad ecclesiam,secundum Panor.ibi circa fi ij.col.versic.ij.not.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptiones iudiciales an currant contra ecclesiam?*
2 *Termini siue præscriptiones iudiciales contra quos indistinctè currant?*
3 *Minori currunt tempora præscriptionis.*
4 *Minor vel ecclesia an aduersus lapsum instantiæ in integrum restituantur?*

1 SExtò quæro.† & ista q.non tāgitur in d.authen.quas actiones.an contra ecclesiam currant pręscriptiones iudiciales: vt decem dies dati ad appellandum.authen.hodie.C.de appel. Vel instantia triennalis.de qua in l.properandum.in princ.C. de

de iudi.cum ibi not.Vel tempora fatalia appellationis:de quibus in authen.ei qui.C.de tempor.appel.& in capi.ex ratione.
2 de appel. Conclusiuè dico quòd termini siue præscriptiones iudiciales indistinctè currunt contra ecclesiam: contra minores,& contra omnes. Sed minor & ecclesia restituuntur in integrum ad appellandum, & aduersus istas præscriptiones iudiciales:si petatur:excepta tamen instantia iudiciali: vt infrà dicam.text.est quo ad minores.in l.j.& ibi not.Bart.C.si sæpi. in integ.restit.postu.& in d.l.properandum.§.fi.& ibi not.doct. præcipuè Alex.& Iaso.C.de iudi.& in authen.de appel.& infra quæ tempor.§.j.vbi dicitur, quòd tempus appellationis currit minoribus:& plenè not.glo.& docto.in l.fi.C.si aduer.rem iud. Idem est in ecclesia per casum.in c.coram.& in cap.auditis.de resti.in integ.& ibi not.Panor.in vj.& vij.not.& in c.fi.col.vlti. in ij.not.eo.tit.& in c.cum inter.de re iudi.dicens quòd ecclesia restituitur aduersus præscriptiones iudiciales;id est aduersus terminos exclusiuos probationis fiendæ seu exceptionis proponendæ:licet currant mero iure. Pro qua conclusione est bonus tex.in clementi.j.& ibi glo.de restit.in integ.

Nec prædictis obstat text.in l.fi.C.in quib caus.in integ.restit.non est neces.vbi dicit,quòd minori non currunt tempora
3 præscriptionis : quia ille text.loquitur in præscriptionibus extraiudicialibus: & non habet locum in præscriptionibus iudicialibus. Illæ enim indistinctè currunt aduersus omnes : licet detur restitutio minori & ecclesiæ secundum Bar.& Panormi. vbi suprà,& gl.& doct.in l.fi.C.si aduers.rem iudi.& not. Ange. Alex.& doct.Ias.in d.l.properandum.in fi.in ij.not.
4 † Fallit prædicta conclusio in vno casu : videlicet respectu instantiæ iudicialis:quia minor & ecclesia non restituuntur in integrum aduersus lapsum instantiæ.Sed habent actioné contra ipsorum administratores:nisi in subsidiũ : illis existentibus non soluendo.tex.in d.l.properandum.§.fi.& ibi not.docto.qui tex.procedit etiam in ecclesia secundum do.Card.in clem.j.in x.q.de restit.in integ.Salic.Alex.& do.Iaso.ibi.in ij.not.

De qua materia;quomodo tempora currant minoribus : & an in hoc minor & ecclesia à pari procedant? dicam latius in vlt.parte principali proximè seq.in j.articu.in xxiij.casu.Nunquid autem contra ecclesiam vacantem currat præscriptio:dicam etiam in seq.parte.ij.arti.in iiij.casu.

Ex præmissis remanet plenè discussa materia authent.quas actiones.C.de sacrosanct.eccle. In qu as moder.ibi satis sicco vestigio

vestigio transiuerunt respectu præscriptionis ecclesiasticæ: de qua principaliter tractat ille text. intenti magis ad materiam extensionis: quam ibi tradunt Bart. & Doct. & quia hic melius cadit: subiiciam aliàs quæstiones concernentes iura spiritualia & ecclesiastica extra materiam. d. authent.

SVMMARIVM.

1 *Ius decimandi, aut ipsa decima an præscribi possint?*
2 *Libertas non soluendi decimas an possit præscribi?*
3 *Consuetudo dandi maiorem vel minorem partem pro decimis, an valeat sine approbatione Papæ?*
4 *Consuetudo excusat à præstatione decimarum personalium.*
5 *Consuetudo quòd nulla soluatur decima de fructibus terræ an sit valida?*
6 *Ecclesia laudabiliter non debet requirere decimas, vbi sine scandalo nequit exigere.*
7 *Libertas non soluendi decimas, an possit præscribi contra laicum de ipsis infeudatum ab ecclesia?*
8 *Consuetudo minuens quotam decimarum an sit valida?*
9 *Consuetudo Theutonicorum soluentium certas mensuras pro decimis: siue aliquid colligant, siue nihil, an valeat?*
10 *Decima de quibus solui debeat de iure communi?*
11 *Lex positiua potest distinguere & modificare legem diuinam, sed non in totum tollere.*
12 *Decimæ prædiales tempore suo non petitæ, an postea peti possint?*
13 *Ecclesia an possit præscribere contra ecclesiam ius decimandi, & decimas percipiendi ex prædiis in parochia constitutis?*
14 *Laicus an possit acquirere ius percipiendi decimas per præscriptionem ita quòd sibi soli soluantur?*
15 *Laici non possunt præscribere spiritualia.*
16 *Regula, quòd spacium tanti temporis cuius initij memo. &c. operatur idem quod priuilegium, quo casu limitatur?*
17 *Regula, quòd ea quæ sunt quæsibilia priuilegio, possunt quæri præscriptione quo casu non procedat?*
18 *Laici conuersi possunt dici religiosi, ex quo possunt iura spiritualia præscribere: quia non sunt omnino laici.*
19 *Laicus non potest præscribere decimas contra ecclesiam: nec ius decimandi acquirere præscriptione, nec consuetudine.*
20 *Laicus qui non docet de priuilegio ad hoc, vt se tueri possit præscriptione aduersus ecclesiam plura concurrere debent.*

Laici

12 *Laici licitè tenent decimas ante concilium Lateranen. in feudum concessas.*

22 *Laicus non potest præscribere ius decimandi in præiudicium ecclesiæ.*

1 SEptimò igitur quæro.† An decimæ seu ius decimãdi [a] præ-
a scribi possint? Istam q. subdiuido in tres.

Prima est, an possit spacio alicuius temporis acquiri libertas à solutione decimarum consuetudine, vel præscriptione in totum, vel in parte: & sic an ius decimãdi tolli, vel minui possit præscriptione, vt non soluatur decima: vel minus soluatur?

Secunda quęstio est: an ecclesia possit præscribere decimas, seu ius percipiendi decimam in parochia alterius?

Tertia q. est an laicus possit acquirere decimas: hoc est ius decimandi per præscriptionem: vt sibi soluatur decima: & non ecclesiæ: cui de iure debetur?

2 Prima quæstio est valde ardua.† an possit præscribi libertas non soluẽdi decimas: quam. q. diffusè examinat Host. in summa de decim. §. & vtrum præscribi possit. versi. vij. quæro. col. x. cum multis seq. & tangitur per Butr. & Imol. in c. statuimus. ad fi. de transac. per Panor. in rub. de deci. & in c. in aliquibus. vbi text. cum gl. eo. tit. Hanc. q. latè disputat do. Ant. de But. in c. parochianos. de deci. per plures col. & examinatur ista q. in pluribus aliis locis adductis per Feli. in c. causam. quę. in prin. com men. de præscri. In quibus locis abundè disputatur: an decimæ hodie debeantur ecclesiis iure diuino, vel positiuo? & concludit Feli. vbi suprà quòd in decimis personalibus: quæ non sunt debitæ de iure diuino: sed introductæ de iure positiuo: de quibus in c. non est in potestate. & c. ex transmissa. de deci. & latè per Host. in summ. de decis. §. quot sint. & §. seq. & §. & qualiter. consuetudo non soluendi illas excusat: dum modo rationabilis. Sed in his quæ sunt de iure diuino: vt prædiales, quas deus sibi reseruauit in signum vniuersalis dominij. c. tua nobis. & c. cum non sit in homine. decim. & cap. reuertimini. xvj. q. j. nulla consuetudo excusat: nec etiam tollerantia Papæ: vt per Felin. in d. c. causam. circa princip. post Petr. de Anchara. consil. cxcij. Magnifice & illustris princeps. j. col. & videtur Feli. in d. c. causam. col. j. reprobare opi. illorum qui dicũt, quòd valet consuetudo super quota: & non super tota: scilicet vt soluatur vigesima, vel trigesima loco decimæ: sed non valet cõsuetudo: quòd nihil soluatur: & fuit opi. beati Tho. de Aqui. qui dixit decimas non

non posse præscribi in toto, sed in tanto: & sic potest præscribi quota: sed nõ tota secundum eum: vt refert Bal. in l. comperit. C. de præscri. xxx. ann. licet Feli. non adducat: quæ opin. etiam displicet Host. in loco præalleg. vt ipse refert.

Et vltrà Feli. istam opi. reprobat glo. in d. c. in aliquibus. quæ dicit quòd si consuetudo est, quòd detur duodecima pars, vel minor, talis consuetudo non sufficit, nisi sit approbata à Papa.

3 † Fallit secundum Feli. in clericis, seu in ecclesiis habentibus prædia in parochia aliena; quia licet de iure teneantur illi parochiæ soluere decimas excepta dote ecclesiæ. c. ij. vbi glos. repu. sing. de decim. & c. dilecti. c. suggestum. c. ex parte. c. commissum. cùm multis simi. de deci. in quibus apparet quòd ecclesia, & quæcunque religiosi tenentur soluere decimas alteri ecclesiæ, pro prædiis: quæ possident in eius parochia: nisi sint exempta, vel exempti per priuilegium. Tamen possunt clerici, & religiosi, seu ecclesiæ prescribere libertatem non soluendi: vt not. gl. fi. in fi. in d. c. in aliquibus. de decis. & in c. quia cognouimus. x. q. iij. quæ gl. dicunt quòd clerici vel ecclesia contra clericos: nedum partem præscribere possunt, sed etiam totam decimam: & ita simpliciter transit Felin. in dicto cap. causam. quæ colum. j.

Sed pro veritate plenius discutienda huius quotidiani articuli facio tres conclusiones.

4 † Prima conclusio est, quòd consuetudo excusat à prestatione decimarum personalium: cum non sint debitæ de iure diuino vt concludit Feli. in d. c. causam. & hoc dummodo consuetudo habeat sua essentialia requisita: de quibus in c. fi. de consuetu. licet aliqui teneant, quòd etiam personales sint de iure diuino, vt per Panor. in d. c. in aliquibus. col. pen. Tamen communiter theologi tenẽt oppositum: vt apparet ex ibi no. & per But. in d. c. parochianos.

Et istam conclusionem firmat Archi. in c. quicunque. el primo. xvj. q. vij.

5 † Secunda conclusio est, quòd non valet consuetudo: quòd nulla soluatur decima de fructibus seu frugibus terræ: & sic ꝙ non potest præscribi tota, seu in toto quo ad decimas prædiales: ita vt nihil soluatur: quia sunt debitæ de iure diuino: quod non potest in totum tolli: vt latè per But. & Pan. in d. c. in aliquibus. col. vlti. & in d. c. parochianos. col. vlti, qui istã conclusionẽ comprobant per auctoritates quatuor doctorum ecclesiæ Gregorij, Ambrosij, Hieronymi, & Augustini: quæ habentur in c. reuerti

reuertimini.xvj.q.j. & in c.maiores.& in c.quicunq;. xvj.q.vij. & in c.apostolicis.xvj.q.j.

Eandem conclusionem firmat Alex.in cõsil.lx.Romana ecclesia.iiij.vol. Et ita procedit quòd voluit Bar.in l.cõperit.in prin.cõmen.per illum text.C.de præscri.xxx.an.vbi dicit quòd contra præstationẽ decimarũ non præscribitur,quod debet intelligi: videlicet in totũ:vt nihil soluatur.Et ideo dixit Gemi. in c.ij.de præben.in vj.ꝙ licet laicus non soluerit decimas per centum annos:ꝙ nihilominus tenetur soluere: quia non præscripsit:refert Barb.cõsi.xxxv.sapienter scribitur col. vij.ij.vol.

Istam conclusionem firmat etiam Fulg.cõsil.clxvj.in q.quæ vertitur.col.j.circa med.

Sed est notãdum secundum opi.beati Tho.de Aqui.& aliorum Theolo.quã refert Archi.in locis proxi.allegatis.& solennis cano.Hẽri.Bohic.in c.peruenit.col.fi.de deci.ꝙ vbi de consuetudine decimæ non soluũtur:non peccãt non soluẽtes: nisi propter obstinationem animi:vt si haberẽt animũ obstinatum ad non soluendũ:etiam si ecclesia peteret:vel præciperet:quia tunc tales peccarẽt mortaliter.Erũt ergo excusati non soluentes propter consuetudinẽ ratione præteritarum decimarum: & futurarum: quousque petantur.

Et dicit Pan.in d.c.in aliquibus circa fin.quòd hæc opi.multum sibi placet:ne tanta multitudo pereat.

6 † Dicit etiam beatus Tho.ij.ij.q.lxxxvij.quòd licet ecclesia posset requirere decimas:vbi de consuetudine non soluuntur: tamen laudabiliter non requirit:vbi sine scandalo requiri non possunt.refert Archi.in d.c.quicunq;.& Alberi.de Rosat.in suo dictionario. in vèr.x. colum.vj.

Et hæc procedunt respectu ecclesiæ.

7 † Sed an libertas non soluẽdi decimas possit præscribi contra laicum de ipsis infeudatum ab ecclesia, vel habentem ex priuilegio aut consuetudine ius percipiendi decimas:& quanto tẽpore? vide pulchrè per Rapha.Cu.consi.lxxxiij.quia causa decimalis per totum: vbi decidit.dubitatiuè tamen,ꝙ contra laicum libertas non soluendi decimas præscribitur. x. vel xx. annis: vt in cæteris seruitutibus præcipuè in vsufructu.Vel saltem sine dubio per tantum tempus: cuius initij.&c.& ibi concludit ꝙ causa decimalis potest agitari in foro seculari, & ꝙ subiicitur statutis laicorum:quando decima petitur per laicũ.

8 † Tertia conclusio est ꝙ valet consuetudo minuens quottam decimę:& sic ꝙ potest præscribi quotta:sed non tota:vt ꝙ

ſoluatur xx.xxx.vel 50.loco decimæ vt decidit beatus Tho.de Aqui.relatus per Cy.& Bal. in d.l.cõperit.C.de præſcr. xxx.an. Et hæc conclusio videtur probari per text. in d.c.in aliquibus. de deciſ. vbi dicitur ꝙ illæ decimæ neceſſario ſunt ſoluendæ: quæ debentur ex lege diuina, vel loci cõſuetudine approbata. & licet gl.ibi & Inn. teneant cõtrarium reſpondendo ad illum text.& dando intellectum. vt per eos. Tamen Pan.ibi,col.vlti. ver.ſed pro contraria parte:dicit ꝙ iſta pars videtur benignior & ęquior.ſaltem:vt tot homines damnentur : & dici poteſt ſecundum Pan.quòd cum Papa expreſſè non reprobet talẽ conſuetudinem locorum. iura canonica quæ dicũt ꝙ decimæ debent ſolui cum integritate:locum habent in locis,vbi pro maiori parte decimæ integræ ſoluuntur:& non in aliis.

9 † Ex quo infert Pan.in d.c.in aliquibus. in ver.aliqui fuerũt in opin.ꝙ valet conſuetudo Theutonicorum: qui pro decimis ſoluunt certas menſuras:ſiue coloni aliquid recolligant : ſiue non.& ratione incertitudinis,cum eccleſia poſſit ſe habere ad damnum & lucrum.talis conſuetudo eſt toleranda.& hæc fuit originalis opi.Vincẽtij in d.c.in aliquibus.ita intelligẽtis,text. vt refert Panor.qui ſubdit not.bene hanc opi.quam non repeᵱrio per aliquem reprobatam.

Addo quòd iſtam opi.Vincen.ante Pan.referunt & ſequuntur Ioan.And.in d.c.in aliquibus.in fi.cõ.& d.Ant.de Bur.

Et viget talis conſuetudo in aliquibus locis Pedemontium. in quibus ſolui conſueuit certa menſura pro quolibet aratro nomine decimæ : & valet ſecundùm prædictam opinionem quàm omnes approbant.

Et quòd decima poſſit minui per conſuetudinem : & ꝙ non ſint ſoluendæ decimæ : niſi conſuetæ probare videntur multa iura.maximè tex.in c.cõmiſſum. in verbo. cum ea integritate ſoluant,qua prius.& in c.dilecti. in verbo.de quibus conſueuerunt.& in c.cum ſint.in verbo. ad conſuetudinem duximus recurrendum,& in d.c.in aliquibus. in fi.ibi ſecundum loci conſuetudinem approbatam. extra de deci.

Per quæ iura Sozi.firmat hanc concluſionẽ pro laicis conſi. cxlv.circa primũ conſultationis articulũ in fi.ij.col.Ex quibus iuribus maximè ex text.in d.c.cõmiſſum.apparet reſponſio ad iura:quæ dicunt,ꝙ decimæ debent ſolui cum integritate:quia intelliguntur de conſueta:& qua prius ſoluebantur.

Eandem concluſionem , ꝙ conſuetudo poſſit minuere decimam:confirmat idem Sozi.cõſi.ccxcvij.viſo priuilegio conceſſo

ceſſo ordini. col.j.& ij. vbi not. concludit in verſi.iij.iſta concluſio: ꝙ quando in loco conſueta eſt ſolui certa menſura non commenſuranda ad aliquam quottam fructuũ loco decimæ: & non decima: per tantũ tempus cuius initij. &c. videtur præſumendum, ꝙ ex conſenſu & conuentione inita cũ parochianis talis menſura fuerit ſoluta. ſiue ꝙ ſuper hoc fuerit facta legitima compoſitio ad formam. c.ſtatuimus. de tranſac.cum ibi not.quia tantum tẽpus habet vim conſtituti, & priuilegij.l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.& c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verb.ſign.cum concor.Et idem dici poteſt, vbi ſoluitur.xx.vel xxx. loco decimæ per tempus. de quo ſuprà, vt ex lapſu tanti temporis legitima compoſitio præceſſiſſe præſumatur ad formam d.c.ſtatuimus. Eandem opi.tenet Paul.de Caſt.conſi.ccccxxiiij.in cauſa decimali.circa med. in
10 antiq. † vbi dicit quòd de iure communi decima non debet ſolui, niſi de his, de quibus & prout ſolui conſueuit. ad hoc allegans Bartol.in l.litibus. C.de agri. & cenſib.libr.xj. Eandem etiam firmat Fulg. conſil.clvj.in q. quæ vertitur.colum.j.vltra med.dicens quòd ſicut per priuilegium poteſt minui decima. cap.à nobis. de deciſio. & ibi not. ita etiam per lapſum tanti temporis, cuius initij non extat memoria, quod æquiparatur priuilegio. dicto cap.ſuper quibuſdam.§.præterea.cum ibi not.bene facit text.not.in l.imperatores.§.fin. ff.de pollici. ibi etenim tollerabilia ſunt, quæ vetus conſuetudo approbat. & in l. cum ſatis.verſic.caueant.C.de agri.& cenſib.lib.xj.vbi dicitur quòd cõtra antiquam conſuetudinem in præſtandis cenſibus nihil debet innouari.

Tandem iſtam partem approbat beatus pater frater Ang.de Clauaſ.in ſumma ſua in verbo decima.§.ſi.circa ſi.concludẽs, quod ſi miniſter eccleſiæ indiget propter ſubſtentationẽ,& petit decimam, ꝙ non excuſantur parochiani propter conſuetudinem contrariam.ſi autem non indiget:tenentur ſoluere : ſecundum quòd conſuetudo ſe habet : vel x. vel xx. aut xxx. aut ſi nihil ſoluitur, excuſantur : dummodo conſuetudo ſit præſcripta.

Quod vltimum debet intelligi à decimis preteritis, ſed non à futuris : vbi nihil ſoluitur loco decimæ. per ea quæ dixi in j. concluſione.

11 †Cõfirmatur iſta cõcluſio tali fundamẽto:quia dato ꝙ decimæ debeãtur de iure diuino:tamẽ lex poſitiua poteſt diſtinguere,& modificare legẽ diuinã : licet nõ in totũ tollere: vt volunt

gl.& doct. in l.fin.C.si contra ius,vel vti pub. & in terminis est casus in c.à nobis.& ibi not.de deci.vbi per priuilegium potest remitti quota decimę:ergo pariter hoc poterit cõsuetudo:quę æquiparatur priuilegio:vt latè per Alex.cõsi.lxxiiij. videtur ꝙ tota difficultas.ij.col.iiij.vol. vnde sequitur ꝙ per consuetudinem legitimè præscriptã,& habentem sua requisita:de quibus in c.fi.de cõsue.potest minui decima, licet non tolli in totũ. Et ex quo est contra ius requirũtur.xl.an.vt plenè not. in d.c.fi.& maximè concurrẽte tãto tẽpore , cuius initij nõ est memoria: quod habet vim priuilegij.vt modo dixi.Bene faciunt not. per Pe.de Anch.in c.possessor. col.v.de re.iu.in vj.vbi ꝑ plura probat, ꝙ lex ciuilis & canonica cõstitutio interpretatur ius naturale,quod dicitur ius diuinũ.c.ius naturale.j.di.addẽdo:modificando:distinguẽdo:declarãdo:extendendo:vt ibi latè per eũ. Ergo idẽ potest cõsuetudo:quæ dicitur lex nõ scripta.l.de qui-
12 bus.cũ cõcor.ff.de legi. †Sed est vnũ perpetuo,& singulariter notandũ pro laicis in hac materia præscriptionis decimarũ. ꝙ si decimæ prędiales suo tẽpore.id est recollectionis fructuũ nõ fuerint petitæ nõ possunt amplius peti : quia ad ipsas quis non tenetur nisi suo tẽpore petãtur.istud fuit singulare dictũ Arch. in c.j.de deci.in vj.quòd referunt dominij de Rota sub titu.de decimis. decis.j.in antiq.incipien.not.ꝙ vbi petuntur decimæ. & est col.vj.in impressis.& licet Rota ibi nõ benè videatur firmare:tamen non impugnat opi.Archi.nisi argumentatiuæ. Ex quo singulariter decidit, ꝙ si petãtur decimæ tẽporis pręteriti: quis non tenetur soluere:nisi ecclesia ostendat, ꝙ decimæ fuerint petite.Et sic quis nõ tenetur pro decimis præteritis : nisi à tempore petitionis siue interpellationis. Et hoc singulare dictũ refert & sequitur Feli.in c.si autẽ.col.iiij.ante me. de rescr.

Non ob.licet ipse non dicat quæ habentur in c.reuertimini. & in c.quæsti.xvj.q.j. vbi habetur ꝙ decimæ sunt inferẽdæ, in horrea clericorum:quia hoc debet intelligi dũmodo petantur tempore suo : vel quando sic se habet consuetudo secundum Hosti.in sum.de deci.§.xvj.circa fi.vbi prædictam opi. firmare videtur : licet Feli.non alleget.

Et hoc dictum intelligo procedere vbi adest consuetudo quod non soluantur decimæ:nisi petantur,& requirantur.aliàs obseruanda esset consuetudo loci per iura præallegata. facit text.in l.si publicanus.§.fin. ff.de publica.

Quando autẽ de cõsuetudine non cõstaret, haberet locum prædicta decisio. & ex his remanet expedita prima quæstio,

an

an decimæ possint præscribi extinctiue in totum, vel in parte.

13 † Secunda quęstio est, an ecclesia possit præscribere contra ecclesiam ius decimādi, & decimas percipiendi ex prædiis in parochia alterius constitutis? In qua.q.cōcludo quòd sic, concurrentibus requisitis: vt per Hosti.in sum.de deci.§.& vtrum præscribi possint: vbi ponit an eo casu exigatur titulus, & est casus in c.j.de præscri.in vj. & ibi not.gl.& doct. quod vna ecclesia præscribit ius percipiendi dècimas contra alteram, & in aliena parochia spacio.xl.ann.cum titulo & bona fide.& idem probatur in c.apostolicæ.& in c.cū contingat. vbi no.Pan.in ij. not. & rationē assignat de deci. Vel per tantum tempus cuius initij memoria nō extat:quia ius cōmune resistit.vt dicit text. in d.c.j.& in c.ad decimas.de resti.spo.lib.vj.& not.d.Car.cōsi. lxxxviij.consultus ego Franci.circa princ.

Addo Speculatorem in titu.de pręscrip.colum.ij.versic.item licet laicus.in iiij. parte: vbi dicit, quòd quamuis laicus non possit præscribere decimam: quia non potest possidere:tamen ecclesia bene præscribit contra ecclesiam. si habet titulum & bonam fidem.

14 † Tertia quæstio est:an laicus possit acquirere ius percipiēdi decimas per præscriptionē, ita ꝙ soluātur sibi & non ecclesiæ?

b tex.in c.causam.quæ de præscri.[b] decidit: ꝙ laicus non potest præscribere decimas:cū illas possidere nō possit, tanquam ius spirituale, cuius laici sunt incapaces.c.Messana.& c.sacrosan. de elc.& dicit Panor.in v.c.causam.in j.no.per illū tex.ꝙ nulla temporis præscriptio iuuat laicū in istis spiritualibus, ponderando illam literā:quæ non restringit se ad præscriptionē certi temporis, sed dicit indistinctè.non obstante temporis præscriptione. & illum text.inducit ad probādum not.dictum Io.Mo.

15 & Io.And.in c.ij.de præbēn.lib.vj.vbi dicunt, † quòd laici non possunt præscribere spiritualia: etiam per tantum tempus, de cuius initio memoria non extat.& est ratio:quia cùm illa possidere non possint: vt ibi: ergo nullo temporis cursu possunt præscribere.quia sine possessione non procedit præscriptio: vt in cap.sine possessione. de regu. iur. in vj. quod dictum refert etiam & sequitur idem Panor.in pluribus aliis locis ibi relatis per Feli.col.j.versi.signa theoricam. & sequuntur communiter doct.quos refert Feli.

Vltra quē addo Pan.in c.fi.col.viij.ver.v.requiritur.de cōsue. vbi hoc singulare dictum Ioā.Moli.& Ioan.And.bene explicat dicens, ꝙ sicut ex præscriptione laicus nō potest acquirere ius

ſpirituale.ita nec ex conſuetudine:etiam per tantum tempus, cuius initij.&c.

Hinc dicit do.Cardi.relatus per Felin.in d.c.cauſam.conſil. lxxxviij.capitulum Ciuitatenſe.quod licet eccleſia præſcribat alienas decimas cum titulo.Vel ſolo tempore, cuius initij.&c. c.j.de præſcript.in vj.non tamen laicus:quia illud tempus non poteſt eum facere capacem.& per hoc ſingulare dictum limitantur duæ regulæ.

16 † Primò limitatur regula quæ habet quòd ſpatiũ tanti temporis cuius initij.&c.operatur idem,quod priuilegium.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verb.ſign.& latè dixi ſuprà in iij.parte prin.col.xxviij.cum dua.ſeq.Quia fallit quando præſcribẽs eſt incapax.& ita limitat Feli.in d.c.cauſam.col.j.& iſtud vltra Panor.& Feli.fuit de mente Hoſti.in ſumma de deci.§.& vtrũ. verſic.tertio quæritur.col.ix.in prin.vbi tradit intellectum ad text.in d.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.Et ante Feli.ſic declarat Barbat.conſi.xxxv.ſapienter ſcribitur.col.vij.in princi.in ij. parte dicens,quòd illud quod eſt quæſibile priuilegio:eſt quæſibile tempore , cuius initij.&c.data capacitate poſſidentis. vt probatur in d.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.alias ſi poſſidens non eſſet capax,licet per mille milia dierum poſſediſſet non præſcriberet : nec acquireret ius in ea re , cuius eſt incapax. vt probatur in d.c.cauſam quæ.& ibi circa medium illius.vij. col.ponit intellectum,& reſtrictionem ad illud ſingulare dictũ Io.Mo.& Io.Andr.in d.c.ij.de præben.in vj.

17 † Secũdò limitatur alia regula,quæ habet,quod ea quæ ſunt quæſibilia priuilegio poſſunt quæri præſcriptionẽ c.duo ſimul. de offi.ordi.Quia non procedit in his,quæ de iure poſſideri nõ poſſunt.nam data incapacitate poſſidentis poteſt operari priuilegium principis.& non præſcriptio.

Primum probatur ex no.in c.quãuis ſit grauè. & in c.prohibemus.de deci.Secundum probatur in d.c.cauſam.& ibi latius declarat Panormi.& aſſignat rationem diuerſitatis.& declarat Barba.præalleg.conſi.xxxv.De qua regula,an quæſibile priuilegio,ſit quæſibile præſcriptione.& qualiter procedat.Vide plenè per Feli.in c.accedentes.col.iiij.cum ſeq.de præſcript.& ſpecialiter in iij.fallentia.vbi ponit quando lex expreſsè reſiſtit præſcriptioni,an tunc procedat illa,cuius initij non extat memoria. Ex prædictis colligitur concluſio ſeu regula generalis, quod laicus non poteſt præſcribere iura ſpiritualia : quia illa poſſidere nõ poteſt:ergo nec pręſcribere:vt in c.ſine poſſeſ.&c.

Ampliat

Ampliat Panor.in d.c.causam.istam cōclusionem procedere etiam in non merè spiritualibus : vt in iure patronatus:de quo dicetur in ij.q.seq.

18 † Postea limitat prædicta procedere:in puris laicis.conuersi autem laici, secundum eum : licet non debeant tractare cum clericis spiritualia:tamen possunt iura spiritualia præscribere: quia non sunt omnino laici:sed possunt dici religiosi. Ad hoc allegat tex.no.cum gl.in c.ex eo.de elect.lib.vj.& no.per Inno. in c.ij.de insti. Addo bonum text.cum glos.in c.non dubium.de sent.excom.vbi glo.concludit,quod conuersi cuiuslibet ecclesiæ,siue regularis siue secularis dicũtur personæ ecclesiasticæ.

Contrarium voluit Barto.in auth.ingressi.col.j.versi.expeditus de contrariis.C.de sac.san.eccle.dicens quod conuersus ecclesiæ secularis,quanquam dedisset se & sua:non efficitur religiosus:& pro hoc dicit esse text.cum glos.in c.vt lex continentiæ.xxvij.q.x. Sed illa glo.vult potius contrarium:quando conuersus renuntiauit propriis transeundo ad ecclesiam secularẽ: dedicando se & sua.

Ideò pro concordia,dic vt per Pan.in d.c.non dubium.circa fi.referentem.do.Host.& per Feli.post Panor.in c.in præsentia. col.ij.versi.in text.ibi obtulit se.&c.de proba.qui ponit de multis generibus conuersorum & oblatorum : & quæ sit differentia inter conuersos & oblatos.

19 † Stat ergo firma conclusio per prædicta quod laicus nõ potest præscribere decimas contra ecclesiam: nec ius decimandi acquirere præscriptione vel consuetudine:ita vt sibi soluantur:& non ecclesiæ:etiam spatio tãti temporis,cuius initij memoria non extat:licet sibi possint ex priuilegio apostolico cõpetere: si ei vel maioribus suis concessæ fuerint per sedẽ Apostolicam,vel si fuerint laico per ecclesiam in feudum concessæ ante consilium Lateranense.c.prohibemus.& c.quãuis sit grauè.de deci.& c.cum apostolica.de his quæ fi.à præla.& sic possunt quæri priuilegio:& non præscriptione.vt prædixi.

Limita istam conclusionem duobus modis.

Primò nisi cum possessione tanti temporis concurrat fama priuilegij : quòd laico fuerint concessæ decimæ: vel quòd de ipsis fuerit infeudatus.ante concilium : quia tunc præsumitur pro priuilegio.nec tamẽ sufficeret probare tempus : nisi etiam probaretur de fama priuilegij.secundum But.Car.& Imo.in d. c.cum apostolica.de his quæ fiunt à præla.refert Fel.in d.c.causam.col.j.versi.limita dupliciter.

Sed aduertè quod ad hoc vt laicus, qui non docet de priuilegio habito ante concilium Lateranense possit retinere decimas, & se tueri præscriptione aduersus ecclesiam illas vendicantem debent concurrere duo secundum Panor. in d.c. cum apostolica referentem quod ista fuit opi. Ioan. And.

20 † Primò enim requiritur, quod ipse laicus possederit decimas tanto tempore cuius initij. &c. tanquàm vasallus ecclesiæ. & sic oportet quod doceat de aliquibus inuestituris obtẽtis ab ecclesia, siue episcopo. & se vel maiores suos fuisse aliquando inuestitos vti vasallos ecclesiæ de ipsis decimis. licet post concilium: & hoc sufficit: quãuis non doceatur de prima inuestitura obtenta ante concilium: quia tunc non esset aliquod dubiũ. Secũdò requiritur, quòd probetur fama, quòd eas habuerit ante concilium. & cum hac opi. vt refert Panor. transeunt vt plurimum doct. & dicit quòd ista opi. est satis æqua: quia alias propter difficultatẽ probandi laicus sæpè priuaretur iure suo. subdit Pan. esse bene notandum, quòd simplex detentio etiam per tempus: de cuius initio non extitit memoria: non habet vim tituli quo ad laicos: vt latè per Ioan. And. in c. ij. de præben. in vj. & retuli suprà. & quia articulus est valdè vtilis: & quæstio ardua: quæ plerunque contingit de facto in dominis terrarum, & aliis laicis, quæ in plerísque locis consueuerunt percipere decimas ab antiquo, seu partem decimarum, & super quibus ecclesia per sæpe ipsis mouet controuersiam. Intendo circa hunc articulum latius insistere. Nam videtur magna difficultas, & fermè impossibile probare quòd laicus fuerit inuestitus, & possederit per tantum tempus, cuius initij. &c. Item & de communi opi. & fama, quòd laicus habuerit decimas ante conciliũ, quæ duo copulatiuè requiruntur. secundum Panor. & Feli. Sed quia Feli. infideliter & imperfectè refert opi. illas: referam distinctè in hoc arduo & difficili articulo: & prout re vera se habent.

Vnde reperio in primis, quòd Ioan. And. in d.c. cum apostolica col. vlti. refert Hosti. in hæc verba † quærit Hosti. quia hic
21 dicitur, quòd laici decimas concessas antè concilium Lateranense in feudum licitè tenent: secus si post cõcilium, vt refert Ioan. And. fuit celebratũ annis domini M.clxxxix. ab Alexandro tertio, quæ fuit Senensis: quo tempore referente Chronica Martiniana Mediolanenses, Cremonenses. & Placentini cõtra Papiam construxerunt Alexandriam: quam ab ipso Alexandro Papa sic vocarunt, quid si laicus est in quasi possessione feudi decimarum alicuius ecclesiæ: quia sunt in eius parochia, & sic ecclesia

ecclesia habet intentionem fundatam de iure communi.c.ad decimas.de restitu.spo.in vj.ecclesia vult vendicare istas decimas,& dicit concessionem factam esse post concilium. laicus ante:quis habeat probare:si non apparet, an prius vel post habuerit illas in feudum:tamen non est memoria quòd alius possederit: vel perceperit: an probabit ecclesia quòd post: an laicus,quod ante.Ioan.And.primò arguit pro laico,seu pro vasallo,quòd pro eo præsumatur ratione tāti temporis,quod habet vim priuilegij.d.c.super quibusdam.§.præterea.

Secundò quia non est verisimile,quòd tātum stetisset ecclesia ad petendum.arg.c.si quis.de reb.eccle.non alie. Postea refert opi.Hosti.præcisè determinantis contra laicum, quod est cogendus ad decimam reddēdam ecclesiæ:nisi probet tale ius antè concilium fuisse concessum: vel post autoritatem Papæ quinque rationibus: potissimè,quia ecclesia habet intentionē suam fundatam de iure communi.Item quia talis possessio nō cadit in laicum.d.c.causam.Tandem Ioan.And.concludendo sic dicit.satis videtur contrarium tenendum per prædictā decretalem primam.de præscript.in vj.per quam respondetur ad primam rationē:ad alias autem dic,quòd ille procederent: vbi non possedisset vt vasallus: & hoc intelligo quādo communis opi.in tali præscriptione tanti temporis:cuius initij.&c. probari necesse est:vt no.in d.c.j.in fi.hæc sunt verba formalia Ioan. And.in nouel.in d.c.cum apostolica.quæ si bene ponderentur nō vult Ioan.And.quòd sit necessarium probari de fama, quòd laicus habuerit decimas ante concilium: nec de hoc dicit verbum.Sed satis est,quòd communis opi.probetur super antiquitate feudi. & sic quòd illas decimas ab antiquo tenuit per tantum tēpus cuius initij.&c.iuncto tempore maiorum: tanquàm vasallus ecclesiæ. & hoc clarius ibi vult do.Anto.de Butr.col. 2.circa prin.declarando verba.Ioan.And.dicens. Videte si laicus potest probare possessionē tanti temporis, cuius initij memoria non extitit:probando istam quasi possessionem sic antiquam,& allegando titulum ante concilium, dicit Ioan.Andr. quòd releuabitur ab onere probandi, & præsumitur titulus & iustus.argu.de præscript.c.primo.in sexto.vbi casus secundum eum.& sic contrarium procedit,vbi possessio est recens: vel licet sit antiqua, non tamen in tantum,quòd nō extet memoria initij:secus vbi non extaret memoria, maximè acclamante fama:facit quod vidistis de constitu.c.cum venissent.& hoc habetis tenere.Hæc sunt verba domi.Ant.in d.c.cum apostolica.

Ioan.de Imo.ibi in septima quæstione refert primã opi.Hosti. & postmodum Ioan.And.& Anto.de Butr.qui volunt,vt ipse refertur,quòd si laicus potest probare possessionem tanti temporis,cuius initij memoria non extitit,quòd semper decimas tenuerit in feudum tanto tempore,& quòd non est memoria in contrarium:quodq; communis opinio seu fama etiam sic est secundum no.per glos.in c.primo de præscript.in vj.tunc debebit obtinere per not.in d.c.primo.& in c.super quibusdam.de verborum signi.Et aduerte.dicit Imol.quia potest intelligi dictum Ioan.Andr.inquantum dixit probari debere opinionem communem ,seu famam,quòd intellexerit de communi opinione & fama , quòd semper tenuerit in feudum, potest etiam intelligi , quòd intellexerit de communi opinione seu fama, quòd habuit ante concilium.Et sic intelligendo: istud fortè nõ de facili probabitur.Ideo dominus Antonius de Butrio.videtur dicere : vt refert Imol.licet eius lectura sit corrupta , quòd sufficit,quòd probet præscriptionem temporis,cuius initij.&c. & alleget titulum sibi fuisse concessum ante concilium Lateranense.Nam tunc præsumeretur possessionem tanti temporis. facit quod notatur in capitulo peruenit.de censi.& in l.cum de in rem verso.ff.de vsur.Et istam opinio.tenet etiam ibi domi. Floria.quem refert Imol.qui subdit de cautela: tamen videtur esse,quòd ecclesia vendicet decimam tanquàm ad se spectantem , cum sit in sua parochia:nec dicat illam concessam laico post concilium : ne videatur se astringere ad hoc probandum, cum sit in sua parochia , quia laicus succumbet:nisi probet illam concessam auctoritate Papæ: vel nisi probet illam concessam ante concilium Lateranense:vel nisi probet pręscriptioné tanti temporis,cuius initij memoria nõ extat, & alleget fuisse concessam ante concilium.

Nec obst.prædictis secundum Imo.si dicatur , quòd laicus non possit præscribere decimas per tantum tempus:cuius initij.&c.cum illarum sit incapax.vt prædictum est:quia responderi potest secundum domi.Flori.quòd hoc casu laicus non tenebit decimas ex vi præscriptionis:sed ex vi præsumptionis: quia præsumitur adeptus tempore permisso,scilicet ante concilium : ex quo tanto tempore possedit. Et pro hoc facit: quia non est verissimile : quòd tanto tempore fuisset permissus in possessione si ius non habuisset.facit quod no.Ioan.Andr. post Innocen.& Hostien.in c.illud.de præscript.

Et

Et per prædicta patet responsio ad rationes hostié.quia procederent vbi possessio esset recens,non antiqua: vel licet antiqua non tamen tanti temporis.cuius initij memoria non extaret. Secus vbi non extat memoria : quia illa tuetur possessorem.licet ius commune sit contra eum.dicto capitul.j.de præscript.in vj.ita dicit Imol.in d.c.cum apostolica.

Et sic concludunt Butr.& Imo.quòd sufficit probare de possessione tanti temporis, cuius initij.&c.& allegaret titulum fuisse concessum ante cõcilium : quia præsumitur:nec erit necesse,secundũ eos probare de aliqua fama priuilegij: vel quòd laicus possedit decimas tanquàm vasallus ecclesiæ : quia volunt ipsi, quòd sufficiat tantum tempus, cuius initij.&c.cum allegatione tituli ante concilium. Eandem conclusionem firmat Alberi.de Ros.in suo dictionario.in verbo decimosextò circa fi.versic.quid si nescitur.vbi dicit hæc verba. Quid si nescitur de decima quã tenet laicus,an sit de antiquis datis ante concilium Lateranense vel post?dic quòd si à tẽpore, quo non extat memoria laicus quiete & pacifice tenuit eas recognoscens ecclesiã sicut decet, præsumitur de antiquis:licet Host. teneat contrarium.xij.di.c.illa. Et hanc partẽ quòd laicus qui possedit decimas per tempus, cuius initij.&c.præsumatur de ipsis inuestitus ante concilium, vel eas habere ex priuilegio, firmat Rapha.Cu.consil.lxxxiij.quia causa decimalis circa fi. & latius Alex.consil.vj.viso themate: & dubiis circa fi.j.volu. qui refert quòd Ioan.And.Anto.de Butr.& communiter alij in d.c.cum apostolica.volunt in terminis illius decretalis dicentis, quòd laici decimas concessas ante concilium Lateranense licitè tenent.sed non cõcessas post:quòd si laicus est in quasi possessione feudi decimalis alicuius ecclesiæ: & ecclesia vẽdicat illas decimas tãquàm positas in sua parochia : iuxta not. in c.ad decimas.de restitut.spol.in vj.& dicit concessionem in feudum esse factam laico post concilium Lateranense : laicus vero dicit quòd concessio fuit facta ante : quod si laicus potest probare possessionem tãti temporis cuius initij memoria non extat,obtinebit: ac si appareret cõcessionem fuisse factam ante concilium:prout ipse laicus allegat,ita dicit Alex.vbi suprà Et pro eadem parte in fauorẽ laici consuluit latissimè do.And. Barba.consil.xxxv.sapienter scribitur Paralipomenon.per totum ij.vol.vbi.col.ij.refert quòd cõmunis opi.doct.in d.c.cum apostolica.est, quòd si laicus probat se tenere & possidere ius percipiendi decimas ; aut redditus existentes in parochia ecclesiæ

clesiæ per tempus tam vetustum, quòd initij memoria nō extat: & allegat quòd ante concilium Lateranense fuerunt sibi concessæ: statur suæ allegationi & assertioni. Fortius cōcludit ibi. col. vij. & ix. quòd præsumetur: nedum titulus & concessio: sed etiam præscriptio ante concilium, & sic tempore habili: probata antiqua possessione: de cuius initio non extat memoria: Videtur ergo communis opi. quòd sufficit, si laicus probet tenuisse & percepisse decimas per tantum tempus, cuius initij memoria non extat: cum allegatione tituli ante concilium: præsertim quādo tales decimas recognoscit in feudum ab ecclesia. & in hac opi. resideo: quicquid dicat Feli. in d. c. causam. quæ. col. j. qui in hoc articulo refert doc. in d. c. cum apostolica. vt suprà patet. Et ideo non erit necesse probare de aliqua fama priuilegij ante concilium concessi: cuius probatio esset valde difficilis, & quasi impossibilis. & istam partem sequitur solennis doc. do. Iaco. de sanc. Geor. in trac. feudo. in verbo cum mero, & mixto imperio. in fin. allegans simpliciter not. per Ioan. And. & doct. in d. cum apostolica.

12 † Secundò limita prædictam cōclusionem: vt procedat respectu ecclesiæ: in cuius præiudicium laicus nō potest præscribere ius decimandi. Sed non respectu priuati. vnde si sint tales decimæ quas laicus iustè possidet: vt quia de ipsis fuit inuestitus ante concilium: alius laicus potest eas præscribere contra ipsum tempore communi: ex quo de illis pacisci potest secundum do. Card. consi. cxlvj. notum sit vniuersis. Felin. in d. c. causam. col. j. circa fin. & ij. versic. limitat secundo: vbi dicit se alibi hoc non legisse.

Addo vltra Feli. ita consuluisse Cu. consil. lxxxiij. quia causa decimalis circa fin. vbi firmat istam conclusionem sub dubio fortè, quòd sufficiunt. x. vel xx. anni ad præscribendum decimam contra laicum: vel vt censeatur remissa decima. Sed vbi concurreret tantum tempus: cuius initij. &c. dicit nullum esse dubium, licet in cōtrarium si faciat quod consuluit idem Cuma. consil. lxiiij. Titius & sempronius.

ADDITIO.

a De præscriptione decimarum vide per Butri. in repet. c. peruenit. col. x. de censi. & per Cæpol. in tract. ser. vrb. præd. c. ix. & per Paul. de Cast. consil. cclxxxvij. alias ccxcj. in quæstione quę vertitur. & an procedat præscrip. in spiritualibus vide per Inno. in

in c.contingit.circa princ.de dolo & contu.& ibi an in illis cadat titulus.& per Bertach.in repert.in verbo præſcriptio.quinto verſi.præſcriptio in ſpiritualibus.

b Adde Rapha. Cu.conſil.lxiiij. Titius & Sempronius vbi loquitur de decima empta per laicum à laico vaſallo eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi: an præſcribat contra eccleſiam:& concludit quòd non propter malam fidem & nullitatem titu.& ex quo poſſeſſio decimarum non cadit in laicum.

SVMMARIVM.

1 *Ius eligendi quanto tempore præſcribatur?*

2 *Conſuetudo tribuit ius eligendi.*

3 *Titulus an requiratur in præſcriptione iuris eligendi?*

4 *In præſcriptione iuris eligendi quid, & quantum tempus, & quo pacto requiratur?*

5 *Præſcribere volenti totum ius eligendi excuſo penitus collegio, cui competit de iure communi, quæ & quantum tempus requiratur?*

6 *Ius eligendi competens alicui de iure ſpeciali præſcribitur communi tempore & abſque titulo.*

7 *Vbi non agitur de præſcribendo toto iure eligendi, excluſis his, quibus in totum ſpectat electio, tunc præſcribitur communi tempore, & abſque titulo.*

8 *Ius eligendi in certa eccleſia præſcribens, dicitur etiam præſcripſiſſe ius poſtulandi.*

9 *Habenti ius eligendi non currit præſcriptio, vbi eccleſia non vacauit infrà xl. annos.*

10 *Libertas contra prætendentes habere ius intereſſendi in electione, & participandi in ea quanto tempore præſcribatur?*

1 OCtauò quæro. † Quanto tempore præſcribatur ius eligendi? Innocen.& Ioann. Andr.in c.de quarta.col.j.circa med.de præſcript.concludunt quòd ius eligendi præſcribitur. xl.ann.quia dicitur habere cauſam quaſi continuam.ad quòd facit bonus text.iuncta glo.in capit.cum de beneficio.de præbend.libro ſexto.

Eandem opi.tenuerunt Ioan.Andr.d.Ant.Imo.& communiter Cano.in c.cum eccleſia Sutrina.ſuper glo.in verbo temporis:aliàs propter breuitatem de cauſa poſ.& propriè.& proba-
2 tur.in c.Cumana.vbi gl.& doc.de ele.vbi habetur † quòd conſuetudo tribuit ius eligendi.& firmat Bald.in l.ij.col.ij.verſic. quæro

quæro ergo si volo præscribere ius eligendi.C.de seruitut.& aqua.vbi dicit:quòd ius eligendi.& omnia iura spiritualia, vel annexa spiritualibus præscribuntur spacio xl.anno.non attenta causa continua,vel discontinua: per c.de quarta,de præscri. & per not.per Inn.in c.consultationibus.de iurepatro.& sequitur do.Ioan.Bertachi.in suo tract.de episcopo.in iij.parte.j.lib. in vj.q.qui allegat idem tenere Flori.in l.seruitutes.ff.de seruitut.titul.generali.

Quam conclusionem limitat ipse procedere : si electiones per dictum tempus factæ fuerint confirmatæ per superiorem omnes,vel saltem vnica tantum: quia sola electio sine confirmatione non acquirit electoribus ius eligendi, seu possessionem dicti iuris:sed saltem vnica cõfirmatio requiritur in contradictorio iudicio secundum Inno.in c.cum venissent.de restit.in integ.& Bal.in margarita.in verbo electio.versic.j.

Idem etiam tenet Bal.in §.si vasallus.in tit.quid sit inuestit. in vsib.feud.vbi dicit vnicam electionem cõfirmatam acquirere quasi possessionem iuris eligendi : aut duas , vel tres non esse confirmatas:vt ibi latius per Bal.sed idem Bal.in d.l.ij.circa.viij.col.C.de ser.& aqua.tenet non requiri cõfirmationem: sed sufficere:quòd canonici habeant eum pro electo : vel passi sint eligi secundum Inno.in capitulo, in literis.de restitutione spoliatorum.

Et quòd sufficiat vnicus actus,vt dicatur quæsita quasi possessio iuris eligendi:tenet glo.in d.c.cum ecclesia.super verbo trium:& sequuntur ibi communiter cano.præsertim Panormi. circa fi.v.col.versi.quæro.isti clerici.post Ioã. And.& alios : qui dicunt,quòd sufficit vnicus & vltimus actus ad acquirendam quasi possessionem huius iuris per c.ex literis.& c.consultationibus.de iure patro.& dicit Ioan.And.quòd hoc est expressum.in d.c.cum de beneficio.de præben.libr.vj.nec dicunt aliter præfati doct.quòd requiratur confirmatio electionis.

3 †Sed dubium est non leuè:an requiratur titulus in præscriptione iuris eligendi.quod latè examinant omnes Cano.in d. c.cum ecclesia Sutrina.maximè Panor.col.antepen.& pen.referens varias opin.præsertim opi.Anto.de Butr.concludentis, quòd si agitur de præscribendo : vt quis intersit electioni cum aliis:ad quos spectat ius eligendi: non requiritur titulus , quia tunc dicitur agi de leui præiudicio.Sed si ageretur de præscribendo totum ius eligendi contra ius commune : non procedit
4 præscriptio absque tit. † quia tunc dicitur agi de graui præiudicio

dicio secundum.do. Anto.qui hoc modo respondet ad ca.j.de præscriptio.in vj.cuius opi.impugnat Panor.in d.c.cum ecclesia.col.antepen.circa med.& solutionem datam.ad d.c.j.reprobando illam differentiã: an agatur de modico vel magno præiudicio:quia titulus requiritur:vbi ius commune, vel præsumptio iuris est in contrarium:vt tollatur præsumptio malæ fidei d.ca.j.quæ quidem ratio indistinctè procedit,siue in re magna siue parua.argu.c.de appellationibus.extra de appel. Et ex quo tex.in d.c.j.loquitur indistinctè.Et ideo dicit Panormi.esse tenendam solutionem per eum datam suprà in versi.quarta solutio.vbi concludit quòd in præscriptione iuris eligendi requiritur titulus cum cursu xl.anno.vel tantum tempus cuius initij.&c.Ex quo ista præscriptio est contra ius.& ita intelligit illum text.dum dicit, quòd ibi non fuerat peruentum ad præscriptionem legitimam propter temporis breuitatem: quod ibi nõ cucurrerat tantum tẽpus: nec suberat titulus.& ideo ibi non dicebatur præscriptio legitima: ex quo non habebat qualitates à iure requisitas. Et dicit quòd hæc est vera solutio, & sine scrupulo: & tenendo eam cessabunt multa: quæ ibi scribuntur per doc.secundum eum:Sed Panor.malè recitat verba do.Ant.quia ipse non tenet solutionem suprà relatam,quòd in d.c.j.ageretur de magno præiudicio. Quinimo illam impugnat, vt ibi refert Imol.col.fin.qui tamen illam sustinet: vt latius per eum. Addo quòd hanc quæstionem latius examinat.d. Anto.in repetit.c.peruenit.col.xiij. & xiiij.de censi. vbi multum se inuoluit.& tandem concludit, quòd si agatur de præscribendo toto iure eligẽdi excluso pœnitus collegio:ad quod spectat electio de iure communi:non potest præscribi absque titulo, vel nisi tanto tẽpore.cuius initij.&c.quia tunc ius commune fortiter resistit: & non est hoc leuis præiudicij. Si vero agatur de præscribendo ius eligendi ab alio de iure speciali, vel consuetudine quæsitum: putat dominus Antonius, quòd præscribi possit communi tempore absque titulo, quia ex toto non resistit ius.& quia non reputatur grauis præiudicij abdicare:quod competit de iure speciali. Et in hoc tertio membro quàmuis multum se inuoluat, videtur tamen concludere, quòd sufficiat præscriptio communis temporis: quia hoc non est in totum contra ius: quòd alius participet in electione: ex quo non reiicitur collegium siue capitulum, cui spectat electione capitulo, cum Vintoniensis de electione tunc enim patientia iustificat possessionem: vt ibi latius per eum.

&

& ista fuit per prius opi.Io.And.in d.c.cum ecclesia.quā etiam ibi sequuntur do.Anto. & Imo. col.fi.quæ videtur magis communis,& tenenda, quicquid dicat Panor. & vt clara habeatur doctrina ex prædictis:facio tres conclusiones.

5 † Prima conclusio est, quòd si agatur de præscribendo toto iure eligendi, excluso penitus collegio, cui competit de iure communi:tale ius non præscribitur absque titulo concurrente spacio.xl.ann.vel nisi per tantum tempus:cuius initij.&c.& sic tunc requiritur titulus, & tempus xl. ann. vel cuius initij memoria non extat.

6 † Secunda conclusio est, quòd ius eligendi competens alicui de iure speciali præscribitur cōmuni tempore absque titulo, & sic tunc sufficit cursus.xl.annor.ex quo ius commune non resistit ex toto.secundum do. Anto. & not.in simili glos.in d.c.j.in glo.magna.circa fi.versi.pone.&c.& versi.& secundum hoc.de præscript.in vj.licet enim ius commune faciat contra præscribentem : non tamen facit pro petente seu prætendente habere ius eligēdi de iure speciali:puta ex priuilegio,vel consuetudine:vt ibi dicit glo.cum qua transit Imo.in c.fin.col.xij. de præscrip.& sequitur Paul.de Castr.consil.cclxxxvij.in q.quę vertitur:licet Felin.impugnet.in c.si diligenti.col.v.versic.amplia.secundò de præscriptio.post Panormita.ibi : qui referunt Ioann.Andr.tenere contrarium in additio.ad Specul.super rubric.de restitut.spoliato.

Pro qua conclusione facit regula : quæ habet quòd facilius tollitur ius speciale,quam ius commune.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testam.mili.& §.quia vero verisimile.in fin.in authenti.de alie.& emphytheoti.

7 † Tertia conclusio est,quòd vbi non agitur de præscribendo toto iure eligendi,ita quòd capitulum,vel collegium ad quod spectat electio excludatur in totum : sed vt quis participet in electione:& illi intersit:tale ius præscribitur communi tempore absque titulo ex quo hoc non est in totum contra ius:sed potius secundum,vel præter ius:vt dicit Ioan.And.in d.c.cum ecclesia.col.fina.per text.in c.obeuntibus.lxiij.distin.

Et ad c.j.de præscript.in vj.possunt accommodari multæ solutiones:de quibus per Feli.post Pan.in d.c.si diligenti.col.iij. ad fi.& seq.versi.dum subdit Abb.& latius col.quinta & sexta. vbi ponit octo restrictiones ad illum text.& ibi colum.quarta. post princip.versicu.non obst.c.cum ecclesia : firmat expressè: quod in casu illius c.illa præscriptio non erat contra ius : quia non

non præſcribebatur ius eligēdi ad excluſionem capituli. illud enim eſſet contra ius: vt per Inno.in c.ij.de reſti. in integ. ſed erat præſcriptum: vt fieret electio ſimul ab extraneis, & capitulo: & ibi Feli.col.v.vltra med. defendit ſolutionem & limitationem But.& Imol.ſuprà relatam, quòd nō procedat in his quæ ſunt leuis præiudicij: & bene adaptatur ſolutio Felin.poſt Panor.in d.c.ſi diligenti.col.iij.circa fi.præalleg. ver.dum ſubdit: & col.vj.circa med. in quarta reſtrictione, quòd illud.c.j. procedit dummodo præſumptio iuris ſit vrgens, ſecus ſi leuis: vt ibi latius per Panor.& Felin.

8 † Addo quòd præſcribens ius eligendi in certa eccleſia, dicitur etiam præſcripſiſſe ius poſtulandi ſecundum Bal.& Panorm.in c.bonæ memoriæ.el.ij.per illum textum.in iij.not.de poſtu.præla.

Sed quæritur: quanto tempore amittatur ius eligendi? dic quòd per xl.ann. à tempore, quo immineret caſus electionis faciendæ ſi ab illo tempore non vtitur ſuo iure vſque ad xl. annos illud perdit ſecundum Hoſti.& Inn. in c. de quarta. per illum text.de præſcrip.& ſequitur Anton.de But.in c.peruenit. col.penul.de cenſi.

Et qualiter perdatur poſſeſſio iuris eligēdi.no.Inn.in c.ij.de reſtitu.in integr.& in c.quærelam. de electio.Flori.in l.ſi ſic.ff. quemad.ſer.amit.& in l.loci corpus.§.ſciendum.ff.ſi ſer. vend. & doct.Io.Bertachi.in trac.de epiſcopo.in iij.parte primi libr. colum.prima.

9 † Et quòd non currat præſcriptio habenti ius eligendi: ſi eccleſia non vacauit infrà.xl.ann. & ſic vbi caſus non euenit: firmat Ioan. Andr.in c.ſi.de cōſue.in vj. & Bart.in l. cum ſcimus. C.de agri.& cenſi.

10 † Quanto autem tempore præſcribatur libertas cōtra prætendentes habere ius intereſſendi in electione: & participandi in ea: tangit Anto.de But.in d.c.peruenit.in fin.commen. & concludit quòd præſcribitur decem annis: ſi canonici probant ſe ſolos elegiſſe decem annis: excluſis aliis: & allegant renuntiationem iuris: quia præſumitur titulus liberationis: ex quo talis libertas fomentatur à iure communi, ſecūdum do. Anto.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus quod eſt ſpirituali annexum, an poſſit præſcribi?*

2 *Iuſpatronatus an poſſit præſcribi cōtra eccleſiam non patronatam, vbi non conſtat patronatam.*

3 *Iuspatronatus præscribi potest contra verum patronum vbi constat ecclesiam esse patronatam.*
4 *Casu quo iuspatronatus præscribi potest quantum tempus requiratur ad præscriptionem illius.*
5 *Quasi possessio iuspatronatus an ex vno solo actu præsentationis acquiratur?*
6 *Titulus legitimus est necessarius vbi agitur de præscribendo iuspatronatu in præiudicium patroni.*
7 *Iuspatronatus an quæri possit consuetudine cõtra ecclesiam, quam non constat esse patronatam?*
8 *Iuspatronatus quo casu præscribi possit contra ecclesiam non patronatam?*
9 *Tempus quantum requiratur ad præsumendum titulum iuspatronatus.*
10 *Vniuersitatem præscribens an præscribat iuspatronatus?*

1 NOnò quæro. † An iuspatronatus quòd est spirituali annexum.c.quanto,de iudi.cum ibi not.possit præscribi? Ista est ardua.q.quàm attingunt doct.in pleríſque locis. Et eam plenè examinauit Archi.in c.hortamur.lxxj.dist. vbi post multa concludit:quòd non possit præscribi per fundaméta per eum adducta.

Eãdem opi.tenuit Panor.in disputatione sua.incip.Augerio. col.vj.& in c.quærelam.col.iij.de elect.

Mouetur ratione inconuincibili secundum eum:quia sicut laicus non potest possidere ius spirituale : & per consequens nec præscribere.c.causam.de præscript.pari modo idem est dicendum in iure annexo spiritualitati:sicut est ius pręsentandi: vel iuspatronatus : quia de connexis idem est iudicium.d.cap. quanto.de iudi.& c.præterea.de transac. cum aliis concor.per eum adductis. Si ergo laicus non potest mero iure illud possidere:ergo nec præscribere. c.fine possessione.de regu.iur.in vj. & respondet ad contraria:vt ibi latè per eum : maximè ad tex. in d.c.quærelam.

Eandem opi.tenuit ipse Panor.in c.causam. de præscript.& consi.cvj.casus.versi.ij.principaliter. ij.vol. vbi dicit quòd opi. Arch.sibi videtur verissima:& Alex.cõsi.lxxv.visis in fi.iiij.vol. Et hanc opin.sequitur Feli.in d.c.causam. col.iij.quando allegaretur sola præscriptio:& in eandem opinio.inclinat do.Philip.deci.in rub.de iudi.col.antepe.

Contrariam opi. ꝙ iuspatronatus præscribi possit tenuit Io. And.vehementer insurgens contra Archi. in c.quòd alicui.de regu.

reg.iur.in vj.in merc.vbi concludit in effectu, quòd si apparet ecclesiam esse patronatam:contra patronũ currere potest præscriptio. Secus contra ecclesiam liberã: quia contra illam vel in eius præiudiciũ,non potest acquiri iuspatronatus per præscriptionem. Et sic in hoc secundo membro concordat cum opin.Archi.licet ipse in d.c.quærelam.super verbo.populus.de elect.& in c.j.de iure patro.lib.vj.dicat indistinctè quòd possit præscribi iuspatronatus.& latè cõprobat Ioã.Andr. hanc suam opi. in d.c. quòd alicui respondendo ad motiua partis contrariæ:& ibi amplè loquitur. Et istam opi.Io.And.sequuntur do. Anto.& cõmuniter Cano.in d.c.quærelã. & do.Cardi.in cle.ij. in v.q.eo.ti.vbi dicit, quòd si constat ecclesiã esse patronatam: potest prę scribi iuspatronatus: secus si non constat.

Quando autem dubitatur:an ecclesia sit patronata:vel non, dicit ꝙ præscribi potest iuspatronatus per tempus,cuius initij memoria non extat:subiiciens se ita tenuisse.in d.c.quęrelam.

Eandem opi.secutus est Panor. in c.sanè.de priuile.& consi. lxxvj.inuocato Christi auxilio plura sunt examinanda.versic. circa primum.ij.vol.dicens ꝙ ista opi.Ioã.And.tanquàm communis seruaretur in iudicando: prout etiam dicit ipse. in d.c. quærelam.col.iij.de ele.licet ibi aliter concludat: vt suprà retuli.& Feli.in tra.suo quando litere apo.noce. patro.eccle.col. vlti.vbi dicit quòd in consulendo & iudicando non esset recedendum ab opi.Ioan.And.

Præmissam etiam opi. quòd vnus patronus contra alterum præscribere possit:tenet Ludo.Ro.cõsil.ccclxviij.præsens consultatio.& in eandem videtur inclinare Alex. consi.lxxv. visis & ponderatis.ij.& iij.col.iiij.volu.

Prædictam q.latissimè examinant Moder.Papi.in suo tract. iuspatro.in vlti.q.in tribus vlt.char. vbi diffusè loquuntur.

Sed vt clara & ordinata habeatur doctrina: facio ex dictis docto.in locis præalleg.infrascriptas conclusiones.

2 † Prima conclusio est,ꝙ vbi non constat ecclesiam esse patronatam: tũc contra ecclesiã non patronatam & liberam non potest præscribi iuspatronatus,& ita procedat opin.Archid.in d.c.hortamur.& hoc voluit Ioan. And.in d.c.quod alicui.cum concor.præalleg.& firmat Alex.præalleg.cõsi.lxxv.col.ij.versi. nec obstat.si allegarent se præscripsisse.iiij.volu.& sensit Spec. in titu.de iurepatro. circa fin. & in eandem opinio. videtur inclinare Aretin.in rubr. de iudic.in illa. quæstio. an iuspatronatus sit temporale , vel spirituale , & ita procedat: quod dixit

Bal.in l.ij.col.ij.ver.quæro.ergo.in fi.C.de ser.& aqua.vbi concludit:ꝙ omnia iura spiritualia, vel spiritualibus annexa præscribuntur xl.an.non attento, an habeãtur causam cõtinuam: vel discontinuã.allegat.c.de quarta.de præscri.& no.per Inno. in cap.consultationibus.de iurepatro.

Idem etiam sensit Gemi.post Goffr.in quæstionibus suis.in cap.j.in fi.de iurepatro.in vj.

3 †Secunda conclusio est quòd vbi constat ecclesiã esse patronatam potest iuspatronatus præscribi cõtra verum patronum: & ita procedat.secunda opi.Ioan. Andr.in d.c.ꝙ alicui.de reg. iur.in vj.cum concor.præalleg.cuius opi.est cõmunis: vt suprà retuli,& hãc distinctionem inter ecclesiã patronatam, & non patronatam:sensit ibi Ioã. And.& eam facit do.Cardi.in d.Cle. plures.in v.quæ.& sequitur Panor.in locis præalleg.& pro hac conclusione plenè cõsuluit idem Panor. præalleg.consi.lxxvj. inuocato Christi auxilio plura sunt examinanda. in j. dub. ij. vol.& latè.d.Philip.deci.cõsi.cxxxiiij.viso puncto.col.pe. & fi. licet ibi non distinguat: sed simpliciter asserat communẽ opi. esse quòd iuspatronatus per laicos præscribi possit: & respondet ad obiecta.

4 † Tertia conclusio est,quòd ad præscriptionem iuspatronatus in casu quo præscribi potest,requiritur tempus: cuius initium non extat memoria:secundũ Panor.cõsil.cvj.præalleg.ij. colũ.quia ius commune resistit. & ideo requiritur titulus: vel tempus,cuius initij.& c. c.j.de præscri.in vj.& idẽ firmat Alex. cõsil.lxxv.præalleg.iij.col.in prin.iiij.volu.& sensit Feli.in d.c. causam.col.iij.

Sed quòd imò sufficiat minus tempus, & præscriptio communis:videlicet xl.ann.tenet Bald.in d.l.ij.col.ij.C.de serui.& aqua.vbi dicit, quòd omnia iura spiritualia præscribuntur spacio xl.ann. non attenta causa continua vel discontinua.per c. de quarta. de præscript.& not.per Inno. in c.consultationibus. de iurepatro. & est de mente Alexand.in d.consil. lxxv.in vlti. verbis.& firmat Roma.præalleg.consil. cccxlviij.præsens consultatio. Et pro ista parte bene facit text.cum glos.in c. cum de beneficio.de præben.lib.vj.vbi ecclesia, quæ consueuit teneri per religiosos:potest præscribi: vt ibi instituantur clerici seculares: si per xl. annos recta fuerit per seculares clericos: ergo ex idemtitate rationis idem videtur dicendum in iurepatronatus.

Tertiam opinio. quòd sufficiant x. vel xx. anni ad præscribendum

bendum iuspatronatus contra laicum: tanquàm habeat causam continuam vel quasi. In ecclesia verò requiratur tempus xl.anno.sentiunt expressè Ioan.And.& Gemi.in cap.j.in fin.de iurepatro.in vj.post Goffre.in quæstionibus suis.q.xviij.Et fuit de mente Inno.in c.cum dilectus.circa fi.de consue.vbi dicit, quòd quando illud ius quod præscribitur habet causam continuam vel quasi continuam iuxta.l. foramen.ff.de seru. rusti. prædio.in ecclesia requiritur tempus. xl. annor.in aliis sufficit tempus x.vel xx.anno.

Et istam conclusionem comprobant per plura Moder.papi. in præalleg.trac. iuspatro.in pe.char.iiij.col.maximè per doct. glo.Bart.& doct.in l.seruitutes. la grande. in princ.ff.de serui. titu.generali.vbi not.in specie Flori.quòd ius præsentandi,siue iuspatronatus dicitur habere causam quasi continuam.& quia etiam si ius præsentandi diceretur habere causam discontinuam:prout aliqui dicunt de iure eligendi. in l.ij.C.de seru.& aqua.tamen ad præscribendum hoc ius contra laicum sufficerent x. vel xx.anni: quia differentia inter causam continuam & discontinuam non fit:nisi in seruitutibus realibus. Non autem in his iuribus, quæ debentur à re personæ: vt est ius eligendi & præsentādi: vt dicit Panor.in c.cum ecclesia Sutrina. super glo.in verbo. propter breuitatem.in princ.penul.colū.de causa poss.& propriè.not.Bar.in l iusto.§.nō mutat.ff.de vsuca. & in pluribus locis relatis per Feli. in c.de quarta.colū.xiij.de præscriptio.

Communis tamen opi.videtur esse,quòd requirātur xl. anni:vt ex præmissis apparet.

Et hæc videtur verior opinio, ex quo iuspatronatus est spiritualitati annexum. Et sic debet iudicari de eo: vt de iure spirituali.dicto cap.quanto. cum concordant. de iudic. & non reperitur iure cautum, quòd in iuribus spiritualibus & ecclesiasticis præscribatur minori tempore.xl.anno.d. c. de quarta. cum ibi plenè not.

Nec obstant allegata in cōtrarium per moder. Papi.in præalleg.tract.quia loquūtur in mere prophanis. Addo quòd istam partem quòd iuspatronatus præscribatur. xl.ann. firmat dom. Petr.philip. Cor.consil.xlvij.in præsenti consultatione.ij.& iij. col.iij.volum.

5 † Quarta conclusio est quòd quasi possessio iurispatronatus ex vno solo actu præsentationis acquiritur:vt tradit Oldr.cōsi. cccxij.thema quæstionis circa fi.versi.& dato sine præiudicio.

vbi allegat text.in d.c.cum ecclesia Sutrina. & per illum text. idem dixit Fede.consi.ccxciiij.super primo.in secundo dub.& Panor.consi.liiij.videtur primo.ij.col.j.volu. dicens quòd per præsentationem secuta institutione probatur quasi possessio, allegat.c.consultationibus.de iurepat.& c.quærelam.de elect. & quod no.Inno.in c.ij.de restitu.in integr.hoc idem tenet & probat Calde.consi.xij.sub rub.de iurepatro.refert & sequitur do.Phil.Deci.præalleg.consi.cxxxiiij.circa prin.

Et vltra eum eandem cõclusionem firmat do.Cor.præalleg. consi.xlvij.iij.col.volu.dicens,quòd ex vnico actu præsentandi quæritur quasi possessio iuris patronatus:& ex tunc incipit currere præscriptio quadragenaria.

Eandem conclusionem tenet etiam Panor.post glo.& Ioan. And.in c.cum ecclesia Sutrina.colum.viij.de causa pos.& propriè.vbi dicit,quòd si clerici semel interfuerunt electioni episcopi,vel quadraginta annos : ex isto actu solo electionis præscriptum videtur omne ius eligendi per text.in d.c.cum de beneficio:vbi not.Pet.de Anchar.& idem consi.clxj.in q.ecclesię. col.ij.refert Deci.in præalleg.consi.circa fi.j.col.& seq.

6 † Quinta conclusio est.quòd in præscriptione iurispatronatus,in casu quo præscribi potest : vt quando agitur de præscribendo in præiudicium patroni: requiritur titulus legitimus puta donationis,vel legati a non patrono: interueniente consensu diocæsani:si donatio,vel legatum fiat laico?alias laicus ius patronatus legitimæ possidere non potest:vt not.in c.primo.& in c.quod autem.& in c.ex literis.& in c.cum seculum.& plenius in c.aliud.de iurepatro.ergo & per consequens si non potest possidere absque titu.canonico , non poterit præscribere: etiam si possideret per tantum tempus cuius initij. & c.ratione incapacitatis. vt pulchrè per Ioan.And.in c.ij.de præben.in vj. & per Panor.in c.quantò. per illum text.de consuet.& ad hoc plura adducit Alexand.præalleg.consi.lxxiiij.ij.col.iiij.volu.& ita firmant moder.Papi.in præalleg.tracta.iurispatrona.in pen. char.ij.col.ad fin.& seq.

Vltra quos bene facit text.in c.j.de præscript.in vj.vbi quando ius commune resistit : seu præsumptio iuris est contra præscribentem : ad præscriptionem canonicam requiritur titulus cum cursu.xl.ann.vel tantum tempus cuius initij.&c.& ita per illum tex.in terminis firmat Pan.præalleg.consi.lxxvj.casus super quo.iij.col.ij.volu.

Contrariam partem,quòd nõ requiratur titulus:sed sufficiat spatium

ſpatium xl.ann.abſque titulo vt dicatur præſcriptum iuſpatronatus,ſeu præſcripta conſuetudo præſentãdi:latè firmat domi. Phili.Deci.in præallega.conſi.cxxxiiij.in ij.dub.& col.penulti.& vlti.vbi reſpondet pluribus modis ad d.c.j.de præſcrip.in vj.

Vltra quem addo Fede.de Senis tenentem iſtam concluſionem.conſi.ccxxxiiij.ſuper primo puncto.colum.ij.circa fi.vbi reſpondet aliter ad d.c.j.quòd licet habẽdo reſpectum ad iura antiquiſſima:videlicet decima.q.j.c.decretũ.& c.nouerit: conceſſio iuriſpatronatus fuerit gratioſa, & contra ius commune quo ad laicos. Hodie tamen cum per iura noua talis gratia ſit redacta in corpore iuris:dicemus:quòd laicus præſcribẽdo ius præſentandi in capella bona fide:non dicitur præſcribere contra ius commune.Ita dicit ibi Fede.

7 † Et firmare videtur do.Decius vbi ſuprà nouam concluſionem,quòd licet iuſpatronatus non poſſit quæri præſcriptione contra eccleſiam:quam non conſtat eſſe patronatam:quod tamen poſſit quæri conſuetudine per plura: quæ allegat, tamen non probant concluſionem in terminis,in quibus loquitur.& illa retuli ſuprà pro maiori parte.

Præterea non videtur in propoſito, quod poſſimus loqui de conſuetudine : in qua conſideratur ius quoddam vniuerſale: quod omnibus,& contra omnes competit. In præſcriptione vero conſideratur ſpecialiter ius præſcribentis.& illius contra quem præſcribitur:vt not.Pau.de Caſt.in l.cũ de conſuetudine.verſi.vlti.quæritur.ff.de leg.& refert ipſe do.Deci.præallegat.conſi.circa fin.

Sed vbi agitur de præſcriptione iuriſpatronatus:ſemper agitur de præiudicando iuri priuati ſeu priuato. Non autem iuri vniuerſali.nam ſi eccleſia eſt patronata agitur de præſcribendo contra patronum. Si vero non ſit patronata , agitur de præſcribẽdo contra liberam poteſtatem collatoris. qui tenetur inſtituere præſentatum : dummodo ſit idoneus : vt habetur.in c.quod autem.& in c.cum autem.& in c.paſtoralis.de iurepatro.ergo non poteſt dici conſuetudo:ſed propriè eſt præſcriptio.& ad hoc.adduco in terminis Panor.in c.cum eccleſia Sutrina.colum.penulti.circa princip.verſicu.ego fateor.de cauſa.poſ.& propriè.vbi dicit,quòd in caſu illius c.non eſt conſuetudo:ſed potius præſcriptio,cum per eum detrahatur iuri certarũ perſonarum,ſeu certi loci.& tendat in commodum certarum perſonarum ſeu certi collegij:vt no.in c.fina.de conſuetu.

Et hoc caſu quando inducitur conſuetudo , vt præſcriptio,

necessarius est titulus secundum Panor.qui dicit de hoc esse text.no.iuncta glo.in c.iij.de consue.lib.vj.

8 † Sexta conclusio est quòd licet contra ecclesiam non patronatam non possit præscribi iuspatronatus,tamen hoc est verum:si allegetur sola præscriptio:& vẽdicans iuspatronatus se fundat super mera præscriptione. Sed si allegatur titulus:& ad illum probandum vel præsumendum adducit præsentationes plurimas & temporis cursum:istud sufficeret ad probationem iurispatronatus.

Istam conclusionem firmat Panormi.in dicto c.quærelam. tertia.colum.& in præallega.disputa.sua incip.Augerio: Et sequitur Feli.in d.c.causam.colum.tertia.& do.Præpo.in dicto.c. hortamur.lxxj.distin. colum.vlti. & hoc voluit Bald.in l.cum super.C.de rei vendi.vbi dicit quòd ad probandum iuspatronatus antiquissimum valet antiquissima possessio.& sequitur Barba.consi.xlj.illud afferam.j.volu.

9 † Sed dubitatur quantum tempus requiratur ad præsumendum titulum iurispatronatus?Feli.in d.c.causam.colum.tertia: dicit quod requiritur tempus cuius initij non extat memoria: & refert ita decidere Fede.de Senis.consi.cccxiiij.super primo puncto:quod est consilio.ccxxxiiij.circa medium.& Cardi.in clementi.secunda.in quinta q.de iurepatro.nisi probaretur ecclesiam ab initio esse liberam secundum eum.Quod dicit Fel. esse notandum.

Et istud sequuntur:& comprobant per plura moder.Papi.in præalleg.tra.iurispatro.col.antepe.& pe.

Sed est aduertendum quòd oportet.quod allegans titulum probet præsentationes fuisse factas ex causa illius tituli allegati:vt firmat Alexan.in terminis in præallega.consi.lxxv.visis & ponderatis.iij col.iiij.volu.

Quod tamen impugnat Feli.in dicto c.causam.col.iij.cuius opi.comprobatur per plura,quæ suprà adduxi in iij.parte principali.col.xxv.versi.est & alius.

10 † Septima & vltima conclusio est, quod præscribens vniuersitatem puta hæreditatem, vel villam præscribit etiam iuspatronatus:siue quis præscribat vniuersitatem ex titulo , in quo requiritur traditio specialis : siue non:vt plenè firmat Felin.in dicto c.causam.colum.iiij.vbi post multa , relatásque varias opiniones in calce.q.attestatur hanc opi.esse magis communem : & sequuntur moder.Papi.in præallega.tracta. iurispatro. columna penulti.vbi in præsenti quæstione satis inuolutè procedunt:

cedunt:& præter ordinatam materiam plura adduxi suprà vltra.eos.

Sed nunquid ille qui præscripsit ius præsentandi in aliquibus ecclesiis tanquàm senior de domo, censeatur etiam præscripsisse ius præsentandi in aliis ecclesiis:quæ sunt de iure patronatus ipsius domus?& an qui præscripsit ius præsentandi in aliqua ecclesia, censentur etiam præscripsisse in alia sub iure patronatus inclusa? & per cõsequens integrum iuspatronatus? vide plene Roma.consi.ccclxviij.præsens consultatio. notant præfati moder.Papi.in præalleg.tracta circa fi.

SVMMARIVM.

1 *Vna ecclesia an possit aliam præscribere?*

2 *Ius prælaturæ vel præbenda præscribi non potest, quia in eo requiritur institutio canonica.*

3 *Vicarius temporalis alicuius prælati soluens censum alteri ecclesiæ: etiam longissimo tempore an præiudicet prælato & ecclesiæ?*

4 *Iura spiritualia sunt præscriptibilia per eũ,qui illa potest possidere.*

1 DEcimò iuxta præmissa quæro:† cõtinuando præscriptionem canonicam siue ecclesiasticam:an vna ecclesia possit præscribere aliam?

Dico quòd sic.text.est in c.cura.de iurepatro.vbi not.Ioan. Andr.Panor.& alij Cano.

a Quod intelligunt doc.ibi procedere.vt possit præscribi iure proprietatis.[a] scilicet quòd ecclesia præscribens habeat ecclesiam præscriptam ad proprios vsus tanquàm subiectam, vel vnitam.

Pro qua conclusione est glos.no.vltra docto.ibi in c.j.in verbo.ad mensam.de exces.prælat.in vj.& not.Ioan. And.in c.qui contra.de reg.iur.in mercur.

Non autem potest præscribi respectu tituli scilicet vt quis habeat ecclesiam tãquàm prælatus seu rector. Quia beneficia & tituli beneficiorum ecclesiasticorum non habentur sine institutione canonica.c.j.de reg.iur.in vj & c.ex frequentibus.de institu.

2 b † Hinc est quòd ius prælaturæ vel præbendæ præscribi non potest:[b] vt est glo.singu.in c.contingit.in glo.magna.circa me. ibi quid ergo:de dolo & contum.Quod est verum respectu superioris:sed contra alios bene præscribit:vt vult illa glos.Et ibi

declarant Cano.maximè Panor.col.iij.versicu.ij.ex dictis glo. vbi per illam glo.singulariter infert,quòd si clericus bona fide & titulo colorato possideat beneficium alterius per decem annos inter præsentes: & viginti inter absentes: quòd præscribit illud in præiudicium veri rectoris.licet ius prælaturæ sibi non acquisierit.& quod sufficiat tantum tempus:videtur colligi secundum Pan.ex no.in simili per Ioan.And.in c.sine possessione de regu.iur.in vj.in mercur.& pro hoc adducit vnam rationem & vnum simile:vt ibi per eum:qui subdit & no.hoc: quia si est verum:est nouum & mirabile dictum.& satis coloratū ex præcedentibus.

3 † Et no.quòd vicarius temporalis alicuius prælati:soluendo censum alteri ecclesiæ etiam longissimo tempore : non præiudicat prælato & ecclesiæ.ita determinat Ioan.And.in c.fina.de offi.vica.lib.vj.in nouel.sequitur Roma.consi.cccxxvij.in casu præsuppositæ consultationis.col.fina.

4 † Postremò adde circa istam q.quòd vna ecclesia potest præscribere aduersus aliam nedū iura temporalia , sed spiritualia spatio quadraginta anno.& sic iura spiritualia sunt præscriptibilia per eum,qui illa potest possidere:sed non per laicum, qui illa possidere non potest.ita not.Pan.in c.ad aures.de præscript. dicens quòd ecclesia super spiritualibus rebus potest se sola præscriptione tueri.

ADDITIO.

a Adde Pan.in c.dudum.de deci.vbi dicit quòd ecclesiæ possunt præscribi iure proprietatis : dummodo habeatur titu.præscribendi:sed sine tit.non possunt præscribi.

b Adde Bald.in §.si quis.per triginta.in titu.si de feu.fue.cōtro. vbi dicit quòd beneficium ecclesiasticum etiam longissimo tēpore præscribi non potest per text.in c.ex parte.de test.quòd intellige.vt hic.& vide Panor.in c.episcopi.de re.eccl.nō alie. & an præscribere possint qui ecclesiam habuerunt à laicis : vel eorum successores.vide per Panor.in c.cura.de iurepatro.

SVMMARIVM.

1 Inferior episcopo an possit contra episcopum præscribere?

2 Iura episcopalia an possint præscribi.

3 Ecclesiæ seculares quibus modis possint pleno iure subesse inferiori prælato?

Inferior

5 *Inferior potest præscribere iurisdictionem cognoscẽdi inter subditos.*
6 *Cognitio causarum matrimonialium potest per prælatum episcopo inferiorem præscribi.*
6 *Institutio, per quam quis mittitur in possessionem beneficij, seu per quam fit traditio curæ animarum, an possit per inferiorem prælatum præscribi.*
7 *Inferior prælatus an possit certam partem diœcesis cum territorio contra episcopum præscribere?*
8 *Inferior potest contra episcopum præscribere priuatiuè, non cumulatiuè.*
9 *Iura præscriptibilia per inferiorem episcopo sunt nouem.*
10 *Excommunicandi potestas: interdicendi, & absoluendi potest præscribi respectu clericorum, & ecclesiarum secularium ab inferiore episcopo.*

1 VNdecimò quæro.† An inferior episcopo, vt abbas, vel præpositus existens in diœcesi possit præscribere contra episcopum iura episcopalia in aliquo loco, siue in parte diœcesis, & seu in certis ecclesiis diœcesis: cum episcopus de iure communi habeat suam intentionem fundatam in tota diœcesi: & sit superior in omnibus spiritualibus exercẽdis infrà diœcesim. c. omnes basilice. xvj. q. vij. & ca. placuit. x. q. j. facit text. in c. cum venerabilis. de relig. do. & in c. cum episcopus. de offi. ordi. lib. vj. vbi dicitur quòd episcopus in tota sua diœcesi habet iurisdictionem ordinariam in spiritualibus, & causis ad forum ecclesiasticum spectantibus?

2 † Conclusiue respondeo quòd abbas, vel alius inferior prælatus potest præscribere iura episcopalia. [a] Sed in his tantum obtinet: quæ præscripsit: ideo potest prælatus inferior præscribere in certis ecclesiis diœcesis totum ius episcopale: vt probatur in ca. auditis. & in c. cum olim. de præscript. & ibi plenè notant canoni, præcipuè Panormi. & Felin. & præscribitur spacio xl. anno. cum titulo colorato: ex quo ius commune resistit: vel spacium tanti temporis, cuius initij. &c. absque titulo: vt probatur in d. c. auditis. iuncto. capi. j. de præscript. in vj. iunctis 3 etiam notatis in capitul. de quarta, eo. titu. † & ideo Panor. in dicto c. auditis. in iiij. not. notat duos modos: quibus ecclesiæ seculares possunt pleno iure subesse abbati, vel inferiori prælato: scilicet per priuilegium Romani Põtificis: & per præscriptionem: & dicuntur subiectæ pleno iure secundũ eum: quando episcopus nullũ ius episcopale in illis exercet: sed vtraque

leg e

lege subiiciuntur abbati.vt habetur & notatur in c.quoniam de priuile.ex quo dicit singulariter notãdum, quòd totum ius episcopale in certis ecclesiis est præscriptibile per inferiorem: de quo ibi latius in gloss.iij.

Eandem conclusionem firmat ipse Panormi.in c.auditis.in iiij.nota.de restit.in integ.per illum text.vbi not.quòd prælatus citra episcopum potest præbere omnes ecclesias existentes in certa parte diœcesis quo ad totale ius episcopale: vt sic
b ipse prælatus inferior, & non episcopus ibi iurisdictionem b
4 exerceat episcopalem.per illũ tex.in verbo pleno iure.† Quod procedit nedum in prælato seculari: sed etiam in regulari: vt ibi per eum.& in c.accedentibus.de exces.prælato.& in c.pastoralis.in princ.vbi glo.j.col.ij.de offic.ord.& plenè not.idem Panor.in c.cum contingat.col.iiij.de for.compet.vbi concludit in versi.sed quæro, quòd inferior episcopo potest præscribere iurisdictionem cum territorio contra episcopum: ita tamen, quòd subsit episcopo, vt episcopus habeat vniuersalem iurisdictionem saltem habitu:& iste inferior prælatus habeat quasi subeo:licet in exercitio excludatur episcopus:sed nõ potest quærere territorium vt separatum ab episcopo, vt faciat caput in eadem ciuitate seu diœcesi.Et operabitur iste habitus iurisdictionis:qui reseruatur episcopo secundum Panor.ibi in princi.v.col.multos effectus: quos specialiter enumerat: maximè, quòd poterit ab ipso inferiori appellari ad ipsum episcopum.arg.c.Romana.§.j.de appella.in vj.item quòd data negligentia inferioris prælati poterit episcopus iurisdictionem exercere:quam ille præscripierat.refert & sequitur Felin.in c. irrefragabili.circa princip.de offic.ordina.

5 †Et descendẽdo magis ad speciem: cognitio causarum matrimonialium præscribi potest per prælatum inferiorem episcopo:etiam regularem:vt probatur in dicto c.auditis.in verbo causarum matrimonialium.iuncta glo.iij.in fi.& ibi not.in
c specie Panor.[c] vj.col.in vj.not.reprobando opin. Host.qui tenuit contrarium.in c.literas.de restit.spoliato.vbi hanc opi.tenuit Ioan.And.& pro concor.adducit Panor.tex.in c.accedentibus.iuncta glo.fi.de exces.prælat.vbi ipse not.& in c.j.iuncta glo.iiij.de consanguinita.& affinita.

Ex quo primò infert Panor.quòd nedum ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis possunt per inferiorẽ præscribi: sed etiam si sint dignitatis episcopalis. Nam cognitio causarum matrimonialium est episcopalis dignitatis, vt in d.c.accedentibus.

†Secun

6 † Secundò infert Panor. quòd institutio etiam authorizabilis per quam fit traditio curæ animarum: seu quis mittitur in possessionem beneficij: potest per inferiorem prælatum præscribi: cum hoc non sit ordinis episcopalis: & sic cessat contrarium. capitulo, quanto. de consuetu. quàmuis contrariam opinionem tenuerit Hostiensis, quam reprobat Panormitanus, & dic vt latius per Felinum, in dicto capi. auditis. col. iiij. cum seq. versi. inquantum Abb. &c. & per Panor. in c. cum venerabilis. de censi. & not. ipse. in cap. auditis. ij. colum. in iiij. not. de restitutio. in integrum.

7 † Tertiò infert Panor. in d. c. auditis. & not. ex illo text. aliud singulare dictum, quòd vt ipse dicit alibi ita bene non probatur, quòd inferior prælatus potest præscribere certam partem diœcesis cum territorio: excludendo prorsus episcopum in illo loco ab exercitio iuris episcopalis. de quo dic vt plenius per eundem in d. c. cum contingat. de foro competen.

8 † Quartò colligit & infert Panor. aliud singulare ex text. in d. c. auditis. quòd exercens iurisdictionem in aliquo loco vniuersaliter, vel in certis articulis, videtur illam præscribere: excludendo illum ad quem pertinebat iurisdictio. Non autem vt in exercitio cum illo concurrat. Et sic secundum Panor. inferior præscribit contra episcopum priuatiuè, non cumulatiuè tantum: & idem tenuit Calderi. consil. ij. sub rubr. de præscript. Eandem conclusionem firmat Panor. in cap. irrefragabili. in princip. in pen. not. & in ca. pastoralis. in princip. col. ij. de offic. ordi. & ibi latè per Felin. facientem regulam, quòd iurisdictio competens alicui iure speciali venit accumulatiuè ad vniuersalem: cum octo limitationibus: & per Feli. in d. c. auditis. in fi. v. col. vbi addit, quòd sicut abbas potest præscribere facultatem autorizãdi permutationibus: ita etiam vniendi. vt ibi per eum. & pro pleniori doctrina vide Panor. in d. ca. cum olim. in viij. not. de præscriptio. vbi colligit nouem iura præscriptibilia per inferiorem episcopo.

9 † Primò ius instituendi in ecclesia, & capellis, quòd intelligit Panor. procedere etiam quo ad curata beneficia: vt in illis præscribatur institutio authorizabilis: vt prædictum est.

Secundò præscribi potest ius destituendi. nam ad eum spectat destitutio seu priuatio beneficij: ad quem spectat, institutio. c. cum ex iniuncto. in fin. & ibi gl. de hære. c. j. & ij. de capel. mona. c. cum. & plantare. §. in ecclesiis. de priuileg. Tamen. præscripta institutione non est præscripta destitutio: vt dixi allegando

gando Panor.in secunda parte princip.col.vij.vltra medium licet ipse suprà sentiat oppositum.

Tertiò præscribi potest ordinatio clericorum quo ad minores ordines:quos præscribens iure communi potest conferre: vt in abbatè,qui potest dare minores ordines.cap.abbates.de priuileg.in vj.& c.j.lxviij.distinctio.

In aliis vero maioribus non cadit præscriptio : quia ea quæ sunt ordinis episcopalis:& specialiter episcopis reseruata,non præscribuntur : nec possunt alij competere ex præscriptione, vel consuetudine.c.quanto.& ibi not.Panor.in j.no.de consuetudi.Not.plenè.do.Cardi.consil.cxxxj.videndum est plenè.

Sed aduertè,quod si potest conferre iure communi:non cadit præscriptio.Ideo secundo modo potest hoc intelligi secundum Panormi.quod potest præscribi ordinatio clericorum per inferiorē puta abbatem : vt faciat suos clericos ordinari : per quem voluerit episcopum : & sic per alium quam per ordinarium.Hoc enim est præscriptibile.c.veniens.de præscript.vbi aliàs cessante præscriptione : licet forent abbas , & monachi exempti tenentur accipere ordines à diœcesano:vt habetur in dicto capitulo,veniens.

Quartò præscribi potest per inferiorem prælatum contra episcopum ius pœnitentiæ iniungendæ quo ad grauiores culpas : & quo ad casus reseruatos episcopo:de quibus per gl.magistram.in c.ij.de pœnitent.& remis.in vj.& per Oldra.consil. clvj.primum de quo quæritur an interuenerit:quia omnia quę sunt iurisdictionis , & dignitatis episcopalis possunt per inferiorem nomine suæ ecclesiæ præscribi secundum Panormita. in d.c.cum olim.licet contrarium ibi velit Butri.per illum tex. cui respondet Panormit.columna ij.qui idem tenet in capitul. cum non liceat.in fin.de præscript.& latè firmat Calder.consil. ij.sub rubric.de præscriptio.

Quintò præscribi potest baptismum.id est vt habeat rector in ecclesia ius tenendi baptismum. Simile habetur in capitul. ij.de capel.mona.

Sextò præscribi potest decimarum perceptio : videlicet , vt inferior prælatus non tradat quartam episcopo sibi iure communi debitam:seu quòd nullam partem tradat.c.de quarta.de præscript.requiritur tamen titulus : vt ibi habetur : ex quo ius commune resistit: vel tantum temporis:cuius initij.&c.capit. j.de præscript.in vj.

Septimò præscribi potest ius celebrandi diuina in ecclesiis episcopo

episcopo subiectis. Quod declara: vt per Pan. in d.c. cum olim.
10 † Octauò præscribi potest potestas excommunicãdi: interdicendi, & absoluendi respectu clericorum, & ecclesiarum secularium. nam subditos suos potest abbas de iure cõmuni excommunicare: vt habetur in c. sicut. de simo. & in c. cum in ecclesiis. de maio. & obe. & in c. cum ab ecclesiarum. & ibi plenè notatur de offic. ord. Requiritur tamen in tali præscriptione titulus cum cursu xl. annor. vel tantum tempus cuius initij. &c. ex quo ius commune resistit. c.j. de præscript. in vj.

Prædictam cõclusionem limita: vt procedat in habente iurisdictionem ecclesiasticam. Secus in nõ habente: quia absque iurisdictione præscribi non potest potestas excommunicandi, nec interdicẽdi ecclesias. Sed habens prærogatiuam in alios: vt Archidiaconus, vel Præpositus possunt præscribere potestatem excommunicandi, & interdicẽdi secundum Ioã. And. in c. auaritiæ. de ele. in vj. in nouel. refert Panor. in c. quæsiuit. de his quæ fiunt à prælat. Sed an requiratur scientia & patientia episcopi: patet ex his quæ habentur ĵ. in iij. q. ij. partis huius v. ver. ij. q. &c. circa præscriptionem iurisdictionis: quia ista quæ præscribuntur, sunt iurisdictionis episcopalis. & per Pan. & Can. in d.c. cum cõtingat. de fo. compe. Nonò vltra Pan. præscribi potest ius vniẽdi ecclesias subiectas: q͂ competit soli episcopo: vt in c. sicut vnire. de exces. præla. per inferiorẽ prelatum. vt per d. Car. in cle. j. §. ad hæc. de stat. mona. in vij. & vlti. q. Pan. in d.c. sicut vnire: vbi concludunt q͂ tale ius præscribitur cum titulo & bona fide spacio xl. ann. vel per tãtum tempus, cuius initij. &c. Et de materia: an & quando possint iura episcopalia præscribi? vide per d. Car. consi. cxxxij. videndũ est plenè: & pulchrè Calde. consil. ij. sub rub. de præscri. vbi cõcludit quod archipresbyter cũ capitulo cathedralis ecclesiæ possunt præscribere cum aliquo colorato titulo omnia iura episcopalia, & iurisdictionẽ episcopalem in aliquibus suis ecclesiis, & monasteriis, ac prælatis rectoribus: clericis & quibuscunque personis: & nõ solum accumulatam: sed etiã separatam & distinctã: vt ibi latius per eum. exceptis quæ sunt ordinis episcopalis, & quibusdam aliis iuribus inpræscriptibilibus: quę ipse enumerat per ordinem.

ADDITIO.

a De hac materia: an possint præscribi iura episcopalia: & quæ: & in specie an archipresbyter cum capitulo cathedralis ecclesiæ possunt præscribere, cum aliquo colorato titulo iura episco

episcopalia & iurisdictionem episcopalem in aliquibus ecclesiis: vide pulchrum cōsil. Calde. consil. ij. sub rubri. de præscrip. & ibi quæ iura retineat episcopus tanquàm imprescriptibilia in ecclesiis in quibus capitulum vel inferior præscripsit episcopalia. Et an & quando iura episcopalia præscribi possint. not. doct. in c. bonæ. de postu. præla. Inno. & doct. in c. conquerente. de offi. ordin. vbi no. an archiepiscopus possit ex præscriptione sibi quærere ius deferēdi crucem in prouincia alterius: de quo per glos. in c. j. vt lit. penden. & in c. quicunque episcopus. xvj. q. iij. & quòd capitulum non possit præscribere contra episcopum sede vacante renuntiationem beneficiorum Rota deci. cccxij. in nouis.

b Adde Roma. in notabili. fol. 13. col. iiij. vbi concludit quòd præscribit inferior iurisdictionem cognoscēdi inter subditos.

c Adde eundem Panor. in c. cum ex officij. col. j. de præscript. Calde. consil. ij. sub rubrica, de præscript. vbi dicit quòd potest prescribi cognitio causarum matrimonialium per inferiorem episcopo: quæ specialiter spectat episcopo. §. j. de consan. & affinit. per d. c. auditis. & c. literas. de restitu. spoliato. fortius ergo istud procedit in aliis causis inferioribus: vt ibi latè per eum.

SVMMARIVM.

1 *Inferior prælatus an possit præscribere libertatem siue exemptionem ita quòd nullomodo subiiciatur episcopo. & num. 4. quantum tempus ad hoc requiratur?*

2 *Præscribi non potest contra obedientiam in totum.*

3 *Abbas exemptus habens sub monasterio suo certam parochiam populi non exempti quantò tempore possit præscribi cōtra episcopum?*

5 *Detrahi an possit de præscriptione tēpus quo durauit prælatus qui concessit exemptionem. &c.*

6 *Ecclesia licet sit exempta priuilegio, aut præscriptione tenetur, tamen reuerentiam episcopo exhibere.*

7 *Exempti præscriptione, vel priuilegio habent necessariò postulare à proprio episcopo ea quæ sunt ordinis episcopalis.*

8 *Ordinarius exercens iurisdictionem in ecclesia exempta quantò tempore contra eam præscribat?*

1 DVodecimò quæro.† An inferior prælatus possit præscribere libertatem, siue exemptionem: ita quòd non subiicia-
a tur episcopo: sed sit in totum exemptus?[a]

Istam q. mouent glo. & Cano. præsertim Panor. in c. cum non liceat.

liceat.col.iiij.versi.venio ad tertiã & vltimam partem.de præscri.& determinant: quòd ecclesia inferior potest præscribere libertatem,& exemptionem contra episcopum, & alios superiores. vt ipsis non subsit: sed immediate subiiciatur ecclesiæ Romanæ,per text.in c.cum olim.de priuile.& in c.cum personæ.co.li.vj.vbi valet præscriptio contra episcopum in iure superioritatis:vel etiam potest subditus præscribere: quòd non subsit ordinario:sed alteri: & præscribit libertatem contra superiorem suum. Sed non potest quis præscribere simpliciter,
b quòd nõ sit subiectus superiori suo,nec alteri:quia non potest præscribi contra obedientiam [b] in totum. Et ita loquitur tex. in d.c.cum non liceat. Sed quod obedientia debita vni debeatur alteri,vel quòd quis immediate subsit Papæ.istud bene præscribi potest.d.c.cum olim.& c.cum personæ.vbi Ioã.And. in nouel.colũ.j.post Ioan.Mona.ponderat ibi text.in verbo.libertate, quod non dicit exemptione:quia plena exemptio per subditum præscribi non potest.d.c.cũ non liceat. Tamen præscribi potest: vt ipse dicit subditus ab alio.c.cum ex officij. de præscriptio. & c.cum super. de re iudic. & ipse etiam subditus bene potest præscribere certas libertates. allegat c.auditis. de præscrip.& c.accedentibus.de excess.prælato.& c.j.de consangui.& affini. Addo quòd istam q.diffuse examinat Ioã.And. in addi.Spe.super rub.de præscr.vbi adducit pulchra argumen
2 ta hincinde,quibus respondet:& tandem approbat prædictam distinctionem seu doctrinam. † quòd cõtra obedientiam præscribi non potest: vt quis nemini subsit:& sit acephalus, idest, sine capite. c.nullam.cxiij. dist. sed obedientiæ certæ personæ vel certæ dignitatis bene præscribitur secũdum eum d.c. cum
c personæ. Et ibi vide per Ioan. And.practicam & modum articulandi super præscriptione exemptionis. [c] Hinc decidunt domini de Rota.deci.ccxxvj.& refert Panor.in d.c.cum olim. quòd si subditus episcopo iure cõmuni format articulos contra episcopum: quòd est exemptus ab omni sua iurisdictione: & quòd præscripsit omnimodam libertatẽ, tales articuli non sunt admittendi:secus si dicit: quòd alter præscripsit hanc iurisdictionẽ:vel quòd ipse præscripsit,ꝙ esset alteri subiectus. Et hanc doctrinam refert & sequitur Felin. in d. c.cum non liceat.col.iiij.circa prin.& eam dicit elegantem.Et pro illa adducit plura consilia Oldra.& Rotam sub titu.de præscri.deci.j. in nouis:& est illa,quàm ibi allegat Panor. sub alio.numero. Quàm doctrinã prosequere, vt ibi latius per Panor.col.vj.

respondentem ad quędam motiua contraria,& tradentem intellectum ad regulam.l.sine possessione.ff.de vsucapio. & cap. sine possessione.de regu.iur.in vj. † Et ibi in versi.potest etiam
3 decidi circa fi.cômen. determinat idem Panor. q.quòd abbas exemptus habens sub monasterio suo certam parochiam populi non exempti : in qua exercuit curam animarum per monachos suos nunc vni:nunc alteri committendo:prout sibi videbatur expedire : nec vnquam ipse recepit curam ab episcopo : nec ab eo fuit ipse abbas institutus : vel curæ præpositus: nec pariter per eum visitatus. & hoc durauit per tantum tempus,cuius initij. &c.præscripsit contra episcopum:vt ipse committat curam.& vt ipse visitet & corrigat præpositũ curæ:quia potest præscribere iura episcopalia.vt in d.c.auditis. & in c.cũ olim.eo.tit.& per Ioã.And.in c.cũ episcopus.de offi.ordi.in vj. & respondet ibi Panor. ad contraria, concludens quòd etiam præscribi potest institutio:seu commissio curæ animarum.

De quo dic,vt plenè not.in c.cum satis. de offi. ordi.

Prædictam conclusionem quæ habet quòd exemptio potest præscribi contra episcopum , ita quod quis subsit immediate Papæ limita & declara. vt pulchrè per Feli.in d.c.cum non liceat.col.vj.circa fin.versic. modò si ad hoc.vbi dicit ex mente Cardi. ibi quòd hoc debet intelligi , dummodo tales allegantes exemptionẽ ex præscriptione fuerint à Papa habiti & tractati. vt immediate subiecti. Sed sola generalis præeminentia Papæ non redacta ad actus ordinario præiudicãtes non sufficit:quia alias sequeretur quòd semper valeret omnis pręscriptio libertatis contra episcopum , nam præscribens diceret: Sum subiectus Papæ,non tibi.& sic tex.in d.c.cum non liceat. seruiret de vẽto.& istud fortè sensit abbas Panor.vnico verbo, secundum eum in c.quod sedes.col.iij.vers.an autem ista possint.de offi.ordi.dum declarat.c.in archiepiscopatu.de rapto.

Quàm considerationem dicit Feli.nõ inuenies in tuis scartapaciis:ideo est bene notanda pro limitatione præmissorum: & pro defensanda iurisdictione ordinariorum.

4 † Sed opportunè quæritur: quantum tempus requiratur ad præscribendum huiusmodi libertatem siuè exemptionem?

Hanc quæstionem non tangunt Abb.Pañ.& Fel.vbi suprà: licet sit necessaria:dic ergo ꝙ cum titulo.vt puta cũ priuilegio: licet inualido:quòd sit tale,quòd saltem causam præbeat præscribendi:iuxta plenè no.per gl.& Cano.pręcipuè Abb.Panor. & Felin.in c.de quarta.de præscript. præscribitur talis libertas

sine

ſiue exemptio ſpacio xl.an. Sed ſine titulo requiritur tempus, cuius initij. &c.ex quo ius cõmune reſiſtit huic præſcriptioni. c.j.de præſcript.in vj.

Iſta diſtinctio colligitur in terminis ex text. iuncta gloſſ. in d.c.cum perſonæ. verſicu. quod ſi talis. de priuileg. in vj. & ibi not.Ioan.Andr.colum.j.in nouel.& Gemi.in ij.oppo.verſic. ſed quæro. vbi declarant quando priuilegiũ dicatur dare cauſam præſcribendi. & ponunt exemplum : vt quia priuilegium apoſtolicum: per quòd dabatur libertas vel exẽptio : erat ſubreptitium:quia imperatũ lite pendente. Et ſic non valebat.c.fi. vt lite pendente. Dedit tamen ſucceſſori impetrantis cauſam præſcribendi : qui habet bonam fidem,& iuſtam ignorantiam cum titulo colorato. Et de hoc dicunt eſſe caſum in c. cum olim.de præſcript.vbi bonus text.

5 † Sed nunquid de præſcriptione detrahi debeat tempus,quo durauit prælatus : qui conceſſit alicui eccleſiæ exemptionem: vel tempus quo viuunt clerici,qui incipiũt præſcribere exemptionem ex minus legitimo titulo ? vide per Calde.conſi.iij.& iiij.ſub rubr.de præſcri.vbi determinat,quòd non.

6 † Circa prædicta nota duo. Primò quòd licet eccleſia ſit exempta priuilegio,vel præſcriptione,tenetur tamen exhibere reuerentiam epiſcopo:& ire ei obuiã proceſſionaliter more aliorum. Et præcedet epiſcopus in loco exempto exiſtenti in ſua diocæſi : quia ius reuerentiæ nunquam tollitur per exemptionem.ita dicit no.Bal.in l.ſi.per illum tex.bene probantem in ver.reuerẽtia.C.de bo.lib.Et ita reſpõdit Oldr.Archiepiſcopo Rauenatenſi : vt ipſe dicit.refert & ſequitur do.Felin.comprobans hoc dictum per plura in d.c.cum non liceat. col.j.

Subdit tamen quòd fortè valeret præſcriptio: quàm probaret eccleſia inferior,quod prçlatus ipſius præcederet in ſua parochia:quia iſtud non eſt prçſcribere reuerentiam:ſed partem reuerentiæ.Et ita reſponderi poteſt ad illum tex.ſecundũ Feli.

Addo Rom.in ſuis ſingularibus fol.13.ſingulari.ccccclxxxvj. incip.epiſcopus:vbi facit tex.in d.l.ſi.in verſi.reuerentiam ſingularem ad hoc, quòd nunquam cenſetur remiſſum ius reuerentiæ.

7 † Secundò no.quòd exẽpti præſcriptione,vel priuilegio habent neceſſario poſtulare : & requirere à proprio epiſcopo ea, quę ſunt ordinis epiſcopalis:nõ obſtante exẽptione:vt criſma: oleum ſanctũ:conſecrationes baſilicarũ:& ordinationes clericorum,& his ſimilia:niſi aliud in ipſorũ priuilegiis cõcedatur.

Casus est in c.veniens.& ibi no.Abb.Panor. col.ij.in vj.not.de præscrip.vbi remissiue tradit quæ sint ordinis episcopalis. not. Ioan.And.in c.j.col.fi.de priuile.in vj.in quo text.ponuntur casus, in quibus ordinarius habet iurisdictionem in exemptos. Et alios casus ponit ibi remissiuè Ioan.And. col.vlti.

8 † Quid autem ecõtrà posito, quòd aliqua ecclesia sit exempta per priuilegium vel legitimã præscriptionem, quanto tempore ordinarius exercens iurisdictionem in ecclesia suæ diœcesis exempta præscribat: seu acquirat iurisdictioné amissam? & sic contra huiusmodi exemptionem & libertatem? vide per domi.Anto.de But.in repeti.c.peruenit.col.xv. circa medium. versic. ex hoc infertur. de censi.& per domi.Bertachi.firma.in suo tract.de episcopo.in xx.quæstio.secundæ partis.

ADDITIO.

a De hac q.an prælatus inferior præscribat exemptioné contra episcopum.vide do. Bertach.firma.in suo trac.de episcopo. in xxj.q.ij.partis illius tract.& an de tali præscriptione detrahi debeat tempus quo vixit prælatus.qui concessit exemptionem Cal.consil.ij.sub rubr.de præscript. & consil seq. & an inferior episcopo possit contra eum præscribere iura superioritatis? vide per Ioan.And.in c.abbates.de priuil.lib.vj.in nouel.& ibi an abbas possit præscribere potestatem benedicendi populum solenniter.& quod possit præscribi exemptio.firmat Panor.consi. xciiij.videtur primo.j.volu.vbi dicit quòd priuilegium & præscriptio æquiparantur. & sicut aliquæ ecclesiæ possunt eximi per priuilegium, ita & per præscriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Quarta canonica an possit præscribi?*

2 *Episcopo petente quartam decimarum ab aliqua ecclesia inferiore: illa autem opponente præscriptioné? cui incumbat onus probãdi?*

3 *Ius quo vna ecclesia petit censum ab altera an sit præscriptibile?*

1 DEcimotertiò quæro. † An præscribi possit quarta episco-
a palis, vel parochialis: quæ vocatur quarta canonica. [a] Nã episcopus iure cõmuni debet habere quartam omnium oblationum, & decimarum ecclesiarum inferiorum, & mortaliciorum ab ecclesiis inferioribus. vt est text.in c. conquerente. de offi.ordi. vbi enumerantur iura episcopalia: quæ habet episcopus in ecclesiis sibi subiectis? Et de quarta mortaliciorum & relictorum, est text.in c.officij.& in c.requisisti.de testamen.

Vtrum

Vtrum ergo ecclesiæ inferiores possint præscribere aduersus episcopum quòd non soluant istam quartam?

Istam quæst. decidit text. in c. de quarta. iunctis ibi not.de præscript.vbi habetur,quòd præscribitur ista quarta spacio.xl. annorum : concurrente titulo colorato , vel putatiuo iusto errore causato cum bona fide.& ibi plenè not.glo.& omnes Cano.præcipuè Panor.& Felin.& glos.in c.j.de sta. reg.aliàs deficiente titulo : requiritur tantum tempus: cuius initij. &c.cum ista præscriptio sit contra ius commune c.j.de præscript. in vj. not.glos.& doct.in c.si diligenti.de præscrip.& in specie domi. Card.consi.xxvj.pro euidentia.in fin. a

2 † Et quando episcopus petit quartam decimarum ab ecclesia inferiore : & ecclesia opponit præscriptionem : cui incumbat onus probandi.

Et an debeat ecclesia probare negatiuam, quòd non soluit per tempus requisitum ad præscriptionem ? vide pulchrè per Ioan. And.istam q.latè examinantem in c. sine possessione. de reg.iur.in vj.in mercu.& Alberi. ibi post eum.

3 † Et circa materiam. d.c.de quarta annecto aliam.q. vtrum ecclesia contra ecclesiam præscribat pensionem præstari solitam spacio quadraginta annorũ?quàm vide decisam per Paul. de Castr.consil.ccxcj. in antiq. & per Butr.in repet.c.peruenit. col.x.de censi. vbi quærit:quid si vna ecclesia petit censum ab altera : an hoc ius sit præscriptibile ? & an censeatur reale vel personale : & satis deciditur ex prædictis.

Et decidit Pau.de Cast.præallegato cõsi.ccxcj. quæstionem facti. quòd Abbas qui recognouerat : & conduxerat quartam cuiusdam decimæ à capitulo ecclesiæ Tridentinæ in perpetuum sub certa pensione : licet per quadraginta, vel quinquaginta annos non soluerit : non præscripsit aduersus ipsum capitulum:ne in futurum soluere teneatur : per fundamenta : de quibus ibi per eum.

ADDITIO.

a De præscriptione quartæ canonicæ : vide per Panor. consil. xxxj.circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an possit aduersus ecclesiam præscribere quartam parochialem quam debet ecclesia non parochialis quo ad defunctum ecclesiæ parochiali?*

2 *Consuetudo reprobata prædicatoribus, & minoribus quo ad præscriptionem qua sit?*

1 DEcimò quarto quæro.† Vtrum ecclesia aduersus ecclesiā possit præscribere quartam parochialem: a quam debet
a ecclesia non parochialis quo ad defunctū ecclesiæ parochiali de omnibus relictis sibi factis,& de funeralibus defuncti,& ad quam tenentur etiam mendicantes.vt in cle.dudum.§.verum. de sepultu.vbi glo.& docto.Cardi.decidunt plures quæstiones occurrentes circa istam quartam:ita quòd non teneatur illam decætero soluere? Concludo quòd sic:concurrente aliquo titulo.licet non efficaci:sed colorato:& iusto errore causato: puta ex priuilegio inualido.per text.in d.c.de quarta.cum ibi notatis per glo.& docto.Alias requiritur tantum tempus cuius initij &c.cum talis præscriptio sit contra ius c.j.de præscriptio.in vj.ita determinat Alexand.consi.cxcvj.viso testamento.col.pe. & vlti.versi.de præscriptione autem.ij.volu.sola vero consuetudo : in qua non requiritur titulus: sed tempus xl.anno. quando est contra ius vt dicatur legitimè præscripta.c.fina.cum ibi no. maximè per Abb.Panor.col.vij.vers.quantum vero tempus.de
2 consue.non excusaret prædicatores,& minores,† quia in prædicatoribus & minoribus talis consuetudo est expressè reprobata.per text.in d.cle.dudum.§.verum.ibi de quibus etiā quarta siue canonica portio dari siue exigi non consueuit.Et intelligitur reprobata tam præterita,quàm futura:vt concludit Alex. consi.proximè allegato.colum.ij.versic.præterea non obst.&c. ideo in predicatoribus & minoribus requiritur necessario præscriptio xl.anno.cum titulo,licet inualido colorato tamen, vt supra:vel tantum tempus cuius initij &c.quod habet vim priuilegij & exemptionis.c.super quibusdam.§.præterea.de verb. sig.& c.j.de præscript.in vj.

ADDITIO.

a De ista quarta parochiali satis amplè tractat Alexand.consi. cxcvj.infrà alleg.secundo volu.vbi tractat de quibus relictis solui debeat:& Bald.consi.ciiij.j.volu.& diffusè do.Petr.de Perusi.in suo tracta.quem edidit de quarta canonica per totum. Nec potest testatoi disponere:quod ista quarta non soluatur:vt est casus in c.officij.de testam.& latè per Feder.de Senis.consi. cliiij.Ioannes seruus : vbi plura ponit ad declarationem clem. dudum

dudum.§.verum de sepultu.& ibi interseritur tenor cuiusdam bullæ apostolicæ:

SVMMARIVM.

1 *Laici an consuetudine possint præscribere, quòd rector ecclesiæ det in quibusdam festis candelas, & similia?*

1 DEcimoquintò quæro † Vtrum laici possint præscribere, quòd in festo purificationis beatę Mariæ virginis præsbyter, seu rector parochialis ecclesię debeat eis dare candelas benedictas de cera noua: & quid in simili?

Istam q. decidit Oldra.consi.clv.quæro an laici: vbi concludit quòd talis consuetudo est præscriptibilis spatio quadraginta anno.cum sit modicum præiudicialis ecclesiis: & idem dici potest in similibus.

Adde Feli.post Cardin.in c.causam.versi.dicit etiam hic de præscript.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio & procuratio an possit præscribi?*
2 *Regula quòd contra visitationem & procurationē non currat præscriptio sex modis limitatur.*
3 *Præscriptio prodest in his oneribus euitādis, quæ sunt præscriptibilia.*
4 *Præscriptio contra cathedraticum vt nullum debeatur an currat?*
5 *Charitatiuum subsidium an contra episcopum possit præscribi?*

1 DEcimosextò quæro † An possit præscribi visitatio & procuratio. De ista materia vide plenè in c.cum ex officij.vbi text.& ibi Inno.Panor.Feli.& omnes Cano.latè tradunt de præscript.& est etiam text.in c.cum instantia.de censi.vbi notatur. & in dictis locis habetur: an procuratio possit pręscribi ex toto vel in quota: & an possit expresse remitti per superiorē: vel in aliud commutari. Et refert Feli.in d.c.cum ex officij duos tractatus de materia visitationis & procurationis dominorū Mariani Sozini & Francisci Pauini: & ibi col.iiij.cum tribus seq.
2 latè explicat istam materiam faciens regulam, † quòd contra visitationem & procurationem non currit præscriptio per illa iura, quam limitat sex modis. Et pręsertim quando præscriptio visitationis & procurationis allegaretur ab alio prælato: qui di

ceret se præscripsisse potestatem visitandi subditum alterius: quia potest induci talis præscriptio illius exclusiua per text. in d.c.cum ex officij.versicu.& si alius. Et potest ista præscriptio induci nedum à prælato extraneo: sed etiam à prælato subdito ipsius episcopi: vt ibi per Panor. in v.not.& per Feli.in iij.limita.col.iiij.& pulchrè dixit Panor.consi.xciiij.videtur primo.j.vol.quòd licet in procuratione legatorum, & nuntiorum sedis apostolicæ non currat præscriptio contra ipsos legatos.vt in c.accedentes.de præscript. Tamen contra residuum cleri bene currit: vt reliqui clerici seu ecclesiæ teneantur ad integrã procurationem legatorum & nuntiorum illa ecclesia excepta.

Istud fuit singulare dictum Ioan.de Lign.in d.c.accedentes. vt refert Abb.Panormi.in prædicto consi.

Quod an sit verũ vide plenè per Feli.in d.c.accedentes.col. v.circa fi.& seq.versi. cæterum limitauit.&c.& declara: vt ibi per eum.dicit etiam Panor.præalleg.consi.quòd fortius debet admitti præscriptio libertatis contra omnes ecclesias, quàm contra vnam ecclesiam particularem.vt not.Inno.in c.cum dilectus.de cõsue.

3 † Subdit Abb.Panor.in præallegato consi.quòd præscriptio prodest in his oneribus euitandis, quæ sunt præscriptibilia. In aliis vero non.vt est casus.in clemen.prima: iuncta glo.in verbo legitima.de censi.& ibi ponit in quibus oneribus nõ currit præscriptio, videlicet in cathedratico: procuratione: & in aliis ibi enumeratis.

Eandem conclusionem firmat Calde.consi.ij.sub rubrica.de præscript.vbi etiam enumerat: quæ & qualia iura episcopalia præscribi possint: & quæ non.

4 † Sed est notandum, quòd præscriptio contra cathedraticũ, vt nullum debeatur non currit. Sed quòd minus debeatur: sic. glo.in c.quicunque.xvj.q.vij.no.do.Cardi.in cle.j.in prin.in iij. q.de iurepatro.& in cle.j.in xij.q.de censi.Et vide per Abb.Pan. in d.c.accedẽtes.col.iij.de præscri.& ibi an cẽsus præscribatur.

5 † Not.etiam quòd charitatiuum subsidium quod est ius episcopale: vt in c.conquerente.de offi.ord non præscribitur cõtra episcopum.vt not.Ioan.Andr.in c.cum venerabilis.de censi.& Archi.x.quæstione prima, super glos.summæ, cum concor.adduc.per Brixiensem in reperto.in verbo præscriptio.colum.v. versi.charitatiuum.

Qualiter autem præscribatur taxa beneficiorum? vide per Cardi.in clemen.ij.in viij.q.de deci.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Præscribi an possit, quòd episcopus vel prælatus non teneatur consilium sui capituli perquirere in gerendis per eum?*
2 *Prælatus potest præscribere ea quæ spectant ad capitulum.*

1 DEcimoseptimò quæro.† An possit præscribi, quòd episcopus vel prælatus non teneatur requirere consilium sui capituli in gerendis per eum, maximè in corrigendis excessibus subditorum: prout de iure communi tenetur. c. quanto. & c. nouit. de his quæ fi. à præla. Vel contra prestationē consensus alias necessariam?

Istam quæstionem determinat text. in c. pe. de consue. lib. vj. & ibi no. Io. And. & Gemi. vbi dicitur quòd in hoc valet cōsuetudo canonicæ præscripta. dic vt ibi habetur. & per Inno. & Io. And. in c. pastora. de dona. & in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à præla. vbi tangunt docto. an episcopus, vel prælatus ex præscriptione possit acquirere potestatem alienandi bona ecclesiæ sine consensu capituli. & determinant quòd sic: licet gl. tenuerit contrarium in cle. si vna. de reb. eccle. non alie. in verbo consentiente. ad fi. sed eam reprobant cōmuniter docto. & vide ibi do. Card. in viij. q. qui concludit, quòd in tali præscriptione requiritur tempus cuius initij &c. ex quo ius commune resistit. & vide Berta. in reper. in verbo præscriptio quinto. col. iij. versi. præscri-
2 ptio contra præstationem. & ratio præmissorum est:† quia prælatus præscribere potest ea quæ spectant ad capitulum: & econtra, vt probatur & notatur. in c. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi. no. Pan. in c. ea noscitur. col. ij. de his quæ fi. à præla.

SVMMARIVM.

1 *Iura parochialia an possint ab vna ecclesia contra aliam præscribi?*
2 *Prælatus vnius ecclesiæ potest certa iura parochialia in ecclesia aliena præscribere.*

1 DEcimooctauò quæro.† An vna ecclesia contra aliā possit præscribere iura parochialia. glos. & do. Cardi. in cle. quia contingit. §. fi. in ij. q. de reli. do. determinant quòd sic, & cōcludunt quòd in tali præscriptione requiritur tempus xl. ann. cum titulo & bona fide: vel saltem tantum tempus cuius initij. &c. cū sit cōtra ius per c. j. de præscript. in vj. candē cōclusionem firmat Pan. licet de prædictis mentionem nō faciat in c. cum con

tingat.in iij.no.de deci.vbi no.per illum text.quòd vna ecclesia potest præscribere certa iura parochialia infrà limites alterius ecclesiæ & etiam decimas coherentes limitibus præscribendo
2 eas totas:vt ibi latius per eum & in specie:† an prælatus possit præscribere in aliena parochia ius audiendi confessiones, & ministrandi ecclesiastica sacramenta?no.Inno.in c.conquerente.de offi.ordi.Io.And.in c.quia nõnulli.de cleri.non resi.Butr. in c.ex transmissa.de præscript.

SVMMARIVM.

1 *Vnio ecclesiarum an & quanto tempore præscribatur?*
2 *Vnio ecclesiarum quomodo probetur?*

1 DEcimononò quæro.† An possit præscribi vnio ecclesiarũ: & quanto tempore?Istam quæstionem determinat Ioan. And.in c.qui cõtra.de reg.iur.in vj.in mercu.vbi dixit quòd ad inducendam vnionem duorum beneficiorum,curam animarũ habentium necessaria est præscriptio tanti temporis cuius initij in contrarium memoria non extat:& ad hoc adducit plures rationes:& ita refert tenere Host.in sum.de sup.negli.præla.§. quot modis.Et sequitur Alex.consi.lxx.in causa vertente.j.col. circa.prin.iij.vol referens idem tenere do.de Rot.in decis.suis decisio.ccix.incip.Item no.Dicit tamen pulchrè Io.And.vbi s.
2 ꝙ † licet nullo spatio temporis possit induci vnio ecclesiarũ, nisi per tempus cuius initij &c.tamen si probatur,quòd ecclesiæ fuerũt diu possessæ vt vnitæ probata est vnio præsumptiuæ. Et ita elegãter consuluit Old.consi.ccxcvj.de iure domini Guliermoni.& Pet.de Anch.consi.clxj.in quæstione ecclesiæ.in si. Et refert Feli.in c.causam quæ.col.j.versi.limita dupliciter.de præscript.vltra quem addo.Alex.præalleg.consil.quod ipse nõ adducit & corruptæ alleg.Pet.de Anch.consi.clvij.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ vt dicatur solita concedi in feudum, vel emphyteosim quantum tempus requirat, & quanto tẽpore inducatur huiusmodi consuetudo?*

1 VIgesimò quæro.† Quantum tempus requiratur vt res ecclesiæ dicatur solita concedi in feudũ,vel emphyteosim: & seu quãto tẽpore inducatur consuetudo infeudãdi res ecclesiasticas,vel emphyteoticãdi? quã.q.vide plenè discussam per do.Præpo.post gl.Bal.& Alua.in c.j.in prin.col vj.& vij.in ti.qui feu.da.pos.Alex.cõsi.v.si vera sunt.col.ij.ver.fortificãtur.v.vol. vbi cõcludit post Bal.& Io.de Imo.ibi relatos per eum,ꝙ requiritur spatium xl.ann.infrà quos saltẽ his res fuerit certo modo concessa

concessa in feudũ ab ecclesia ad hoc vt dicta res dicatur consueta per ecclesiam cõcedi in feudum. vt sic possit postea concedi sine solennitatibus requisitis in vera alienatione, per id quod habetur in c.ij.de feud.& argum.c.de quarta.de præscriptio.cum simili.

Capio secundam partem huius quintæ partis principalis, quæ concernit præscriptionẽ fiscalem.

SVMMARIVM.

1 *Bona vacantia fisco delata post denunciationem an possint vsucapi, vel præscribi?*

2 *Iura principi reseruata in signum priuilegij singularis, quæ sint & an possint præscribi?*

3 *Bona, seu iura possessibilia iure communi iam fisco incorporata quanto tempore præscribantur?*

4 *In bonis delatis seu commissis propter vectigal non solutum quanto tempore contra fiscum præscribatur?*

5 *Bona quando dicantur incorporata in fiscum, & quando fiat ista incorporatio?*

6 *Imperium quibus casibus gaudeat priuilegiis ecclesia Romana?*

7 *Res mobilis Cæsaris quanto temporis spacio vsucapietur?*

1 a ET Primò quæro. † quanto tempore præscribatur contra fiscum [a]? In hac materia iura variè loquuntur. nam text. in §.res fisci.institu.de vsucap.dicit quòd bona vacantia fisco delata post denunciationem non vsucapiuntur, vel præscribuntur. Sed antequam denuntientur fisco præscribi possunt: qui text.in primo dicto intelligitur de præscriptione communi. præscribuntur tamen huiusmodi bona spacio xl.ann.vt ibi not.glo.per l.omnes.C.de præscriptio.xxx.ann.bene facit text. in l.comperit.eo.titu.text.vero in l.in omnibus.ff.de diuers.& tempo.præscript.tradit regulam generalem quòd in omnibus fisci quæstionibus præscribitur spacio xx.ann.exceptis casibus, in quibus minora tempora sunt constituta.per quem text. decidit Bal.in l.data opera.col.xxv.C.qui accus.non pos.quòd bannum pecuniarium, siue pena fiscalis præscribitur spacio xl.anno.& sunt plæraque alia iura in hac materia vario modo loquentia:quæ adducit glo.in d.l.in omnibus.& plenius refert Abb.Panor.in loco infrà relato:& Paul.de Cast.in l.fin.col.pen. C.de sac.sanct.eccle.post glo.super verbo centum ann. Et ideo Bart.in d.l.in omnibus tradit doctrinam: quam refert & sequitur

tur Ang. Aret. in d. §. res fisci. circa princip. & latius Abb. Panor. in c. cum nobis. col. pen. versi. nunc quæro. de præscrip. vbi plenius distinguit, quàm faciat Bart. qui vt ipse dicit omnes scribentes veritate, & æquitate præcessit, prout infrà post relata multa iura in materia varie loquentia. dicens, quòd aut quæritur an currat pręscriptio in bonis seu iuribus reseruatis principi in signum subiectionis, vt in tributo seu censu. & in his nullo tempore currit præscri. l. comperit. C. de præscr. xxx. ann.

Idem & fortius secundum Abb. Panor. in ipsa subiectione, vt actiuè præscribi non possit. ne quis sit acephalus. vt habetur in c. cum non liceat. eo. tit. & latius dicetur infrà.

2 † Quædam vero sunt iura reseruata principi in signum priuilegij singularis, vt legitimare spurios: creare tabelliones: exigere vectigalia: pedagia: & similia. & in istis currit præscriptio. Sed requiritur scientia ipsius principis, & tantum tempus de cuius initio non extat memoria. vt est text. secundum eum. in c. super quibusdam. §. præterea. de verbo. signifi. not. Inn. in c. cum. P. tabellio. de fid. instru. & Bart. in l. si publicianus. §. in vectigalibus, qui est §. fin. aliàs incipit. in omnibus. ff. de public. & in l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcend.

Et vltra Abb. Panor. ibi. quæ sint de reseruatis principi: vide per Bart. in l. imperium. col. pen. versi. quæro quot sunt gradus. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi latius per Bal. in ij. lect. col. iij. versi. circa tertiam quæstionem. qui enumerat sexdecim specialiter reseruata principi. & tradunt ibi Alber. & plenius Rom. & Bal. in l. j. C. de iu. aur. annul. & in l. rescripta. C. de præc. impe. offe.

Reseruata autem Papæ enumerat gloss. magistra. in c. quod translationem. de offi. leg. & in c. sicut vnire. de excess. prælat. & Bald. in d. l. rescripta. Casus vero episcopo reseruatos colligit gl. magistra. in c. ij. in verbo reseruantur. de pœni. & remiss. li. vj.

3 † Quædam autem sunt bona & iura possessibilia: seu quæ possunt possideri iure communi. & si ista sint iam fisco incorporata, requiritur præscriptio. xl. ann. d. l. comperit. & ita procedit glo. in d. §. res fisci.

Fallit secundum Bart. in d. l. in omnibus. in casibus positis in l. fi. C. de sac. sanct. eccle. & in l. eum. C. de fun. reipu. & l. pen. & l. fi. C. de fun. patri. lib. xj. In quibus casibus nulla currit præscriptio contra habentem fiscum, & regalia, & non recognoscentem superiorem, prout declarat Sozi. consil. lxxxvj. col. ii. versi. v. hæc conclusio: & consi. clvj. col. fin. versic. sed clarum. Quod intelligo excepta præscriptione centenaria per casum in d. l. fi. C. de

C.de sac.sanct.quia illa nunquàm censetur exclusa gl. Bald.& Ange.in l.j.C.ne rei domi.vel templo.cum concord.adductis per Alex.in l.nemo potest.col.vlti.ff.de leg.j.Et latè dicetur in viij.q.vltimæ partis vj.principalis.

† Si vero non sunt incorporata: sed dumtaxat delata tanquàm vacantia, seu ex causa publicata: tunc in bonis delatis, seu commissis propter vectigal nõ solutum præscribitur contra fiscum quinque annis, adeo quòd vltra vendicari non possunt: vt est text.not.in l.ij.C.de vectiga.quem facit Rom.singu.suo notabil.cccclxxxiij.quod est. fol.13.colũ.iiij.incip.ius petendi.&c.& Alex.in l.forma.§.si.in apost.ad Bar.ff.de censi.not. Bart.in l.commissa.in vlti.q.ff.de pub.& Bald.in l.iij.C.si propter pub.pensi. Alex.consil.xxxj.ponderatis his.in si.v.volu.dicentes per illum text.quòd fiscus excluditur quinquennio à vendicatione rei:quæ incidit in commissum.

Idem dicit Panormi.in d.c.cum nobis.in bonis delatis fisco propter hæresim: quia non possunt vendicari vltra quinquennium à tempore mortis hæredi: vt est text.& ibi not.Barto.in l. ij.C.de apo.& bona glos.in l.Manicheos.C.de hæretic. In aliis vero si præcessit denuntiatio bonorũ vacantium sufficit tempus quatuor annorum.l.intra quatuor.ff.de diuer.& tẽpo.præscrip.& l.j.C.de quadri.præscrip. Sed si denuntiatio non interuenit, & tunc aut quis illa bona possedit bona fide tantum sine titulo, & requiritur tempus.xx.ann.& sic loquitur.d.l.in omnibus. Aut vero possedit cum titulo, & bona fide, & sufficit præscrip.xx.ann.& sic loquitur text.in l.quàmuis.ff.de vsucap.Ista doctrina colligitur ex dictis Bar.in d.l.in omnibus.& Panor.in d.c.cum nobis.ampliãtis dicta Bart.& est communiter approbata per Cano.ibi:& eam sequitur Paul.de Cast.in l.si:col.pen. C.de sac.sanct.eccle.Aret.cõsil.cliij.consultatio præposita.col. vlti.

† Quando autem bona dicantur incorporata in fiscum,& qualiter fiat ista incorporatio pro declaratione prædictæ doctrinæ, traditur plenè in l.si quando.la ij.& in l.si vacantia.C.de bo.vacan.lib.x. Aliam doctrinam in hac materia tradit Bal in d.l.si.col.j.ver.venio ad glo.C.de sac.sanc.eccle.qui constituit differentiam inter fiscum Romanæ ecclesiæ, & fiscum imperij,dicens, quod licet cognitio maleficiorum non duret vltra. xx.ann.quo ad fiscum imperialem.l. quærela.C.de fal.tamen exactio condemnationum, quæ fiunt iure Romanæ ecclesiæ durat vsque ad centum annos per text.in authen.quas actiones.in fi.quod videtur verum dicit ipse contra condemnatos,

&

& eius successores vniuersales: sed non contra bonæ fidei emptores: vt sentit vna gl. parua in d.l.fi. quod tamen Bal. eũ affirmat. Vnde videtur indistinctè verum, quòd contra fiscum Romanæ ecclesiæ, non currat minor præscriptio centenaria, per tex. in c.ij. de præscript. in vj. excepto speciali casu ibi expresso suprà prout firmat Paul. de Castr. in d.l.fi. C. de sacrosanct. col. versi. pro declaratione glo. dicens, quòd hoc procedit in fisco Romanæ ecclesiæ, siue bona fuerint incorporata, siue non, & ibi ponit doctrinã circa huiusmodi præscriptionem fiscalem sequens Bar. in d.l. in omnibus: aliquibus additis. Sed Ang. in l. iampridem. C. commu. de vsuca. id quod dictũ est in fisco Romanæ ecclesiæ: extendit ad fiscum imperialem, dicens, quòd sicut hodie de iure autenticorum cõtra Romanam ecclesiam non currit minor præscriptio centemnaria. d. authen. quas actiones. ita nec contra cameram imperialem, siue Romanum
a imperiũ,[a] quia gaudet prærogatiua Romanæ ecclesiæ. sequitur Alex. consi. lxxxiiij. in causa vertente. col. j. vers. ij. dicemus. j. vol. Quod dictum nõ videtur verum, nec de iure procedere, quia est contra communem doctrinam Bar. & doc. s. relatam: nisi fortè in quatuor casibus specialibus, de quibus in d.l.fi. C. de sac. sanc. vt vult Bart. in d.l. in omnibus. & ideo malè se fundat Alex. in præal. consil. in d.l.fi. quia illa l. non procedit nisi in quatuor casibus specialibus in ea expressis secũdum gl. ibi super verbo vendiderit. & cõmuniter doc. & dicetur latius in sequenti tertia parte huius quintæ partis principalis: vbi exami-
6 nabitur intellectus. d.l.fi. † Et ad motiuũ Ang. quod imperium gaudet priuilegiis ecclesiæ Romanæ: respõdetur quòd est verum in casibus à iure expræssis: & non in aliis: per ea quæ habentur in l. si quis seruo persuaserit. C. de fur. & per not. per gl. in c.j. in verbo declaramus. ne cler. vel mo. lib. vj. & plenè Ias. in
7 l.ij. col. iiij. in prin. ff. de iureiu. † Sed nunquid res mobilis Cæsaris vsucapiatur triennio? vide per Bald. in l.j. circa fi. C. ne rei domi. vel temp. & in d.l. iampridem. C. commu. de vsucap.

ADDITIO.

a Quanto tempore præscribatur cõtra fiscum: vide per Dy. in c. possessor. col. ij. de reg. iur. in vj. & quãto tempore res fiscales præscribantur not. Ioa. Fabr. & Aret. in §. res fisci. insti. de vsuca. & ibi Porc. & Ias. qui ponit duas limitationes. Alex. consi. lxxxiiij. j. vol. & quando bona confiscata delata præscribãtur ponit Bal. cõsi. xxxviij. ante fi. iij. vol. Paul. de Cast. cõsi. cccxxxv. aliàs cccxij. in anti. Bal. Ang. & script. in l.ij. C. commu. de vsuca. Ioã. de

de Pla.in l.iubemus.ver.sed qualiter.C.de fun.patri.lib.xj.& vi de Aret.in d.§.res fisci.circa prin.vbi alle.Bar.in l.pen.& in l.fi.
b C.de fun.patri.lib.xj.& Bal.cõsi.cccviij.quidã Lucanus.iij.vol. Adde Bal.in l.sicut.col.fi.C.de præscr.xxx.an.vbi dicit quòd eadem prerogatiua gaudet imperiũ contra pręscribentem qua gaudet ecclesia.alleg.gl.in §.vt autem lex in auth.de nõ alien.

Et vt clarior habeatur doctrina: procedam in hac materia per quæstiones particulares.

SVMMARIVM.

1 *Reseruata principi in signum subiectionis, & superioritatis an possint præscribi?*
2 *Census, tributum, seu publica functio data principi, an differant?*
3 *Differentia est inter censum, & annuã pensionem respectu priuati.*
4 *Solutio census contra dominos inferiores est præscriptibilis.*
5 *Census præstatio, vel tributi non præscribitur contra principem: sed bene contra priuatum.*

1 PRima quæstio est.† Vtrum reseruata principi in signũ subiectionis,& superioritatis: vt tributũ,vel census præscribi possint? In hac q.ex doctrina Pan.in d.c.cũ nobis.s̃.recitata habetur decisio,ꝙ talia non præscribũtur.per text.in l.cõperit.C. de præscr.xxx.an.no.Bal.in l.sicut.col.fi.C.e.ti.dicẽs ꝙ ecclesię Romanæ & imperio nõ p̃scribitur in his quæ sunt reseruata in signũ vniuersalis dominij.Idẽ latius firmat Pan.in c.ad audiẽ-
2 tiã.ad fi.cõmen.de p̃scri.dicens,† ꝙ inter cẽsum & tributũ,seu publicã functionẽ non est differẽtia:qñ præstantur principi in signũ supremæ potestatis:vt notant gl.& Bar.in l.j §.j.ff.de pu-
3 blica.sed vbi p̃statio fit priuato:bene differũt.vt ibi ꝑ Bar.† ponentẽ differentiã inter cẽsum,& annuã pensionẽ respectu priuati:de quo est gl.not.in c.cõstitutus.& ibi not.Inn.& Cano.de reli.domi.& not.plenè Fel.in d.c.ad audientiã.col.vj.& vij.ver. inquãtũ habẽs:rñdẽs ad tex.in d.c.cõstitutus.q. videt̃ facere in cõtrariũ: & ponẽs intellectũ.Sit ergo cõclusio,ꝙ ea quę cõpetũt principi in signũ sũpioritatis, siue vniuersalis recognitiõis: vt p̃statio:cẽsus vel tributi:nunq̃ possunt p̃scribi: nisi immunitas p̃stationis cẽsus esset cõcessa à principe:& inuiolata ꝑmãserit ꝑ xl.an.vt notatur in l.fi.C.de fun.patrim.li.xj.ita not.Bal. in d.l.j.cõperit:& plenè Ias.in l.imperiũ.col.x.in fi.ff.de iurisd.
4 om.iud.† Limita istã conclusionẽ:vt ꝓcedatur respectu Papę,
a vel supremi principis: nã cõtra inferiores [a] dños solutio cẽsus bene est præscriptibilis secundũ Pan.in.d.c.ad audiẽtiam.in fi. Et vltra Feli.& Ias.de ista materia:an præscribatur aduersus pręstationẽ census:& q̃to tempore:& qñ currere incipiat? vide

plenè per Raphael.Cuma.cõsi.cxlix. in quodam castro per totum.& per Fulgo.consil.clxvj.in quæstione quæ vertitur. col.j.
5 circa medi.vbi firmant conclusionem prædictam † quòd præstatio census, vel tributi non præscribitur contra principem: sed contra priuatum.sic:& Panor.consf.cij.col.ij.j.vol.vbi dicit quòd præscriptio censu est præscripta subiectio.

ADDITIO.

a An procedat præscriptio contra non recognoscentem superiorem habentem fiscum,& regalia.vide Sozi.cõsi.lxxx.vj.col.fi.ver.v.hæc conclusio : & consi.clvj.col.fi.versi.sed clarum.

SVMMARIVM.

1 *Superioritas, ita quòd quis non subsit imperatori, an præscribi possit?*

2 *Obedientia & superioritas non possunt præscribi.*

3 *Aduersus supremam Papæ potestatem nunquàm præscribitur.*

4 *Supremus princeps potest populo suo per suum priuilegium, & rescriptum concedere libertatem.*

5 *Tres sunt reges non recognoscentes imperatorem.*

6 *Regna & imperium vnde dicantur exordium habere, & quod illorum prius fuerit?*

1 SEcunda quæstio est. † Vtrum superioritas præscribi possit: ita quòd quis non subsit imperatori?Et ex doctrina Panor. in d.c.cum nobis.suprà relata deciditur quòd non.

Hanc conclusionem latius firmat ipse Panor.in c.cum non liceat.per illum text.col.fi.versic.& per hunc text.de præscrip. concludẽs quòd nullus princeps, nulla respublica potest præscribere contra Romanum imperium:vt sit ab illa iurisdictione vniuersali in totum exemptus vel exempta:ita quòd sit loco imperatoris in suo territorio siue dominio:& nullum superiorem recognoscat.Iura tamen imperij secundum Panor.præscribi possunt superioritate salua.

Sed non est possibile,vt quis præscribat quòd nemini subsit: quia diceretur acephalus contra text.in c.nulla.lxxxiij. distin.
a Tum quia obedientia [a] & superioritas non est præscriptibilis: vt ibi.

2 † Et quod contra supremam potestatem principis non procedat præscriptio:tamen glo.in c.volumus.xvj.q.iiij.not.Bald. in l.j.col.iiij.C.de eman.lib.& in c.j.col.j.quæ sint rega.& ideo contra obediẽtiam principis nunquàm præscribitur.c.cũ inter. de consuetu.vbi no.glos.& docto.

Hic

Hic decidit not.Bal.in auth.quas actiones.col.vlti.C.de sacrosan.eccle.quòd non potest præscribi:ne appelletur ad principem:quia istud pertinet ad supremam iurisdictionem : licet possit præscribi : ne appelletur ad aliũ inferiorem puta episcopum.c.venientes.de iureiur.sequitur do. Phili.de Perusio in c. dilecti.col.viij.de appel.

3 † Similiter aduersus supremam potestatem Papæ non præscribitur.d.c.cum non liceat.cum ibi no.Not.gl.in c.j.in verbo non obstante.in fin.de cleri.ægro.lib.vj.& notant Cano.in cap. cum contingat.de foro compet.

Immo collegium Cardinalium non potest præscribere supremam potestatem Papæ,secundum Inno.in c. bonæ. el.ij.de postu.præla.no.Panor.in c.ij.de cleri.non resi.

Et istam partem per plura firmat Ias. in d.l.imperiũ. col. xj. & latè Sozi.consil.cclxxv.in causa fratrum.col.ij:& iij.

Et propterea dicit Bald. in l.ij.in vj.C.de serui.& aqua.quòd præscriptio contra Papam nõ procedit in his,quæ tangunt potestatis plenitudinem.no.Bertachi.in repertorio. in verbo præscriptio.vj.ver.præscriptio.contra Papam.

Contrariam sententiam ꝙ imò possit aliquis princeps , vel populus præscribere plenam libertatem : ita ꝙ in nullo subsit Romano imperio:nec imperatorem in aliquo recognoscat:tenuit Bar.in l.hostes. col.ij.ff.de capti. & in l.infamen. circa fin. ff.de publ.iud.cuius opi.multi sequuntur.& maximè Bal.in l.j. C.ne rei domi.vel tẽplo.circa fi.j.col.vbi dicit ꝙ contra imperium,& Romanam ecclesiam præscribitur spacio centum annorum:etiam in his quæ sunt reseruata in signũ specialis prælationis , & præeminentiæ.

Ex quo infert ꝙ Populus Romanus præscribit libertatem:
4 quia secundum eum non est dubium † ꝙ princeps supræmus potest concedere libertatem populo Romano per suum priuilegium & rescriptũ:& ei cõcedere omnia iura, regalia,& merum imperiũ.Ergo & eodem modo per patientiam tribuere:vt ibi latius per eũ.& plurimos sequaces habet ista opi.vt ĩ.dicã.

5 † Hanc arduã.q.latissimè examinat Feli.in d.c.cũ nõ liceat. col.iiij.vsq; in fi.cõmen.per sex.col. & ibi enumerat tres reges non recognoscẽtes imperatorẽ: videlicet regem Franciæ:Hyspaniæ:& Angliæ:de primis duobus est glo.in c.Adrianus.el.ij. lxiij.dist.de iij.est tex.in c.causam.el.ij.quæ filij sint legit.& de rege Franciæ est tex.in c.per venerabilem.eo.tit. Et concludit Fel.ꝙ isti non recognoscentes superiorẽ sunt imperatores, seu

loco imperatoris in regnis suis. De quo scribit ipse Latius post Panor. in c. quę in ecclesiarum. col. xj. & xij. de consti. vbi tradit de potestate, ducum, marchionū, & comitum: ac dominorum: & populorum ecclesiæ Romanæ subiectorum. Et vltra Felin. quòd princeps non recognoscēs superiorem æquiparetur imperatori in suo dominio: firmat Alex. consi. j. perspectis verbis. iiij. col. j. vol. & consil. xv. visis narratis. v. volum. Et in præsenti quæstione Feli. in d. c. cum non liceat. adducit ad vtraque partem exuberantes autoritates: & tandem dicit, quòd opinio affirmatiua approbatur de facto, quòd præscribatur libertas contra imperiū per reges principes, ciuitates, & populos: vt ei non subsint per spacium tanti temporis cuius initij. &c. secundum opi. Bar. in d. l. hostes, & multorum: quos ipse refert, & videtur magis communis: vt apparet ex autoritatibus propè infinitis adductis per Felin. vbi suprà, qui istam partem affirmatiuam firmare videtur declarando & limitando multis modis: vt ibi per eum colum. pe. & vlti.

Eandem opi. firmat ipse Feli. in c. j. col. iij. de consti.

Et maximè limitatur ista conclusio per Felin. vbi suprà, vt procedat quo ad imperatorem: sed non respectu Papæ: quia præscribi non potest quòd quis non subsit Romanæ ecclesiæ: & Papæ vicario Iesu Christi. vt in extrauag. Bonifacij octaui: quæ incipit. vnam sanctam: & per ea quæ dicta sunt, suprà &
6 quæ no. idem Feli. in d. cum non liceat. col. iiij. ad fi. † & ibi vide colū. vlti vnde imperium & regna habuerint exordium: & quod prius fuerit: an papatus vel imperium.

Istam partem dicit videri communem. d. Præpo. in c. per venerabilem. in v oppo. quæ filij sint legit. Et tenendo eam: non potest procedere quædam decisio Bart. in d. l. hostes. col. j. ff. de capti. dum vult, quòd si sint aliqui populi exempti ab imperio ex priuilegio: potest imperator reuocare priuilegium: & eos reducere in subiectionem, & aduersus istam potestatem reuocandi nunquàm potest præscribi secūdum Bal. in c. sicut. lo vltimo. col. iij. de iureiuran. & simpliciter refert Ias. in d. l. imperium. col. xj. Sed istas decisiones reprobat Feli. in d. c. cum non liceat. col. v. concludens, quòd imperator non potest reuocare priuilegium exemptionis: posito quòd possit concedi: per not. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. vbi habetur quòd princeps non potest tollere ius tertij absque rationabili causa: melius faciunt quæ habētur in l. digna vox. C. de legi. & plenè not. per Panorm. & Cano. in c. nouit. vj. & vij. col. de iudi. & ibi latè Feli.

colum. vj. cum duabus sequen. vbi diffusè tradit an princeps possit reuocare priuilegium suum concessum tam subdito, quàm non subdito: maximè quando transiuit in contractum, & ex ibi notatis dependet veritas huius decisionis: in quo articulo plenè consuluit Alexand. consil. ccxvj. nec arguendi sumus per totum. ij. volu.

ADDITIO.

a Quòd contrà obedientiam non currat præscript. vide per Oldr. consi. ccxliij. & consil. ccliij. Cardi. in clemen. si. in vij. qu. de censi. Ioan. And. in addi. ad Spec. in rub. de præscript. colū. j. Et an præscribatur supremæ potestati per tempus: cuius initij. &c. vide per Petr. de Ancha. consil. cxlj. clarior & breuior.

SVMMARIVM.

1 *Merum & mixtum imperium aut iurisdictio an possint præscribi?*
2 *Regula: quòd iurisdictio, merúmque & mixtum imperium acquiri possint per consuetudinem, & præscriptionem: quo casu non procedat? & num. seq.*
4 *Extrema quæ requirantur in præscriptione iurisdictionis, meriq; & mixti imperij: & quantum tempus, & an requiratur scientia & patientia superioris?*
5 *Quasi possessio iurisdictionis, vel iuris exigēdi vectigal, dicitur habere causam continuam.*
6 *Iurisdictio non vtendo quanto tempore amittatur?*
7 *Quasi possessio decennalis non datur in incorporalibus.*
8 *Scientia & patientia superioris est necessaria, vbi contra eos præscribitur iurisdictio.*
9 *Quasi possessio iurisdictionis qualiter acquiratur, aut retineatur?*
10 *Præscriptio iurisdictionis meriq; aut mixti imperij: an censeatur fauorabilis aut odiosa?*
11 *Iurisdictio an accumulatiuè, vel priuatiuè acquiratur per præscriptionem?*
12 *Iurisdictio quo casu non possit dici præscripta?*

1 Tertia est quæstio difficilis, & ardua † an iurisdictio, me-
a rum & mixtum imperium præscribi possint? a Quàm quæstionem latissimè disputat Baldus in repetitione. L. j. C. de

eman.libr.posita in calce.vij.libri Codicis & in sua.q.inci.Ro. Apullus per totam illam repetitionem & quæstionem.& idem Bal.in repe.l.imperium.col.iiij. & v.versic.sed quæro an imperium.ff.de iurisd.om.iud.& ibi latè Albe. post antiquos:& diffusè.do.Ias.col.ix.cùm quinque seq.qui in hac.q.refert.fundamenta principalia, & opi.antiquorũ ad vtranque partem:præcipuè Bart.in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arcen.& in l.si publicanus.§.fi.ff.de publi.Et demum concluditur communem esse
b sententiam, ꝙ iurisdictio b merúmque & mixtum imperium: nedum per consuetudinem:sed etiam per præscriptionem acquiri possint.

Et pro hac parte adducit plurimas autoritates,& bona iura adducta per antiquos:videlicet, bonus text.in l.viros. vbi glo. & Bar.C.de diuer.offi.lib.xij.& in l.ij.C.de fun.limit. li.xj.& in c.irrefragabili.§.j.de offi.ordi.& in c.cũ contingat.de fo.compe.vbi Panor. plenè attingit istam quæstionem. col.j.in vlt.no. & seq. & dicit in iij.col.quòd alibi melius nõ probatur in iure. Adducitur etiam bonus tex. in d.c.super quibusdam.§.præterea.de verb. signi.

2 † Primò limitat Ias.in d.l.imperiũ.col.xj.hanc communem conclusionem : vt nõ procedat in his,quæ competunt principi in signum supremæ potestatis , aut vniuersalis recognitionis: de quo dictum est plenè suprà.in j.& ij.quęstio.huius materiæ.

Et retẽta hac opi.pro vera,quòd suprema potestas præscribi non possit:licet contraria videatur magis communis concurrente spacio tanti temporis , cuius initij non extat memoria: tamen dato quòd non possit præscribi suprema potestas, siue superioritas,possunt pręscribi alia inferiora, quæ sunt meri imperij:vt habere gladij potestatem:prout plenè habetur in locis præallegatis.not. Panor.in c.peruenit. de censi.etiam si sint de reseruatis Papæ & principi : quia talia præscribuntur per tantum tempus:cuius initij memoria non extat.d.c.super quibusdam.§.præterea.qui text.loquitur in impositione collectarum nouorum vectigalium & similiũ , quæ sunt reseruata principi in signum supremæ potestatis : & tamen possunt præscribi per dictum tempus:ideo per inferiorẽ à principe potest præscribi
c potestas legitimandi c & creandi tabelliones quæ sunt de reseruatis principi:vt ibi per Panorm.& latè per Ias.in d.l.imperium.colum.xj.

Et ita plenè consuluit Bal.vltra adducta per Ias.consi.lxiiij. casus est talis reuerendus pater.j.volu.vbi tenet quòd talia reseruata,

seruata,& regalia præscribuntur priuatiuè,& non cumulatiuè contra superiorem : adeo quòd superior non potest decætero illa exercere in locis vbi fuit præscriptum.

3 † Secundò limitat Ias. vbi suprà hanc communem conclusionem,quæ habet quòd merum imperium,& iurisdictio possunt præscribi:vt procedat in habēte castrum,vel territorium, quo ad sibi subditos tantum : & non quo ad alios.secūdum do. Ant.in d.c.cum contingat.& Roma.in l.j.§.denique.ff.de aqua pluuia.arcen.

Sed contrarium est verius:licet Ias. transeat cum hac limitatione quòd iurisdictio præscribitur respectu territorij, etiā in non subditos ibi contrahentes,vel delinquentes:vt ille qui est dominus territorij : ratione iurisdictionis præscriptæ,dicatur iudex competens respectu delicti, vel contractus. iuxta. cap. Romana.§.contrahētes.de fo.cōpe.in vij.cum concor.per not. per Bar.& doct.in l.vlt.col.ff.de iuris.om.iudi.& Alex.cōs.xxv. viso processu causę.j.& ij.col.iiij.vol.vbi concludunt quòd iurisdictio cohæret territorio materialiter & passiuè:ergo ratione territorij censetur præscripta iurisdictio , nedum quo ad subditos : sed etiam in non subditos : si ibi contrahant,vel delinquant.

Et ita expressè firmat Flor.in l.si quis diuturno.ff.si ser.vēdi. & Bal.in addi.ad Specu.in tit.de iurisdi.om.iud.versi.pen.quos refert Bertachi.in repert.in verb. præscriptio.viij.ver.præscribens iurisdictionem.qui dicunt quòd præscribens iurisdictionem territorij, potest punire etiam forenses:& sequitur Fel.in c.auditis.col.ix.ver.sic etiam intellige.de præscript.

d Stat ergo firma & communis conclusio secundū Iaso. quòd iurisdictio , ac merum & mixtū imperium [d] præscribi possunt salua superioritate & suprema potestate.

Sed aduerte:quia Iaso.in d.l.imperium.sibi contradicit expressè in illa.j.limita.suprà relata.col.x.in fi.& xj.

Nam primò limitat communem cōclusionem : vt non procedat in his,quæ competūt in signum supremæ potestatis, vel in signum vniuersalis recognitionis : quia vt ipse dicit talia nunquàm possunt pręscribi contra principem.d.l.competit.C. de præscriptio.xxx.an.vbi not.Bal.secundum eum.

Postea verò circa med.xj.col.dum allegat text.in d.c.super quibusdā.§. præterea. dicit quòd reseruata principi in signum supremæ potestatis,præscribi possunt per tantum tempus cuius initij. &c. Ex quo infert, quòd per inferiorem à principe

poteſt præſcribi poteſtas legitimandi, & creandi tabelliones: & tamen iſta ſunt de reſeruatis principi ſecundum Panor.in d. c.cum contingat.col.iiij.vol.v.

Et ideo rectius dicendum videtur, quòd ea quæ ſunt reſeruata.principi in ſignum recognitionis vniuerſalis domini, non præſcribuntur vllo tempore: vt præſtatio cenſus vel tributi: & ita propriè loquitur text.in d.l.comperit.& Bald.ibi.qui nihil dicit de reſeruatis in ſignum ſupremæ poteſtatis, prout cum al legat Iaſ.

Alia vero quæ non competunt in ſignum recognitionis dominij vniuerſalis: ſed ſunt reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis tantum: non autem ſuperioritatis, ſeu verius in ſignum ſpecialis prerogatiuæ, & ſingularis priuilegij: vt dicit Pan.in c.cum nobis olim.de præſcript.bene præſcribuntur per tantum tempus cuius initij.&c.ſecundum omnes: vt ex præmiſſis patet: alias prædicta implicarent contradictionem.

Videtur ergo pro veritate per prædicta concludēdum: quòd indiſtincte reſeruata in ſignum ſuperioritatis, & ſubiectionis ſeu ſupremæ poteſtatis: aut ſpecialis prærogatiuæ, & ſingularis priuilegij præſcribi poſſint per tantum tempus cuius initij memoria non extat. & ita firmat Bal.vltra præallegata in l.j.verſi. ſed tu tene.C.ne rei domini.vel temp.vbi concludit, quòd præſcriptio centum annorum currit contra imperium in his, quæ ſunt præeminentiæ & iuriſdictionis.

Non obſtant text.in l.comperit.& allegata ad oppoſitū: quia non loquuntur de præſcriptione tanti temporis: quæ non remanet in nudis terminis præſcriptionis: ſed potius innititur priuilegio.d.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.cum ibi notatis.

Præſuppoſita igitur hac concluſione pro communi & vera
4 † quòd iuriſdictio & imperium præſcribi poſſint dubitatur, quæ extrema requirantur in huiuſmodi præſcriptione iuriſdictionis. Et primò quantum tempus requiratur? Secundo an requiratur ſcientia & patientia ſuperioris?

Circa primam quæſtionem variæ & diuerſæ fuerūt opiniones doctorum: quas refert Iaſ.in d.l.imperium.colum.iiij.verſi. ſecundò circa prædicta præſertim opi.Paul.de Caſt.ibi tenentis: quòd in præſcribēdo mero & mixto imperio requiritur ſpatium tanti temporis, cuius initij.&c. Et demum concludit Iaſ. quòd ſi agitur de præſcribendo mero vel mixto imperio contra Imperatorem abſentem & ignorantem neceſſariò requiritur ſpatium tanti temporis, cuius.&c. Sed ſi agatur de præſcribendo

bendo contra Papam, vel Imperatorem præsentem: scientē & patientem: vel contra aliquem ducem, vel marchionē præsentem &c. communior est sententia, vt ipse refert quòd sufficiat tempus decem ann. per text. no. in l. viros. cum glo. C. de diuer. offi. lib. xij.

5 † Confirmo istam conclusionem vltra Ias. autoritate Barto. in l. iusto. §. non mutat. in fin. ff. de vsucap. vbi not. decidit, quòd quasi possessio iurisdictionis, vel iuris exigēdi vectigal dicitur habere causam continuam: ex quo ista competunt personæ: & illa distinctio: an quasi possessio habeat causam continuam vel non: vt ipse dicit locum habet in seruitutibus, & iuribus realibus. Non autem in personalibus: quia iura personalia semper censentur habere causam continuam: cum eorum quasi possessio retineatur animo: & ideo præscribuntur longo tempore cum titulo & bona fide ad instar vsusfructus. l. fi. in fi. C. de præscrip. longi temp. secundum Barto. in d. §. non mutat. in fi. cuius opi. firmat Pet. de Anch. in c. sine possessione. colum. vij. de reg. iur. in sexto.

Et hæc opi. Bar. est communis: vt attestatur Fel. in c. de quarta. col. xiij. de præscript. qui refert Barto. idem velle in aliis locis per eum adductis: reprobata opi. Panor. ibi. iij. col. qui solus. vt dicit Feli. tenet contra Barto.

Et vltra Feli. addo Bal. in l. fina. C. ne de sta. defunct. vbi dicit, quòd iurisdictionès non præscribuntur longo tempore sine titulo: quia dominio æquiparantur: vult ergo quòd præscribantur cum titulo longo tempore.

Eandem conclusionem vltra Feli. & Ias. firmat Alex. consi. xvj. in causa & lite vertente inter magnificam communitatē. vij. colum. v. volu. vbi affirmat hanc esse communem opi. quòd in præscriptione iurisdictionis meri & mixti imperij sufficit tempus decem annorum si agatur de præscribendo contra inferiores dominos: excepto Papa, & Imperatore: & ibi refert Pe. de Ancha. ita plenè concludentem consi. cxxxij. clarior & breuior vbi secutus Bald. in sua disput. incip. Appullus Romanus &c. concludit quòd se posito articulo: an in præscribendo supremam potestatem contra Papam vel Imperatorem debeat concurrere præscriptio temporis cuius initij. &c. tamen cōtra inferiores dominos prætendētes iurisdictionem in castro sufficit præscriptio communis temporis, per ea quæ habentur in c. ad audientiam. & in c. auditis. de præscript. & respondet ad contraria: vt ibi latius per eum.

Eandem conclusionem tenet etiam Are.consi.cliiij.consultatio proposita.vlt.col.vbi sequitur Bar.in d.§.non mutat.

6 † Subdit Alex.in præal.consi.xvj.vij.col.v.vol. quòd iurisdictio non vtendo amittitur spatio xl.ann.& excluditur communitas,vel alius per non vsum tanti temporis ab omni suo iure: vt concludit Bar.suo consi.inci.quæritur vtrum iurisdictio.vlt.col.& in l.licitatio.§.earum.ff.de publica.per l.omnes.C.de præscript.xxx.ann.Idē etiā firmat Aret.in d.consi.cliiij.vlt.colum.

Et in hoc videtur inaduertenter locutus.do.Claud.Aqué.in l.more.col.v.versi.sed tunc operæ pretium est intelligere.ff.de iur.om.iud.dum dicit quòd nō reperitur iure cautum:quòd iurisdictio non possit præscribi decennio: quia secundum eū in

7 incorporalibus non est dare quasi† possessionem decennalem. Nam dicit contra text.in d.l.fi.in fi.C.de præscript.longi tēpo.& in l.ij.cum ibi no.C.de ser.& aqua.& contra notata per Bart. in d.l.iusto.§.non mutat.

Et circa prædicta no.quòd præscripto castro præscribitur iurisdictio secundum Barto.not.in l.si aliena res.§.hoc iure.ff.de vsucap.

8 Secunda quæstio est.† An requiratur scientia & patiētia superioris in præscriptione iurisdictionis,ac meri & mixti imperij. Bar.in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.arc.& in l.si publicanus.§.fi. ff.de publica. concludit quòd requiritur scientia & patientia Imperatoris seu Principis,contra quem præscribitur,etiā dato cursu tanti temporis,cuius initij memoria non extet.

Sed Ias.in d.l.imperium.col.xij.vers.circa primum reprobat opi.Bar.concludens quòd in præscriptione temporis,cuius initij.&c.non requiritur scientia & patientia:quia ista præscriptio habet fomentum à lege,& vim cōstituti seu priuilegij.& sic nō stat in terminis præscriptionis propriè.d.c.super quibusdam.§. præterea.& l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æsti.& adducit plures tenentes contra Bar.post Alex.consi.vj.viso themate & dubiis.j.vol.vbi dicit circa fi.quòd opi.Barto.est in hoc communiter damnata.

Procederet ergo opi.Bart.secundum Alex.& Ias.in præscriptione minoris temporis.Et contra Bar.latè tenet Salic.in l.ij. C.noua vectiga.insti.non pos.cū aliis concor.adduc per Alex. & Ias.vbi suprà.Et vltra Ias.istam conclu.firmat Alex.cōsi.xvj. in causa & lite.iij.& iiij.col.& consi.xxiiij.pōderatis his.iij.col. v.vol.vbi concludit quòd in præscribenda iurisdictione requiratur,quòd quis probet se exercuisse iurisdictionem sciente & patiente

patiente illo ad quem ſpectat:niſi probet de tanto tempore,cuius initij.&c.Idem tenet ſolennis doct.do.Iaco. de ſan.Georg. in ſuo tract.ſeu.in glo.in verbo cũ mero & mixto imperio.col. iij.vbi ponderat quod eſt magna vis:an quis fundet intentionẽ ſuam ex præſcriptione : vel ex conſuetudine. Et vide plenius in ſeq.q.Sed dubitatur:an ſufficiat ſcientia & patientia officialium Imperatoris,ſeu Principis,aut comitum,vel Marchionũ inueſtitorũ ab Imperatore in caſu vbi requiritur ſcientia & patientia?Iſtam q.mouet Bar.in d.l.j.§.denique.ff.de aqua plu.ar. & non decidit.& in l.ſi publicanus.§.fi.ff.de public.vbi videtur tenere,quòd ſufficiat ſcientia rectoris,ſeu præſidis prouinciæ. & ſequuntur Cardi.Imo.& Panor.in c.cum contingat.iiij.col. de fo.compe.Are.conſi.cliiij.conſultatio præpoſita.Alex.præallegato conſi.vj.j.vol & Iaſ.in d.l.imperium.col.xiij.verſi.circa aliud.& vltra ipſum Panor.in c.quæ in eccleſiarũ.col.j.de conſti.& Alex.in præalleg.conſi.xvj.iij.& iiij.col.& conſi.xxiiij.iij. col.v.vol.& do.Iaco.in loco præallega.

Nunquid autem vacante Imperio quo tempore ſuccedit eccleſia.c.licet ex ſuſcepto.de foro compe.ſufficeret ſcientia Papæ?tangit Barto.in d.§.denique.& non decidit.

Concluſio eſt quòd non. Quinimmo ſi præſcriptio eſſet inchoata contra Imperatorẽ patientem & ſcientem,mortuo Imperatore, licet eccleſia ſuccedat in adminiſtratione, interim præſcriptio dormiret ſecundum Bart.in l.naturaliter.col.fin.ff. de vſucap.& ſequitur Bal.in l.cum notiſſimi.§.immo.C.de præſcript.xxx.anno.cum concor.adductis per Iaſ.in d.l.imperium. col.xiij.in l.xij.prin.ſeq.& per do.Iac.vbi ſuprà.

Et de hac materia præſcriptionis iuriſdictionis & imperij remiſſiuè no.Alex.in d.l.imperiũ.col.iiij.vel v.verſi.videntur iſti præſupponere.& incidenter Feli.in d.c.cum nõ liceat.col.pen. circa prin.& col.fi.circa fin.& do.Iac.vbi ſuprà.

Et ea quæ dicta fuerunt in ij.q.ij.par.iiij.prin.col.xvj.ad fi.cũ duabus ſeq.circa præſcriptionem vſusfructus,& iurium perſonalium qualiter præſcribantur,poſſunt adaptari ad huiuſmodi præſcriptionem iuriſdictionis & imperij per notata per Barto. in d.l.iuſto.§.non mutat.excepto quando agitur de præſcribenda ſuperioritate, ſeu ſuprema poteſtate, aut de præſcriptione regalium,in quibus requiritur tantum tempus,cuius initij.&c. d.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.

9 † Qualiter autem acquiratur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, & retineatur, ſine qua præſcribi non poſſet, declarat pulchrè

Innocent.in c.dilectus.& ibi videndum semper extra de capel.mona.

10 Tertiò dubitatur circa hanc materiam.† Vtrum præscriptio iurisdictionis, ac meri & mixti imperij censeatur fauorabilis vel odiosa. & sic an sit extendenda [c] ita quòd præscriptio vno gradu iurisdictionis, aut meri mixti imperij præscriptio, extendatur ad alios gradus?

Istud dubium latè explicat.do.Ias.in d.l.imperium.col.xiiij. vers.x.circa prædictam materiam per totam illam col.& latius Feli.in d.c.auditis.col.viij.cum tribus sequen.de præscript.dixi plenè in secunda parte princip.huius tractatus.colum.vij.cum duabus sequen.versicu.secundo principaliter.

11 Quartò dubitatur. † Vtrum per præscriptionem acquiratur iurisdictio accumulatiuè vel priuatiuè?

Istud dubium examinat latè Feli.in c.pastoralis.colum. prima & secunda.de offic.ordina.& ibi tangit Panormit.& vltra Feli.addo Bald.consi.lxiiij.casus est talis reuerendus pater &c. primo volu.vbi plenè consuluit in hoc articulo.

Et per hæc remanet expedita materia præscriptionis iurisdictionis, merique & mixti imperij.

Cui sub annecto incidenté quæstionem. An minor, vel inferior possit præscribere insignia superiorum: & seu nũquid vsus insigniorum, quæ competunt ratione superioris dignitatis possit præscribi per non habentem illam dignitatem vel minorem?

Istam quæstionem decidit Roma.in singulari ccxciij.nunquid vsus insigniorum.fo.8.vbi allegat Ioannes Andreas dic vt ibi.

12 † Et not.quòd iurisdictio non dicitur præscripta: nec currit præscriptio contra eum: qui longissimo tempore iurisdictioné non exercuit: si casus nõ occurrit: in quo iurisdictionem exercere potuisset.ita Specu.in titu.de iurisdictione omnium iudicum.versicu.& sunt hæc in argumentum: refert domi.Ioannes Bertachinus.in tracta.de episcopo.in tertia parte princip.primi libri.columna secunda.versicu.illud tamen.bene faciunt not. per Barto.in l.cum scimus.C.de agrico.& censi.lib.vndecimo. & in l.in filiis per illum text.C.de decurio.cod.lib.& quæ ad propositum plenè dixi in iiij.parte princip.q.vj.columna xlvj. versi.subdit Feli.

ADDI

ADDITIO.

a Vide de hac quæstione. an iurisdictio merũ & mixtum imperium præscribi possint latissimè Bal. in repe. l. j. C. de emanc. lib. & in q. Romanus Appulus. &c. hic allegatis: vbi dicit plura notabilia. & maximè in ij. col. quod qui non est sacerdos, non potest præscribere se in sacerdotem etiam si mille annis faceret officium. Et quòd qui non est prætor: nullo tempore potest præscribere præturam per l. hærennius. ff. ad municip. Itẽ quòd qui non est tabellio, non præscribit tabellionatum cursu longi temporis: imo de falso punitur. Itẽ quòd nemo præscribit matrimonium illegitimum qua vis diuturnitate temporum. per l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. quia est quid sacrum secundum Bald. in repetitio. d. l. j. col. ij. & an ius creandi tabelliones & alia reseruata possint pręscribi: tangit ibi col. iij. Et an possit præscribi superioritas. Et nunquid inferior præscribat iurisdictionem superioris maxime appellationis? vide ibi col. iiij. & ibi. col. iiij. quòd contra principis potestatem nemo præscribit per glo. ordi. in c. volumus. xvj. q. iiij. & post adducta argumenta pro parte negatiua quòd possit præscribi merum imperium & iurisdictio fortiter arguit. col. v. cum seq. & ita concludit & ibi dicit Bal. col. vij. quòd consuetudo est omnium iurisdictionum origo: forma & principium. & quot modis præscribatur iurisdictio: & qualiter: & an extinctiuè: vel accumulatiuè? vide per Bald. ibi col. vij. circa fin. vbi dicit quòd iurisdictio facilius præscribitur à persona publica: quam à priuata: quia in habentibus symbolum facilior est trãsitus. & per quantum tempus: & per quales actus præscribatur merum imperium? vide ibi col. viij. & qualiter iurisdictio præscribatur in feudum. & de iurisdictione, & an subditus præscribat exemptionem contra principem? vide Panormita. in capitul. nimis. de iureiurand.

b Adde quòd præscribi potest iurisdictio absque emolumento. sed non econtra secundum do. Cardi. in cle. statutũ. in xiiij. q. de elect. & quomodo præscribantur ciuitates & castra contra ecclesiam & imperatorem? vide per Abba. Panor. consil. lxxxij. quanquàm in his dubiis. j. & ij. col. j. volum. & de præscriptione meri & mixti imperij ac iurisdictionis. Vide latè Petr. de Ancha. consil. cxlj. clarior & breuior per totum.

c An ciuitates siue communitates possint præscribere reseruata principi maximè ius legitimãdi: vide per do. Ant. de Ro-

ſel.in ſuo tracta.legitimatio.fol.xiij.colum.ij.& iij.do.Ludo.de Sardis etiam in ſuo tracta.legitimatio.fol.12.in xij.q.& an poſſit præſcribi ſuprema poteſtas principis: & ſibi ſpecialiter reſeruata: vide Panormit.in c.per venerabilem.qui filij ſint legiti.& in c.quòd tranſlat.de offic.legiti.in princip.Innoc.in c.bonæ.el ij.de poſtu.prælato. Panor.in ca.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verbo.ſignifi.ſignorel.conſil.cclj.in princi.iiij.colum.

d De præſcriptione iuriſdictionis ac meri & mixti imperij,[d] vide latè Butr.in repeti.ca.peruenit.col.xj.de cenſit.vbi tangit in ſpecie, an poſſit præſcribi ius carceris. Et ibi dicit quòd caſtrum eſt præſcriptibile per l.ij.C.de fun.limi.lib.xj.ergo & appenditia.& per conſequens iuriſdictio: & quantum tempus requiratur ad præſcribendum ea quæ ſunt imperij? vide ibi colum.xj.& xij.& iſtam materiam explicat domi.Claud.Aquem. in l.more.colum.quarta, & quinta, ff.de iuriſdic.omn.iudic.licet non ſatis clare.

e Adde quòd præſcriptio iuriſdictionis in vno articulo non extẽditur ad alium.nec de ciuilibus ad criminalia.nec de cauſa appellationis ad ſimplicem quærelam. Flori.in l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vendit.Et vtendo iuriſdictione in vno articulo retinetur in aliis.Flori.in l.vna eſt via.ff.de ſeruitut.ruſtic.prędiorum. Et an præſcripta iuriſdictione cenſeatur præſcripta poteſtas cœrcendi.vide per Sozi.conſilio.cclxxv.iij.col.verſic. confirmantur prædicta. Et quòd ex retentione & vſu in vna parte rei indiuiduæ impediatur præſcriptio in omnibus aliis. firmat domi.Signoralus conſil.lxx.in quæſtione vertente inter commune Parmæ.col.vij.verſicul.venio ad quartum.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatæ principi in ſignum priuilegij ſingularis ſuperioritate exceptæ an poſſint præſcribi?*

2 *Vectigal, ſeu ius pedagiandi an præſcribi poſſit: & quæ ad eius præſcriptionem requirantur?*

3 *Bona in fiſcum incorporatæ quanto tempore præſcribi poſſint?*

4 *Princeps præſumitur ſcire id quod ſui officiales ſciunt.*

5 *Præſcriptio iuris pedagiandi ſeu exigendi vectigal, cauſatæ ex tempore, ſeu conſuetudine: ad quas res extendatur?*

6 *Ius exigendi herbaticum, & affidandi beſtias in paſcuis percipiendo certum quid pro ſingulo capite, præſcribitur ad inſtar iuris pedagiandi: & eſt ius perſonale.*

Quartò

1 QVarta quæstio elicitur ex doctrina Panormit.in d.c.cum nobis.olim suprà recitata: † vtrum reseruata principi in signum priuilegij singularis: superioritate excepta: vt legitimare spurios: creare tabelliones: exigere vectigalia,& pedagia:& similia præscribi possint?

Et concludit Panormita.talia posse præscribi per tantum tempus,cuius initij.&c.cōcurrente scientia & patientia ipsius principis:per text.in d.capi.super quibusdam.§.præterea.Idem firmat ipse Panormita.in c.cum contingat.col.iiij.vel v.de foro competen.Aret.consil.xxx.viso themate.colum.iij.& Francisc. Curt.consil.xxiiij.super eo quòd à me requiritur.colum. ij.& Iason.in d.l.imperium.colum.xj.versicul.sed alia.& dixi in præcedenti.quæstio.

Sed in vno casu non bene dicit Panormita.inquantum vult, quòd requiritur scientia & patientia principis cum cursu tanti temporis : quia vt prædixi communis opinio est in contrarium,reprobata opin. Bart.quòd sufficiat de per se cursus tanti temporis:cuius initij.&c.

2 † Sed hic quæro magis in specie : quia facta est mentio de præscriptione vectigalis : vtrum possit præscribi vectigal, seu

a ius pedagiandi. [a] Et quæ requirantur ad eius præscriptionem?

b Istam quæstio.mouet Barto.in l.si publicanus.§.fin.ff.de publica. [b] & concludit quod exactio vectigalium præscribitur per tempus,cuius initij memoria non extat: quando agitur de præscribendo perceptionem vectigalis: quæ nulli competit. Sed si competeret alicui nobili: vel priuato ex consuetudine, vel priuilegio , illud præscribitur minori tempore cum titulo & bona fide , sicut præscribitur vsusfructus, & sic longo tempore iuxta.l.fi.in fi.cum ibi not.D.de præscript.long.tempo. Et dixi plenè in iiij.par.princ.col.xvj.cum duabus seq.

Sed quia vt ibi dicit Barto.in præscriptione istorum iurium incorporalium requiritur scientia eius:contra quem præscribitur.l.ij.C.de seruit.& aqua.vbi Barto.assignat rationem.& in l.j.§.denique.col.vltim.ff.de aqua plu.arcend.dubitatur cuius scientia requiratur in præscribēdo vectigal? Et respondet Bar. quòd si præscribitur contra priuatum qui illud ius habebat, requiritur scientia illius priuati.aliàs secundum Bart.requiritur scientia illius iudicis, in cuius territorio vectigal seu pedagium exigitur.Ille enim est vt ipse dicit ad cuius curā pertinet:& cui hoc commissum est per text.in l.iij.C.de vectigal.

Et decisio Bart.est vera,& communiter approbata,excepto inquan

inquantum videtur velle, quòd requiratur ſcientia & patientia etiam in præſcriptione tanti temporis, cuius initij.&c. quia in hoc: opi. Bart. eſt communiter damnata, vt latè per Alex. in præallegato conſil. vj. circa med. verſicu. ex præmiſſis vſque ad fin. j. volu. vbi tractat in terminis de præſcriptione vectigalis: & per eundem conſil. cxxv. viſo titulo quæſtionis. j. q. ij. volu. & per Aret. conſi. cliiij. conſultatio propoſita vlti. col. vbi concludit cum Bartol. quòd ius exigendi vectigal & ſimilia iura, quæ competunt perſonæ præſcribuntur eo modo, quo res immobiles: quia cenſentur habere cauſam continuã, ex quo eorum quaſi poſſeſſio animo retinetur: & inter immobilia computátur. vt per Bar. in d. l. ſi publicanus. §. fi. & in d. l. iuſto. §. non mu-
a tat. ff. de vſucap. [a]

Fallit iſta concluſio ſecundũ Aret. quando ageretur de præ-
5 ſcribẽdo iure vectigalis, vel alio incorporato in fiſcum: † quia pro bonis in fiſcũ incorporatis ſemper requiritur præſcriptio. xl. anno. Nec diſtinguitur: an præſcribens habeat titulum: vel non. l. quàmuis. & ibi notant glo. & Barto. ff. de vſucap. & l. omnes. C. de præſcript. xxx. anno.

Hanc. q. quanto tempore vectigal regulariter præſcribatur: plenè examinat Salicet. in l. vectigalia. C. noua vectigal. inſtit. non poſ. & in pluribus tenet cum Bar. & concludit, quòd quando quis acquirit: vel præſcribit ius vectigalis in nullius perſona formatum: id eſt quod nulli competebat: præſcribitur ſiue acquiritur tempore, cuius initij memoria non extat. Sed ſi eſſet iam formatum, quia alicui nobili competeret ex priuilegio, vel conſuetudine: minus tempus requiritur ad pręſcribendum habita diſtinctione: an quis poſſideat titulo, & bona fide vel non: vt in vſufructu.

Eandem concluſionem firmat Ant. de Butr. in repet. c. peruenit. col. xxiiij. circa fin. & ſequen. de cenſit.

Circa vero ſcientiam & patientiam: Salicet. concludit contra Bar. poſt longam diſputationem & relatas opiniones, quòd non ſufficiat ſcientia iudicis: ſed requiritur ſcientia principis, quando agitur de præſcribẽdo ius vectigalis, quod nulli competit: vbi vero agitur de pręſcribendo ius formatũ alteri competens, res eſt clara, quòd ſcientia illius requiritur: ſecundum Salicet. qui confirmat in verſic. concludo igitur quòd vbi probatur de tanto tempore, cuius initij. &c. non requiritur probari de ſcientia & patientia alicuius. Dicit tamen tutius eſſe in practica, quòd titulus allegetur. Ad cuius probationem inducatur

catur exactio vectigalis tanti temporis &c.Et opinionem Salicet.quod non sufficit scientia officialium, seu iudicis, contra Bart.tenet Alexād.consi.lxxxiiij.in causa vertente, circa med. versic.nec prædictis.j.volu. Mouetur: quia licet Bartol.in l.ne
4 quid.ff.de incend.rui.naufra.velit, † quod princeps præsumitur sciuisse id quod officiales sui sciuerunt, cuius verba reassumit.domi.Anto.de Butri.in ca.j.de restitut.spoliato. Tamen hoc non est verum. Sed contrarium probatur in capitulo, cum ad sedem.cum gloss.in verbo interdictum. de restitutio.spoliato.&in l.quod vulgo.ff.de vsucapio.pro empto: vbi habetur, quòd dominus habet probabilem causam ignorandi factum procuratoris.

Sed communis opin.videtur cum Bar.quod sufficiat scientia officialium: vt patet ex his quæ suprà dixi in ij.q.iij.princi. versic.sed dubitatur, &c.

Istam q.latè tractat domi.Iacob.de sanc.Georg.in tract.feu. in verbo cum mero & mixto imperio.colum.penulti.& fin. Et post relatas varias opiniones concludit, quòd vbi probatur de tanto tempore, cuius initij.&c.non requiritur probari de aliqua scientia & patientia superioris: nec de aliquo titulo: quia tantum tempus habet vim consuetudinis, & iuris constituti per l.j.§.fin.ff.de aqua plu.arcend.& l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff.de aqua quot.& æsti.& per text.in d.cap.super quibusdam.§. præterea.& contra Bartol.refert tenere Butri.in repetit.dicto capitul.peruenit.colum.vigesima & xxiiij.Ange.in dicto §.ductus aquæ.& Imol.in dicta l.si publicanus.§.fi.vbi contra Bartol.adducit quatuor motiua.& illud potissimè, quod vsus tanti temporis, cuius initij.&c.est propriè cōsuetudo: quia non agitur de detrahendo iuri singularis personę tantum: sed iuri vniuersali omnium transeuntium. Et ista dicitur propriè consuetudo. Non autem præscriptio.& ad inducendam consuetudinem, non requiritur patientia superioris: vt ibi per eum.

Eandem quæstio.plenius examinat domi.Ioan. Bertachi.in suo tracta.de gabel.quæstio.x.j.partis. colum.sexta, & septima, referens dicta Barto.in dicto §.in omnibus.vbi concludit, quòd semper requiratur scientia imperatoris, seu principis, quando agitur de præscribendo iure vectigalis, quod nulli competit: nedū semel & in principio pręscriptionis: sed etiam semper & perseuerans.

Communis tñ opinio est in contrariū.vt suprà patet saltem vbi probatur de tanto tempore, cuius initij.&c.& refert ibi.d.

Berta.

Berta.cautelã Sali.in d.l.vectigalia. quòd allegetur titulus seu priuilegium concessionis à principe habente potestatem concedendi: deinde quòd quis probet exactionem. x. vel xx. quia licet titulus allegatus non probetur, sufficit probare quasi possessionem exigendi per tantum tempus: per notata per glos. & Bar.in l.seruitutes la grande.ff.de serui.titulo generali: & in l. cum de in rem verso.ff.de vsur.quamuis Sali.in d.l.vectigalia. cum allegatione tituli exigat, quòd probetur vsus tanti temporis, cuius initij.&c.

Et de huius conclusionis intellectu plenè dixi in iij. parte prin.in x.qu. vbi latè examinaui materiam. d.l.cum de in rem verso. Et dicit Bert. vbi suprà quòd consuetudo exigendi gabellas, & pedagia acquirit ius territorio, non personis.

Conclude igitur in hac.q.cum Bart.in d.l.publicanus.§.fin. cuius opin.est communis, excepto inquantum exigit scientiam: etiam in præscriptione tanti temporis cuius initij.&c.vt prædixi.Sed est notandum quòd præscriptio iuris pedagiandi,
5 & exigendi vectigal, causata ex tempore, siue ex cõsuetudine, non extenditur ad aliàs res præter quàm ad eas, de quibus est consuetum exigi, & solui vectigal, & ideo de aliis exigi non potest.vt not.Bar.in l.j.§.si quis hoc interdicto.ff.de itin.actuque priua.& in d.l.si publicanus.§.fi.in fi.& sequitur.d.Berta.in prædicto tract.de gabel.q.xj.j.partis.col.vij.in fi.& viij.& dixi latius suprà in pen.q.ij.partis princip.

† Quanto autem tempore præscribatur ius exigẽdi herba-
6 ticum, & affidandi bestias in pascuis percipiendo certum quid pro singulo capite vel grege? vide pulchrè per Aret.in d.consi. cliiij.col.fin.vbi dicit, quod tale ius est personale, & præscribitur ad instar iuris pedagiandi.

ADDITIO.

a An ius pedagiandi possit præscribi per inferiorem? vide per But.in repe.c.peruenit.col.xij.de censi.Et de præscriptione iuris pedagiandi: vide ibi latius per eum.col.xxiij.circa fi.& seq. vbi tangit: an si quis collegit pedagium per decennium præsumatur ius pedagiandi? & concludit quod ad præscriptionẽ huius iuris requiritur tantum tempus, cuius initij.&c. quãdo tale ius non esset adhuc creatum: sed creandum: sed vbi est iã creatum siue formatum quia alius habet tale ius: tunc concludit Butr.quòd præscribitur spatio communi, vel si soluit aliquam partem

partem longo tempore principi, seu domino vel communi cui spectabat, & de præscript. iurispeda. Adde Iason. in l. de quibus. col. xiiij. ff. de legi. vbi cõcludit quòd requiritur tempus cuius initij. &c. quia est de reseruatis principi.

b Adde Bald. cõsi. cxxv. quæstio vertens. j. vol. & consi. clxxxvij. quia consuetudo æquiualet veritati. iiij. volu.

c Adde quòd si hoc est verùm non videtur quòd requiratur scientia & patiẽtia aduersarij in præscriptione horum iurium, prout non requiritur in vsufructu: vt probatur in l. fi. circa fi. C. de præscrip. long. temp. & plenè dixi in iiij. parte prin. col. xvj. versi. iij. limitatur. &c. cum duabus. col. sequen.

SVMMARIVM.

1 *Libertas seu immunitas non soluendi vectigal, seu gabella quanto tempore præscribatur?*

2 *Præstatio vectigalis diuersis casibus diuersimodè præscribitur.*

3 *Immunitas non soluendi vectigal, an præscribatur vno diu non soluente, cæteris autem soluentibus?*

4 *Villa, & castrum quo casu poßint vel non poßint imponere onera fiscalia?*

1 QVinta quæstio est. Postquàm vidimus de præscriptione iuris pedagiandi. † Quid econtra quanto tempore præscribatur libertas, siue immunitas non soluendi vectigal, vel gabellam?

Hanc q. format Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de pub. & concludit, quòd aut exactio pertinet ad priuatum ex priuilegio, vel consuetudine, & sufficit esse cessatum x. ann. Aut pertinet

2 ad fiscum, vel ad rem publicam. † & tunc præstatio vectigalis præscribitur. xl. an. per l. omnes. C. de præscript. xxx. vel xl. ann. Requiritur tamen bona fides ad præscribendam huiusmodi libertatem seu immunitatem non soluẽdi vectigal: vt dicetur in vij. & vlti. qu. huius partis. Et hanc doctrinam sequuntur Ange. & Pau. de Cast. in d. §. earum. & Bald. consi. cxxv. qu. vertens. j. volu. & consil. cccclxv. si pater filio. iiij. volu. & Corneus consi. xliiij. in hac consultatione. j. colum. ij. volu. & consi. xxij. in præsenti consultatione. v. colum. iij. volu.

3 † Quid autem si aliquis priuatus tanto tempore cessauerit, cùm omnes alij soluerint: an sit præscripta immunitas? dic vt per Bart. in d. §. earũ cuius dicta doct. ibi communiter sequuntur: & declara: vt ibi per Imol.

Adde etiam prædictis qualiter præscribatur immunitas à collectis contra villam vel castrum,& aduersus impositionem collectarum. Bal.in consi.cxxv.quæstio.vertens.in j.vol. & ibi
4 † quòd villa & castrum non possunt imponere onera fiscalia, nisi quatenus haberent ex consuetudine tanti temporis,cuius initij.&c.per c.super quibusdam.§.præterea.de verb.signi.

SVMMARIVM.

1 *Ius collectandi & talleandi forenses,aut huiusmodi potestas quanto tempore præscribatur?*
2 *Consuetudo cuius initij memoria non extat habet vim priuilegij, & constituti.*
3 *Forenses ad quas collectas de iure possint obligari?*
4 *Vasalli, & nobiles de iurisdictione inuestiti an & quas collectas possint suis subditis imponere?*
5 *Nobiles & domini pratendentes se habere ius collectandi eorum subditos ex præscriptione, vel consuetudine in certis casibus, quomodo cognoscantur habere ius ex præscriptione.*

1 SExta quæstio est cognata præcedentibus.† quanto tempore præscribatur potestas,siue facultas imponendi collectas &
a talleas forensibus, seu ius collectandi & talleandi forenses?ᵃ
Istam qu. valde vtilem & quotidianam in practica mouet Bart.in l.cum neque.C.de inco. & in l.j.C.de mul. & in quo lo. col.iiij. seu v.ver.sed quæro cui possit imponi li.x. concludens quòd ad hoc vt ciuitates, vel oppida possint imponere collectas forensibus pro rebus, quas possident in illa ciuitate, vel oppido, siue eius territorio, requiritur, quòd hoc habeant ex
2 consuetudine:cuius contrarij memoria non extet † quæ habet vim priuilegij, & constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æsti.c.super quibusdam.§. præterea. de verb. significationibus.
Sed do.Alex.consil.lxviij. viso & dudũ discusso processu.iij.
b col.ij.vol.tenet,quòd sufficit tẽpus.x.ann. ᵇ ad præscribendum talem facultatem collectãdi forenses: quia tãto tempore præscribitur:& inducitur consuetudo saltem de iure ciuili: etiam si sit contra ius. nec requiritur secundum Alex. tempus, cuius initij.&c.nisi ad præscribendũ ea, quæ sunt reseruata principi.
Et sic loquitur text.in d.c.super quibusdam.§.præterea. Sed imponere collectam non subditis siue forensibus pro rebus, quas possident in alieno territorio & districtu non est de reser-

uatis

uatis principi. Quando quidem istud possit induci per statutum inferioris c vt decidit singulariter Bald. in l. j. colũ. vj. circa med. in versi. sed quemadmodum. &c. C. de senten. quæ pro eo quòd interest.

Hinc dixit no. Bar. in l. j. C. de auro coro. lib. x. per illum tex. quòd si de antiqua consuetudine seruatum est, quòd forensibus imponantur onera personalia, poterunt ad illa imposterum cogi. at consuetudo inducta spacio requisito ad consuetudinem præscribendam dicitur antiqua: vt no. glo. in c. in generali. in verbo deuotio. & in verbo antiqua. de elect. li. vj. ergo in tali consuetudine non erit necessarium tempus, cuius initij. &c.

Istud est motiuum vrgens Alexã. in præal. consil. & ideo secundum eum licet Bart. vbi suprà dicat, quòd forensibus collectas imponere possunt ciuitates, quæ hoc habent ex consuetudine tanti temporis, cuius initij. &c. non per hoc intellexit excludere, quòd minus tempus non sufficeret: vt ibi latius per eum: cuius dicta refert & sequitur. d. Ias. in l. de quibus. col. xv. ff. de lega. vbi colum. xvj. ver. vlti. ex hac parte not. ex illo text. quòd consuetudo. x. annor. dicitur inueterata & antiqua siue antiquata.

3 † Ad quas verò collectas forẽses de iure teneantur? pulchrè declarat Alex. in præal. consil. lxviij. j. colum. ij. vol. & consil. cj. visis instrumentis. iij. col. j. volu. vbi sequitur decisionem Bald. in d. l. j. C. de senten. quæ pro eo quòd interest. quòd per statutum possit induci quòd collectæ forensibus imponantur: & plenè consil. lij. visis his, quæ in themate. quinto volumine. vbi concludit quòd de consuetudine potest induci ius collectandi & imponendi onera forensibus, quamuis aliàs de iure non liceret, & ibi plenè declarat: quæ & quales collectæ & qualia onera possint de iure forensibus imponi. & idem Alexand. pulchrè consil. cxxxiiij. super primò, prima columna quarto
4 volumine, concludens not. † quòd vasalli & nobiles de iurisdictione inuestiti non possunt hominibus, & subditis suis collectas & onera imponere, nisi eas & ea quæ consueuerunt imponi de antiqua consuetudine. vt notatur Bartolus in lege prima. C. de excus. munc. libro decimo, & pulchrè Bald. in l. cum multa. C. de bon. quæ liber. & dicit Alexand. in similibus antiquas consuetudines esse seruandas. vt per Bald. in commen. pacis constan. in verbo sicut ab antiquo, quæ omnia velut quotidiana sunt bene notanda.

5 † Quid autem si nobiles, vel domini prætendant se habere ius collectandi eorum subditos ex præscriptione, vel consuetudine in certis casibus qualiter cognoscatur an tale ius competat ex præscriptione, vel consuetudine. & quid si collectauerint aliquos an possint collectare omnes. & dicantur acquisiuisse ius collectādi vniuersos, & quid si homines allegant se nunquam fuisse pro simili collectatos? vide istam q. plenè examinatam per Alb. de Ro. in rub. ff. de mu. & ho. & per d. Iacobi de san. Geor. in suo tract. de homag. col. ix. & x.

ADDITIO.

a De hac q. vide per Aret. consil. cxxxij. in causa quæ vertitur, vbi examinat an possit præscribi consuetudo collectandi forenses? & Ias. in l. de quibus. col. xiiij. ff. de leg.

b Contrarium tenet Areti consil. xxxij. col. iij.

c Contrarium tenet Aret. in consil. xxxij. col. iij. licet de Bald. non faciat mentionem.

SVMMARIVM.

1 *Libertas & immunitas non soluendi collectas quanto tempore præscribatur?*

2 *Tributa, seu publicæ functiones debita: imperatori in signum recognitionis vniuersalis dominij: non possunt contra Imperatorem præscribi.*

3 *Collectas non soluens per xl. an. an sit tutus à futuris collectis?*

4 *Requisita ad præscriptionem libertatis, seu immunitatis non soluendi collectas, quæ sint?*

5 *Bona fides adesse debet in præscriptione libertatis, seu immunitatis non soluendi collectas debitas. &c.*

1 SEptima quæstio est. Quid econtra. † quanto tempore præ-
a scribatur libertas. [a] & immunitas non soluendi collectas? [b]

b Hanc q. examinat Alexan. consil. xxx. ponderatis narratis in themate circa medium in v. dubio. v. vo. cōcludens, quòd sufficit tempus xl. annorum, si dicto tempore fuerunt impositæ collectæ generales, & non fuit aliquid solutum per allegantes immunitatem: quia tanto tempore videntur tuti. per l. omnes. C. de præscrip. xxx. an. & no. per Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi. præsertim si intercessit concessio immunitatis, licet inualida: & sic titulus coloratus: quia sufficit ad præscribendum cum spacio. xl. ann. per tex. no. in l. si. cùm glo. in verbo canone.
c C. de fun patrimo. libr. xj. Et ibi respondet Alex. ad text. in l.
2 comperit [c] C. de præscr. xxx. an. † quòd est speciale in tributis seu

seu publicis functionibus debitis Imperatori in signum recognitionis vniuersalis dominij: vt non possint præscribi contra Imperatorem.vt no.Bar.& alij.& no.doct.post gl.in c.cum non liceat.de præscrip.& apparet ex no.per Bart.& doct.in d.licitatio.§.earum. Præterea secundum Alexã.id quod habetur in d.l. comperit.locum non habet quando super hoc intercessit concessio immunitatis quamuis inualida:quia sufficit ad præscribendum spacio xl.an.per tex. iuncta gl.in d.l.fi.& not.Ange.& Sali. in d.l.comperit.respõdet etiam Alex.ad tex.in l.vacuatis. C.de decur. lib.x.quòd loquitur, quando ille qui vult se tueri, non habebat priuilegium immunitatis seu confirmationis factæ à principe, sed volebat solùm se tueri ex liberatione facta expressè vel tacitè à ciuitate: nam non potest per illam. l. vacuatis: sed si habet cõcessionem à principe etiam si in ea esset aliquis defectus, tunc potest se tueri mediãte lapsu temporis. xl.ann.per.d.l.fi.cùm glos. Et vltrà Alex.pro hac conclusione adduco Bart.in suo consil.incip.commune Spolleti.in ordine.
3 cxxv.vbi dicit † quòd qui stetit per xl. annos quòd non soluit collectas, est tutus à futuris collectis. refert & sequitur d. Petrus phil.Corn.cõsi.xliiij.in hac cõsultatione.col j.circa me.ij. vol.& consi.xxij.in præsenti consultatione. v.col.iij.vo.dicens quòd hæc est potius consuetudo, quàm præscriptio.

Eandem conclusionem firmat Ro.consi.cclij.pro decisione in iiij.dubio.licet præfatus.d.Corn.fuerit sibi contrarius cons. cclxviij.in hac consultatione.col.j.in fi.& ij.iiij.volu. vbi concludit;quòd libertas non soluendi collectas non præscribitur: nisi per tãtum tempus, cuius initij non extet memoria:& mouetur satis debilibus fundamentis. Sed Alex.cõsil.cxxxvj.in causa & lite vertente.col.pen.& vlti.versi.item ad hoc vt dicti Cathanei.ij.volu.vbi latius tractat hanc materiam:concludit, quòd ad hoc vt possit pręscribi libertas ab onere collectarum: requiruntur plura: quæ in processu probari oportet.

4 † Primò quòd prætendens talem præscriptionem probet se fuisse aliquo tempore requisitum: vt collectas solueret. aliàs nunquàm præscribit libertatem seu immunitatem non soluendi per l.cùm scimus:iunctis ibi not. per Barto.C.de agri.& censi.lib.xj.cùm aliis concord.adductis per eum.

Secundò requiritur ad hoc vt præscribatur huiusmodi libertas & immunitas aliquòd factum præscribentis,id est contradictio & recusatio soluendi.secundùm Alex. per l.hæc autẽ iura.ff.de seru.vrb.præd.bene faciũt vltra eũ no.per gl.& doc.in

l.qui luminibus.ff.de serui.vrba.prædio.& in l.j.C.de seruitu.& aqua:vbi habetur,quòd in præscribẽdis iuribus negatiuis nunquàm currrit præscriptio nisi à tempore contradictionis.

Tertiò requiritur bona fides in præscriptione libertatis siue immunitatis,quæ saltem debet allegari.

Quartò requiritur, quòd probetur de scientia & patientia communis secundum Alex.in præalleg.consi. Et ideo pro habenda clara doctrina in hoc notabili articulo videtur ex præmissis ita forè distinguendum quòd aut interuenit titulus coloratus, vt concessio immunitatis:licet inualida:& sufficit tempus xl.anno.concurrente eo,quod dicto tẽpore fuerit aliquando collecta generaliter imposita:& nũquàm soluta:licet requisitio seu interpellatio non interuenerit. & ita procedat prima opi.Alex.suprà relata in consi.xxx.v.volu.

Et intelligo quòd tempus xl.anno.incipiet currere à tempore impositionis primæ collectæ.per no.per glo.& Cano.in c.cũ ecclesia Sutrina.de cau.pos.& propriè.Aut vero non interuenit aliquis titulus coloratus: & tunc ad præscribendum libertatẽ, seu immunitatem non soluendi collectas requiruntur illa quatuor supra recitata:de quibus per Alex.præalleg.consi.cxxxvj. secundo volu.

1 † Addo aliud requisitum,videlicet,quòd adsit bona fides:quę requiritur in pręscriptione libertatis,saltem de iure canonico: vt latè dixi in iij.q.iij.partis.iiij.princip.col.xxiiij. quæ tamen præsumitur in dubio ex cursu longissimi temporis.xxx.vel xl. anno.vt per Barto.in l.cum quærebatur.ante fi.C.vnde vi.cum concor.adduct.in repe.l.Celsus.in iij.parte.ff.de vsuc.& ita videtur tenendum.

ADDITIO.

a An præscriptio prosit in oneribus euitandis.vide per Pan.in c.accedentes.iij.col.& de præscript.

b Vide Alex.latè in consi.xxx.ponderatis.&c.in v.volu.

c Ad intel.d.l.comperit.vide Bald.in l.j.col.ij.C.de anna.excep.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio contra fiscum pro re aliena per fiscum vendita, aut aliter alienata quanto tempore fiat?*

2 *Lex bene a Zenone.de rebus per fiscum alienatis procedit tantum in Imperatore non in principe inferiore.*

Fiscus

3 *Fiscus quid sit, & vnde dicatur: & quis dicatur habere fiscum?*
4 *Ciuitates nō recognoscentes superiorem de iure, vel de facto: dicuntur habere fiscum: & ipsamet ciuitas est fiscus.*
5 *Ecclesia vel episcopatus an dicatur habere fiscum?*

1 Octaua quæstio est.† Quantò tempore præscribatur cōtra fiscum pro re aliena, per fiscum vendita: aut aliter alienata? istam q. decidit tex. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscri. & in §. fi. instit. de vsucap. vbi dicitur, quòd habens à fisco titulum venditionis: donationis: aut aliū statim fit securus: sed aduersus fiscum datur actio infrà quadriennium tantum ratione dominij vel hypotecæ quod vel quam alius prætendit in rebus à fisco alienatis. & lapso quadriennio vlterius non auditur: sed illa. l. bene à Zenone. recipit plures notabiles & singulares limitationes.

Et quinque ponit Feli. in c. quæ in ecclesia vnum. col. xij. vel xiij. versi. sed pro intel. d. l bene à Zenone. de constit. & septem colligit do Iac. de san. Geor. in tract. feu. in verbo princeps Pedemontium. col. v. vers. sed aduertè: vbi plenius quàm alibi enumerat omnia specialia in principe vsque ad sexagintasex. & aliquas ex prędictis limitationibus refert Ias. in auth. quas actiones. col. j. versi. iij. limita. C. de sacrosan. eccle. Et quamuis isti patres non referant has omnes limitationes ad d. l. bene à Zenone. & plures vsque ad octo vel nouem per prius aggregauit solem doct. do. Marti. Laud. in tract. suo de princip. ij. col. xj. no. inci. notandum est singulariter.

2 † Primò igitur limita. d. l. bene à Zenone: vt procedat in Imperatore, nō autem in Principe inferiore: nisi princeps inferior haberet regalia ab Imperatore: vel ex consuetudine seu præscriptione tanti tēporis, cuius initij memoria non extat: secundum Bal. in c. ad apostolicæ de re iud. in vj. iunctis notatis per eum in proœ. decretal. prout latius refert do. Marti. Laud. & post eum do. Iaco. vbi suprà.

Secundò limita. d. l. vt procedat interueniente traditione: & non aliter. Ita limitat eleganter Bald. in c. j. §. fin. vlt. col. in titu. de no. for. fide.

Tertiò limita. d. l. vt procedat quando princeps, vel fiscus rē quam alienauit possidebat tempore contractus & traditionis: alias secus. ita illā l. intelligit not. Bar. in l. fi. circa med. C. si contra ius vel vti. pub. & firmat Bal. in l. j. col. j. C. de hær. vel act. vē. & in l. ij. C. cōmu. re. alie. post Pet. & Cy. & ibi tradit: an fiscus in dubio præsumatur possedisse rem, quam alienauit referūt Feli.

in d.l.quæ in ecclesiarũ.in j.limita.& Ias.in d.auth. quas actio.

Quartò limita illam l.bene à Zenone: vt demũ locũ habeat quando princeps, vel fiscus bona fide vendidit rem: quam propriam esse credebat: licet in veritate esset aliena: secus si vẽdat mala fide: quia scit eam alienam esse.glos.est no.in d.l.ij.C.de com.re.alie.quam Bal.& doct.ibi communiter sequuntur Bal. in d.l.j.col.j.C.de hære.vel act.ven.Pan.in c.ij.prope fi.de reb. eccle.non Alie.Feli.in d.c.quæ in ecclesiarum.col.xij.in j.limi. adducens aliam gloss.in l.j.in verbo distrahatur.C.de venden. reb.fisca.lib.x.

Quintò limita illam.l.vt procedat quando princeps vendit rem alienam iure proprio: secus si iure creditoris: nam tunc emptor non fit statim securus.Ita dicit no.Bal.in ij.proœ.decre. iiij.col.adducẽs tex.in l.fundus qui.ff.de rescin.vẽ.& alia iura.

Sextò limita illam.l.bene à Zenone: vt nõ procedat in ecclesia: quia si Princeps vel Imperator donaret: aut venderet ecclesiæ rem alienam: ecclesia non fit statim secura: nec gaudet beneficio.d.l.bene à Zenone.glo.est notabilis.in c.quicunque militum.in verbo consensu.xj.q.ij.quæ pro hoc alleg.bonũ tex.in c.placuit.el primo.& ibi etiam no.glo.xvj.q.iij.& glo.in §.quas actiones.in verbo quadriennij.ea.causa & q.

Septimò limita illam.l.bene à Zenone.vt demum locum habeat: concurrentibus tribus.

Primò quòd princeps vendiderit rem, quam possidebat.

Secundò quòd eam vendat bona fide.

Tertiò quòd præcesserint solennes subhastationes iuxta.l.j. & l.si tempora.& l.duplex ratio.C.de fide instru.& iure hastæ fisca.lib.x.Ita sunt verba Bal.in l.j.col.ij.C.de hær.vel act.vend. qui refert do.Iaco.vbi suprà.& dicit se dubitare de hoc dicto Bal.inquantum loquitur de subhastatione: quia de illa nullum fit verbum.in d.l.bene à Zenone.

Præterea vt ipse dicit: illa.l.habet locum etiam quando princeps donat, & tamen nemo dixerit quòd in donatione requiratur subhastatio.

Octauò limita illã.l.bene à Zenone: vt non procedat de iure canonico.glos.est repu.sing in c.ij.in verbo irrita.de reb.eccle. non alie.quòd intelligunt hoc verum esse quo ad præiudicium ecclesiarum: sed inter laicos etiam in terris ecclesiæ bene procedit illa l.vt ibi declarat Panor.

Nonò limita illam l.vt procedat: dummodo princeps vẽdat: vel donet rem alienam: dicendo se facere de potestatis plenitudine:

tudine:secundum Bal.in præalleg.proœ.decretal.ij.col.vbi dicit quòd omnis modicus error rumpit illam.l.de his duabus limitationibus vltimò relatis.dic vt per Fel.in d.c.quæ in ecclesiarum.xij.col.in iiij.& v.limita.

Decimò limita illam l.vt non procedat in præiudicium minoris & in rebus suis:quia ipse habet restitutionem in integrũ vt no.glo.& docto.in l.fi.C.si aduer.fisc.& has limitationes:velut aureas dicit esse notandas do.Marti.Lauden.vbi suprà.

Vndecimò limita vltra omnes.d.l.bene à Zenone:vt nõ procedat in præiudicium dotis seu iurium dotalium:quia lex, vel statutum generaliter loquens non intelligitur loqui in causa dotis.Ita singulariter decidit Bal.consi.cccxxiij.quemadmodũ. Imperator:quod dictum refert, & multum commendat Ias.dicens se alibi non legisse in l.j.col.iij.ff.sol.matr.& confirmatur per plura ibi cumulata per Ias.

3 † Et quia plenè suprà tractatum est de præscriptione fiscali: operę prætium est videre:quid sit fiscus:& vnde dicatur.& quis habeat fiscum.de quibus omnibus vide plenam & vtilẽ apostî. Alex.in l.j.in apost.ad Bar.C.de bo.vac.li.xj.& dicit Bal.in rub. C.de priui.fisci.quòd fiscus est saccus Cęsaris,vel regis siue rei publicæ.refert Aret.in §.fi.circa prin.insti.de vsuc.versi.& præmitte.& dicit Bal.vbi suprà quòd municipia non habent fiscũ: nec episcopatus ecclesiastici.& ibi ponit quæ sint Cæsaris de per se:& quæ fisci.de quo an ciuitates vel municipia dicantur habere fiscum,vide per Bart.in rub.C.de iure fis.& ibi Alex.in apo.col.ij.vbi traditur, an fiscus & respublica dicantur idem: & per Ias.in §.rursus.col.ix.& x.in antiq.impres.& vj.& vij.in noua.insti.de actio.& dicit Barto.in l.item veniunt.§.ait sena-

4 tus.ff.de peti.hære.† quòd ciuitates non recognoscentes superiorem de iure,vel de facto dicũtur habere fiscum: nã ipsamet ciuitas est fiscus.ex quo infert quòd in Marchia,& in aliis prouinciis ecclesiæ omnia,quæ dicuntur de fisco:intelliguntur de ecclesia:in illis vero ciuitatibus quæ non recognoscunt aliquẽ in dominum:quæ dicuntur de fisco: intelliguntur de suo communi secundum Barto.vbi suprà.

5 † Et an ecclesia vel episcopatus dicatur habere fiscũ: scribit plenè Feli.in c.cæter.col.pe.de offi.ordi.& no.Pan.& Can.in c. quia diuersitatẽ.de cõcess.præben.Et per hæc remanet expedita materia præscriptionis fiscalis:& sic.ij.pars istius v.partis prin.

Venio ad tertiam partem huius quintę partis princip.in qua videndum est de præscriptione contra rempublicam.

SVMMARIVM.

1 *Aduersus rempub.quantò tempore præscribatur?*
2 *Contra rempub.seu ciuitatem regulariter præscribitur, sicut cōtra priuatum exceptis quatuor casibus.*
3 *Tex.l.fi.C.de sacrosan.eccl.volens in quatuor casibus posse contra rempub.præscribi centenario quibus casibus limitatur.*
4 *Tempore communi an præscribatur contra ciuitatem, sicut contra ecclesiam, in quasi dominio, & publiciana.*

1 Et primò quæro.† Quāto tempore præscribatur aduersus
2 rempublicam?ᵃ tex.in l.fi.C.de sacrosan.eccle.videtur determinare quòd non præscribitur minori spatio centum annorum, quod est longissimum tempus vitæ hominis.

Sed ille tex.secundum communem intellectum procedit in quatuor casibus tantum ibi expræssis in versi.siue itaque:vt no.ibi glo.super verbo vendiderit.& sequuntur cōmuniter docto. maximè Sali.in vlti.no.& clarius Pau.de Cast.col.pe.dicens, ꝙ in ciuitatibus particularibus nō habētibus iura fiscalia in quatuor casibus:de quibus ibi non præscribitur minori spatio centum annorum.& sic sunt in his casibus melioris conditionis, quàm fiscus secundum Pau.de Cast.quia in aliis fiscus est melioris:vt ibi no.glo.extra vero illos tres casus contra ciuitates præscribitur:sicut contra priuatos, quia instar priuatorum obtinent:vt in l.eum qui.ff.de verb.signi.Idē firmat Bal.in d.l.fi.col.j.ver.quæro singularis successor:qui fortius dicit ꝙ cōtra ciuitates nō habētes iura fiscalia præscribitur sicut cōtra priuatos: etiā in quatuor casibus ibi no.saltē respectu tertij:vt statim dicetur.& seq.Are.cōsi.cliiij.consultatio proposita.col.fi.versi.iij.
2 præmitto.† Facio igitur regulā, ꝙ cōtra rēpublicā, seu ciuitatē regulariter præscribitur:sicut cōtra priuatū:exceptis illis quatuor casibus no.in d.l.fi.videlicet in vēditione:donatione:institutione:vel relicto factis reipublicæ secūdū cōmunē intel.glo.& doct.in d.l.fi.& fuit de mēte Bar.in l.in omnib⁹.ff.de diuer.& tēpo.præscri. vbi nō facit differētiā in præscribēdo quo ad illos quatuor casus inter fiscū & rēpublicā: quāuis Pau.de Cast.in d.l.fi.dicat rēpublicā in hoc esse melioris conditionis fisco.quod intellige vt infrà dicam.Eandem conclu.tenuit Bal.in l.j.circa med.C.de an.excep.& in l.vniuersas.C.ne rei dom.vel templo.& Alexand.consi.xvj.colum.vj.v.volu.infrà latius allegato:vbi dicit, quòd etiam iuribus ciuitatis & contra ciuitatem præscribitur saltim spatio xl.ann.per text.in l.omnes.C.de præscr.xxx.ann.ibi.Neq; publicū &c.& not.in l.iāpridē.C.cōmu.de vsuca.

præterq

præterquàm in illis quatuor casib⁹.& idẽ firmat Are.cõsi.præal.

3 † Primò limitat text.in d.l.fi.dum vult quòd in illis quatuor casibus currat præscriptio centenaria tantum contra rempublicam: vt procedat in ipso principali debitore: vel eius successore vniuersali: vt quia præscribens esset ille, qui vendidisset: vel donasset, vel hæres eius, qui vendidit: donauit: vel reliquit ciuitati. Si vero esset successor singularis, vel alius tertius: indistinctè præscribit cõtra rempublicam communi spacio, sicut præscriberet contra priuatum: etiam in illis quatuor casibus. Ita not. limitat & declarat Bald.in d.l.fin.versic.præalleg.& sequitur Alex.in consilio suprà & infrà allegato dicens, quòd illa lex nõ loquitur quo ad tertium. Restringuntur ergo illi quatuor casus secundum eum quo ad actionem personalem: quæ non potest competere nisi contra venditorem: donatorem: aut eius successorem vniuersalem. Non autem contra tertium. Ideo talis actio personalis cõtra istos bene durat centum annis: vt latius per Alexand.in præalleg.consil.licet contrariam opinionem quòd illa.l.fin.procedat contra quemlibet indistinctè: teneat ibi Salic.col.pen.versic.quæro quid si ecclesia. Sed propterea recedendum non est ab opin. Bald.& Alexã. tanquàm magis communi.

Secundò limita.d.l.fin.vt dispositio illius.l.requirentis spacium cẽtum annorum in illis quatuor casibus procedat: quando post donationem: venditionem: institutionem: aut relictum factum ciuitati nunquàm fuit res tradita ciuitati: aliàs sufficeret tempus.xl.annorum. Ita voluit not. Guliel.de Cun.in l.j.C. ne rei do.vel templo.facit ad hoc quod not.gloss.parua.in d.l. fin.in verbo donata.

Tertiò limita: vt dispositio.d.l.fin.requirentis spacium centum annorum in illis quatuor casibus procedat in rebus, quæ verè spectarent ad ciuitatem iure dominij. Secus si iure quasi dominij: quia tunc contra ciuitatem currit præscriptio communis: vt not. Barto.in l.si finita.§.si de vectigalibus.col.j.ff.de dam.infec.per illum text.& Angel.in quibusdam lecturis in l. ij.C.ne rei domi.vel templo.

Has tres limitationes ad illam legem colligit Alexan.consil.xvj.in causa & lite vertente inter magnificam communitatem.col.vj.versic.nam posito.& versic.quinimo fortius.v.volu. vbi plenè explicat intellectum.d.l.fin.

Et ad vltimam limitationem vltra Alexã.addo Bal.in l.siue autem.§.si duobus.ff.de pub.Ang.Aret.in §.res fisci.circa med.

com

commen.institut.de vsucap.& hanc firmat dom.Petrus Philip. Cornel.consil.xvj.viso primo.vlti.col.& consil.cxvij.multa.vltim.col.ij.volum.& magis in terminis consil.cxlij.videtur prima facie.col.iiij.versic.& licet.iij.volu.concludens quòd contra ciuitatem sicut contra ecclesiam præscribitur in quasi dominio & publiciana tempore communi.& in his locis assignat viuam rationem huius limitationis.

Et hæc procedunt etiam in ciuitate, seu republica non habente iura fiscalia.

Si vero habeat iura fiscalia: dicendum est prout dictum fuit in præscriptione fiscali in præcedenti parte.& per Bart.in prædicta.l.in omnibus.ff.de diuers.& tempo.præscript.& latè per do.Panor.in c.cum nobis.de præscript. Et quando ciuitas seu respublica dicatur habere fiscum,& iura fiscalia dixi in calce partis præcedentis.

ADDITIO.

a Not.quòd præscriptio contra vniuersitatem siue rempublicam procedit ex negligētia administratorum secundum Bart. in l.imperatores.ff.de pact.& quanto tempore præscribatur in rebus ciuitatis: vide per Aret.in §.res fisci.circa med.j.colum. versicul.quid in rebus ciuitatis.institut.de vsucap.& not.quòd præscriptio territorij rerum ciuitatis: etiam cum sciētia & patientia tyranni,non procedit contra ciuitatem secundum Flori.in l.seruitutes.colum.xvij.ff.de seruitut.not. Bertachi.in reperto.in verbo præscriptio.ij.colum.ij.& quanto tempore præscribatur contra ecclesiam & ciuitatem: & qualiter vide per Bald.in l.vniuersas.C.ne rei do.vel templo.& in l.j.circa med. C.de anna.exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Lex fin.C.de sacrosanct.eccles.dans priuilegium ciuitati an intelligi possit de castro, vel villa?*

2 *Disposita in ciuitate an censeantur disposita in villa, vel castro: quia castrum est membrum ciuitatis?*

3 *Reipublicæ appellatione quid veniat, & quot modis accipiatur?*

4 *Ciuitas etiam supposita alicui domino, principi, vel tyranno gaudere debet nihilominus priuilegio reipub. & beneficio restitutionis in integrum.*

Secundò

1 a SEcundò quæro. † Vtrum priuilegium datum ciuitati.in d. l.fin.C.de sacrosanct.eccles.cōpetat castro vel villæ? [a] Bar. ibi in j.col.ij.oppo.& Bal.in j.col.versic.secundo quæro. Salice. in ij.col.& Paul.de Castr.in fin.commenti.& communiter doc.
2 determinant † quòd disposita in ciuitate censentur disposita in villa vel castro: quia castrum est membrum ciuitatis.l.qui ex vico.ff.ad muni.& quia castrum & ciuitas non differunt: nisi sicut parua ciuitas à magna ciuitate.& hoc procedit: etiã si talis villa, vel castrum non subiiciatur ciuitati secundũ Bart. in d.l.fi.in ij.oppo.qui dicit quòd illa.l.habet locum pro rebus cuiuslibet castri in quatuor casibus ibi notatis. Hunc articulum plenè examinat Alex.in l.si finita.§.si de vectigalibus.col. ij.& iij.& ibi not.glo.Bart.& alij ff.de dam.infec.vbi attestatur communem opin.esse quod illa.l.fi.locum habeat in omni castro,& municipio.Bene faciunt notata per Bart.& alios præcipuè Alexand.in d.l.si finita.§.ex hoc edicto.vbi mouent.quæstio.an priuilegia concessa ciuitati trahantur ad villam sibi subiectam vel propinquam?

Accedant not.per Barto.Bald.Salicet.& docto.post glo.in l. respublica.C.ex quib.caus.maio.qui omnes communiter concludunt veram & communem opin.esse quòd omnis ciuitas, & quolibet castrum gaudet priuilegio reipublicæ:& debet restitui in integrum sicut respublica:dummodo tale castrum, vel villa habeat multitudinem hominum: & rogatur per suos administratores:& tractet negotia sua tanquàm communia: non
3 vt priuata:licet parua vniuersas.† Et refert Alexan.in d.§.si de vectig.& plenè not.Ias.in §.rursus.colum.viij.& ix.in antiqua impres.& vj.& vij.in noua.institut.de actio.declarans quæ dicatur respublica.quid veniat appellatione reipublicæ: & quot
4 modis capiatur? & ibi bona gl.super verbo reipublicæ. † Subdit Salicet.in d.l.respublica.circa med.versicul.quæro ciuitas. quòd licet ciuitas sit supposita alicui domino, principi, vel tyranno, nihilominus gaudet priuilegio reipublicæ & beneficio restitutionis in integrum.

Et qualiter respublica seu communitas in integrum restituatur aduersus præscriptionem? dic vt dixi in ecclesia in ij.q. primæ partis huius quintæ principalis.

Et infrà quantum tempus communitas restituatur aduersus præscriptionem? vide per Paul.de Cast.consi.ccxciiij. Ego Paulus.in antiquis.

ADDIT

ADDITIO.

a Adde Angel. Aret.in §.res.de rescript.col.j.circa medium. institut.de vsucap. Alex.consil.j.iiij.volum.

SVMMARIVM.

1 *Ea quæ sunt meræ facultatis an præscribi possint.*
2 *Solitus aliquid concedere per viam meræ & gratuitæ facultatis non per hoc obligatur perseuerare.*
3 *Mera faculas quæ dicatur?*
3 *Facultas quomodo distinguatur?*
5 *Libero arbitrio non præscribitur, nec his quæ ex mera voluntate procedunt.*

Capio quartam partem huius quintæ partis principalis.

1 ET primo quæro. † An ea quæ sunt meræ facultatis præscribi possint? Vera conclusio est, quòd talia non præscribuntur per text.in l.viam publicam: & ibi notant glo.& Bar.ff. de via pub.vbi dicitur, quòd nunquàm præscribitur facultati eundi per viam publicam:quia istud posse ire non est ius: sed quædam facultas. Hanc conclusionem firmat Panorm.in c.ex parte Astensis.circa fin.j.col.de concef.præbend.& in c. Ioã.de cleri.coniug.& in c.Pisanis ad fi.de resti.spo.& in c.inter cæteras.circa fin.de rescrip.dicens, quòd in his quæ sunt meræ facultatis: ex longæua obseruantia non introducitur consuetudo, neque præscript.& do. Card.consil.xxxviij.primo rationes. col.j.in versic.secundo quia concludens, quòd ea quæ competunt iure facultatis non præscribuntur.not.remissiuè Feli.in c. cum accessissent.col.xj.versic.secundo declarantur.de constit.
2 † Ex hoc infertur, quòd si aliquis per viã meræ & gratuitæ facultatis aliquid sit solitus cõcedere: per hoc non obligatur perseuerare:ac si firmata esset consuetudo: vt declarat Panor. post alios in c.quod trãslationem.col.ij.de offi.leg.per id quod not.Inno.in c.cum ecclesia.Sutrina.de causa pos.& proprie.vbi dicit, quòd si millies aliquis hospitaretur aliquem amicum suum in domo:per hoc non est inducta cõsuetudo: vt teneatur eum in futurum hospitari: cum fuerit profectus ad illam ciuitatem,& concordat Cy.in l.ij.C.quæ sit long.consue.Ioã. And. in c.Ioã.de cle.coniug.Bar.in l.cum de in rem verso.ff.de vsur. & in l.solent.§.j.ff.de offi.procon. Archi.in c.seruitutum.xviij. q.ij.

q.ij.Gemi.in c.consuetudo.j.distin.Et late firmat Pet.de Anch. in c.sine possessione.ad fi.de reg.iur.in vj.nisi id factum fuisset tanto tempore cuius initij nō esset memoria.secundum Ioan. And.in c peruenit.de censi.& Bart.in d.l.cum de in rem verso. & Ang.in l.si certis annis.C.de pac.refert & sequitur Feli.in c. cum.M.ferrarien.col.iij.versic.tertia declaratio.de constit.vbi tradit remissiones de materia.

Sed contra istud vltimum, quòd etiam per mille annos non præscribantur ea quæ sunt meræ facultatis:videtur tenere Cępol.in tractat.seruitut. vrban. prædior.sub rubric.de seruitut. aquædu.columna vigesimatertia , Nisi respondeatur quòd loquitur in his , in quibus à principio nullum interuenit factum hominis : vt in aqua quę per seipsam fluit,seu discurrit absque facto hominis.

3 † Sed operæ prætium est intelligere:quando aliquid dicatur esse merè facultatis.Bartol.in l.prima.colum.iij.versicu.iuxta prædicta.ff.de condictio.ex lege tradit circa hoc singularem doctrinam dicens,quòd aliquando lex permittit alicui facere aliquid pro conseruatione sui iuris iam quæsiti: & istud nō est ius,sed facultas quædam.l.in re mandata.C.manda.& l.si constante.§.si maritus.ff.sol.matri. Quandoque lex permittit aliquid facere pro acquisitione alicuius iuris de nouo.& tunc est ius:vt ius adeundi hæreditatem.& hoc apparet secundum Bar. ex eo,quòd tali iuri præscribitur.l.licet.cum glo.C.de iur.deli. facultati autem quæ facti est non præscribitur:quia leges quæ loquuntur de præscriptione.vt l.sicut.l.omnes.& l.cum notissimi.C.de præscript.xxx.ann.loquuntur de pręscriptione contra iura tantum : non contra facultates, quæ facti sunt:& ideo secundum Bartol.& doct.in illa.quæstio.vtrum præscribatur iuri offerendi : reuoluunt se in hoc , vtrum potestas offerendi sit ius vel facultas.de quo in specie dicetur.infrà.Sic etiam in effectu concludit Angel.consil.liiij. Iulianus & Francisc.circa

4 med.dicens, † quòd quidam est facultas : ex qua per explicationem actus quæritur nouum ius:vt actio.vel exceptio prout suadet ratio subiectæ materiæ,& tali potestati acquirendi ista iura,ita est æquum præscribi,sicut ipsis iuribus iam quæsitis.

Sed vbi est talis facultas , ex qua per explicationem actus, nullum ius,nulla actio,nulla exceptio quæri potest,sed solum insurgit explicatio eius,quod in libero explicātis arbitrio consistebat,sicut est ire ad ecclesiā,vel per viam publicam:& tunc illi libertati arbitrij nunquàm præscribitur.dicta l.viam.publicam.

cam.ff.de via publi.ita dicit Ang.in præalleg.consi.& secũdum prædicta plenè consuluit Barba.cõsi.lj.scripsit sapiẽtiæ fons. x. & xj.col.ij.volu.vbi refert.& sequitur doct.Bart.suprà recitatã.

Et án posse adire sit ius, vel facultas? latè examinant Bald. Sali.& aliis in d.l.licet.& cõmunis opin.est quòd sit ius,& ideo præscribatur.xxx.ann.vt ibi per Alex.& Moder. & dixit in iiij. parte.colum.lj.

5 † Stat ergo firma conclusio, quòd ea quæ sunt meræ facultatis non præscribuntur.d.l.viam publicam. nisi fortè per tantum tempus,cuius initij. &c.vt prædixi.

Hinc dicit Ioan.Andr.in c.non est.de cõnsuet.in vj. vt refert Alexan.in l.cum notissimi.§.sed cum illud.in aposta.ad Bar.C. de præscript.xxx.ann.quòd illa quæ consistunt in mera voluntate:non sunt præscriptibilia.Pro quo dicto est glo.not.in l.j.in verbo communi diuidundo.C.de annal.except.quæ vult quòd libero arbitrio non præscribatur:nec in his, quæ ex voluntate proficiscuntur.& ibi not. Bald.in specie.& idem Bald.in l.cum notissimi.in fin.princip.C.de præscript.xxx.ann. & confirmat plenè Barba.præaleg.consil.lj.colum.x.& xj.versicul.præterea adduco.ij.volumi.

6 † Et ideo iuri declarandi nunquàm præscribitur:etiam mille annis.Ita dicunt Bal.& Salicet.in l.petens.per gloss.ibi.C.de pact.& refert Iaso.ibi col.iiij.versic.ex ista gloss.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi an præscribi possit, & quot modis distinguatur ius offerendi?*

2 *Temporalia ad agendum censentur perpetua ad excipiendum.*

3 *Iuri ratificandi quanto tempore præscribatur?*

4 *Sequela iuris offerendi est pignoratitia,quæ non competit nisi oblato debito.*

1 SEcundò quæro in specie † Vtrum præscribatur iuri offeren-
2 di?[a] hanc q.mouent glos.Bart.Sali.& omnes docto.in l.cum notissimi.§.sed cum illud.C.de præscript.xxx.ann.& Bart.Imo. & Paul.de Cast.in l.pignori.ff.de vsuc.vbi refert Bart.& docto. communiter dicunt,quod est quoddam ius offerendi,quod competit per modum iuris:puta,secundus creditor habet ius offerendi primò,& confirmandi sibi pignus.l.ij.& iij.& l.cũ secundus.ff.de distrac.pigno.hoc ius tollitur spatio.xxx.vel xl.anno. Quoddam est ius offerendi:quod competit per modũ cuiusdã facultatis:verbi gratia:debitor potest quãdocunq; vult offerre debitum

debitum creditori, & pignus lucre. § fi. instit. quib. mo. re contrahi. oblig & l. si in rem. §. omnis. ff. de pig actio. Ista facultas nunquam potest præscribi: sicut nec alia facultas: puta, eundi per viam publicam: quia licet per mille annos non iueris: semper poteris ire d. l. viam publicam. & hanc doctrinam sequitur in effectu Pau. de Ca. in d l. pig.:ori. sic clarius distinguẽs, quòd aliquod est ius offerendi: quòd competit pro actione nondum nata: vt debitori contra creditorẽ ratione pignoratitiæ. iuxta. l. si in rem. §. omnis. ff. de pign. actio. & tex. in § fi. insti. quib. mo. tol. ob. & sic vt faciat eam nasci: & tunc dicitur potius quędam facultas: cui nõ præscribitur. d. l. viam publicam, quàm ius. sed si competeret pro actione iam nota: vt contingit, quãdo secundus creditor agit contra primũ: & offert illi quòd sibi debetur: tunc enim dicitur ius, non facultas mera: & ideo sicut actio nata tollitur spacio. xxx. annorum: ita & ius offerẽdi, quòd est sequela ipsius: sed actio nondũ nata præscriptione nõ tollitur.

Eandem doctrinã effectualiter sequitur idem Practi. Papi. in forma responsionis rei conuenti. in verbo præscriptionis. circa fin. qui breuius distinguit, quòd aut ius offerendi est ius formatum: sicut est illud, quòd competit secundò creditori: vt possit offerre primo: & huic iuri potest præscribi: sicut cæteris iuribus. Aut est ius nondum formatum: sed in simplici facultate consistẽs: sicut illud quod competit debitori: vt possit debitum offerre: & pignus lucre, & liberare: & tali facultati non præscribitur. d. l. viam publicam. cùm simil.

Sed Angel. in præalleg. consil. liiij. tenet indistinctè, quòd præscribatur iuri offerendi.

Hunc articulum plenè examinat Aret. in §. actionum. col. xxvj. & xxvij. insti. de actio. referens varias opi.

Conclusiuè dico, quòd cõmunis opi. est cum glo. in d. l. cùm notissimi. §. sed cum illud. aliàs. §. eodem iure. in verbo. conatur: quæ tenet quòd præscribat iuri offerendi: quando competit per modum actionis: vt attestatur Are. in d. §. actionũ. circa fin. huius articuli. col. xxviij. in prin. concludens, quòd cuilibet iuri offerendi: etiam quod competit debitori contra suum creditorem præscribitur. xxx. annis iuxta metam aliarum actionum. l. sicut. l. omnes. & l. cum notissimi. §. j. C. de præscript. xxx. ann. quando competit per modum actionis. per not. per Bart. in l. j. ff. de condi. ex lege. Si verò ius offerendi competat per modum exceptionis: puta si creditor agat hypothecaria contra tertium possessorem: ille potest offerre debitum ad exclu-

dendum eum.l.Paulus.§.j.ff.quib.mod.ius vel hypo.sol. Certè
2 huic iuri nunquàm præscribitur:ratio est, † quia quæ sunt temporalia ad agendum, censentur perpetua ad excipiendùm.l.purè. in fin.ff.de exceptio.l.licet.cùm glo.C.eod.tit.not. plenè Feli.post Panorm.in c.si autem.versi.temporalia ad agendum. de rescript.

Hinc dixit Bald.per iura prędicta in repet.l.fin.in fin.xj.col. C.de præscriptio. long.tempor.quòd ius excipiendi nunquàm præscribitur.

Et ita in proposita quæstione concludit Sali. in d.l. cùm notissimi.§.eo.autem tempore.circa fi. Cuius opi.attestatur communem Aret.vbi suprà.

3 † Et no.ꝙ iuri ratificandi præscribitur.xxx.ann.sicut cætera iura.ita Bald.in consi.xij.quidam.d. Matthæus.in colũ.ij.in iij. volu.Videtur tamen veritas in contrarium, ex quo consistit in mera facultate per ea quæ dixi in præce.q. Limita notabiliter prædictam conclusionem,quę habet,quòd iuri offerendi præscribitur,quãdo competit per modum actionis : vt non procedat:quando in pignore esset appositum pactum legis commissoriæ,quòd est in pignoribus reprobatũ.l.j.& ij.C.de pac. pign. declarando & limitando:vt per Bart. no.in l.quamuis.alias incipit.Callipodius.ff.de sol. & in l.Titius.ff.de pig.act. per Pan. & Can.in c.significante.vbi tex.de pig.nam tunc odio creditoris iuri offerendi non præscribitur,ita singulariter limitat Bal. in c.j.in tit.de feu.da.inuicem legis cõmisso.refert & sequitur. d.Alex.in d.l.cum notissimi.ad fin.prin.in apost.ad Barto.

Et circa hanc q.an præscribatur iuri offerendi? vide longam doctrinam Bal.per viam distinctionis. in rub.extra de præscri. colum.penul. ad fi.& col.vlti.

4 † Et per hæc remanet decisa quęstio:an præscribatur pignoratitiæ : quia illa est sequæla iuris offerendi : & non competit nisi oblato debito:vt no.gl.Bar.& doc.in d.l.si in rem.§.omnis. ff.de pign.ac.vbi ponitur hæc.q.& not. per gl.in l.j.§.ad hæc.C. de anna excep.& ibi per Bal. & Salice.colum.vlt.

ADDITIO.

a De hac q.vide do.Cornel.consil.clxxvij.in hac consultatione ij.col.iij.vo.vbi tenet ꝙ tale ius non præscribitur:sequendo theoricam Bart. in d.l.cum notissimi. §.j. & refert se latius dixisse in l.licet. C.de iur.delib.& latè do.Signor.consi.clxvj.ca-

sus

ſus. col.j.cum ſeq.Bald.conſil.ccxcij.ſuper eo.iij.volu.& ibi an præſcribatur conditioni poteſtatiuæ: vel iuri excipiendi.& latè Bald.in d.l.cùm notiſſimi.in princ.col.fin.& latius in repe.l.fin. col.ix.C.de præſcrip.long.temp. & ibi not.de præſcri.pignoratitiæ probās ſtrictè & ſubtiliter quòd id demum præſcribitur: quòd eſt ius & demum illud ius quòd eſt in rerum natura productum & formatum.vt ibi latè per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo an & quanto tempore præſcribi poßit?*

2 *Promißio de reuertendo quanto tempore limitetur?*

3 *Ius quæſitum non dicitur antè acceptationem, vel agnitionem, vel oblationem.*

4 *Malæfidei poſſeſſor licet non poßit præſcribere dominium: poteſt tamen præſcribere confirmationem dominij.*

5 *Facultati redimendi contractum, qui poteſt argui ſœneratitius ex pacto retrouendendi. &c. an poßit præſcribi?*

1 TErtiò quæro de vtili & quotidiana quæſtione †, vtrum præſcribatur pacto de retrouendendo: & ſic iuri & facultati reemendi, ſeu recatandi: & quanto tempore? Angel. in præallega. conſil.liiij.aliàs lv. Iulianus & Franciſcus vendiderunt Bonifacio.&c.not. decidit quòd iuri & facultati recatandi ſeu pacto de retrouendendo præſcribitur ſpacio. triginta annorum ſicut iuri offerendi, etiam ſi in pacto ſit expreſſè dictum, quòd emptor promiſit retrouendere: quotieſcunque prætium redderetur vel omni tempore: etiam cùm iuramento: quia in tali promiſſione ſubintelligitur iſta conditio ſi retrouenditio petita fuerit infrà, triginta annorum.& pariter in iuramento appoſito: quòd recipit conditionem & naturam actus ſuper quo interponitur. l. finali. C. de non numerata pecunia. Plus dixit Petrus de Ancha. conſil. cccxxxij. viſis diligenter actis & actitatis. columna prima, circa finem. & ſecundo verſiculo tertio aduertendum. &c. quod pacto, ſiue promiſſioni de vendendo, ſeu retrouendendo etiam factæ cum verbo, quandocunque, præſcribitur ſpacio.x.an. mouetur: quia ex quo ille cui fuit facta talis promiſſio: vult per aliquod implementum: quod facere debet: quęrere contra alium actionem: debet implere quàmprimùm poteſt conditionem poteſtatiuam dandi vel faciendi: per text.in l. hæc conditio.ff.

de condi.& demon. has decisiones simpliciter refert & sequitur Ias.in d.l.petens.col.iiij.versi.circa ista.C.de pact. & in l.iij. in fi.C.de insti.& substi.Feli.in c.cũ accessissent. col.xj. vel xij. versi.ij.declaratur.de constit.qui tamen non affirmat prædictã decisionẽ Pet.de Anch. videtur ergo verior & tutior opi. quod tali facultati recatãdi seu promissioni de retrouendendo non præscribatur nisi xxx.an.prout consuluit Ang.cuius opi.sequi-
2 tur etiam Fel.in rub.de præscrip.col.antepe.circa fi.& seq.† dicens,quòd promissio de reuendendo habet vitam solùm. xxx. annorum, & conditionem tacitam : si reuenditio petita fuerit infrà illud tempus : ita etiam iuramentum interpositum super ea:referendo illud consiliũ Ange.& idem Feli.in c.si diligenti. col.iiij.versi.secundum correlarium.de for.compet. Nec tunc obstabit regula.c.fi.de præscrip.quòd nulla præscriptio. currit cùm mala fide:quia illa conditio de qua.suprà subintellecta in promissione.prout declarat Ang.in prædicto cõsi.excusat promissorem à mala fide. Item quia isto casu intelligitur potius præscribi facultati, & iuri offerendi:quàm actioni vel obligationi:secundùm Ange.in prædicto cõsi. Et vltrà Feli. & Ias.adducto Bald.in terminis.consil.ccliij.ad euidentiam. vlt.dub.ij. vol.decidentem:quòd licet emptor fecerit pactũ de retrouendendo venditori ad imperpetuum & absque temporis præfinitione:nihilominus tali facultati præscribitur spacio. xxx.ann. non obstante mala fide:vt ibi pulchrè per eum ponẽtem duos casus : in quibus mala fides non obst. de iure canoni.

Confirmatur ista opi.per id ꝙ singulariter not.Pe. de Anch. in c.sine possione.colũ.ix. de reg.iur.in vj.vbi dixit, ꝙ id quòd dicitur,quòd præscriptio non currit cùm mala fide, nedum in realibus:sed etiam in personalibus actionibus de iure cano.vt plenè habetur & not.in d.c.fi.de præscrip.verùm est cõtra creditorem cui actio competit:secus si nondum competit:sed potest competere acceptando:vt in legatario quantitatis vel speciei : ante enim quàm acceptet hæres contra eum præscribit: nec dicitur eo casu præscriptor malæ fidei postquàm non apparet legatarium agnouisse legatum, quòd est nouum dictum secundum eum:qui refert,quod ita reperit consuluisse Bald.& hoc singulare dictũ sequitur Sozi.consi.lxiij.in causa vertente inter dominam Catharinam.col.iij.versi.præterea.pro quo fa-
3 cit † quia ante acceptationem, vel agnitionẽ,aut oblationem non dicitur ius quæsitum , sed quærendum : & sic non dicitur ille qui acceptando : agnoscendo vel offerendo acquirere poterat

terat, perdere: sed non acquirere. Inter quæ longa est differentia. l. qui autem. in princ. ff. de his quæ in fran. credi.

Hinc est quòd nõ iudicatur idem de lucro quòd de damno, nisi postquàm lucrum est quæsitum, & radicatum. gl. in l. ij. §. j. ff. ne quid in lo. pub. & in l. j. §. si quis autem propter inundationem. ff. de iti. ac. priua. & glo. in l. si quis vxori. §. pe. ff. de fur. no. Bal. Ang. Imo. & Alex. in l. non amplius. in prin. ff. de leg. j.

Quòd dictum perpetuo no. ad intellectum & limitationem tex. in d. c. fin. cum ibi not. & duos casus: de quibus per Bald. in
4 præalleg. consi. vbi dicit † quòd licet malæ fidei possessor non possit præscribere dominium: potest tamen præscribere confirmationem dominij. per l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. cùm ibi no. Item secundũ eum potest malæfidei possessor præscribere contra ius, quòd competit alicui de iure speciali: & non de iuregen. vt patet in restitutione in integrũ, cui præscribitur quadriennio. l. fi. C. de temp. in integ. resti. peten. Sed tunc propriè non dicitur malæ fidei: ex quo ius erat sibi iam quæsitum: licet reuocabiliter: & hoc cõsilium Bal. refert ad literam. d. Fabi. de monte sancti Sauini consistorialis aduocatus. in suo tract. de empt. & vẽd. in iij. q. vij. q. prin. & per plura impugnat: firmans opi. contrariã, quòd pacto de retrouendendo non possit præscribi: quando fuit actum. quòd emptor quandocunque & imperpetuum teneatur retrouendere: per plura, maximè propter malam fidem emptoris: qui scit se teneri ad retrouendendum: & ibi respondet ad motiua Bald. Sed præcedens opin. videtur verior & communior & tenenda in iudicando & consulendo per prædicta. Nec viderat istæ do. Fabia. consil. Ang. & Petr. de Ancha. de quibus suprà.

5 † Hanc conclusionẽ not. limita non procedere: quando contractus posset argui fœneratitius ex pacto retrouendendi iuncta modicitate pretij: iuxta plenè not. in c. illo vos. de pigno. & in c. ad nostram. de emp. & vendi. & latissimè per Cæpol. in suo tract. de simula. cõtract. in vlti. parte: & sunt de hoc quàmplura consilia quæ omitto: quia tunc nunquàm præscribitur tali iuri & facultati redimendi seu recantandi: siue dicendi illum contractum simulatum & fœneratitium. vt plenè consuluit Barb. consi. lj. scripsit sapientiæ fons. x. & xj. col. ij. vol.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium an amitti possit per non vsum?*

2 *Priuilegium datum ad aliquid faciendum quanto temporis spacio amitti possit?*

3 *Priuilegium quo casu non perdatur non per vsum?*
4 *Facultas aliquid faciendi simpliciter data per non vsum, cũ adest potestas perdi potest: secus vbi est formaliter data.*
5 *Priuilegiũ concessum ecclesiæ quãtò tẽpore per nõ vsum amittatur?*
6 *Recipiens annuam pensionem ab aliquo pro eo quod sibi faciẽdum concessit an possit præscribere, quod id quod concessit, non fiat?*
7 *Priuilegium immunitatis quantò tempore præscribatur?*
8 *Priuilegium habens largum si strictè illo vtatur, an deinceps possit illo vti magis largè?*

1 QVartò quæro. † Vtrũ priuilegiũ amittatur per non vsum: ex quo vsus priuilegij: videtur merè facultatis?

Istam quæstionem plenè attingunt gl. & Cano. in c. acciden
a tibus. extra de priui.[a] Bar. & docto. in l. fina. ff. de const. prin. vbi latè Ias. col. xiij. & seq. versi. tertio principaliter: & eam latissimè examinat Feli. in c. cum accessissent. col. ix. & x. cũ duabus seq. post Panor. & alios de consti. & ad ea quæ ibi habentur me remitto. referam solum vnam conclusionem not. quam in his locis ponunt docto. cum aliquibus limitationibus.

2 † Conclusio est, quòd priuilegiũ per quod cõceditur aliqua facultas: seu datum ad aliquid faciendũ perditur spatio x. ann. si priuilegiatus eo non vtitur: vt est casus no. in l. j. ff. de nundi. vbi dicitur, quòd si princeps concedit ciuitati priuilegium nundinarum: & ciuitas non vtitur eo per decennium: illud perdit.

Et per illum text. decidit Barto. ibi quòd si princeps dat alicui ciuitati priuilegium studij generalis vel doctorandi. & ciuitas eo nõ vtitur per decennium: illud perdit. & sic priuilegium aliquid faciendi perditur per non vsum decennij.

Et hanc conclusionem Feli. vbi suprà. per plura cõfirmat: sed eam limita tribus modis.

3 † Primò limita, vt procedat quando quis non est vsus priuilegio per decennium voluntariè. cum potuerit vti: secus si per ipsum non stetit, quominus vteretur priuilegio: sed non potuit: quia occasio se non obtulit. Nam tunc per non vsum nõ perdit priuilegium. arg. l. & Attilicinus. ff. de ser. rust. prædi. per quem text. sic decidit gl. ordi. in c. abbate S. Siluani. in verbo ibidem. ante fi. de ver. sig. vbi But. & Pan. circa fi. no. q̃ non vsus priuilegio voluntarie perdit illud per lapsum decennij. secus si necessariò nõ est vsus: quia qui nequit vti: nõ est in culpa vel mora.

b Confirmatur ex no. per Barto. in l. in filiis[b] per illum text. C. de decur. libro decimo. qui no. decidit quod si aliqua ciuitas tenetur facere exercitum quando princeps facit. & per centum annos

annos stetit princeps quòd non fecit exercitum: quia non fuit necessarium. per hoc non perdit ius suum.

Hoc etiam firmat Bart. in l. cum scimus. post prin. C. de agri. & censi. lib. xj. dicens idem esse: si occurrente necessitate princeps non requisiuit: quia sufficiebant sibi gentes suæ. Vnde nulla desidia potest ei imputari: si alios obligatos non requisiuit, quibus non indiguit: cùm multis concordan. adductis per Feli. & Ias. vbi suprà prædictam limitationem comprobãtes per alia plura. & dixi in vj. q. iiij. partis princip. col. xlvj.

4 † Secundò limita prædictam conclusionem, vt procedat quando est data simpliciter facultas aliquid faciendi. Tunc enim non vtendo: cum potest: perditur. Secus vbi facultas faciẽdi est posita formaliter in expressa & libera volũtate eius: cui fit concessio: quia illi nullo tempore præscribitur, glos. est peregrina in c. vt priuilegia. in glos. penult. in fi. extra de priuil. Quam ibi do. Anto. dicit auream, & multum no. domi. Feli. in d. c. cum accessissent. colum. decima. versi. limita secundo. & per eam decidunt no. Ioan. And. Geminia. & alij in c. fina. de consue. in sextò. quòd canonici non vtendo facultate optandi meliores præbendas: cum vacant: data eis facultate ex cõsuetudine, vel statuto: nõ perdunt ipsam facultatem vllo temporis spatio. & sequitur Fel. vbi suprà approbans hanc limitationem licet Ias. reprobet in d. l. fi. de consti. prin. Addo Calde. consi. j. sub rub. de præscrip.

Et per illam glo. not. infert Feli. no. quòd si Princeps concedat vni nobili facultatem faciendi vnum molendinum in flumine publico iuxta ea, quæ habẽtur in l. quominus. ff. de flu. ad libitum voluntatis suæ: & ipse per multos annos vltra decennium non esset vsus hac facultate: illam non perdit. & dicit de facto vidisse determinatum & in ardua. q. Faciunt quæ dixi supra in prima quæstione huius quartæ partis ad fin. vbi conclu. quòd in his quę cõsistunt in mera voluntate seu libero arbitrio non currit præscriptio.

5 † Tertiò limita prædictam conclusionem, vt procedat in priuatis. Secus in ecclesia: quia priuilegium concessum ecclesiæ per non vsum non perditur minori tempore quadraginta ann. secundum Ioan. Andr. & alios in dicto c. cum accessissent. per generalem regulam c. de quarta. & c. illud. cum concor. de præscript. refert & sequitur Feli. ibi. col. x. restringens vt procedat in ecclesia, secus in clericis: quia in hoc nõ gaudent priuilegio ecclesiæ.

6 † Quartò limita singulariter prædictam conclusionem: vt non

procedat: si recipio à te annuam pensionem pro eo, quod tibi faciendum concessi: quia nunquàm præscribam: vt non facias: licet eo iure nunquàm vtaris. Ita solenniter limitat Albe. in repe. l de quibus. col. lvij. ff. de legi. ponens latè, quòd si rex concessit Comiti pedagium: & de hoc recipiat ab eo annuã mercedem: non perdit Comes ius pedagij per diuturnũ non vsum: quia illa præstatio videtur interrumpere præscriptionẽ. refert sequitur & extollit Fel. in c. illud. col. fi. conclu. xj. de præscript.

7 † Quintò limita prædictam conclusionem. vt non procedat in præscribendo contra priuilegium immunitatis: quia requiruntur. xxx. anni. Alex. consi. xxxiij. v. vol.

8 † Postremò circa præsentem articulum no. pertinẽter, quòd si quis habet priuilegium largum: & eo vtitur strictè, sibi præiudicat: & deinceps non potest vti magis largè. ita dicit no. Bart. in l vsum aquæ. C de aquæduc. lib. xj. per illum tex. no. Alexan. consi. xxxiij. ij. col. iiij. vol. Quod dictum qualiter intelligi debeat? vide per Ias. in l. fin. col. antepe. ff. de consti. prin.

ADDITIO.

a Adde do. Ant. de But. in repet. c. peruenit. col. pe. circa fi. & col. fi. in prin. de censi. vbi tangit: quando agitur de perdendo vel præscribendo iure quæsito ex priuilegio quantum tempus requiratur.

Adde etiam quòd qui per xxx. ann. non est in poss. beneficij vel priuilegij non tamen perdit illud ex quo alius interim non præscripsit. Bald. in c. ad audientiam. col. j. circa fi. de præscript.

b Adde quòd Barto. ibi decidit: quòd si quis habet ius eligendi rectorem in certa ecclesia: & stetit per c. an. quod non elegit: quia casus se non obtulit quòd non dicitur perdidisse ius suũ. & hæc dicta refert & sequitur ibi Io. de Pla. & ad propositũ adde no. decisionem Bal. in l. arboribus. §. nam & si per illum text. ff. de vsufr. vbi decidit quòd per erectionẽ furcarum retinetur possessio meri imperij: licet de facto non occurrerit per centũ ann. quòd quis ibi fuerit suspensus: quia hic non requiritur factum sed aptitudo & sufficit signum licet deficiat signatum.

SVMMARIVM.

1 *Molendino, vel furni quem quidam per tantum tempus cuius initij memoria non est frequentauerunt an censeatur præscriptum?*

2 *Ius an possit dici acquisitũ aut causata præscriptio ex his, quæ gratuitè conceduntur: & quæ sunt merè facultatis?*

3 *Acquiescens prohibitioni alicuius per longum tempus an possit in posterum ad hoc cogi tanquam contra ipsum acquiratur ius prohibitiuũ?*

Dominus

4 *Dominus alicuius loci de iure communi potest cum proclamati pœnali prohibere ne subditi veneantur in suo dominio. & si subditi non contradicant tunc dominus terræ constituitur in quasi possessione prohibitionis.*

1 QVintò iuxta præmissa quæro de no.q.† Pone quod aliquis habet molendinum, vel furnũ in aliqua villa: & homines dicti loci iam longissimo tempore iuerũt ad molendum in dicto molendino: vel ad coquendum in ipso furno: per tantũ tempus, cuius initij. &c. vtrum censeatur præscriptum: quòd illi homines non possint molere vel coquere in alio loco? Vel an possit ille prohibere alium volentem facere nouum molendinum vel furnum: cessante priuilegio vel statuto. Istam q. examinant Cano. maximè Panor. & do. Præpo. in c. significante. vbi bonus 2 tex. de appel. & in locis infrà allegatis. † Et in hac q. concludũt cõmuniter doct. & hæc est veritas, quòd ex his quæ sunt merè facultatis: vel ex his quæ gratuitè cõceduntur non potest dici acquisitum ius: nec præscrptio causata. nec per hoc nascitur in futurum obligatio. c. possessiones. xvj. q. j. not. gl. in l. solét. in gl. fi. in fin. ff. de offi. procon. & leg. & Bar. in l. cum de in rem verso col. vlti. ff. de vsur. Et per hanc rationem decidunt in specie Cy. Bal. & alij scrib. in l. j. C. de ser. & aqua. quòd si per longissimum tempus iui ad molendum ad tuum molendinum: propter hoc in futurũ me compellere non potes: vt ibi molam propter redditum tui molendini: eo quia istud ire ad molendum fuit per modũ facultatis. Et idem tenet Cy. in l. ij. C. quæ sit lon. cõsue. Et latè firmat Pan. in c. abbate sancti Siluani. col. ij. de verb. sig. Et not. Pa. do. Præpo. & communiter Cano. in c. significante per illum tex. de appel. & plenè Cæpol. in tracta. ser. vrba præd. c. ij. sub rub. de fur. no. in ij. q. & do. Ias. in repet. l. quominus. col. viij. versi. tertio principaliter. ff. de flu. vbi istam q. latè examinat: & do. Iaco. de san. Georg. in suo tract feu. in glo. in verbo. & cum molẽdinis. col. ij. vltra med. Sicut si aliquis multis annis & ipse & maiores sui fuissent hospitati in domo aliquem nobilẽ, vel episcopum: non per hoc causaretur cõsuetudo, vel præscriptio: per quam in futurum ad hoc teneretur. Ita dicit Inn. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & prop. sequit. Pan. in c. quod trãslationem. col. ij. de offi. leg. & in d. c. abbate sancti Siluani: & cõsi. cxiij. in quæstione quæ vertitur inter reuerẽdum patrem. j. vol. & referunt do. Ias. & do. Iac. vbi suprà. Et dixi suprà in j. q. huius iiij. partis v. prin. in qua sumus.

3 † Hanc conclusionẽ limita: nisi interuenisset prohibitio: quia

si volentes ire alio ad molendum fuerunt à me prohibiti: & acquieuerunt prohibitioni per tempus longissimum, & sufficiẽs ad præscriptionem cõplendam: tunc bene acquiritur mihi ius: vt possint in futurum ad hoc cogi per no. per glo. & docto. in l. qui luminibus. ff. de ser. vrb. præd. & in d. l. j. C. de ser. & aqua. Ita decidunt communiter doct. in locis præalleg. præcipuè Pan. in d. c. significante. in j. not. & in d. c. abbate.

Quod procedit etiã dato: ꝙ prohibitio fuisset facta extraiudicialiter: & quod ei fuisset obtemperatum pro bono pacis: tamen inducitur consuetudo & ius: ita extendit Panor. in d. c. abbate. col. ij. dicens, esse ibi text. de hoc quem nescit alibi. Et voluit Bald. in l. item lapilli. in iij. q ff. de re. diui. vbi quærit: nunquid aliquis possit præscribere quod ipse solus & posteri sui habeant molendinum in tali villa, ita quòd alius non possit ibi facere molendinum. & dicit videri quod sic: per l. si quisquàm. ff. de diuer. & temp. præscript.

Quod dicit esse verũ: si prohibuit alios facere: & illi acquieuerunt nam à tempore prohibitionis incipit currere tempus præscriptionis, & sine prohibitione acquiri non potest secundum eum. & per hoc infert quòd tali modo potest quis sibi acquirere ius in præiudicium vicinorum: quòd ipse solus possit habere molẽdinum. & erit seruitus prædialis. Subdit Bal. quòd ex causa publicæ vtilitatis poterit infrigi illa seruitus, quòd solus habeat molendinum per l. fi. in fin. ff. de vsuca. & sequitur Cæpo. vbi suprà videlicet in tract. ser. vrb. præd. c. j. q. ij. sub rub. de furno.

Et sic debet intelligi quod dixit Bald. in d. c. significante. in j no. post Inno. de appel. dum no. ex illo text. quòd potest præscribi quod ciues siue homines loci non possint ire ad molendum nisi in meo molendino: vel quod ego solus habeam molendinum: [a] & quod non possit aliud construi in mei præiudicium: & in repe. l. de quibus. colum. xxj. ff. de legibus. vbi tenet, quòd valet consuetudo, quod omnes volentes molere teneantur venire ad meum molendinum: quãuis non sit consuetudo rationabilis secundum eum. per text. in d. c. significante. cũ ibi no. per Inno.

Nam hæc omnia procedunt secundum præmissa: videlicet si interuenerit prohibitio cum vsu patientia longi temporis. & ista refert & sequitur do. Ias. in d. l. quominus. col. ix. Accedant ad propositum not. per do. Ia. de san. Geor. in d. tracta. feu. in gl. in verbo, & cum venationibus. col. j. vbi decidit.

Quod

4 †Quod licet de iure communi dominus loci non possit prohibere subditis ne venentur: dando intellectum ad text. in §. nemo retia. in titu. de pace iura. firman.

Tamen cautela est pro dominis terrarum, quòd faciant tales prohibitiones per proclamata pœnalia: quibus si subditi non contradicant, & propter talia proclamata desistant à venando: dominus terræ constituitur in quasi possessione prohibendi. & si per longa tempora subditi acquiescant: dominus præscribit tale ius prohibendi: per not. per glos. & docto. in d. l. luminibus ff. de seruitut. vrban. prædio. & in l. prima, & secunda, C. de seruitut. & aqua.

Cautela etiam pro subditis est: vt immediate: cum habuerint notitiam de proclamate: se opponant & appellent secundum eum.

ADDITIO.

a Adde dom. Iaso. de sancto Georg. in suo tract. feud. in glos. in verbo. & cum molendinis. colum. ij. vltra medium.

SVMMARIVM.

1 *Competentia de iuregentium an præscribi possint?*

2 *Competentia de iuregentium licet non possint præscribi: possunt tamen consuetudine acquiri.*

3 *Vbi per legem simplex tollitur præscriptio, non tollitur compositum: id est consuetudo.*

4 *Piscari non licet etiam in flumine publico sex casibus.*

5 *Loca publica, & iurisgentium præscribi possunt spacio tanti temporis, cuius initij memoria non extat.*

6 *Veneti qualiter dicantur habere iurisdictionem in eorum mari?*

7 *Litus maris, seu ius à quo, an & quomodo quæratur, vel quæsitum perdatur?*

8 *Ciuitas Venetiarum si destrueretur, an possent Veneti prohibere alios illum locum occupare?*

9 *Id quod non est præscriptibile, non potest per tantum tempus cuius initij memoria non extat fieri præscriptibile.*

10 *Regula, quòd ea quæ sunt publica, & de iuregentium communia non possunt præscribi, quomodo intelligatur?*

11 *Occupans id quod in loco publico construxit, an acquirat dominium in illo loco?*

Sextò

1 SExtò quæro. † Vtrum ea quæ competunt de iuregentium præscribi possint? Hanc .q.mouet Bar.in l.quominus.in xv. q.col.penulti.ff.de flu.vbi quærit:an præscribatur facultas ducendi aquam ex flumine publico non nauigabili? & decidit, quòd ex quo istud competit per modum cuiusdam facultatis: etiam si per mille annos, quis non ducat: tamen semper illam facultatem retinet.

Plus dicit ibi Barto.not.quod præscriptio longi temporis.x. vel xx.ann.non adaptatur ad flumina vel ad alia,quæ sunt iurisgentium.per tex.in d.l.fin.in princip.ff.de vsucap.vbi est casus not.quod loca publica iurisgentium, quæ occupanti conceduntur:longo tempore post occupationem non præscribuntur: quominus cessante occupatione redeāt in pristinam causam.& iterum cōcedantur occupanti:quem text.Paul.de Cast. ibi dicit esse pulchrum notabilem & singularem.& eius intellectum latè examinat Iaso.in d.l.quominus.col.xxvij.

In contrarium quod præscriptio adaptetur ad ea quæ sunt iurisgentium:videtur tex.in l.si quisquàm.ff.de diuer.& temp. præscri.vbi ius piscandi in flumine publico:quòd est iurisgentium:præscribitur longo tempore.

Ad hunc tex.respondet Bar.vbi suprà post gl.in d.l.fi.& in d. l.si quisquàm.quòd illud ideo ibi est: quia ille erat in quasi possessione piscandi.Ergo data possessione vel quasi:sine qua præscriptio non procedit:sequitur dicendum præscriptionem longi temporis competere etiam ad ea,quæ sunt iurisgentium. quod est contra text.in d.l.fin.de vsucapio.& sic videtur quòd Bart.in d.l.quominus.col.penulti.sibiipsi contradicat.

Et hanc contrarietatem perpendit Iason.ibi.colum.xxviij. versicul.quarto aduerte.& relinquit cogitandum super veritate dictorum Bartol.

Sed profectò Barto.potest optimè saluari à contrarietate.& concordari tex.in d.l.fi.& in d.l.si quisquàm:quia nō dicit Bar. quòd in l.si quisquàm.procedat præscriptio ratione quasi possessionis iuris piscandi.Sed dicit,quod quando quis est in quasi possessione piscandi solus in diuerticulo seu parte fluminis publici potest præoccupationis iure alium prohibere.& ita loquitur.d.l.si quisquam. Si vero non est in dicta quasi possessione,non potest alium occupantem prohibere : quantuncunque tempore retro possederit.& sic loquitur text.in d.l.fin.

Patet igitur quòd in d.l.si quisquàm.non requiritur præscriptio.x.vel xx.ann.vt quis possit prohibere alium piscari : quinimo

nimo sufficit sola præoccupatio & quasi possessio iuris piscandi de præsenti. vt sonant verba illius legis, vbi de præscriptione nullum fit verbũ. Et tali quasi possessione amissa cessat ius prohibendi: quia res rediit in pristinam causam: vt in his terminis dicit tex. not in l. quòd in littore circa fi. ibi. rursus in pristinam causam recedit. ff. de acquir. re. domi. & iste est verus intellect. d. l. fi. in princ. prout colligitur ex mente & verbis Bartol. in d. l. quominus. col. pen. versi. Patet ergo quicquid ibi dicat Iaso. & apertè sentit Paul. de Castr. in d. l. fi. ff. de vsucap. cuius dicta infrà referam in ij. limita. & Ange. in consil. infrà relato in iij. limita. vbi vide.

Stat ergo regula, quód ea quæ sunt iurisgentium non præscribuntur. Primò limita istam regulam: vt procedat ratione
2 præscriptionis: sed non respectu consuetudinis.† Nam licet ea quæ competunt de iuregentium præscribi non possint. d. l. fi. tamen consuetudine possunt acquiri. ita limitat Ioann. Fabric. & Aret. in §. flumina. institut. de re. diui.

Ex quo inferunt: quod si pluribus annis vnus solus in certa parte fluminis publici piscatus fuerit: & alios prohibuerit: sciente populo, & non contradicente: quòd est sibi ius quæsitum ex tacito consensu populi: adeo quod decætero ipse solus piscari poterit: & alios prohibere. & sic aliud est consuetudo: & aliud est præscriptio.

Et hoc voluit Bald. quem refert Aret. in rubric. ff. de re. diui. versic. hic ergo quæritur. col. j. dicens, quod est differentia: an aliquis habeat aliquod ius ex præscriptione: vel ex consuetudine. Quia ex præscriptione ius vnius quod ab eo aufertur: alteri applicatur. Sed cum aliquod ius applicatur alteri: ita quòd alicui non auferatur: tunc illa propriè dicitur consuetudo. Sed in casu isto applicatur ex consuetudine prohibenti. licet aliquid proprium alicui non auferatur: ergo non dicitur præscriptio: nec istud ius ex præscriptione inducitur, ita procedit tex. in d. l. fi. de vsucap. Sed ex cõsuetudine: patientie populo. quod dicit Bal. esse bene notãdum. Addo in terminis gl. not. & fortè singula. in l. sanè si maris. in glo. j. & ibi not. Bart. ff. de iniur. quæ expressè dicit, quòd in casu. d. l. si quisquàm. ius piscandi competebat ex priuilegio, vel consuetudine. Bene faciunt not. in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signi. vbi habetur, quòd impræscriptibilia possunt acquiri consuetudine. Et dixi plenè in ij. parte prin. in vlti. q. ponendo differẽtias inter præscriptio-
3 nem & consuetudinem. Confirmatur ista limitatio: † quia vbi

per

per legem tollitur ſimplex præſcriptio: non tollitur compoſitum, id eſt conſuetudo ſecundum Ioan.Ray.in c.imperialem. §.habito.circa.xxiiij.col.in titu.de prohibi.feu.alie.per Federi. quem refert do. Iaſo.in trac.feu.in verbo.& cum pacto de non alienando.col.v.circa med. Et ad inducendam talem conſuetudinem opus erit probare, quòd quis fuerit piſcatus longo tempore ſaltẽ per x.ann.in tali parte fluminis publici.& quòd alios prohibuit piſcari durante illo tempore: ſaltem bis: ſciente & patiente populo ſeu maiori parte & non contradicente: Vel quod veriſimiliter tranſiuit in noticiam populi, aut maioris partis: quia iſta requiruntur adeſſe ad probationem cõſuetudinis: vt plenè no.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.j.& ij.C.quę ſit longa conſuetu.& per Cano.maximè Panor.in c.fi.extra eo.

4 † Alios caſus, in quibus non licet piſcari in flumine publico, ad intellectum prędictarum legum, & quando liceat piſcari: & quando non? vide per Cepol.in tract.ſerui.ruſti.prædi.ſub rubri.de piſca.in vlti.chart.vbi enumerat ſex caſus: in quibus piſcari non licet.& repetit.do.Iacob.in tract.feu.in verb.fluminibus.prope fi.eo.nõ relato.Et inter certa ponunt caſum: quando illud ius piſcandi eſſet priuatum, puta, quia princeps vendidit alicui certam piſcariam in certo loco talis fluminis.arg. c.j.circa fi.ibi piſcationum redditus.in tit.quæ ſint rega.& pro hoc adduco bonum tex.in l.iniuriarum.la grande.§.fi.iuncta.l. ſeq.ff.de iniur. Regulariter autem cuilibet licitum eſt piſcari in flumine publico: ſed non in lacu, vel flumine priuato: qui eſt dominij alterius: vt ibi per eos. Secundò limita prædictam regulam, vt procedat in præſcriptione communi, vel longiſſimi temporis: ſed non procedit in præſcriptione tãti temporis, cuius initij.&c.

5 † quia licet loca publica & iuriſgentium nõ præſcribantur.x.xx.vel xxx.annis.d.l.fi.ff.de vſucap.pręſcribuntur tamen tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium.ita limitat Ang.in d.l.fi.per text.not.cum gl.in l.vſum aquæ.C.de aquæduc.lib.xj.vbi infert, quòd Veneti præſcripſerunt tanto tempore gulfum maris. Eandem concluſionem firmant Ioan.de Pla.& Ange.Aret.in d §.fluminum.inſtitut.de rerum diui.qui pariter dicunt quòd Veneti, & Ianuenſes per tantum tempus præſcripſerunt gulfum eorum maris. Addunt tamen ibi.quòd hoc procedit ſciente & patiente principe: ſed non videtur verum: quia in præſcriptione tanti temporis, cuius initij. &c.non requiritur ſcientia nec patientia alicuius ſecundum communem opin.vt per Alex.cõſil.vj.circa fi.j.volu.& dixi ſuprà.

prà.in iij.q.ij.partis huius.v.prin.col.xlij.in fi.cum duabus seq. Nisi dicatur, quòd requiritur scientia & patientia superioris: etiam in præscriptione tanti temporis cuius initij.&c.vbi lex resistit præscriptioni & afficit rem:vt declarat Felin.in c.accedentes.col.v.de præscript.allegans ad hoc Panormi.consi.xcv. quædam ecclesia non curata.j.volu.& ita dicit apertè voluisse Butri.& Panormi.in d.c.accedentes.

Addo Bart.in l.iniuriarũ.la grande.§.fi.ff.de iniur.vbi dicit illum text.iuncta.l.sanè si maris:quam simul legit facere pro Venetis:qui ex longa consuetudine dicunt se habere iurisdictionem in eorum mari.& Ang.consil.cclxxxix.thematale est
6 inter cætera capitula pacis.col.ij.& seq.dicentem. † quod ex
a quo Veneti [a] & eorum dominiũ per longissima tempora fuerunt & sunt in quasi possessione gulfi maris:ratione dictæ possessionis longissimæ possunt Veneti Ianuẽsibus & aliis quibuscunque interdicere potẽtiam nauigandi nauigare volentibus per eorum gulfum.per d.l.sanè si maris.& ibi est casus secundum Rayn.de Forl.qui expresse ponit exemplum in gulfo Venetorum refert Iaso.in d.l.quominus.col.xj.

Vltra quẽ vide Ioan.de Ana.in c.j.& ij.de cle.vena.vbi plenè tractat:quo iure Veneti & Ianuenses acquisiuerunt ius maris:ita vt aliis prohibere possint ius nauigandi.& do.Cardi.suo consil.xl.dominus Comes: qui latè consuluit, quòd ius nauigandi in aliena aqua non præscribitur sine titulo, vel spacio tanti temporis:cuius initij.&c.sicut nec alia iura regalia: quia iura regalia de iure communi nõ pertinent nisi ad principem, vel ei cui concessum est à principe.c.j.cum ibi not.quæ sint regal.& ius nauigandi censetur de regalibus.l.quominus.ff.de flumi.& l.ij.§.viarum.& ibi glos.ff.ne quid in loc.public.& sic dicta præscriptio est contra ius commune.ergo requiritur titulus:vel tantum tempus, &c.capitu.primo de præscriptio.vbi latius per eum in d.consil.& sequitur Felin.in ca.de quarta.colum.vlti.de præscriptio.

Sed Paul.de Castr.in d.l.fin.de vsucap.reprehendit Ange.dicens quòd Ange.non bene intelligit:quia quantum, ad hoc vt faciat quis aquam publicam suam, vel locum publicum suum, saltem quantum ad vsum : non requiritur præscriptio: sed sufficit occupatio : quando est aqua publica non destinata ad vsum publicum : vel est littus maris. sicut sufficit in his quæ cœlo, terra, marique capiuntur.l.prima, in principio ff.de acquirend.possessio.

Addo

Addo vltrà Pau.casum expressum de hoc in l.quod in littore.ff.de acqui.rer.do.vbi tex.expressè facit istā æquiparationē.

Quando verò aqua nō est publica:sed priuata habet locum secundum Pau.illa l.vsum aquæ.quam allegat Ang. quia tunc secundùm eum seruitus aquæducendæ seu capiendæ per haustum : cum non habeat causam continuā:non acquiritur : nisi tanto tempore, cuius initij.&c.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quo.& æsti.sed in d.l.fi.vt dici: Pau.non quæritur de hoc.

7 † An dicatur ius aquæ quæsitū,seu littus maris. Sed quæritur, postquàm talia loca publica de iuregentium sunt acquisita per occupationem : si desinat occupatio per destructionem loci, vtrum ille qui primò occupauerat:habeat ius prohibendi aliū ne occupet de nouo illum locum? Et ibi deciditur quòd non. etiam si per mille annos durasset occupatio secundum Pau.

8 † Ex quo infert quòd si ciuitas Venetiarum destrueretur, non possent Veneti prohibere alios illum locum occupare. cum illa ciuitas sit fundata in mari,siue in littore maris. Interuenientibus tamen duobus : videlicet quòd edificia essent penitus dirupta:& concurrente negligentia reficiendi : vt probat text.in d.l.fin.in verbo funditus dirupto edificio : & vltra cum bonus text.in d.l.quòd in littore.circa fin.ita declarat Paul.de Castr.in d.l.fi.ff.de vsucap.Cuius verba confirmant ea quæ dixi.suprà in corpore quæstionis ad intellectum.l.si quisquàm. ff.de diuers.& tempor.præscriptio.licet Iaso.in dicta l.quominus non aduerterit.

Et quàmuis ista sint vera:tamen communiter tenetur opin. Ang.quòd ea quæ sunt iurisgentium præscribantur spacio tanti temporis,cuius initij.&c.quam tenent Ioan.de Pla.& Aret. in d.§.flumina.& Cæp.& do.Iac.vbi suprà:qui dicunt quòd ius piscandi præscribitur tanto tempore cuius initij.&c.quia tanto tempore præscribuntur etiam loca publica.d.l.hoc iure.§. ductus aquæ:& etiam regalia:& ea quæ sunt reseruata principi.c.super quibusdam.§.præterea.de verb.sign.Et dixi plenè suprà in secunda parte huius quintæ partis.

Quod declara vt per Feli.in d.c accedentes.col.v.versi.post

9 hæc : & seq.de præscript. † vbi dicit quòd per tantum tempus: cuius initij.&c.id quod non est præscriptibile:non efficitur præscriptibile.sed tanto tempore præsumitur causa, vel titulus qui debet allegari:& in eo fieri fundamētum.Et ad ipsum præsumptiuè probando est probandum dictum tempus:sed non est dicendum,quòd ipsum tempus inducat præscriptionem:& faciat

rem

rem præscriptibilem, quæ non est vt ibi latius per eum reprobantem opi.Panor.tenentis contrarium consi.xxvj.in quæstione quæ ad præsens vertitur.ij.volumine. licet in fine relinquat cogitandum.

Et confirmatur opi.Ang.per ea quæ vult Cardi.consil.suprà relato.& per præalleg.

10 †Tertiò limita prædictã regulã vt per Ang.no.cõs.ccclxxxix. thema tale est inter cætera capitula pacis. col.ij. & seq.vbi dicit quòd hæc regula quæ habet, quòd ea quæ sunt publica, & in vsu publico, & quæ de iuregentiũ communia sunt, non possunt præscribi vel vsucapi.d.l.fi.ff.de vsuca.procedit, si ex hac longissima possessione velimus acquirere dominium eorum, quæ nobis iuregentium communia sunt. sed per ipsam talem possessionem vel quasi bene acquirimus ius quoddam excipiendi: vt de possessione non expellamur.

Cuius possessionis effectus est duplex.

Primus est: quia si turbamur in ea, agere possumus contra turbantem.l.sanè si maris. vbi casus.ff.de iniur.

Secundus est: quia antequàm expellamur: prohibere possumus: ne quis intret locum nobis inuitis, vnde prohibere possumus ratione possessionis nauigationem, & piscationem maris & fluminis: quæ aliàs nobis sunt communis de iuregẽtium.& text.est secundùm opinionẽ approbatam & veram.in l.si quisque.ff.de diuer.& temp.præscrip.hoc tenet glo.in §.flumina.in verbo.omnibus.insti.de re.diui.

Hanc opi.approbat Bar.in d.l.fi.de vsuc.secundùm Ange.in prædicto cõsil.& sequitur Ias.in l.quominus.col.xxviij.versi.v. Pro limitatione.ff.de flumi.

11 Et not.† quòd licet per occupationem quis non consequatur dominium loci publici de iuregẽtium, consequitur tamen dominium eius quòd construxit: vel edificauit in illo loco publico.puta in mari, vel in littore maris: donec durat: accedente decreto prætoris.tex.est no.in d.l.quòd in littore.& in l.quamuis.ff.de acqui.rer.domi.

a

ADDITIO.

De Venetis & eorum gulfu ac eorum exemptione præscripta vide Ias.in l.ex hoc iure.col.v.ff.de iusti.& iure.

1

SVMMARIVM.

Ius praeoccupationis quòd est mera facultatis, quanto tempore perdatur?

2 *Cautela ad hoc ut quasi possessio non dicatur derelicta in casu, quo constructum in loco publico destruitur?*

1 SEptimò quæro de q. connexa præcedenti † Quāto tempore perdatur: seu præscribatur ius præoccupationis quod est meræ facultatis? vt ecce. Licet cuilibet ædificare in littore publico, & ædificium conceditur occupanti. l. quod in littore. ff. de acquir. rer. do. Licet etiam cuilibet cōstruere molendinum in flumine publico: præcedente licentia principis. d. l. quominus. cùm ibi plenè no. per Bar. ff. de flu. Pone ergo quòd aliquis habebat molēdinum in flumine publico, vel ædificium in littore: quod impetu aquæ destructum est. ego differo reficere. alius interim occupat aquam vel locum illum: ita quòd mea refectio impeditur. Quęritur: an istud ius pręoccupationis per me factæ præscribatur: & perdatur: & quanto tempore.?

Istam quæstio. plenè examinat Barto. in d. l. quominus. colū. antepen. q. xv. & Ias. ibi latissimè. col. xxvij. cùm duabus seq. & Bart. in l. fi. in prin. per illum tex. no. ff. de vsuc. & dic vt ibi latè per Iason.

2 † Et no. cautelam quàm tradunt Ang. & Paul. de Cast. in d. l. fi. & refert Ias. vbi suprà, quòd, ad hoc vt non dicatur quasi possessio aquæ derelicta. vel ille locus derelictus quòd ædificio seu molendino diruptio: is ad quem spectat incontinenti protestetur. & de protestatione conficiatur instrumentum publicum quòd non obstante destructione non intendit habere illum locum pro derelicto: sed reficiet: quàmprimùm poterit. & in signum faciat imponi aliquos pallos ligneos in aliquibus partibus clausuræ molēdini. tunc enim eo inuito alius ibidem ædificare non potest.

Et per hæc remanet expedita quarta pars huius quintæ partis principalis.

Deuenio ad quintam partem huius quintæ partis principalis. in qua reponam plures quæstiones extrauagantes, vtiles, & quotidianas circa materiam præscriptionis, quæ sub prioribus partibus commodè locari non potuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Quæsibile priuilegio an sit quæsibile præscriptione, vel cōsuetudine.* 2 *Con*

2 *Consuetudo, priuilegium, & præscriptio non semper eandem vim dicuntur habere, quia multa quæruntur priuilegio, quæ non possunt quæri præscriptione.*

1 ET primò quæro. † Vtrum quæsibile priuilegio, sit quæsibile præscriptione vel consuetudine?

Regula est quòd sic.c.duo simul. de offi.ordi.& c.cùm contingat.de fo.compet. circa fi.not.do. Abb.in c.accedentes.col. penul.de præscrip.

Quæ regula procedit quando præscriptio vel consuetudo inducitur sciente & patiente illo: ad quem spectat concedere priuilegium. aliàs secus.quia multa possunt quæri priuilegio,
2 quæ non possunt quæri præscriptione. † & sic non semper priuilegium & consuetudo, siue præscriptio habent eandem vim secundùm do.Ant.& Panorm.in d.c.accedentes.& est glo.not. in clemen.j.in verbo limita.de censi.& clemen.j.in glos. fin.de priuileg.

De qua materia dic, vt latè per Feli.in d.c. accedentes. col. iij.iiij.& v.in versi.quæsibile priuilegio:qui facit regulam cum iiij.fallen. & est gl.magistra.in c.catholica.xj.distinct. vbi Domini.& d.Præpo.col.vlt.tradũt doct.per modum distinctionis. & ad ibi plenè scripta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, & præscriptio an poßint concurrere simul & semel: & an dicantur contraria?*
2 *Præscriptio potest causari à priuilegio insufficienti & inualido.*
3 *Priuilegiatus an poßit contra tenorem sui priuilegij, vel vltra ibi contenta præscribere?*
4 *Impetrans priuilegium an videatur renuntiasse præscriptioni?*

1 SEcundò principaliter quæro. † Vtrum priuilegium, & præscriptio possint cõcurrere simul & semel, & sic an dicantur contraria?

Hanc q.mouet glos.in c.nullus pluribus.de regu.iur.in vj.& concludit per plura quòd præscriptio,& priuilegium non sunt contraria in effectu. & ita firmat Bal.in l.j.col.penul.vers.item quæritur.C.de ser.fugiti.vbi plus dicit quòd præscriptio potest causam habere à priuilegio:etiam si erretur in iure. Benè facit text.in c.cùm personæ.cùm ibi not.per Ioan.Andr.& Gemi.de priuil.in vj.

Subdit Bald. vbi suprà, quòd præscriptio & sententia non sunt contraria:& dicit idem Bald.in l.solennibus.C.de fide in-
2 stru. † quòd præscriptio potest causari à priuilegio insufficiēti & inualido:& ibi ponit:an circa priuilegiū cadat præscriptio.
3 † Sed an priuilegiatus possit præscribere cōtra tenorem sui priuilegij, vel vltra ibi contenta? vide per Inno. in c.veniens.
4 circa præscrip. † Et præmissa faciunt ad q. an impetrans priuilegium videatur renuntiare præscriptioni:de qua est tex. cùm glo.in c.veniens.de præscrip.vbi Panor.post alios cano. col.iij. versi.circa istam materiam tradit doct.distinguendo. an priuilegium habeat formam contrariam præscriptioni: vel conuenientem: & an priuilegium impetretur post præscriptionem completam:vel antè, vt ibi latius per eum.qui etiā tangit post glos.& alios: an sufficiat sola impetratio priuilegij ad exclusionem præscriptionis contrariæ, aut priuilegij contrarij: an verò requiratur vsus priuilegij.

Dic vt latè per omnes in d.c.veniens. quòd est penultimū.

An autem possit præscribi tenor priuilegij:& qualiter? vide per Imol.in repet.c.fi.col.ix.de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Actio nondum orta quādo est in partis facultate illam oriri facere, an possit præscribi?*

2 *Præscriptio an currat in actione hypothecaria antè factam excussionem?*

3 *Regula iuris canonici, quòd præscriptio non currit cùm mala fide quo respectu procedere dicatur?*

1 TErtiò quæro. †Vtrum præscribatur actioni nōdum ortæ:
a quando est in facultate partis illam [a] oriri facere? Paul. de Castr.consi.ccxciiij. ergo Pau.de Cast.in antiq. determinat quòd sic. quia qui potuit facere vt possit agere: potuisse videtur.l.qui potest.ff.de regul.iur.per quàm regulam:vt ipse dicit: determinarunt glo.pignoraticiæ actioni posse præscribi: licet antè solutionem,vel oblationem debiti non sit orta:cùm fuerit in potestate debitoris facere eam nasci: offerendo debitū. vt not glos.in l.cùm notissimi.§.j.in fi.C.de præscript.xxx.ann. Bene facit text.in l.quibus diebus. in princip. cùm ibi not. per Bart.ff.de condict. & demonstr.& in c.fin. de elect.& in l.iij.§. quid ergo.ff.de contra.iud. tutel.ibi. & si quidem non postulauerit sibi imputet. &c. quæ iura adducit Paul.de Castr. in cōsi.

præal

prǽalleg.ſecus eſſet.quando non eſſet in poteſtate partis facere,quòd obligatio & actio naſcatur : quia obligatio fuit contracta ſub conditione cauſali vel mixta. tunc enim antè euentum conditionis præſcriptio non currit.d.l.cùm notiſſimi.§.illud.not.Corne.conſi.xliiij.in hac conſultatione.j.col.ij. volu.

Et quòd non præſcribatur actioni nondum ortæ:puta actioni de euictione : antequàm res euincatur:eſt glo.in l.empti.C. de euict.

Accedant quæ plenè dixi ſuprà.in j.quæ.iiij.partis huius.v. principalis,circa præſcriptionem iuris offerendi.

2 † Ex quo infero quòd currit præſcriptio in actione hypothecaria ante factam excuſſionem.cùm ſit in poteſtate creditoris illi dare ortum quandocunque vult ceſſante impedimento facti:licet contrarium conſuluerit Alexā.& malæ:vt latè dixi in iiij.parte prin.col.xxxij.& ſeq.

Amplia hanc cōcluſionem quòd præſcribitur actioni nondum ortæ ſpacio xxx.ann. ſecundùm communem metam ſe-
3 cundùm prædicta: vt procedat non obſtante mala fide. † quia regula iuris canonici,quæ habet,quòd præſcriptio non procedit cùm mala fide.c.fi.de præſcrip. procedit reſpectu creditoris : cui actio competit.ſecus ſi non competit : ſed competere poteſt acceptando:vt in legatario vel hærede. Nam antè aditionem hæreditatis,vel acceptationem pręſcribitur cōtra eos. Nec dicitur præſcribens eſſe in mala fide. ita decidit ſingulariter Petr.de Anch.in c.ſine poſſeſſione.de reg.iur.in vj. quem refert & ſequitur.d.Sozi.cōſil.lxiij.in cauſa vertente inter dominam Catharinam.col.iij.ver.prærerea hanc partem.

Et idem dicendum eſt in præſenti q.quia eſt eadem ratio.vt ſatis patet.& plenius dixi ſuprà in iij. q.ij.partis huius.v.princ.

ADDITIO.

a Adde pulchrè Bal.in conſi.ccxcij.ſuper eo.&c.in iij.volu.

SVMMARIVM.

1 Res prohibita alienari à lege,vel ſtatuto,ſiue in vltima voluntate, aut per contractum, an prohibitione valida poſſit præſcribi?

2 Deficiente poſſeſſione præſcriptio non procedit?

3 Statutum eſt lex.

4 Præſcriptio habet vim decreti in rebus , quæ non poſſunt alienari ſine decreto.

5 Bona alienari prohibita fauore publicæ vtilitatis non poſſunt præſcribi.

6 *Regula, quòd ea quæ non possunt alienari non possunt præscribi, & econtra an procedat?*

7 *Spurius non potest contra patrem præscribere ex titulo lucratiuo.*

1 QVartò quæro.† An res prohibita alienari à lege, vel à statuto, siue in vltima voluntate, aut per contractum prohibitione valida possit præscribi?[a]

Istam q. format Bart. in l. filiusfamilias. §. diui. col. vlt. in pe. q. ff. de leg. j. concludens talem rem posse præscribi per iura quæ allegat.

Contrariam opi. tenuit ipse Bal. sibi in hoc contrarius in l. vbi lex. per illum text. cum glo. ff. de vsuc. vbi firmat, quòd res prohibita alienari per legem, vel in vltima, vel in contractu prohibitione valida impediente dominij translationem iuxta plenè not. per Bar. & omnes in d. §. diui. & in l. qui absenti. §. j. ff. de acqui. poss. non potest præscribi. Alex. in d. §. diui. col. pe. versi. tetigit hic. Bart. latè examinat hunc articulum. tandem concludit opi. Barto. ibi esse veram, quòd res prohibita alienari præscribi possit: sumpto fundamento: quia res quæ est prohibita alienari sine certa forma, vel solennitate: si interueniente illa solennitate est alienabilis: præscribi potest vt concludunt Bar. & doct. in l. fi. col. pe. C. in quib. cau. in integ. rest. Sed res prohibita alienari per testatorem est alienabilis seruata certa forma. scilicet interueniēte consensu illorum: quorū fauore facta est prohibitio. l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. Ergo est præscriptibilis: stante prædicto fundamēto. quod intelligit verum Alex. interueniente scientia illorum contra quos præscribitur, quia sic videntur tacitè consentire. Alias secus per l. alienationis. ff. de verb. signi. vt ibi latius per eum.

Istam q. plenè explicat Pancr. in c. cum non liceat. col. ij. & iij. versi. & circa istam primam partem de præscript. & concludit distinguendo.

Quod quandoque lex prohibet rem alienari: quia eius commercium haberi non potest: nec possessio: vt in rebus sacris & religiosis, ac spiritualibus respectu laicorum, & in illis nō pro-

2 cedit præscriptio † quia deficiente possessione: præscriptio non ꝓcedit. vt in c. causam. de præscri. iūcta regula. l. sine possessione. ff. de vsuc. Bene facit no. doct. Io An. & Gem. in c. ij. de prǽb. in vj. quam refert Fel. in c. causámq;. col. j. & in c. accedētes. col. iiij. circa fi. de præscri. vbi volūt, ꝙ spatiū tāti tēporis cuius initij. &c. nō habilitet incapacem: quia deficit possessio vel quasi.

Quandoque

Quãdoque res prohibetur alienari simpliciter fauore ipsius rei:vt in fundo dotali.& tunc prohibitio ipsa impedit præscriptionem inchoari.l.si fundum.ff.de fun.do.no.gl.& Bar.in l.ij. C.de vsucap.pro emp.sed iam inchoatam non impedit perfici: dato quòd superueniat qualitas:super qua fundatur prohibitio legis,vt quia fundus post contractum efficitur dotalis.text.est no.in d.l.si fundum.

Idem est secundum Panor.quando res peruenit ad priuilegiatum seu habentem priuilegium,vt non possit contra eũ præscribi.vt not.Io.And.in c.j.de iurepat.in vj.& intellige semper: dicit Pan.quòd possidens sit bonæfidei : vt quia ignorabat prohibitionem iuris probabiliter.Alias autẽ error iuris nõ iuuaret in vsucapione.l.nunquàm.in prin.ff.de vsuca.cum concor.per eum adductis.

Quandoque res non prohibetur simpliciter alienari:scilicet sine certa solennitate. vt in rebus minorum & ecclesiæ.& tunc data bona fide, & excluso iuris errore procedit præscriptio.si habet cõcomitantia sua:vt ibi latius per eum exemplificantẽ. Et hæc procedunt,quando res est prohibita alienari per leges, vel canones.

Quandoque res est prohibita alienari per defunctum:& idẽ dicendum est, quod in prohibitione legis secundum Panor.vt præscribi non possit stante prohibitione valida per text.not.cũ gl.in l.ij.C.de vsucap.pro emp Et sic tenet Pan.cum Bar.in d.l. cum lex.quando prohibitio fit in vltima voluntate. Sed contrarium tenet idem Pan.vbi suprà.quando prohibitio fieret in contractu,vt ibi latius per eum.

3 † Si vero prohibitio fiat per statutum:dicit idem quod in prohibitione legis:quia statutum est lex in loco.c.ius ciuile.j.distin.

Et cum opin.Pan.licet ipse non alleget:in multis concordat
4 Bald.in l.j.col.v.& vj.versi.tertio oppono.C.de ser.fugi.† vbi dicit plura notabilia verba ad propositum.& inter cætera, quòd
b præscriptio habet vim decreti in rebus,quæ nõ possunt alienari b sine decreto:vt in re minoris.l.lex quæ tutores.C.de admi. tuto.Et in hoc tenet cum Bar.in d.§.diui.& in d.l.fi.quòd quando res potest alienari:seruata certa solẽnitate:possit præscribi: contra opi.Pan.in d.c.cum non liceat.volentis quòd non possit præscribi res minoris,vel ecclesiæ:nisi cõcurrentibus solennitatibus requisitis.cuius opi.procedere non potest. quia si requisita interuenerint:de præscriptione tractandũ non est: præsupposito,quòd res sit minoris vel ecclesiæ. esset enim translatum

dominium per contractum solénem.& sic non caderet præscriptio in re sua.l.sequitur.§.lana.ff.de vsucap.

Si verò res erat aliena:quæ fuit vendita tanquàm res pupilli vel ecclesiæ:tunc non præscribitur contra minorem vel ecclesiam:sed contra illum,qui erat dominus.

Non obst.text.in l.ij C.de vsucap.pro empto.quia ibi cócurrit duplex prohibitio.scilicet legis & testatoris.quæ est potentior quam simplex.isto etenim casu impeditur alienatio,etiam in casibus alias permissis. vt est text.not.in §.sanctissimas.in auth.de alie.& emphy.no.Alex.in d.§.diui.col.j.

Sed Pau.de Cast.in l.fi.§.pen.C.communia delegatis in præsenti q.distinguit inter præscriptionem longi temporis decem vel viginti ann.in qua requiritur titulus.l.ij.& l.super longi.C.de præscript.long.temp.vt ista locum non habeat in re prohibita alienari:prohibitione valida,quia titulus est nullus:& habetur pro non titulo.d.§.diui.cum materia.& inter præscriptioné longissimi téporis.xxx.vel xl.ann.in qua non requiritur aliquis titulus:sed currit negligentia non petentis.l.si quis emptionis.§.j.l.sicut.& l.omnes.C.de præscript.xxx.ann.& illa poterit habere locum:non obstante prohibitione in re prohibita alienari : quia ibi non curatur de titulo secundum Pau.cuius opi.secutus est Alex.consi.lix.attentis verbis testis.iij.col.iij.volu.& Sozi.referens istud consilium Alex.consi.cclj.quoniam in præsenti consultatione.col.penulti.& Petr.Phil.Cor.consi.xxxviij.placet.iiij.col.in prin.j.volu.& consi.ccciiij.rem arduã.iiij.col.iij.volu.& Ias.in d.§.diui.vl.col.in j.lectu.sed idem Ias.ibi in ij.lectu.tenet contra opi.Pau.in primo casu,quia dato quod venditio non valeat propter prohibitionem alienationis:tamen ex quo emptor habet iustam causam erroris: quia ignorauit prohibitioné:prout in dubio præsumitur:talis titulus causatus errore iusto sufficit ad præscriptionem : licet inualidus.l.Celsus.cum materia.ff.de vsucap.

Vnde verior & magis cómunis videtur opi.Bart.in d.§.diui.quòd res prohibita alienari in vltima voluntate,vel per cótractum præscribi possit concurrente titulo & bona fide præscribentis spatio longi temporis,nedum longissimi.

Quam opi.firmat Alex.ibi:& Felin.in d.c.non liceat.col.iij.versi.inquantum Abb.referens Alex.& sequuntur plures:quos ipsi allegant:nisi forte autor esset in mala fide: quia tunc mala fides eius noceret singulari successori in præscriptione longi temporis:sed non in longissimi:vt quia constaret ipsum habuisse notitiam

notitiam de prohibitione per authē.malæ fidei cū materia sua C.de præscriptio.long.tempo.

Quando autem esset prohibita simpliciter alienatio per legem, vel statutum in omnes indifferēter.& sic prohibitio esset perpetua: quia tunc res non dicitur in commercio. vt est text. no.in l.sine emptione.§.j.ff.de contrahend.emptio.ibi.morbus ciuitatis in commercio nō existunt.quem text.ad hoc allegat Barto.in d.l.filiusfamilias.§.diui.colum.tertia.versic.quæro an per statutum.teneo quòd res sic prohibita alienari non possit præscribi aliquo tempore, excepta præscriptione centenaria: quæ nunquàm censetur exclusa:vt infrà dicetur in ix.q.

Sed si prohibitio legis, vel statuti nō esset generalis:sed specialis: vt quia statutum prohibet bona existentia in territorio alienari in forenses, vel in non subditum:dicerem quòd nō haberet locum præscriptio longi temporis: ex quo titulus est reprobatus à statuto.Sed bene locum habebit præscriptio triginta vel quadraginta ann.saltem data ignorantia statuti, in qua non curatur de titulo:dummodo adsit bona fides:quæ ex cursu tanti temporis in dubio præsumitur: licet de titulo non appareat, vt vult Barto.in l.cum quærebatur.in fi.commen.C.vnde vi.& dicam plenè in l.Celsus.in tertia parte.ff.de vsucap.Nam tanto tempore de iure ciuili tollitur omnis actio.& præscribitur quælibet res,quātumcūque affecta vitio reali.l.prima.§.ad hoc.C.de anna.excep.& plenè dixi in secunda parte princip.in xij.q.colum.xlj.& quia isto casu non censetur prohibita alienatio propter ipsius rei naturam:ex eo quod non sit in cōmercio, vt in re sacra vel religiosa.Sed potius fauore ciuium:& sic talis res erit præscriptibilis saltem spatio longissimi temporis.

Ista doctrina colligitur ex verbis Bartol.in d.l.fina.col.pen. circa med.C.in quib.cau.in integ.restitu.& Bal.& Sali.ibi circa regulam:de qua statim dicam.

Et idem quando res esset prohibita fauore certæ personæ: vt in fundo dotali:quia ibi non habebit locum præscriptio longi temporis.& ita procedat text.in dicta l.si fundus.ff.de fun. dota.qui propriè loquitur de ista.Nec potest intelligi,quòd loquatur in præscriptione longissimi temporis,quæ non erat cognita de iure digestorum.glo.in l.qui occidit.ff.ad leg.Aquil.& in l.Iulianus.ff.ex quib.cau.maio.

Idem quando res est prohibita alienari absque certa solennitate: vt in re minoris, pupilli, vel adulti: quia si alienetur absque illa solennitate:non præscribitur:ex quo titulus est nul

lus: ſpatio longi temporis.l.non eſt ignotum.C.in quib.cauſ. ceſſat long.temp.præſcrip.ſed ſpatio triginta ann.præſcribitur res adulti:ſed non res pupilli.vt no.in dicta l.non eſt ignotum. & in l.bonæ fidei.ff.de acquiren.re.do.& dicam latius in ſexta parte.in xxiij.caſu primæ partis.

Confirmatur iſta concluſio:quia ſtatutum in dubio,non intelligitur excludere præſcriptionem triginta ann.ſed dumtaxat longi temporis: vt dicetur plenè infrà in nona quæſtione huius partis.

Confirmatur etiam ex his quæ ſequuntur.Et ita reſideo.

5 † Addo quod bona alienari prohibita fauore publicæ vtilitatis præſcribi non poſſunt,ita Bal.conſi.cxxj.quòd non poſſit in fine.iiij.volu.

Quod verum eſt præſcriptione communi:ſed bene præſcribuntur præſcriptione centenaria: vel tanto tempore,cuius initij:&c.per ea quæ dixit ſuprà.in vj.q.& in ij.limit.& quæ dicentur.infrà.in ix.q.iſtius partis.

6 † Sed quæritur:an procedat regula,quòd ea quæ nõ poſſunt alienari:non poſſunt præſcribi:& econtra? vide per gl.& Bart.in d.l.fi.C.in quib.cau.in integr.reſti.col.pen.circa med.& ibi per Sali.col.vlti.perfectè diſtinguentem.& Bal.in vlti.not.qui concludit,quòd ſi res ſimpliciter & indiſtinctè prohibetur alienari:præſcribi non poteſt.Et ſic procedit argu.non eſt alienabile: ergo non eſt præſcriptibile.

Si vero prohibita eſt alienatio cum modificatione,vel abſq; decreto: non procedit argumentum. Et qualiter procedat iſta regula not.Sozin.conſi.cclxxj.in cauſa quæ vertitur.col.xvj.& conſi.lxxxvj.in cauſa cõmunitatis caſtri montis Nigri.col.fin. & do.Pet.Phil.Corn.conſi.ccxciij.videtur prima facie.col.pe.. verſi.circa ſecundum.iij.vo.vbi allegat glo.in l.longe.ff.de diuer.& tempo.præſcript.& dicit indiſtinctè:quod argumentum non proceditur.ſed dic vt ſuprà.

Addo Bald.in rub.de præſcript.col.fina.verſic.item ſcias:vbi tradit regulam, quod cuius rei non poteſt quis fieri dominus per traditionem factam à domino:eius rei præſcriptio nõ procedit.

7 † Ex quo infert quod ſpurius non præſcribit contra patrem ex titulo lucratiuo.per l.nemo.cum glo.ff.de vſucap.pro lega. Item quòd res prohibita alienari a teſtatore non poteſt præſcribi ex titulo habito à tali perſona.De quo dic vt dixi ſuprà.

ADDI

ADDITIO.

Vide plura ad hanc.q.per Bertachi.in reperto.in verbo præscriptio quinto.col.ij.versi.præscriptio non procedit.& in verbo præscriptio sexto in princip.

b Quod possit præscribi res minus solenniter alienata.adde text.in l.seruos.& ibi Bald.c.si vendi.pigno.aga.

SVMMARIVM.

1 *Res tacite prohibita alienari an ali-nata præscribatur?*

2 *Agere non valenti de iure non currit præscriptio.*

3 *In rebus fideicommisso subiectis an currat præscriptio ante euentum conditionis?*

1 Quintò quæro. † Quid de re prohibita alienari non prohibitione expressa, sed tacita: vt in re subiecta fideicommisso conditionali: quæ est tacitè prohibita ex mente testatoris alienari: pendente conditione.l.si.§.sinautem.sub conditione.C.communia deleg.not.glos.in l.cum pater.§.libertis.ff.de leg ij.an si fuerit alienata præscribatur?

Istam.q.vtilem & quotidianam attingit Paul.de Castr.in d.l.fin.§.sinautem.sub conditione.quam legit cũ.§.sed nostra.col.fi.versic.adde aliam vtilitatem: vbi concludit in effectu, quòd non solum pendente conditione cessat vsucapio, vel præscriptio: quia fideicommissarius adhuc agere non potest: † & non valenti agere de iure non currit præscriptio.l.j.in fin.C.de annua.except.sed etiam postquàm conditio extiterit: non poterit emptor incipere: vsucapere, vel præscribere longo tempore, quia in reali præscriptione requiritur titulus.l.nullo.C.de rei vendit.Et hic fingitur nunquàm interuenisse titulus, quia text.in d.§.sinautem.sub conditione: irritat alienationem in euentum conditionis: vt extunc. Bene tamen poterit incipere præscriptio longissimi temporis: quia in illa nõ requiritur titulus. ita illum tex.declarat ibi Paul.de Cast.subdẽs.aduerte tamen ad vnum: in quo his diebus consului.nam verum est quod illa res non potest vsucapi, vel præscribi: quando alienatio facta fuit per personam prohibitam alienare: vt est ipse grauatus de restituendo: & ita loquitur ille text. Si autem alius penitus extraneus, qui nõ continetur sub prohibitione: qui fortè rem tenebat, vt suam, alienauit: non nomine grauati: sed suo proprio: valeret venditio, sicut de qualibet re aliena in præiudicium ipsius vẽditoris: & sic ex ea tribueretur titulus habilis ad vsum

capiendum, vel præſcribendum contra illum, qui agere poſſet poſt euentum conditionis: vel quando fideicommiſſum eſſet purum de præſenti: vel in diem certum poſt diem. & hoc videtur tenere Bald. ſecundum Paul. in l. ij. C. de vſucap. pro empto. ita not. concludit Paul. de Caſt. vbi ſuprà.

Cuius doctrinam latè firmat. d. Petr. Philip. Cor. conſi. cxvij. licet in hac conſultatione. j. ij. & iij. col. j. volu. vbi plenè explicat intellectum illius. §. ſi autem ſub conditione.

Et quòd in caſu. d. §. procedat præſcriptio poſt euẽtum conditionis: firmat idem Cornel. conſil. ccxciiij. videtur prima facie. col. pen. verſi. circa ſecundum. iij. volu. & conſil. ccciiij. rem arduam. col. iiij. vbi etiam latè ſequitur prædictam doctrinam

3 Paul. de Caſt. col. xiiij. per to. iij. volu. & fortius dicit † quòd in rebus ſubiectis fideicommiſſo currit præſcriptio: etiam ante euentum conditionis: quãdo poſſeſſor habuit titulum ab alio, quam à fideicommiſſario: & refert ita velle Paul. vbi ſuprà ſed non eſt verum: quod ipſe dicit: vt ſuprà retuli.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiari an poſſit præſcriptioni: & illi per pactum derogari?*
2 *Præſcriptioni regulariter non poteſt per pactum renuntiari: aut eius curſus impediri.*
3 *Iuri introducto in odium alterius poteſt cũ iuramento renuntiari.*
4 *Deſinentia vnius, eſt origo alterius.*
5 *Iuri iam quæſito poteſt per pactum renuntiari: ſed per pactum non poteſt fieri ne præſcriptio currat in futurum.*
6 *Præſcriptio plus poteſt, quam pactum.*

1 SExto quæro. † An poſſit renuntiari præſcriptioni: & illi per pactum derogari? Hanc. q. mouet Bar. in l. nemo poteſt. col. pen. verſi. quærit Dyn. ff. de leg. j. concludens quòd præſcriptio per pactum tolli non poteſt: ſiue curſus præſcriptionis impediri. Motus: quia vſucapio & prçſcriptio eſt introducta principaliter propter bonum publicum per l. j. ff. de vſucap. & odio creditorum. Ergo illi renuntiari non poteſt. l. ius publicum. ff. de pact. iuncta. l. tam & ſi. ff. ad maced. Sed Bart. in d. l. j. aliter ſentit: diſtinguendo inter præſcriptionem odioſam & fauorabilem: vt ibi per eum. Alex. in d. l. nemo poteſt. col. pen. poſt relatas varias opin. dicit quòd ſuſtentabilior videtur opin. Bart. ibi per rationes ſuas.

Et

Et opi.Bart.firmat Aret.ibi circa fi.cōmen.& do.Præposi.qui attestatur eam esse communem.in c.j.§.præterea.in tit.de capit.corra.& Ang.Aret.instit.de vsucap.in princ.col.ij.in fi.& iij.

Eandem opi.sequitur Panor.in rub.extra de præscrip.col.fi. vbi Feli.col.pen.& fi.hāc.q.diffusè examinat: & facit regulam secundum opi.Bar.quam dicit communem, † quòd regulariter præscriptioni nō possit per pactum renuntiari:cum.vij.fallen.Sed dum Bar.in d.l.nemo potest.dicit quòd præscriptio est introducta principaliter in fauorem publicum: nō bene loquitur. Principaliter enim fuit introducta propter vtilitatem priuatam: licet secundario propter bonum publicum: & ita procedit tex.in d.l.j.de vsucap.secundum Ang.Imol.& do.Alex.in d.l.nemo potest.col.pen.& colligitur ex doctrina.Bar.in l.j.col. iiij.ff.sol.matri.Et quamuis præsuppositum Bar.non sit verum, tamen procedit argu.quia iuri inductio principaliter ob priuatam vtilitatem, & secundario propter vtilitatem publicam renuntiari non potest: vt per Bart.in l.ius publicum.ff.de pact. & per Ang.Imo.Aret.do.Alex.& Moder.in d.l.nemo potest.vbi Iaso.col.antepenulti.

Istam conclusionem quòd per pactum non possit renuntiari præscriptioni: siue impediri cursus præscriptionis: ampliat Bart.vbi suprà procedere nedum in præscriptione legali: sed etiam in præscriptione statutaria: [a] si statutum dicat: quòd debitum præscribatur decem annis:quia secundum Bar.hæc præscriptio currit negligentia non petentis.& sic dicitur odiosa.l. fin.in fin.cum glos.C.de edict.di.Adri.not. Dyn.in capi.possessor.de reg.iur.in vj.

Sed videtur dicendum contrarium : quia illa.l.fin.cum gl.& Dyn.loquuntur in præscript.xxx.ann.nam illa bene est odiosa: quia procedit absque titulo & bonafide sola negligentia non petentis.præscriptio vero decem annorum dicitur mixta non autem merè odiosa:ergo fundamentum Bart.non procedit.

Huic motiuo respondet Iaso.in d.l.nemo potest.col.antepenultim.in ij.lectura, quòd ista præscriptio statutaria decem annorum est subrogata in locum præscriptionis iuris communis triginta annorum. Ideo assumit eius naturam, & censetur odiosa:prout illa; secundum Bal.in l.in contractibus.in princ. in j.not.per illū text.C.de non numerata pecunia.& in c.si quis per xxx.col.vlti.in titul.si de feu.fue.contro.vbi not.quod præscriptio statutaria minuens præscriptionem longioris temporis,assumit eius naturam:cum concor.adductis per Felin.in c.

illud.col.ij.de præscriptio.

Aduerte tamē: quia licet Alex.& Iaſ.in d.l.nemo poteſt poſt alios: ita ſicco pede tranſeant cum hac concluſione Bartol. qui præſupponit valere ſtatutum: quod debitum præſcribatur decem annis: prout latius tenuit ipſe in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap. quòd hoc non eſt verum: quia tale ſtatutum non valet de iure canonico tāquàm nutritiuum peccati propter malam fidem præſcribentis: vt voluit idem Barto. ſibi contrarius in l.
b omnes populi.in viij.col.ff.de iuſtit.& iur. [b] vbi dicit in terminis, quòd non valet ſtatutum, quòd qui per decem annos debitum ſuum non petierit: cadat à iure ſuo.& iſta eſt communis opi.& vera: vt plenè dixi in iij.parte principali.in xiiij.quæſtio. ij.partis ipſius tertiæ.

3 † Primò prædictam communem cōcluſionem quod per pactum non poſſit renuntiari præſcriptioni: limitat Alexād.in d.l. nemo poteſt: vt procedat niſi interueniſſet iuramentum: quia cum iuramento poteſt renuntiari iuri introducto in odium alterius.c.ſignificante.de pigno.& etiam iuri introducto ſecundario propter publicam vtilitatem.cā.cum contingat.cum ibi plenè not.de iureiurand.

c Secundò iſtam cōcluſionem limitat Bar.in d.l.nemo poteſt docens cautelam: vt non procedat quādo eſſet factum pactum quòd finita præſcriptione per lapſum decem annorum præfixorum à ſtatuto: iterum deberi incipiat: & toties incipiat deberi: quoties completa fuerit præſcriptio: per tex.not.in l.ſicut in annos.in princ.ff.quib.mod.vſusfr.amit. Et ſequitur Bald.in repeti.l.cunctos populos.xl.col.C.de ſum.trinita. dicens quòd illud quod non poteſt fieri per viam renuntiationis: fiet per viam repetitæ obligationis: ideo poteſt teſtator: poſſunt contrahentes dicere. Quoties præſcriptum fuerit: toties iterū de-
4 beri volo: † quia deſinētia vnius eſt origo alterius: ſecundum Bal.in l.ij.C.vt in poſſeſ.lega. Et ſequitur Cepol.caute.xciiij.& caute.capit.& cix.

Hinc dicit not. Bart.in d.l.ſicut in annos.in fi. princip. quòd ſi in legato vel obligatione eſt appoſita dictio, quandocunque: vt quòd quis poſſit petere quandocunque: præſuppoſito quòd currat præſcriptio ſtatutaria.x.ann. Tamē propter dictionem, quandocunque, intelligitur facta repetitio: & ſic cenſentur plura legata vel plures obligationes: & conſequenter impeditur curſus præſcriptionis.

Sed iſtam limitationem & cautelā reprobat latè Iaſo.in d.l. nemo

nemo potest.col.pen.in ij.lec. Quia per eam fieret fraus statuto: vt ibi latius per eũ Et,candem latius reprobat Feli.in d.rub. de præscr.col.pe.in vij.fal.vbi tãgit:an per illa verba. Promitto perpetuo,vel omni tẽpore obseruare : vel,nullo vnquàm tẽpore contrauenire:& similia:impediatur cursus præscriptionis:& quid si quis promisit soluere semper: vel quãdocunq;: vel omni tẽpore.b & all.tex.no.in l.quod si nolit.§.si quid ita.& ibi Ange.ff.de edil.edic.& gl.in l.j.in verbo omni tẽpore.ff.de cõcus. & examinat dicta Bart.in d.l.nemo potest.vbi per Alex.de his verbis.col.fi.Et tandem concludit Felin.quòd tales cautelæ,& talia verba non operantur in illis præscriptionibus: quibus expressè renuntiari non potest:vt est regulariter: quia si non potest renuntiari expresse:ergo nec tacite. Contrariam partem: quòd talia verba generalia & indeterminata respectu temporis tollant præscriptionem: c firmat latè Barba.consil.lj.scripsit sapientie fons.col.x.& xj.& d.Fabianus in suo tract.de empt.& vendi.in iij.q.vij.q.princip.

Sed propterea non est recedendum à conclusione Felinus, quæ est vera , & magis communis: vt apparet ex allegatis per eum.

5 † Tertiò prædictam cõmunem conclusionem limitat & declarat Bart.in d.l.nemo potest procedere respectu futuræ præscriptionis:sed non respectu præteritæ : quia iuri iam quæsito potest per pactum renuntiari : sed non potest per pactum fieri: ne præscriptio currat in futurum:vt ibi per Barto.& sequuntur communiter docto.& Felin.in dicta rubric.de præscriptio.colum.penulti.in prima.Fallen.& Aret.institu.de vsucap.in princip.colum.iij.

Sed miror quòd tanti patres non aduertant , quòd ista.q.videtur hodie superflua saltem in actione personali:in qua principalis debitor nunquàm potest præscribere propter malam fidem: nec etiam hæres eius : quia ipse tenetur exonerare conscientiam defuncti secundum communes cõclusiones: vt plenè dixi in tertia,parte princip.in duodecima,quæstione primæ partis ipsius tertiæ.& ideo in obligatione personali quæ non transit nisi in hæredem:& nõ sequitur fundum nec singularem successorem.l.j.§.si hæres.ff.ad Trebel.non expedit quod renuntietur præscriptioni:ex quo non currit:nec inchoatur propter malam fidem.Et pariter nihil operabũtur illa verba:quod promisit soluere,quandocunque vel perpetuo & similia,si præscriptio non currit. Et ideo Bartolus , in dicta l.sicut in annes

fuit in errore suo, quòd actioni personali præscriberetur cùm mala fide: prout ipse tenuit in l.sequitur.§.si viã. ff.de vsucap. Cuius opi.estcommuniter damnata:vt aliàs plenè dixi.

Poterit ergo procedere ista q.in iuribus realibus. vt in præscriptione seruitutum, & aliorum iurium realium: prout propriè loquitur Bar.in d.l. nemo potest.

Et adhuc tunc videtur dicendum quòd præscriptio non procedat: non quidem propter nullitatem pacti: sed propter malam fidem paciscentis, vt considerat Felin.in d.rub.col.vlti. ver.postremo considera.

Posset etiam procedere in actione personali: quando quis esset obligatus ex facto sui procuratoris: quòd ignoraret: quæ ignorantia est tolerabilis.l. quòd vulgò. ff. pro empto. quia tunc diceretur in bona fide.& præscriberet etiam in actione personali.vt declarat Butr.in c.fi.de præscrip.& Imo.in l.sequitur.§.si viam.col.iij.de vsucap.& est de mente Paul.de Castr.in l.fi.§ j.circa fi.commen.ff.rem rat.habe.

6 † Ex prædictis videtur inferri quòd præscriptio plus possit, quam pactum, quia non potest per pactum regulariter tolli, vt suprà apparet.& ita dicit Aret.in l.iiij.§. Cato.col.v.ff.de verb. oblig.quòd probat:quia vnus ex sociis potest acquirere seruitutem fundo communi per præscriptionem: sed non per pactum:per iura quæ allegat.Glos.tamen in l.j.in verbo cohæredibus.ff.fami.ercis.dicit contrarium, quòd plus operatur præscriptio quam pactum:sed nõ est vera, & reprobatur communiter per doc.in terminis,in quibus loquitur not.Cæpo.in trac. seruit.vrba.prædio.c.xx.col.iiij.circa princ.Hinc dixit notabiliter Barba.consil.xl.præclare scribitur.col.fi.quod præscriptio conuentionalis fortior est præscriptione legali.alibi tamen dixit: Bal.in l.j.C.de serui.& aqua.quod præscriptio æquiparatur pacto.& habet vim contractus.refert Sozi.consi.lxxxvj.in causa communitatis castri montis.col.fina.versi.quarto hæc conclusio.&c.

Addo Bald.idem dicentem consilio clxxxvij.quia consuetudo.iiij.volu.& retuli.in j.parte.col.ix.& x.

ADDITIO.

a Vide Raph.Cuma.consi.xc.visa copia præcepti.

b Vide Ange.Areti.insti.de vsucap.in prin.col.iiij.vbi refert dicta Barto.in d.l.nemo potest.

c Adde Ang.Aret.insti.de vsucap.in prin.col.iiij.

Per

d Per quæ verba tollatur præscriptio: siue excludatur vide per Bertachi. in reper. in verb. præscriptio. vj. col. iij. in fin. in verbo. præscriptio. contra creditores. & ibi in sequ. versi. vide an præscriptio possit impediri per pactum: & quando quis promisit perpetuo attendere. &c. vide Sozi. consil. lxxxvj. col. fi. versi. ij. probatur. & consi. clxvj. col. pe. circa fi. vbi firmat quòd præscriptioni non possit renuntiari: nec tacitè nec expressè.

e Vide Bald. consi. cliij. iij. volu.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an possit præscriptionem tollere?*

2 *Sublata præscriptione simplici an intelligatur sublata consuetud?*

3 *Statum tollens exceptionem præscriptionis an comprehendat præscriptionem iam completam?*

4 *Præscriptio statutaria xl. an. non tollit præscriptionem. x. ann. iuris communis inter præsentes cum titulo.*

1 SEptimò quæro. † An statutum possit tollere præscriptionem? Bald. & Sali. in l. receptitia. C. de consti. pec. cócludunt quod sic. a Eandem conclusionem firmant. Butri. & Imol.[a] in c. cùm nobis. de præscrip. & sequitur Feli. in rub. de præscri. col. pe. versi. fallit sexto. vbi tradit: an sint paris potentiæ pactũ & statutum? de quo per Moder. in repe. l. vt vim. col. iij. ff. de iust. & iur. Addo Bar. in l cùm satis. colũ. j. C. de agri. & censib. libr. xj. & Bald. in l. j. C. ne rei domi. vel templo. vbi tradit quando valeat statutum excludens præscriptionem.

2 † Sed est notãdum, quòd sublata præscriptone simplici: non intelligitur sublata consuetudo: quia aliud est, quàm præscriptio: vt dixi in vlti. q. quartæ partis huius quintæ prin. in j. limi.

3 † Sed dubitatur: an statutum tollens exceptionem præscriptionis extendatur ad præterita: vt compræhédat præscriptionem iam completam? Paul. de Cast. consil. ccxciij. viso puncto in antiquis. col. ij. ver. nec obstat: determinat quòd non per pluta quæ allegat.

Sed nunquid statutum disponens quòd res immobilis præscribatur. xx. annis absque titulo tollat præscriptionem longi temporis cùm titulo à iure communi introductam? vide per Pau. de Cast consi. ccxcij. aliàs ccxcvj. venditio ista in antiq. & per do. Bertachi. in reperto. in verbo. præscriptio. ij. circa fin. iij. colũ. vbi refert quendam. do. Marchum de Perusio consuluisse

4 † quòd præscriptio statutaria quindecim annorum non tollit præscriptionem decem annorum iuris communis inter præsentes cum titulo.

ADDITIO.

2 Adde Ang.in authen.vt de cæte.non fiant commu.ver.& no. col.v.& no.quòd præscriptio statutaria.x.an. contra executionem instrumenti non obstat agenti via ordinaria. vide latè Bertachi.in reper.in verbo Guarentigiæ executio.ver.xix.

SVMMARIVM.

1 *Derogari an possit præscriptioni per priuilegium?*
2 *Princeps potest derogare præscriptioni cùm clausula, non obstante. &c. sed non inferior.*
3 *Contra concessionem seu priuilegium Papæ factum de plenitudine potestatis, an præscribi possit?*

1 Octauò quæro. † An per priuilegium possit præscriptio tolli:vel illi derogari? Bar.Bald.Sali. Pau.& communiter omnes in authen.quas actiones.colum. vlti.C.de sac.san.eccl. post gloss. ibi concludunt, quòd sic: dummodo in priuilegio sit clausula. non obstante. Aliàs dicunt, quòd non valet priuilegium contra præscriptionem.

Quàm conclusionem latè firmat Felin. in cap. nonnulli.in princip.colum.xiij.de rescri.& vltra eum latissimè domi.Fran. de Are.consi.xv.Reuerendissimè pater. colum.iij.cùm duabus sequen. in toto.ij.dub. vbi plenè disputat: an sufficiat clausula ex certa scientia:vel de potestatis plenitudine: pro sufficienti derogatione absque alia speciali.

Eandem conclusionem tenet Ange.in l.j.ff.de concus.Alex. consil. xvj. in causa & lite. colum.vj.& vij.versicu. nec ad hoc obstat v.volum. Sozi.consil.lxxxvj.in causa communitatis castri montis.colum. fin.& Iason.in dicta authen.quas actiones. columna septima.versic. sum in sexta parte. C.de sacrosanctis ecclesiis.

Et hanc conclusionem intelligo procedere respectu futuræ præscriptionis. Non autem respectu præteritæ.illa enim non posset tolli per principem:quia esset auferre ius quæsitũ: quod esset cõtra naturalem æquitatem:vt in his terminis dicit Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, videbitur. circa finem. & per ea quæ latè notantur in capitulo quæ in ecclesiarum.de constitutio.

2 † Ex

2 † Ex qua conclusione correlariæ infero quòd princeps potest derogare præscriptioni cùm clausula. non obstante: sed non inferior à principe. quia non posset vti tali clausula: nec derogare iuri: vt latè per domi. Alexand.& Moder.in l.nemo potest.col.j.ff.de leg.j.

3 † Quid autem econtrà: an possit præscribi contra priuilegium seu concessionem Papæ factam de potestatis plenitudine: Bal.in l.ij.in v.q.C.de serui. & aqua concludit quòd sic.

SVMMARIVM.

1 Statutum tollens præscriptionem, de qua præscriptione sit intelligendum?

2 Præscriptio centum anno. nunquàm intelligitur per statutum, vel priuilegium exclusa.

3 Statutum disponens quòd contra instrumenta dotalia non currat præscriptio, non intelligitur de centenaria.

4 Actio quæ non tollitur minori spacio, præscribi potest spacio quadraginta annorum.

5 Consuetudo, vel præscriptio, cui lex resistit, an sit valida?

1 NOnò quæro. † Præsupposito quòd per statutum, vel priuilegium possit impediri, vel tolli præscriptio: vt in duabus proximis quæstionibus conclusum est: quæ præscriptio in dubio intelligatur esse sublata: [a] & cuius temporis?

2 In hac q. Bal tradit no. doctrina in §. præterea. circa fi. in tit. de capi. Corra. vbi est gl. not. dicens quòd pro gl. ibi doct. inclinant, quòd exclusa præscriptione per legem vel statutum: in dubio: nisi subiecta materia aliud suadeat: intelligitur de præscriptione decem, vel viginti annorum in realibus: sed in personalibus intelligitur remota pręscriptio longissimi temporis. xxx. ann. ex quo minor non currit. Sed si priuilegium vel statutum potest operari in præscriptione longa: de illa sola intelligitur loqui: non de longissima: vt minus corrigat ius commune. quàm doctrinam sequuntur communiter doct. in d. §. præterea. maximè. d. Prapo si. col. vlt. Et eam sequitur: & cõmendat Pan. in c. fi. col. vij. vel viij. ver. quæro. quid si statuto. de præscri. & Feli. in rub. de præscrip. col. vlti. versi. considera secundò. Et vltrà eum Arcti. pulchrè consil. xv. reuerendissimè pater. colũ. penul. in iij. dubio.

Sed contra istam doctrinam facit decisio Bar. in l. cum satis. col. j. C. de agri. & censib. libr. xj. vbi vult, quòd si statutũ dicat,

quòd instrumenta dotalia mandentur executioni:nulla longi temporis præscriptione obstante:intelligitur esse sublata præscriptio:nedum. xxx.sed etiam lx. annorum:quia statutum loquitur simpliciter:& ideò simpliciter est intelligendum. Et tamen tale statutũ poterat operari in præscriptione triginta annorum:ergo non debet extendi ad præscriptionẽ quadraginta. Et propterea Alex.ibi in apo.dicit,quòd illud dictum Bart.sibi nunquam placuit. Vnde credo quòd non procedat: quia est contra prædictam doctrinam ab omnibus communiter approbatam.

2 † Et nota quòd præscriptio centũ annorum nunquàm intelligitur esse exclusa per statutum, vel priuilegium. ita probat text.not.cùm glos.in authen. vt de cæter. commu.non fiant in

b verbo præscriptione: [b] & ibi notat Angel.inferens † quòd sta-

3 tutum disponens, vt contra instrumenta dotalia nulla currat præscriptio: non intelligitur de cẽtenaria.& notãt Bal.& Ang. in l.j.per glos.ibi.C.ne rei domi.vel templo.& in l.omnes.C.de præscri.xxx.ann.cùm concor. adduct.per Alexã.in l.nemo potest.col.vlt.ff.de leg.j.& plenè not.Feli.in rubr.de præscrip.col. vlt.versic.considera secundò latè confirmans istam conclusionem, quòd præscriptio centenaria vel tanti temporis, cuius initij.&c.nunquàm censetur exclusa per statutum, vel priuile-

c gium. [c] Et inter cætera adducit decisio. Bar. & Ang.in l.si quis decurio.la iij.C.de decur.li.x.dicentium, quòd si statutum disponat, vt instrumentum exequatur: reiecta exceptione præscriptionis, nõ intelligitur de prædicta. Et vltra Feli.addo Bal. in l.j.col.ij.circa medium. C.de anna. exce. vbi pulchrè dixit, quòd si in noua lege vel statuto dicatur. nulla præscriptione obstante. Vel quòd, nulla currat præscriptio. non intelligitur exclusa præscriptio cẽtenaria:quinimò tanto tempore excluditur omnis actio. quia omne quòd sub mundiali machina gubernatur: renouatur in centum annis: quòd est longissimum tempus vitæ hominum l.fi.C.de sacrosan.eccles.

Eandem cõclusionem latè firmat Aret. in præalleg. cõsi.xv. Reuerendissimè pater. col. pen.in iij.dubio. vbi clarè loquitur in præsenti articulo.& in consi.xxx.viso thematæ.col.iij.dom. Præpo.in d.§.prætereà.col.vlti. & Alex.consi.lx.omisso multiloquio.circa.fin.j.volu.& consi.xvj.in causa & lite.colum.vj.& vij.versic.nec ad hoc obstat.v.volum. vbi fortius refert tenere Ange.in l.cùm satis.C.de agri. & censib.lib.xj.quòd nunquàm intelligitur exclusa præscriptio.xxx.ann.

plus

Plus dixit Ang. in l.j.ff.de concuſ.vt refert Alexan.in conſi. proximè alleg. quòd non poteſt induci priuilegio, vel ſtatuto. quòd nulla præſcriptio currat. Sed non dicit verùm:quia licet ſtatutum dicat, quòd nulla præſcriptio, non intelligitur de centenaria: vel tanti temporis: cuius initij. &c. ſed de præſcriptione longi vel longiſſimi temporis: iuxta communem doctrinam doctorum in dicto §.præterea.de capi.Corra.quàm ſuprà retuli.

Et quòd poſſit induci ſtatuto quòd nulla currat præſcriptio firmat Bald.in dicta lege prima.C.ne rei do. vel templo.

d Eandem concluſionem tenet.Panor.in dicto c.fin. colū.viij. verſic.quæro.quid ſi ſtatuto:de præſcriptio.[d] dicens quòd non intelligitur in dubio excluſa præſcriptio tanti temporis,cuius initij.&c. Quia eſt alterius naturæ & fortioris potentiæ: cùm obtineat vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. nam ſatis eſt: vt ipſe dicit:ſtatutum poſſe operari reſpectu poſſeſſionis longiſſimæ.

4 † Non obſt.ſi contra prædicta opponatur de l. omnes. C.de præſcrip.xxx.ann. vbi dicitur, quòd omnis actio: quæ minori tempore non tollitur:præſcribitur ſpacio.xl. anno.

Quia illa.l.non procedit quando præſcriptio eſt ſpecialiter prohibita. & in caſibus in quibus eſt ſpecialiter prouiſum: quòd nulla præſcriptio obſtet. quos omnes collegit gloſ. magiſtra.in l.fi.C.de fun.limita.lib.x. quia illi non includūtur ſub generalitate.d.l.omnes. vt ſentit illa gloſ.in his tamen caſibus obſtabit præſcriptio. centum ann. ita declarant Bald. & Ange. in d.l.j. C.ne rei domi. vel templo. & in d.l.omnes. colum. fin. dicentes, quòd illa.l.fallit in duabus legibus ſequen. videlicet in caſu.l.præſcriptionem. & l.comperit. eo.tit.

In præcedentibus verò illam.l.dant regulam,quòd vbicunque inuenies aliquem caſum: in quo per legem ſit ſpecialiter prouiſum, quòd nulla currat præſcriptio: ibi non ſufficit curſus.xl.ann. & ponunt exemplum in pluribus legibus, per eos adductis,& videtur eadem lectura vtriuſque.

Sed vbi aliquo excogitato ingenio dici poſſit quòd actio non extinguitur. xxx.ann. tunc perit ſpacio.xl.ann.d.l.omnes.

Et dicit Bald. vbicunque inuenis non ſufficere tantum curſum per clauſulam derogatoriam:dicēs ſufficere tempus,centum annorum per ea quæ ipſe not.in l.j.eod.titu. Saluo vbi lex afficiens rem: de cuius præſcriptione tractatur, prohibet tam præſcribi tanquàm nullo modò præſcriptibilem: neque

aptam possideri.vt in re sacra:libero homine:& aliis,quæ non sunt in commercio nostro:vt in l.vsucapio ff.de vsuca.& in his quæ sunt in vsu publico : sicut via publica.l.viam publicam.ff. de via publi.quia ista non præscribuntur etiam spatio centum anno.ita declarat Bal.in d.l.omnes.circa fi.& sequitur Ioan.de Pla.referens Ang in d.l.omnes.& in d.l.j.in l.si quis decurio.l.t iij.C.de decu.lib.x.& concludens quòd talia non præscribũtur etiam mille annis.per glo.in l.ij.C.de inge.manu.& in l.fi.C.de præscri.long.tem.quæ pro liberta.sequitur etiam Feli.in d.rub. de præscript.col.pe.& plenius in c.accedentes.col.iiij.circa fi.
5 & seq.versi.fallit tertio.de præscript. † cõcludens,quòd vbi lex resistit præscriptioni,vel consuetudini:nulla valet præscriptio, etiam temporis,cuius initij memoria non extat.quod declara vt ibi latius per eum.qui reprobat Panor.in consi.xxvj.in q.quę ad præsens vertitur.ad fin.ij.volu.vbi voluit impræscriptibilia posse præscribi tanto tempore, cuius initij.&c.& de his latius dicam infrà in seq.vlt.parte in j.arti.

ADDITIO.

a Vide plenè do.Bertachi.firma.in reper.in verbo præscrptio.ij. col.ij.versic.præscriptio.xl.anno.plura allegantem.& in verbo præscriptio.ix.versic.præscriptio ne sublata.

b Adde Ias.in l.j.col.ij.ff.solu.matrimo.

c Adde do.Bald.nouellum in tracta.dotis in vij.parte.col.v.

d Adde eundem Panor.consi.xciiij.videtur primò.j.volu.

SVMMARIVM.

1 *Lex,vel statutum quantò tẽpore per non vsum, vel per vsum contrarium tollatur?*

1 DEcimò quæro.† Quantò tempore tollatur lex,vel statutum per non vsum,vel per vsum cõtrarium. & sic quantò tempore præscribatur legi,vel statuto?

Istam q.examinant Cano.in c.j.de treu.& pa.& maximè Panor.& Feli.latissime.colum.iij.versicu.lex noua.cum septẽ seq. col.vsque ad fin.& vide Ias.post alios in l.rem non nouam.per glo.ibi.C.de iudi.pulchrè Aret.consi.vndecimo.procedendum est,colum.secunda.Alexand.consi.sexto. viso themate.prima colum.& latius consil.cxxxij.visa facti narratione.primo vol.

Barba.

Barbat.inter consi.Alexand.consi.cxxiiij.super primo.iiij.col. quarto volu.

SVMMARIVM.

1 *Lex iniusta an possit præscribi?*

1 VNdecimò quæro.† Vtrum possit præscribi lex iniusta? glo. in c.inter cætera.xvj.q.iij.dicit,quòd si lex est iniusta nunquàm valet aliquo temporis cursu.per tex.in c.erit autem lex. iiij.distin.

Subdit illa glos.quòd contra legem præscribitur spatio xx. ann.per text.in l.ij.§.exactis.ff.de orig.iur.de quo dic vt plenè habetur in locis in proxi.q.adductis.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo dicitur lex non scripta, & quantò tempore præscribatur?*
2 *Consuetudo contra ius, siue præter ius præscribitur decem anno.de iure ciuili: concurrentibus extremis requisitis.*
3 *Extrema requisita ad inducendam consuetudinem sunt octo.*
4 *Consuetudo vna si sit alteri contraria, an vna illarum tollatur?*
5 *Aliud considerandum est in præscriptione, & aliud in cõsuetudine.*
6 *Consuetudo & priuilegium æquiparantur.*
7 *Consuetud, quo casu assumat naturam præscriptionis?*

1 DVodecimò quæro.† Quantò tempore præscribatur consuetudo: quæ dicitur lex non scripta.l.de quibus.ff.de leg. & sic quæ dicatur consuetudo præscripta?

2 † Breuis est conclusio quòd de iure ciuili consuetudo contra ius, siue præter ius præscribitur decem annis: concurrentibus extremis requisitis vt not.glos.Barto.col.x.& communiter docto.in d.l.de quibus.& in l.j.& ij.C.quæ sit long.consue.

Sed de iure canonico: si sit contra ius, requiruntur.xl.ann.Si verò sit præter ius: sufficiunt decem anni.vt concludunt communiter Cano.in c.fi.de consue.vbi latè Abb.Pan.col.vij.versi. quantum vero tempus.qui assignat rationem diuersitatis inter
3 ius canonicum.& ciuile. † & ponit octo extrema requisita ad
a inducendam consuetudinem.[a] Et no.omnes in d.l.de quibus.vt do.Ias.col.xij.& seq.super glo.in verbo inueterata.plenè ponit quæ consuetudo dicatur præscripta.& quãtum tempus requira

tur de vtroque iure.& quod appellatione consuetudinis intelligi debet de præscripta.vt ibi latius per eum.

4 † Sed dubitatur:an vna consuetudo contraria præcedenti consuetudini tollat eam? glos.est singularis in l.nemo.§.temporales.ff.de reg.iur.quæ distinguit:quod si prima consuetudo erat præscripta:tunc non tollitur per aliam consuetudinem nō præscriptam.Alias sic.& ad illā glo.duas limitationes refert Ias.in d.l.de quibus.col.xxiij.circa fi.Et vltra eum addo Panor.d.glo.plenius declarantem.in d.c.fina.col.x.circa fi.versi.sed quæro.de consue.Alex.in l.ij.in fi.prin.ff.sol.mat.post Bart.ibi Roma.singul.ciij.incip.consuetudo.colum.iiij.& Paul.de Castr.consi.xciiij.videtur prima facie ad fi.j.volu.

Et no.quòd si consuetudo præscripta aliquid cōtra ius commune inducens tollatur per legem superuenientem seu per statutum,quod talis consuetudo semel sublata non posset iterato præscribi.ita Bal.in c.j.de cap.corra.motus per tex.in l.iij.§.diuus.ff.de sepul.viola.cum concor.ad hoc adductis per Ias.in d.l.de quibus.col.xxiiij.in princip.

5 †Et circa differentias inter præscriptionem & cōsuetudinē:quas posui in vlt.q.primæ partis princ.no.quòd in præscriptione consideratur speciale ius præscribentis: & illius,contra quē præscribitur:sed in consuetudine consideratur ius quoddā vniuersale: quod omnibus & contra omnes competit secundum Paul.de Cast.in l.cum de consuetudine.ff.de lega.refert Deci.cōsi.cxxiiij.viso puncto col.vlti.propè fin.& idem voluit Alex.consi.cxxiiij.super primò quæsito versi.alia ratione.iiij.vol.vbi dicit, quòd vbi agitur de exactione facienda aduersus omnes de vniuersitate tractandum est de consuetudine , non de præscriptione,vel inductione præsumptionis tituli.vt no.Cyn.post Pet.in l.ij.versi.iiij.circa hoc quæritur.& ver.seq.C.quæ sit longa consuetu.dum tractant de eo,qui vult exigere,vel imponere collectas vniuersitati fundās se ex vsu.certe hæc est proprie consuetudo,non præscriptio: vt ibi per eos.& sequuntur Cano.maximè do.Anto.in c.fin.de consuetu.

6 † Addo quòd consuetudo & priuilegium æquiparātur:vt est glo.no.in c.nouit.in verbo consuetudine.de iudi.& text.melior de iure secundum Io.And.ibi in c.cum cōtingat.in illis verbis:ex consuetudine vel indulgentia:de fo.compe.& ad hoc plura cumulat Alex.consi.lxxiiij.videtur.ij.col.iiij.vol.& ponit multa de viribus consuetudinis.

7 † Econtra no.quòd quādo vniuersitas vult aliquid inducere ex con

ex consuetudine contra priuatum, in quẽ nõ posset hoc facere statuendo ex causa: ista consuetudo assumit naturam præscriptionis. & dicitur præscriptio potius, quàm consuetudo: secundum Bald. in rub. C. quæ sit long. consue. refert Are. consi. cxxij. colum. iij.

ADDITIO.

a Adde quòd quantum tempus requiritur ad inducendam consuetudinem, tantum requiritur ad tollendam. Alex. in consi. v. col. ij. in v. vol. & ideo ad tollendam consuetudinem per ecclesiam inductam requiruntur. xl. ann. & ibi dicit etiã quòd quando consuetudo est contra ius scriptum requiritur tempus xxx. ann. per glo. no. in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. li. xj. quòd ita intelligit Bal. in c. j. in prin. in titu. qualiter olim. feud. po. alie. & illam no. ad hoc Alex. in consi. lxix. in ij. volu. no. etiã quòd quando fit mentio in aliqua dispositione de consuetudine debet intelligi de legitimæ præscripta ita not. Alexand. in d. consi. v. in ij. colum.

SVMMARIVM.

1 *Executioni rescripti quantò tempore præscribatur?*

1 Decimotertiò quæro.† Quanto tempore præscribatur executioni rescripti? Dic vt in l. falso: vbi casus. C. de diuer. rescri. not. Cano. in c. plerunque. extra eod. titu.

SVMMARIVM.

1 *Incolatus, seu domicilium quantò tempore præscribatur?*

2 *Origo licet non præscribatur possunt tamen originis commoda præscribi.*

1 Decimoquartò quæro.† Quantò tempore præscribatur incolatus seu domicilium? Dic quòd per decem ann. & sic longo tempore quis fit incola: & præsumitur cõstituisse domicilium vt est casus. in l. ij. & ibi no. glos. Barto. & docto. C. de incol. lib. x.

Et quòd possit quis præscribere ciuilitatem, & priuilegia ciuium alicuius terræ: determinat no. Bal. in rub. extra de præscr.
2 prope fi. versi. dubitatur. & c. dicens,† quòd licet origo præscribi nõ possit: tamen bene possunt præscribi commoda originis, & erit iste simul ciuis, verus, & fictus originarius: vt ibi latius per eum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor faciens pactum cum debitore de non petendo, post autem triginta vel quadraginta ann. facit alium simplex pactum de petendo, an vigore secundi pacti, possit petere?*

1 DEcimoquintò quæro. De no. q. in materia præscriptionis. † Pone aliquis ex contractu mutui, vel alio erat efficaciter obligatus. creditor facit tali debitori pactum de non petendo: & post tale pactum transiuerunt. xxx. vel xl. anni. Istis peractis postea debitor fecit creditori pactum simpliciter de petendo. quæritur an creditor vigore secundi pacti possit petere?

Ista est subtilis. q. quam mouent Iac. de Are. Ray. Albe. Bal. & alij in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & Barto. post antiquos. in l. pacta nouissima. in ij. lectu. C. de pact.

Et hanc q. latissimè examinat Ias. in d. §. pactus. col. xij. ad fi. & per totam seq. col.

Et ex ibi no. apparet quòd verior videtur opi. Ia. de Are. concludentis, quòd creditor virtute secũdi pacti poterit agere prima actione, non obstante pacto de non petendo. item non obstante præscriptione: quia debitor faciendo pactum de petẽdo: & sic consentiẽdo quod peti possit: intelligitur remisisse omne obstaculum: nedum pacti negatiui: sed etiam præscriptionis: quia aliter agere non posset. arg. l. si stillicidij. ff. quemad. ser. amit. & pro ista parte allegatur fortis text. in l. quod debitori. ff. de dona. causa mor. & motiua. Iac. de Are. latius prosequere: vt per Ias. vbi suprà.

Et per hæc remanetur expedita tota quinta pars principalis huius tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Desinere non potest quod nunquàm incipit, & præscriptio quãdoque nullo modo currit, quandoque inchoata dormit: quãdoque ante currit sed per interruptionem.*

2 *Casus in quibus præscriptio non currit qui sunt?*

Contra obedientiam debitam superiori ecclesiastico siue temporali non præscribitur.

Laicus non potest præscribere ius decimandi.

3 *Contra matrimonium nunquàm præscribitur.*

4 *Loca publica iurisgentium, vel alicuius ciuitatis nunquàm præscribuntur.*

5 *Loca dicuntur publica duobus modis.*

6 *Curialis. seu obnoxius curiæ non potest cursu tẽporis à curia eximi.*

7 *Contra autoritatem & iura ecclesiastica disciplinæ nunquàm præscribi potest.*

8 *Dignitas episcopalis non potest præscribi.*

Res

9 *Res cuius commercium non habetur nec potest præscribi. & numero 13.*
10 *Fundus dotalis non potest longo tempore præscribi.*
11 *Dos ecclesiæ à principio sibi constituta an sit inalienabilis?*
12 *Res affecta Vitio reali non potest Vsucapi.*
14 *Contra dotem restituendam no currit aliqua præscriptio durante matrimonio.*
15 *Contra filiumfami durante patria potestate non currit præscriptio super bonis aduentitiis.*
16 *Res sub conditione debitæ, Vel obligationes conditionales non potest ante conditionis euentum præscribi.*
17 *Impedimentum iuris, Vel facti an tollat præscriptionem inchoatam, Vel inchoandam?*
18 *Agere non posse quot modis quis dicatur?*
19 *Regula, quod non Valenti agere non currit præscriptio, quibus casibus procedat Vel non?*
20 *Præscriptio non currit illi, qui si ageret repelleretur exceptione.*
21 *Tempus, siue præscriptio appellandi cœpta contra defunctum, quia scuit sententiam latam, an currat contra hæredem ignorantem?*
22 *Ampliatio regulæ quod impedito impedimento iuris non currat præscriptio quo casu limitatur?*
23 *Impedito potenti remouere impedimentum, sed est negligens, currit tempus præscriptionis.*
24 *Excommunicato an currat præscriptio: & an excommunicatus possit interrumpere præscriptionem?*
25 *Creditori contra tertium possessorem in actione hypothecaria, an & quomodo currat præscriptio?*
26 *Contra impeditum iusto impedimento an debeat currere præscriptio.*
27 *Tempus petendæ restitutionis quando currere incipiat: & infra quantum tempus peti debeat: & ad quantum tempus detur?*
28 *Restitutio infra quod tempus in iudicio peti debeat?*
29 *Contra pupillum durante pupillari ætate non currit nec inchoatur præscriptio.*
30 *Terminus seu præscriptio conuentionalis precedens ex contractu defuncti inchoata cum defuncto an currat contra minorem etiam pupillum eius hæredem?*
31 *Præscriptio non inchoata cum defuncto, sed ex contractu defuncti, an currat contra minorem hæredem.*
32 *Tempus appositum in Vltima Voluntate currit hæredi etiam minori.*

Lega

33 *Legalis præscriptio inchoata cum defuncto currit contra minorem etiam pupillum: sed datur restitutio.*

34 *Etas pupillaris subtrahitur in omni præscriptione longißimi temporis.*

35 *Præscriptio cœpta in persona maioris an semper currat contra minorem eius hæredem etiam pupillum, & existentem in Vtero?*

36 *Tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. contra confeßionem mutui de recepto factam per defunctum currit minori: & compelli potest ad soluendum.*

37 *Regula triplex de præscriptione legali à minore inchoata contra minorem currenda.*

38 *Præscriptio legalis non cœpta cum minore, sed cum defuncto non currit contra minorem: sed restituitur.*

39 *Pupillo & minori non currit præscriptio x. Vel xx. annor. fallit in quibusdam præscriptionibus.*

40 *Tempus statutum hæredi ad conficiendum inuentarium currit pupillo, & minori: saluo restitutionis beneficio.*

41 *Tempus anni & diei præfixum Vasallo ad petendam inuestituram currit minori adulto, sed non pupillo: salua restitutione.*

42 *Præscriptiones inductæ per leges, & constitutiones nouas, aut per consuetudinem, Vel statuta municipalia, &c. indistinctè currunt minori: salua restitutione.*

43 *Præscriptio statutaria an currat contra minorem?*

44 *Præscriptio an currat nondum natis?*

45 *Ratihabitio seu confirmatio rei alienatæ qualiter & quanto tempore seu silentio inducatur?*

46 *Præscriptio an currat contra furiosum Vel prodigum?*

47 *Contra hæreditatem iacentem seu Vacantem, non potest inchoari præscriptio: licet inchoata continuetur.*

48 *Vsucapio currit contra hæreditatem iacentem ex quo non inducitur propter negligentiam non petentis, sed fauore poßessoris.*

49 *Bona omnino Vacantia, hoc est illius, qui sine successore decessit, possunt præscribi.*

50 *Præscriptio conuentionalis currit etiam contra hæreditatem iacentem.*

51 *Res quæ precario, seu nomine alterius poßidetur non potest præscribi contra illum, cuius nomine poßidetur.*

52 *Emens rem bona fide à colono credens illum esse dominum, an poterit præscribere.*

53 *Iura plura sunt, quæ præscribi non possunt.*

54 *Rei illius præscriptio non procedit, cuius non potest quis dominus fieri*

fieri per traditionem à domino factam.
§§ Præscribi non possunt ea, quæ de iure communi non possunt possideri.
§§ Terminus hominis, vel statuti an & quando currat?

POstquàm satis plenè vidimus de materia & effectu præscriptionis: & qualiter procedat, & inducatur. Sequitur in hac. vj. & vlti. parte pro huius tractatus complemento videre de quatuor.

Primò in quibus casibus, & contra quos præscriptio non currat.

Secundò, quando & in quibus casibus præscriptio dormiat.

Tertiò, qualiter & quomodo interrumpatur.

1 Quartò, qualiter actio perpetuetur: & sic diuiditur ista sexta pars in quatuor partes. Et ad euidētiam præmitto. † Quod aliquando præscriptio nullo modo currit: id est nunquàm inchoatur: eo quòd lex resistit initio: ita quòd dici non potest, quòd interrumpatur: aut dormiat: quia quod non incipit desinere non potest. l. Titio vsufr. ff. de condi. & demon. & c. ad dissoluendum. de despon. impu. & hoc modo præscriptio dicitur non currere: hoc est nunquàm incipit facere cursum.

Quandoque vero præscriptio iam inchoata dormi: seu cessat. non tamen conquassatur præscriptio: sed cessante impedimento currit: & continuatur præcedentia tēpora cum sequentibus: sublato de medio tempore impedimenti. & tunc dicitur præscriptio dormire. & ista est propriè materia. c. ex transmissa. de præscriptio. Quandoque præscriptio currit: sed per interruptionem tota tela conquassatur: ita quòd non prosunt præcedentia tempora: sed remanet penitus extincta. & tunc præscriptio dicitur interrumpi. & ista est materia. c. illud. de præscript. & l. naturaliter. ff. de vsucap. Ita declarat Panormita. in c. cum non liceat. col. ij. de præscriptio.

2 Is ita præmissis: † ad deuenio aprimā partem, & quæro: qui sunt casus, in quibus præscriptio non currit?

Respōdeo quod aliquos casus enumerat gl. in §. res fisci. institu. de vsucap. & gl. in l. fi. in verbo cessante. C. de fun. limit. libro x. & gl. in c. clerici. in ij. parte glo. xvj. q. iij. & plenius in c. cū non liceat. in gl. fi. mag. in verbo obstante. de præscr. quæ enumerat viginti tres casus. Et istos casus latius recitat Fracti. Papi. in forma responsionis rei conuenti. in verbo præscriptionis. vbi enumerat vigintinouem casus. & inculcant etiam illos, in

quibus

quibus præscriptio dormit. Sed ego procedam distinctè.

Primus Casus: in quo nunquàm currit præscriptio est, in obedientia debita superiori ecclesiastico, siue temporali: quia contra obedientiam præscribi non potest. vt quis sit acephalus hoc est sine capite: ita quòd neminem recognoscat in superiorem. c. cum non liceat: & ibi plenè not. de præscriptio. & c. nulla. xc di. dixi. in j. parte. v. princip. in xij. quęst. & in iij. parte eiusdem. in ij. q.

Secundus Casus est in procuratione, seu visitatione: vt plenè habetur in c. cum ex officij. & in c. accedens. de præscript. & idem in his, quæ sunt ordinis episcopalis, quæ præscribi non possunt. c. quanto. & ibi plenè not. de consuetu.

Et quæ sint illa iura, quæ non præscribuntur aduersus episcopos pulchrè declarat Cald. consil. ij. sub rub. de præscrip. vbi firmat, quòd in cathedratico, & charitatiuo subsidio non currit præscript. Dixi in j. parte. v. princip. q. xj. xij. & xvj.

Tertius Casus est in decimis per laicum detentis. Nam laicus non potest præscribere ius decimandi, & possidere decimas: quia incapax. c. causam. quæ & ibi not. Cano. de præscrip. præcipuè Felin. col. j. & ij. dixi in vij. q. j. partis. v. principal. col. xiij. cum multis seq.

Quartus Casus est in tributis & functionibus publicis. l. comperit. C. de præscript. xxx. ann. dixi in j. q. ij. partis. v. princip. colum. xl.

3 Quintus † Casus est in matrimonio contractu cõtra interdictum ecclesiæ: quòd nulla temporis longinquitate defenditur. & sic nulla præsciptio currit contra matrimonium. ca. non debet. circa fi. de consangui. & affini. not. in specie gl. in c. clerici. in ij. parte glo. xvj. q. iij. bene facit tex. not. in l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. per quem dixit Bal. in l. j. col. ij. C. de emanci. lib. quòd nemo pręscribit matrimonium: quia est quid sacrum. Sic & contra votum nulla currit præscrip. xxx iij. q. v. c. quod deo pari. & c. sicut nobis. in fi. de regula. Vnde colligitur generalis conclusio quòd in spiritualibus: & vbi agitur de peccato: & sic in concernentibus animam nulla currit pręscriptio: quia diuturnitas temporis non minuit: sed auget peccatum. vt dicit text. in d. c. non debet. in fi. & in c. fi. de consuetud.

4 Sextus † Casus est in locis publicis iurisgentium, vel alicuius ciuitatis: quæ nõ præscribuntur longo vel longissimo tempore. l. præscript. C. de ope. pub. l. vsucapionem. & l. fi. ff. de vsucapio. Præscribuntur tamen loca publica iure gentiũ, vel etiam deputa

deputata ad vsum publicum spacio tāti temporis, cuius initij. &c. vt dixi in v. parte principa. col. xliiij.

Quam conclusionem limita procedere, quando talia loca sunt deputata ad vsum publicum: vt Platea, aut Via publica: sed non procedit in locis quæ sunt in patrimonio populi. Nam
5 illa bene possunt præscribi. arg. in l. sed & Celsus. §. j. ff. de contrahen. empt. † vbi habetur, quòd duobus modis loca dicuntur publica: videlicet quia aliqua sunt in publico vsu: ex quibus nullus percipitur redditus, vt forū, siue Platea. aliqua vero non sunt in vsu publico: sed in pecunia & redditu populi: vt molendina communia vt ibi dicit gl. vel fundi ciuitatis. & ista dicuntur propriè bona vniuersitatis. & possunt præscribi præscriptione communi, exceptis quatuor casibus. de quibus in l. fi. C. de sacrosanct. eccles. Ita declarat ibi Bald. colum. j. & latè dixi in iij. parte. v. partis princip.

Istam distinctionem locorum publicorum facit etiam text. cum gl. fi. in §. vniuersitatis. & ibi Ioan. Fab. & Aret. instit. de re. diui. & in l. interdum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. & est bo. text. cum gl in l. inter publica. ff. de verb. signi. bene facit tex. in l. quòd in littore ibi. vt ea quæ in patrimonio populi sunt. ff. de
a acquir. ter. domi.[a] Et hanc declarationem seu differentiam inter loca publica: quod ad præscriptionem facit glo. in l. vsucapionem. ff. de vsucap. & in l. j. in gl. fi. C. de præscri. long. temp. Et ratio diuersitatis est: quia loca deputata ad vsum publicum, vt theatrum, & similia nō dicuntur esse in cōmercio: nec possunt transire in dominiū priuati per contractū: & ideo præscribi nō possunt: sed ea quæ sunt in redditu populi seu ciuitatis: dicūtur esse in cōmercio: vt declarat tex. not. in d. l. sed Celsus. in princ. Nam bona reipublicæ: quæ nō sunt ad vsum publicū deputata vēdi possunt, vt ibi probatur, seruata solennitate: de qua in l. fi. C. de vēdi. re. ciui. lib. xj. Vel per habētes ad hoc potestatem ex statuto vel cōsuetudine: vt est tex. no. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clā: & ibi not. Bar. tradens not. cautelā: vt possit tute acquiri res ciuitatis siue cōis. Et no. pulchrè Cepo. plenè de-
6 clarās p̄dicta in trac. ser. vrb. p̄d. sub rub. de ser. vie. col. iij. & iiij.

Septimus † Casus est in curiali, seu obnoxio curiæ: qui à curia non eximitur cursu temporis etiam xl. ann. l. præscrip. C. de præscri. xxx. ann. Et plures alios casus: in quibus præscri. xl. non currit: enumerat gl. magistra in l. fi. in verbo cessante. C. de fun. limita. lib. xj. quam sequitur Bal. in l. j. col. ij. C. de annal. except. dicens. & not. omnes illos casus: quia verum dicit.

Octauus

7 Octauus. † Casus est, contra autoritatem & iura ecclesiasticæ disciplinæ.c.cùm inter. de consuetu. lib.vj.not.Feli.in c. accedentes.col.iiij.in v.fallen.de præscript. licet eo casu valeret priuilegium.c.vt priuilegia.& ibi not.Ioan.And.de priui.& pariter contra priuilegia libertatis, & immunitatis ecclesiasticæ, & statuta generalia: quibus ecclesia regitur: nulla vnquam currit præscriptio. sed perpetuo inuiolata permanent. glo.not.in d.c.accedentes. in glo.j.circa prin.de priuileg.

8 Nonus. † Casus est in dignitate episcopali: quæ non præscribitur contra ciuitatem: licet per mille annos non habuerit episcopum: si semel habuit: dummodò limes diocæsis probari possit. gl.not.in c.Felix. xvj.q.j.

Decimus Casus est in confinibus, seu limitibus parochiarum, siue ecclesiarum: qui non præscribuntur.c.super eo extra de paro.& c.quicunque.& ibi bona gl.xvj.q.iij.not.gl.fi.& omnes cano.in c.quia iudicante.de præscript.& ibi Felin.colum. ij.versic.attende.circa glos.fi.qui tradit doctri.post do. Cardin. ex mente glos.in d.c.quicunque.quòd fines prædiorum etiam ecclesiæ sunt præscriptibiles: & tantomagis priuati: quia ius non resistit concurrentibus: tamen legitimo temporis spacio, & aliis extremis requisitis: & ita procedit text.in dicto c.quia iudicante.Fines.autem parochiarum: diocæsum: prouinciarum, & regionum & pariter ciuitatum, & locorum & similes præscribi non possunt: si de ipsis constat.d.ca.super eo.& d.c.quicunque.Si vero de ipsis non constat: præscribi possunt: vt solum proprium: quinimo etiam si de eis constat: præscribi possunt iure proprietatis: non iure finium: & sic limes manens, limes non præscribitur: imo quàm cito præscriptus est: desinit esse limes: secundum glos.in d.c.quicunque.in fine.& hoc procedit concurrente bona fide. quia dato quod alias constaret, quòd esset limes: id tamen ignorabat qui præscripsit.alias data scientia & mala fide præscribentis: non posset præscribere.c.fi. de præscript.Et ratio quare fines publici vt prouinciarum: parochiarum: regionum & huiusmodi nõ præscribuntur: est propter confusionem vitandam.vt dicit text.in d.c.quicunque.De qua materia dic vt latius per Panor.& Feli.in d.c quia iudicante.post glos.& alios.

Amplia prædictam conclusionem: vt etiã procedat in limitibus regnorum, seu dominiorum secularium, vt ducatus.& comitatus: quia tales limites non præscribuntur.l.agros.C.de fund.limit.lib.xj.not.Panor.in c.super eo.ad fi.de paro.& consi. lxxj.

lxxj.quidam clericus.ij. volu.

Limita prædictam conclusionem:vt per d.Franciscum Cur. consil.lvj.super eo quòd ab ordine.col.xj.ad fin.vbi concludit, quòd fines & limites episcopatuum præscribũtur spacio tanti temporis : cuius initij.&c. quia præscriptio tãti temporis nunquàm censetur exclusa:vt plenè dixi in ix.quęstio.vltimæ partis quintæ principa.

Vndecimus. Casus est in his,quæ sunt meræ facultatis per l. viã publicã.ff.de vi.pu.& plenè dixi in iiij.parte v.partis princ.

Duódecimus. Casus est in iure offerendi:& in implemento cõditionis potestatiuæ.vt per Bar.in l.pignori.ff. de pig.& dixi plenè vbi s̃.in ij.q.no.practi.Papi.in forma respõsio.rei cõuen. in verbo, præscriptionis.col.x.in xxvj.casu.ꝙ dicit esse notandum pro illis, qui sæpe promittũt rem aliquam vendere certò pretio nullo determinato tempore,quasi dicat, quòd tali conditioni potestatiuæ seu facultati,& sic promissioni de vendẽdo nullo tẽpore præscribitur.de quo latè dixi in iiij. parte.v.prin. in iij.q. vbi conclusi , quòd promissio de vendendo seu retrouendendo præscribitur triginta annis secundum veram opin.

9 Tertiusdecimus. † Casus est in re sacra , religiosa, homine libero. & regulariter in omni re , cuius commercium non habetur.text.est in l.vsucapionem. ff.de vsuca. & illæ res dicuntur non esse in commercio quæ non possunt transire in dominium priuatæ personæ per aliquem contractum. vt sunt illæ quas enumerat ibi text.& declarat text.in l.sed Celsus.in prin. ff.de contrahen.emp.& Pau.de Cast.in d.l.vsucapionem.Et ratio est elegans. Quia præscriptiones sunt inuentæ.vt ius creatum in alium transferant:non vt ius nouum inducant. Ita eleganter no.gl.in c.si diligenti.de præscri.quod idem est dicere, quòd præscriptiones sunt inductæ : vt aliorum iura & dominia:quæ in rebus habentur:præscriptionibus mediantibus acquirantur:& in præscribentẽ transferantur:vt l. traditionibus. C.de pact. sed nullum ius habet quisquàm in libero homine, imò nec ipse in seipso.l.liber homo.in princ. ff.ad l. Aquiliam. ergo.&c.Et idem in rebus sacris, & similibus.§.sacræ.instit.de ter.diui. istam rationem assignat Sali. in l. fin.circa med. C.de præscrip.long.temp. quæ pro liber.

Potest etiam assignari ratio,quia talia possideri nõ possunt. l.qui vniuersas.ff. de acquir.poss. ergo nec præscribi.l.sine possessione.ff.de vsuca.

Et circa hoc tradit Bald.duas not.regulas in rub.de præscri.

colum.fina. versi. item scias: quas retuli in fine huius.j.partis. Et dicit Bar.in l.j.per illum text.ff.de mor.infect.quòd res quę sui priuilegio præscribi non potest: non præscribitur spacio. xxx.vel lx.ann. ab eo, qui titulo caret.

Et adde, quòd talia non præscribuntur: etiam per tempus, cuius initij. &c. ex quo lex afficit rem: secundùm Bald. in l. omnes.C.de præscrip.xx.ann. Et plenè declarat Feli.in c.accedentes. colum.iiij.circa fin. & sequen.versiculo fallit tertio.de præscriptio.

a Quartusdecimus. Casus est in re data præsidi contra legem Iuliam repetundarum.l.quòd contra.ff.ad l.Iul. repetun.

Quintusdecimus. Casus est in re pupilli, quæ non vsucapitur triennio: nec præscribitur longo tempore.l. bonæ fidei.ff. de acqui.rer.do. Idem in re adulti durante minori ætate.l. non est.C.qui.non ob.lon. temp.præscri.de quo: qualiter: & quando præscriptio currat contra pupillum, & minorem tam in personali quàm in reali: dicetur plenius.j̃. in xxiij.casu: dic vt ibi.

10 Sextusdecimus.†Casus est in fundo dotali: qui nõ potest præscribi longo tẽpore: sed si fuerit iam inchoata prę scriptio: licet superueniat qualitas dotis, non interrũpitur. casus est no.in l.si fundum.ff.de fun. dota.dixi in v.parte v. partis princi.l.iiij.qu.

De qua materia: an & quãdo currat præscriptio contra maritum vel mulierem in rebus dotalibus, vel in dote: b scribit pulchrè.d.Bal.nouel.in suo trac.de dote.in vij.parte.col.ij.& v. vbi concludit, quòd contra mulierem nulla currit præscriptio in dote seu in rebus dotalibus, constante matrimonio: seu donec vir incipiat vergere ad inopiam. & sic quousque est impedita agere per casum. in l.in rebus.§.omnis.C.de iur.do.

Dicit etiam quòd hodie constante matrimonio non currit aliqua præscriptio contra virum in re dotali. cùm indistinctè prohibeatur alienatio. quàm conclusionem limitat procedere in præscriptione longi temporis. sed benè locum habebit faltem præscriptio longissimi temporis maximè. xl. annorũ. per quàm indistinctè præscribitur hodiè omni iuri. l. omnes. in fi. C.de præscrip.xxx.ann.& fortè sufficeret secundùm eum præscriptio triginta anno.per l.sicut.eod.tit. quia præscriptio longissimi temporis de iure digestorum erat incognita. vt dixit glo.in l.qui occidit.§ j.ff.ad l.Aquil.cùm concor. vnde res quæ olim erãt inusucapibiles: efficiuntur præscriptibiles dicta præscriptione longissimi temporis, vt erant res furtiuæ: res fisci: & quæ erant in patrimonio Cæsaris, & similes. & ideo idem videtur

detur dicendum in rebus dotalibus, vt prohibitio præscriptionis inducta à lege: ex quo sunt inalienabiles. d.l. vbi lex. & l. alienationis.ff.de verb. significat. non se extendat ad præscriptionem longissimi temporis inducta à iure Codicis, & maximè.xl.annorum per.d.l.omnes. in fi.& ita refert tenere Imo. in c.cùm non liceat. de præscriptio. licet dicat in contrarium facere not.per Ange.in d.l.omnes.& tandem se resoluit, quòd opinio Ioan.de Imo. procedat quando tractaretur de præscribendo contra ipsum maritum: ex quo sibi non denegatur potentia agendi & recuperandi res dotales: secus in muliere quæ interim est impedita agere constãte matrimonio.vt l.in rebus. §.omnis. C.de iur. dot. & ideo licet soluto matrimonio adhuc fundus duret dotalis, donec mulier ipsum recuperet, & sic interim non possit alienari.vt l.etiam.& l.iij.in fi.cùm sua glo.ff. de fun.do. Tamen tunc contra mulierem curreret dicta præscriptio longissimi temporis. licet non curreret ante solutum matrimonium: ex quo matrimonio soluto non est mulier impedita agere & sic etiam potest dici, quòd si vir vergit ad inopiam, & sic potest mulier agere ad dotem; secundùm quòd habetur in l. si constante. ff. soluto matrimonio. & in l.vbi adhuc.C.de iure do. extunc contra mulierem inciperet currere dicta præscriptio longissimi temporis: vt etiam hoc videtur probari in dicto §. omnis. aliàs viro non vergente ad inopiam etiam si matrimonium duraret per centum annos, contra mulierem nulla curreret præscriptio etiam longissimi temporis, cùm sit impedita agere. facit. lege prima in fine. C. de annal. exceptio.

11 † Et ideo potest inferri, quòd etiam dato, quòd dos ecclesiæ à principio sibi constituta sit inalienabilis: tamen quia contra ecclesiam admittitur præscriptio longissimi temporis, videlicet, xl.annorum, vt habetur.in authẽ.quas actiones.C.de sa. san.eccl. & in c.de quarta. de præscrip. cùm simi.nihilominus fundus dotalis ecclesiæ præscriberetur dicto longissimo spacio, sicut præscriberetur dos mulieris dicto spacio longissimo: quando mulier potuisset agere.ita dicit præfatus.d.Bal. nouel. in præal.tract.de dote, qui refert sic fuisse conclusum per collegium Perusinum in fauorem communitatis Interanensis.

Decimusseptimus.Casus est in re prohibita alienari per testatorem, vel per legem, aut pacto contrahentium, de quo dixi in v.parte.v.princip.q.iiij.col.lxix.& seq.

Decimusoctauus. Casus est in re fisci, quæ non vsucapitur

triennio, nec præſcribitur longo tempore. §.res fiſci.inſtit. de vſuca.Sed bene pręſcribitur ſpacio longiſſimi temporis.xl.an. vt dicit ibi gloſ.per l.omnes. C.de præſcript.xxx. ann. & plenè dictum eſt in v.partæ quintæ partis princi. vbi latè tractaui de præſcri.fiſ.

12 Decimuſnonus. † Caſus eſt in re affecta vitio reali: vt violenta, vel furtiua quæ non vſucapitur: vel præſcribitur vſucapione triēnij, vel præſcriptione longi tēporis.§. ſed aliquando. & §.furtiuæ.inſti.de vſuca. Sed benè præſcribitur ſpacio. xxx. an.vt ibi dicit gl.per l.j.§.ad hæc.C.de anna.except.nam tanto tempore purgatur vitium.& plenè dictū fuit in ij.parte.iij.partis princ.colum.xlj.

Et quæ res poſſint præſcribi, & quæ non? vide per Hoſtien. in ſumma. de præſcrip.in §.quæ non.col.ij.iij.& iiij. & per Alb. in dictionario in verbo.præſcript.ver.quæ res.

Sed eſt notandū quòd in prædictis caſibus à decimoquarto incluſiuè quamuis non præſcribatur communi ſpacio: videlicet triennio in mobilibus:& decem: viginti, aut xxx.an.in immobilibus:tamen regulariter præſcribitur ſpacio.lx.ann.caſus eſt in l.omnes.C.de præſçrip.xxx. vel lx.ann. niſi ſpecialiter ſit prouiſum in lege, quòd nulla currat præſcriptio. Quia tunc non ſufficit curſus.lx.an.vt declarant Bal.& Ang.in d.l.omnes. circa fin.vbi dant iſtud pro regula:& enumerant plures caſus, in quibus lex ſpecialiter prouidet, quòd nulla currat præſcriptio, quos colligit gloſ.magiſtra.in l.fin.C.de fun.limit.lib.xj. quàm referunt ita tenere.

13 † Sufficeret tamen tunc ſecundùm eos curſus cèntum ann. ſaluo in his rebus, quæ prohibentur præſcribi: quia non ſunt in cōmercio, vt in re ſacra; libero homine. & ſimilibus de quibus in l.vſucapionem.ff.de vſucap.Nam talia non præſcribuntur etiam millæ annis.vt dicit gloſ.loquens de libero homine. in l.fi.C.de præſcri.long.temp.quæ pro libe.& in l.ij.C.de inge. manu.& latè firmat Sali.in d.l.fin.vbi concludit, quòd libertas liberi hominis non præſcribitur aliquo temporis ſpacio etiam interueniēte titulo, quia nullus titulus poteſt interuenire, qui iuſtus dicatur ad præſcriptionem rei quæ non poteſt eſſe ſub dominio alicuius, vt eſt liber homo.l.inter ſtipulantem. §. ſacram.ff.de verb.oblig.per quàm rationem ſic firmat gloſ.in l. ſola.ff.de mor. inferen.ſecundùm Sali. ibi latius comprobantem: & dixi plenè in vj.q.ij.partis.iiij.princip.

Idem in his quæ ſunt in vſu publico: vt via publica. l.viam

publ

publicam. ff. de via publ. quia ista nullo tempore præscribuntur secundùm Bald. & Angel. in d.l. omnes. circa fin. quorum verba refert & sequitur Ioannes de Platea.in l. si quis decurio. la iij. C.de decurio. libr. x. Sed non puto quòd bene dicant, quo ad istud vltimum, quia loca publica & iurisgentium præscribuntur spacio tanti temporis, cuius initij. &c. vt tenent Angelus & Paulus de Castro. in l. fina. ff.de vsucapio. & plenè dixi in quarta parte.quintę partis princi.in vj.quęstio.col.lxiij. cùm tribus sequen.

Et facit: quia tanto tempore præscribuntur etiam regalia, & reseruata principi, eo quòd tantùm tempus habet vim priuilegij.c.super quibusdam.§.præterea.de verb. sign.

Et de hoc quando lex vel statutum tollit, vel prohibet præscriptionem, quæ præscriptio: & cuius temporis censeatur esse sublata? dic vt plenè dixi in quinta parte quintæ partis principa.in ix.q.in lxxvj.col. cùm duabus sequentibus.

14 Vigesimus. † Casus est in dote restituēda: contra quàm non currit aliqua præscriptio durante matrimonio: sed incipit currere eo soluto: vel postquàm maritus cœpit vergere ad inopiam.casus est in l.in rebus. §.omnis.C.de iure dot. & ibi Bald. latè declarat.& vide Paul.de Cast.consi.cccclxiiij.in casu præmisso in antiq.& dixi plenè.suprà in xvj.casu.

15 Vigesimusprimus. † Casus est in filiofamiliàs contra quem durante patria potestate non currit præscriptio super bonis aduenticij: quorum patri quæritur vsusfructus.vt si pater vendat rem aduentitiam filij: quia donec viuit pater, vel durat patria potestas præscriptio non currit contrà filium, cùm non valeat agere.l.j.in fi.& auth.nisi tricennale.& ibi no.Bald.C.de bo.mater.& l.quæcunque.§.fi.C.de bon.quæ liber. Not.Feli.in c.j.col.pe.de præscrip.

Et vltrà eum addo.Bald.l.j.in xxj.oppo.C.qui admi.vbi assignat rationem.

Amplia istam conclusionem, vt procedat etiam si statutum vniuersaliter disponat, quòd omnibus currat præscriptio, qui sua debita non exegerint infrà.x.annos.Adhuc enim non currit præscriptio contra filiumfamilias. Quia regula quæ habet quòd impedito nō currit præscriptio.d.l.j.in fi. C.de bo.mater. & l.j.in fi.C.de anna.excep.est regula naturalis. Quia vbi non est negligentia: ibi non debet esse pœna.Et ideo locum habet etiam in statutis.Ita tenet no.Bald.in d.authen.nisi tricennale: quem refert & sequitur Petrus de Ancha. in repet.c.canonum

ſtatuta.in xij.q.verſi.occurrunt aliæ quæſtiones.de conſtit.

Amplia ſecundò, vt procedat etiam ſi præſcriptio ſit inchoata:quia nō currit contra filiumfamilias ſecundum Panor.in c. ex tranſmiſſa.col.pe.de præſcript.

Limita prædictam concluſionem:vt non procedat in re, cuius patri nō quæritur vſusfructus: ex quo filiusfamilias potuit agere:& cogere patrem:vt conſenſum præſtet. Ideo ſibi currit præſcriptio,ita no.determinat Barto.in l.iij.§.vſuras.ff.de contra.iud.tutel.

16 Vigeſimuſſecundus † Caſus eſt in rebus ſub conditione debitis:vel obligationibus ſub conditione contractis : in quibus

e præſcriptio non currit antè conditionis euentum. [c] l.cum notiſſimi.§.illud.C.de præſcript.xxx.anno.Nam præſcriptio non currit antequàm incipiat actio competere.l.ſicut.in fin.prin.C. de præſcriptio.triginta annorum.

Et hos duos vltimos caſus not.ibi gloſ.magna ſuper verbo ſeruanda.quæ etiam not.aliquos alios caſus,in quibus præſcriptio non currit:ſiue non inchoatur.

Et ratio eſt in his tribus caſibus.ſuprà proximè relatis.vt dicit illa gloſ.quia actor agere non poteſt. Vnde ſuccedit regula,quòd non valenti agere non currit præſcriptio.d.l.j.in fi.C. de anna.except.

Hinc eſt.Quod ante aditam hæreditatem nō currit præſcriptio legatariis in re legata : tertiò poſſidente: ex quo ante non eſt orta actio:ſecundum Bald.in l.j.colum.iij.verſicu.quæro an ante aditam.C.com.de lega.& ſequitur Corne.conſi.xcvij.latè & diffusè.ij.colum.ij.volu.

Ex hac regula infertur ad arduam.q.† Vtrum impedito impedimento iuris,vel facti currat præſcriptio.& nunquid impedimētum tollit præſcriptionem inchoatam , vel inchoandam?

Quam.q.latè examinat Barto.in l.ſenatus.ff.de offic.præſid. circa med.commen.vbi refert diſtinctionem Guli. de Cun.ſic diſtinguentis,quod aut quis eſt impeditus impedimēto iuris: aut impedimento facti.

Primò caſu aut impedimentum ſuperuenit antè actionem

d competentem:aut poſt : Si antè [d] non valenti agere non currit præſcriptio.d.l j.in fin.C.de anna.excep.Si verò poſt actionem competentem ſuperueniat impedimētum,tunc currit præſcriptio:ſed datur reſtitutio:vt in caſu.d.l.Senatus.

Secundò caſu principali: quando quis eſt impeditus impedimento facti,ſubdiſtinguit Bar.poſt Guli.quòd aut impedimentum

tum est iustum:& prescriptio currit:sed datur restitutio.per l.& Attilicinus.ff.de serui.rusti.præd.Si verò non est iustum impedimentum:tunc præscriptio currit: nec datur restitutio.l.ij.§.si quis tamen.ff.si quis cau.

Hanc dist.Guli.de Cu.tenet Bart.in d.l.senatus.& defendat ab impugnationibus Iaco.But.respondendo ad illum tex.& ad text.in l.fi.§.donec.C.de iur.delib.quos tex.in contrariũ adducit ipse Iac.

Et istam distinctio.refert Panor.c.ex transmissa.post But.ibi: qui transit cum Barto.de præscript.

Refert etiam aliã distinctionem Iaco.Butr.quam ponit Bar. in d.l.senatus.

Et tandem ipse Panor.aliter distinguit, quòd aut quis directè impeditur:siue inhabilitatur à iure ad agendum:& ipso facto durante impedimento impeditur præscriptio:siue impedimentum acciderit à principio: siue post præscriptioné inchoatam.Exemplum secundum cum in filiofamilias:durãte patria potestate.d.l.j.C.de anna.excep.in fi.& in muliere durante matrimonio:quo ad dotem.d.l.in rebus.§.omnis.Aut directè quis non inhabilitatur ad agendum : sed extrinsecus venit impedimentum:& tunc licet illud sit impedimentum iuris,seu iuridicum,currit præscriptio:sed datur restitutio.Exẽplum , in feriis repentinis:vel si stetit per iudicem,vt probatur in l.sed & si per prætorem.in prin.& in §.sed & si feriæ.ff.ex quib.cau.maio.

Et hoc verum secundum Panor.nisi vbi contrarium in iure reperitur expressum:scilicet quòd præscriptio non currat:quia tunc seruandum est illud ius expressum.

Et hanc distinctionem Panor.sequitur Feli.in d.c.ex transmissa.col.vlti.vbi refert aliam doctr.Bald.& Ange.in l.sicut.ad fi.C.de præscript.xxx.anno.sententium secundum eum breuẽ conclusionem:quòd impedito agere de iure non currit præscriptio per l.primam.ff.de diuer.& tempo.præscript. Sed impedito agere de facto bene currit:salua restitutione.d.l. & Attilicinus.nisi contrarium reperiatur aliquando in iure expressum.Et ibi plures decisiones accumulat Feli.ad propositum.

Vltra quem addo,quod eandem doctrinam tradit Bal.in repet.l.fina.col.xiiij.C.de præscri.long.tempo.vbi dicit,quòd impedimentum iuris impedit præscriptionem inchoari : sed non impedit inchoatam:tamen dabitur ipsi impedito beneficiũ restitutionis:& Alex.in l.fina.§.donec.circa med.C.de iur.delibe

18 † Et quot modis dicatur quis nõ posse agere [c] docet pulchrè,

Bald.in d.l.in rebus.col.ij.post med.C.de iur.dot.colligens sex modos: & dixit not.Bald.in l.sicut.col.j.C.de præscri.xxx.ann. & quòd sufficit actionem de iure incæpisse competere. vnde impedimentum superueniens non attenditur:dicens hoc esse not.pro limitatione.l.j.ff.de diuer.& tempo.præscript.& l.& Attilicinus.ff.de serui.rust.præd.

Dicit etiam ibi circa princip.quòd si creditor cum debitore paciscitur non petere vsque ad annos quinquaginta, lapsis eis agi poterit:quia non habuit experiendi potentiã: durante conuentionali dilatione:dicens esse casum de hoc in l.iij.§.penult. ff.de præca.

Et ad materiam vide per do.Pet.Phil.Corne.consi.excj.satis scrupulosa.ij.col.iij.vol.& per Pau.de Cast.consi.ccxc.visis his col.v.& consi.seq.in anti.vbi quid: si impedimẽtum interuenit ante vel post cæptam præscriptionem: & consi.ccxcvij.visis & ponderatis. vbi concludit quod præscriptio currit in actione personali contra absentem,impeditum, & ignorantem.

Et an præscriptio currat contra impeditum vide?per Barbatiam cõsi.viij.scribitur præclarè.col.iij.versi.venio nunc ad secundum.& consi.xlj.illud afferam.col.xv.vers.& si quispiam.j. volu.& Bald.in repet.l.fina. col.xiiij.C.de præscript.long.temp. vbi concludit quòd præscriptio.xx.& xxx.ann.currit in effectu contra absentem à loco ex voluntaria causa, vel necessaria & probabili.

Sed primò casu non datur restitutio.

Secundò verò casu bene datur propter fauorem iustè absentiæ & necessariæ:vbi non est absens ex delicto:nec sui culpa.& do.Petr.Phil.Corne.prçalleg.consi.cxcj.satis scrupulosa.ij.col. iij.volu.vbi firmat quòd cursus præscriptionis non impeditur impedimento facti.

19 † Amplia primò prædictam regulam: quæ habet,quòd non valenti agere non currit præscriptio: vt procedat:nedũ in præscriptione iuris communis:sed etiam in præscriptione statutaria : quia in his casibus,in quibus præscriptio iuris communis non currit de iure communi contra impeditum agere:non currit etiam præscriptio statutaria.Ita not.consuluit Panor.consi. cxvij.quidã Ioannes de Señ.j.volu.Sequitur Fel.in d.c.ex trãsmissa.col.vlti.

Vltra quem addo Bal.in auth.nisi tricennale.circa prin.C.de bo.mater.vbi not.dicit quòd illa regula, quòd impedito agere non currit pręscriptio:est regula naturalis:quia vbi non est negligentia:

gligentia:non debet esse pœna:ideo locum habet etiam in statutis.quod dictũ retuli suprà.in xxj.casu.& Bal.in l.fi.§.donec. C.de iur.delibe.bene facit quod no.Bal.in l.in contractibus in prin.C.de non nume.pec.per illum tex.vbi dicit,quòd præscriptio statutaria subrogatur loco prescriptionis iuris communis. & eius naturam imitatur.& idem dixit Bald.in l.fina.C.de tẽp. in integ.resti.peten.cum concor.adduct.per Feli.in c.illud.col. ij.de præscript.

20 † Amplia secundò prædictam regulam, quòd sicut non valenti agere nõ currit præscriptio:ita nec illi, qui si ageret repelleretur exceptione.Ita consuluit Petr.de Anch.consi.v.pro parte nobilis.vltra med.Refert & sequitur Fel.in d.c.ex transmissa.col.vlt.vbi dat exẽplum.& adducit plura loca:in quibus traditur de hac materia.

Et vide omnino Bal.in l.j.in xxj.oppo.cum tribus seq.C.qui admi.vbi etiam tangit: an & quando currat præscriptio ignoranti: f & an restituatur. Et per Ias.in §.rursus.col.vij.in antiq. impræs.& col.v.& vj.in noua.insti.de act.

21 † Et not.quòd tempus siue prescriptio appellandi cœpta contra defunctum:quia sciuit sententiam latam : non currit cõtra hæredem ignorantem : nec eo deliberante:nec hæreditate iacente.Ita no.gl.& doct.in l.fin.C.si penden.appel.mors interue.

Amplia tertiò istam regulam,quòd impedito impedimento iuris non currit præscriptio : etiam si tale impedimentum processerit culpa, seu facto impediti,casus est:quem omnes dicũt singularem in c.quia diuersitatem.de conces.præben.

Et quàmuis Ias.in d.§.rursus.intelligat illum text loqui de impedimento facti.& Alex.consi.l ,.viso & perlecto.circa fi. v.volu.vbi dicit,quòd per illum text.limitatur regula:quæ habet,quòd impedito impedimento facti currit præscriptio : sed restituitur:si impedimentum est iustum : si vero impedimentũ non est iustum:tunc præscriptio currit & non datur restitutio, vt non procedat de iure canonico: quia impedito impedimento facti non currit præscriptio:quamuis impedimentum sit iniustum,& processerit culpa sua,& pro hoc dicit esse casum singularem in d.c.quia diuersitatem:quem vt ipse refert:& põderat Io.de Ana.& plus non dicit.Tamen glos.& omnes Cano.in d.c.quia diuersitatem.& Feli.in c.cum inter.col.x.versicu.limita secundo.de except.intelligunt, quòd loquatur de impedito impedimento iuris, quia loquitur de prælato impedito confer te beneficia per sententiam suspensionis: quæ propter eius cul

pam in eum latam fuerat, quòd donec durat suspensio sibi non currit tempus conferendi statutum in concilio generali.

22 † Primò limita prædictam ampliationem, seu conclusioné. & text. in d. c. quia diuersitatem. procedere quando illud impedimentum non prouenit ex facto impediti ad hoc tendente. & ita propriè loquitur ille text. alias autem impedimentum procedat ex facto impediti ad hoc ordinato, siue ad id tendente non releuat: nec impedit temporis cursum, ita pulchrè declarat: & limitat Roma. consi. ix. quòd pars &c. sequitur Feli. in c. j. col. v. versi. sed dum Abb. de præscript. vbi dicit quòd culpa non nocet: ex qua prouenit impedimentum: quod non fuit ad hoc ordinata: per gl. in c. statutum. §. cum vero. in verbo non audés. de rescript. in vj. & per no. per Bar. & doct. in l. ij. §. fina. ff. si quis cau. refert. do. Claud Aquen. in l. naturaliter. colum. vij. versicu. successiuè quærit. ff. de vsucap. dicens benefacere. gloss. in c. no pro defectu. de elect.

23 † Secundò limita: vt non procedat: quando impeditus potuit remouere tale impedimentum: & fuit negligens in remouendo: quia tunc sibi currit tempus: g vt per Roma. in præallega. consi. ix. & Feli. in dicto c. cum inter. colum. x. versic. vtrum excommunicatus. de except. Et est bona glos. in dicto c. quia diuersitatem. in verbo suspensionis. & ibi no. Butr. & Panor. circa fin. commen. dicentes, quòd quando excommunicatus, vel suspensus est negligens in petenda absolutione, vel relaxatione, quòd sibi currit tempus: licet non potuerit agere: nec restituitur: quia paria sunt: quẽ non fuisse impeditum: vel potuisse impedimentum tollere. c. fina. cum ibi not. de elect. qui enim potest facere, vt possit: iam videtur posse. l. qui potest. ff. de reg. iur. Hinc dixit Bald. in c. j. in fi. de præscript. quòd præscriptio currit excommunicato: quàmuis non potuerit agere: si potuit petere absolutionem. & non curauit. & dicit idem Bald. in l. sed & si per prætorem. §. j. per illum text. ff. ex quib. cau. ma. quòd non dicitur impeditus: qui facile potuit impedimẽtum remouere. Hanc limitationem comprobat per plura Feli. in d. c. ex transmissa. col. j.

24 † Nunquid autem excommunicato currat præscriptio: tangunt Bald. Panormi. & Feli. in d. c. j. de præscript. vbi Feli. col. v. concludit quòd excommunicato etiam iustè non currit præscriptio: si nõ fuit in mora petẽdi absolutionem. per text. in d. c. quia diuersitatem. contra Pan. ibi tenentem quòd iustè excommunicato præscriptio semper currat: siue sit in mora, siue non.

Et an

Et an excommunicatus possit interrumpere præscriptionem? vide per Panor.in c.cum inter.col.iij.circa princi.de except.

25 † Et per hæc infero, quod non est vera: sed apertè falsa decisio Alex.in præalleg.consil.lviij.in fi.v.volu.decidentis,quod hodie creditori contra tertium possessorem in actione hypothecaria non currit præscriptio,nisi à tempore factæ excussionis:quo fuit principalis debitor excussus & repertus non soluendo.quia vt dicit ipse: ex quo per antea agere non potuit: non debet sibi currere tempus tanquàm impedito impedimento iuris.d.l.j.in fi.de annal.exceptio.

Non obstat secundum Alexã.si dicatur quòd istud processit culpa & negligentia creditoris: qui potuit agere contra debitorem & facere excusionem. Quia istud sibi obiici non potest per text.in d.c.quia diuersitatem.vbi non currit tempus impedito:licet impedimentum sui culpa præcesserit. Nam ista responsio non valet,nec ex illo text.potest sumi fundamentum. Quia vt prædictum est:ille text.non procedit data negligentia impediti: & quando potuit impedimentum remouere. Et ita ibi declarat gloss.super verbo suspitionis: quam omnes sequuntur. Et secundum hunc communem intellectum est ibi casus in oppositum iuncta gloss.

Et sic per præmissa apparet istam decisionem non esse veram.Et eam latius reprobaui.suprà in iiij.parte.princip.colum. xxxij.in vj.conclusio.

Ad quid autem: siue ad quantum tempus detur restitutio impedito? dicetur infrà.

26 † Successiuè pro maiori enucleatione præsentis materiæ & præmissorum quæro de tribus quæstionibus.

Primò quia visum est suprà quòd contra impeditum impedimento facti currit præscriptio: sed datur restitutio: & potest poni exemplum, vtrum prædicta procedant in eo, qui absuit reipublicæ causa: vel in capto ab hostibus: vel impedito alio iusto impedimento:vt in l.j.in princip.& in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib.caus.maio.Quæro:ad quid sit concedenda ista restitutio: posito quòd præscriptio sit pro maiori parte lapsa durante absentia,vel impedimento:& completa in præsentia:seu postquàm cessauit impedimentum.vtrum restitutio sit concedenda ad totum tempus:vel in totum deneganda.an vero sit danda restitutio:vt subducatur tempus absentiç, & impedimenti?

Ista est q.ardua:& in qua fuit magna controuersia inter antiquos

tiquos glossatores, quorum opiniones latè refert glos.in d.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.in gl.magna super verbo restitutionis:& ibi latissimè Bar.per quatuor seu quinque.colum.& eam plenè examinant gl. Bar.& omnes doct.maximè Salic.& Paul.de Cast.in l.quod tempore.C.de restit.milit.& Scriben.in §.rursus.vbi Iaso.col.xv.& xvj.instit.de actio.

Et quàmuis magna sit altercatio inter doct.& Bar.in hoc articulo reperiatur sibi cõtrarius: tamen communis videtur opi. Bulg.vt attestatur Iaso.vbi suprà scilicet, quòd restitutio concedatur : vt subducatur tempus absentiæ vel impedimenti de medio. Et istam esse communem opin.attestatur Bald.in d.l. quod tempore.circa med.commen.& Salicet. ibi dicit quòd opin.Bulga.est vera:& quòd istam tenent doct.& dic vt amplè habetur in locis præalleg.

27 † Secundò quæro : quando incipiat currere tempus petendæ restitutionis : & infrà quantum tempus peti debeat : & ad quantum tempus detur?

Vera est conclusio quòd tempus petẽdæ restitutionis: quod hodie est quadriennium.d.l.superuacuam.C.de temp.in integ. restit.pen.currit à tempore completæ læsionis.cõpleta tamen maiori ætate:vel postquàm cessauit impedimẽtum , & sic finita præscriptione:& non ante currit istud quadriennium secundum Bart.& communiter docto.in d.l.superuacuam.circa fin. commen.vbi Bartol.circa med.quem omnes sequuntur ponit not.doctrinam circa ista tempora , dicens, quòd diuersimode & tripliciter de tempore quæri potest.

Quia interdum quæritur de tempore ad quod debet peti: vel fieri restitutio : & tunc ad tantum tempus quantum fuit illud:in quo fuit læsus propter absentiam : vel impedimentum: & non plus:fit restitutio.d.l.quod tempore.& l.sed si per prætorem.§.sed si feriæ.& §.quoties.ff.ex quib.caus.maior.

28 † Interdum vero quæritur de tẽpore , infrà quod debet peti restitutio in iudicio.& tunc:si læsio sit causata ex cursu temporis,subdistinguit.Aut illud tempus est plus quadriennio:vel tantumdem:& debet peti infrà quadriennium. Aut est minus quadriennio:& tunc debet de necessitate peti restitutio infrà tantum tempus quantum est tempus læsionis: & non vltra.ita tenet gl.in d.§.quotiens.& in l.diuus.ff.de in integ.restitu.titu. generali:& in l.interdum.ff.de minor.& in d.l.ab hostibus.§.& quod simpliciter.& hoc firmat ibi Bart.pen.vel vlti.col.versic. venio ad tertium.

Idem

Idem etiam firmant Bart.Bald. Angel.Salic.& communiter docto.in d.l.superuacuum:& rationem aſignat ibi Salicet.quia tempus infrà quod quis negligit petere reſtitutionē poſt perfectam læſionem & ſublatum impedimentum, corrodit tempus quod erat reſtituendum: & ſic per indirectum excluditur ante quadriennium: idem tenet Salicet.in d.l.quod tempore. col.ij.verſic.ſed nunc quæro.& Paul.de Caſt.col.vlti.poſt gl.ibi

Ex quo inferunt,quòd ſi quis eſt læſus in decem diebus:qui dantur ad appellandum finita minori ætate,debet peti reſtitutio infrà decem dies.& idem ſi eſſet quis læſus in vna die.

Sed inſtantia ſuper hac cauſa reſtitutionis poterit durare quadriennio, dummodo fuerit petita reſtitutio infrà tempus debitum:vt not.glo.in d.l.diuus.ff.de in integ.reſtitut.

Eandem rationem aſſignat Bald.ante Salicet.per alia verba pauciora in d.l.ſuperuacuam:ſcilicet, quia tempus negligentiæ poſtquàm ceſſat impedimentum: abſorbet illud tempus, quod deberet reſtitui.

Si vero quis læditur ex contractu vel quaſi, vel ex ſententia, iſtud tempus eſt vniforme, ſcilicet quadriennium continuum.d.l.ſuperuacuam.

Aliud eſt tempus infrà quod reſtitutio in integrum debet terminari.& illud ſemper eſt vniforme: videlicet, quadriennium:vt ibi,exceptis duobus caſibus, ibi not.per Bar.qui hanc doct.recolligit ex dictis Dyn.& Cy.refert Bar.ibi & ſequuntur communiter doc.& eam recitat Iaſ.in d.§.rurſus.col.xix.& xx.

Fallit in eccleſia:in qua tempus ſemper eſt vniforme, videlicet,quadriennium continuum à tempore læſionis, etiam ſi læſio ſit minus quadriennio,ſecundum Bartol.in d.§.ſed quod ſimpliciter.col.vlti.verſi.venio ad tertium.per tex.in c.j.de reſtit.in integ.lib.vj.ſed eſt melior text.& caſus expreſſus in cle. j.de reſtit.in integ.& ibi plenè not.gl.quæ tenet opi.contra legiſtas etiam in priuatis perſonis, quòd tempus petendæ reſtitutionis ſemper ſit vniforme: & duret quadriennio.Tamē alia opin.eſt communis apud legiſtas:vt prædixi, & dicit ibi gl.ſuper verbo à tempore,quod in hoc differt eccleſia à minore, & à maiore:quia minori currit tempus petendæ reſtitutionis in principio vigeſimiſexti anni:ſcilicet cum factus eſt maior.d.l. ſuperuacuam.maiori autem læſo tēpore abſentiæ currit tempus poſt reuerſionem:& ſic ceſſante impedimēto.d.l.ab hoſtibus.§.fi.ſed in eccleſia ſemper currit à tempore læſionis.vt ibi.

Notandum eſt etiam,quòd illud quadriennium quod datur

ad petendam restitutionem à tempore læsionis vt in d.l.superuacuam.licet sit continuum in progressu, tamẽ est vtile in initio.ideo non currit antequàm quis possit petere, aut probabiliter ignoranti.Vnde si quis staret per centum annos: & probabiliter ignoraret læsionẽ, posset semper.petere restitutionem in integr.Quia tempus petendæ restitutionis non incipit cursum suum,nisi à tempore scientiæ.& sic est vtile ad sui principium:ita dicit singuariter Bal.in l.falsam.C.si ex fal.instr.Paul. de Castr.in l.fi.C.de dolo.refert Ias.in §.rursus.col.xx.in antiq. impres.& col.xvj.in noua.institut.de actio.licet ibi non audeat firmare hoc dictum, & super eo relinquat cogitandũ, dicens esse notabilissimum verbum in actu practico,si est verum, sed non est dubitãdum de hac decisione: quia est vera & communiter approbata.vt plenè scripsi in iiij.parte princip.colum.lxj. versic.& pro præmissorum.

29 Vigesimustertius † casus in quo non currit præscriptio,siue
h non inchoatur,est in pupillo [h] durante pupillari ætate: siue sit pręscriptio longi,siue longissimi tẽporis.xxx.ann.casus est in l. sicut.C.de pręscrip.xxx.ann.contra vero adultos minores.xxv. ann.non currit præscriptio longi temporis decem, vel viginti annorum,vel minoris.sed aduersus eos bene currit pręscriptio longissimi temporis triginta annorum salua restitutionem.l.fi. & ibi plenè not.glo.Barto.& doct.C.in quib.caus.in integrum restitutio.non est necessa.& in l.etiam ei.ff.de minor.

Hinc est,quòd res pupilli, vel adulti non pręscribitur spacio longi temporis.l.bonæ fidei.in princip.ff.de acquirend.rerum dominium. iuncta l. non est ignotum.C.qui.non obstat.longi temporis præscriptio.

Et quæ tempora currant minori: & quæ non: not.glos.magistra.in l.auxilium.in princip.in verbo cessabit.ff.de mino.& Bald.in d.l.non est: vbi ponit intellectum d.l.fi.C.in quib.caus. & glos.in l.si mater.C.de stat.defun. Et pro habenda perfecta & clara doctrina: an & quando tempus siue præscriptio currat contra minorem:quia est materia multum inuoluta, & intrincata ex dictis Bartol. Bald. Angel.Salicet.& Paul.de Castr.in dicta l.fi.C.in quib.caus.in integrum restitutio.quorum nullus tradit perfectam doctrinam: excepto Angel.tradente quatuor doctrinas satis prolixas & confusas.& Bartol.in dicta l.etiam ei.qui tradit satis perfectam & succinctam doctrinam.ff.de minor.& meliorem:quàm faciat in dicta l.fin.facio conclusiones infrascriptas ad quas totam hanc materiam non sine difficultate

ficultate per ordinem reduxi.

30 † Prima conclusio est, quòd terminus seu præscriptio conuentionalis procedens ex contractu defuncti inchoata cum defuncto currit contra minorem, etiam pupillum eius hæredem: sicut cucurrisset contra defunctum sine spe restitutionis: casus est in l.Aemilius.ff.de minor.& in l.quæ à patre.C.de restitutio.milit.not.doctor.in d.l.final.vbi Paul.de Castr.colum. vltim.assignat rationem huius conclusionis.& Bartol.in dicta l.etiam la vltim.colum.j.ff.de minor.dicens quòd præscriptio conuentionalis, seu tempus appositum in contractu currit minori: qui successit maiori: nec datur restitutio: quia sicut non restitueretur aduersus cõtractum celebratum per defunctum maiorem: cui ipse successit.dicta l.quæ à patre.ita nec restituitur aduersus lapsum temporis appositi in dicto contractu.

Et pro hac conclusione, quòd minor non restituatur aduersus præscriptionem conuentionalem: est glos.in l.si cum militaribus.C.de restitutio.milit.quam not. Bald.in ca.j.in princip. colum.ij.in titul.quo tempor.milit.Eandem conclusionem firmat Bartol.in l.ij.C.si aduer.vendi.pignor.

31 † Amplia primò istam conclusionem: vt procedat etiam si præscriptio non fuit inchoata cum defuncto: sed ex contractu defuncti pæscriptio incipit à minore.vt quia post mortẽ eius, qui contraxit euenit conditio apposita in cõtractu.& sic obligatio cessat:& venit in persona minoris hæredis sui: & in ipso hærede minore initium sumpsit.iuxta.l. primã. C.vt actio.ab hæredib. Nam licet isto casu non sit reperire nisi vnum tantum in persona defuncti, scilicet, contractum: cum quo non fuit inchoata pręscriptio ante conditionis euentum.l.cum notissimi. §.illud.C.de præscrip.xxx.anno.Tamen minor nõ restituitur: si præscriptio procedit ex eodem actu, id est, ex conuentione: quia fundamentum suum ex persona defuncti.d.l.quæ à patre. ita not.ampliat & declarat Bal.in d.l.si.C.in quib.caus.

32 † Amplia secundo prædictam cõclusionem: vt procedat nedum in tempore, seu præscriptione conuentionali: sed etiam in tẽpore seu termino apposito in vltima voluntate: quia tempus appositum à testatore currit minori: licet restituatur in integrum:& in hoc differt à præscriptione conuentionali aduersus quam minor non restituitur: vt prędixi. Casus.est in l.iij.§.si hæres.ff.de min.no. Bar.in d.l.fi.col.vlt. Amplia tertio istã conclusionem: vt procedat nedum contra adultũ & pupillum: sed etiam contra nondum natum existentem in vtero: quia contra

ipsum

ipsum currit præscriptio conuentionalis secundum gl. Bart. in d.l. etiam ei. col. j. in j. oppo. ff. de mino.

Primò limita istam cõclusionem: vt procedat, quando nihil est gestum cum minore: quia tunc non restituitur minor aduersus præscriptionem conuentionalem. Secus si aliquid fuerit gestum cum eo. nam tũc datur restitut. tex. est in d.l. Aemilius. & ibi declarat Bar. vltra med. commen. in ij. oppo. & latius in d.l. si. in ij. col. C. in quib. caus. puta, si minor fuit interpellatus ex contractu defuncti, & constitutus in mora: quia tunc restitutio causatur ex eo quod fuit gestum cum minore. vt in casu. d.l. Aemilius. & per Bar. vbi suprà.

Secundò limita: quia licet minor non restituatur aduersus præscriptionem conuentionalem, quãdo nihil est gestum cum eo ex edicto de minoribus, quod requirit aliquid esse gestum cum minore, vt detur restitut. l. j. & per totum. ff. de mino. potest tamen petere restitutionẽ in integrum aduersus præscriptionem conuentionalem procedentem ex pacto defuncti, ex capite ignorantiæ, & ex generali clausula: si qua mihi iusta causa. &c. de qua in l. j. in prin. & in §. j. & in l. iij. §. hæc clausula. ff. ex qui. cau. ma. quia ex quo successit in ius alterius probabilem habet ignorantiæ causam. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & sic nedum minori: sed etiam maior restitueretur ex hoc capite iustæ ignorãtiæ. ita limitat & declarat not. Bar. in d.l. Aemilius: post med. commen. in ij. oppo. Mouetur ex not. per glo. & doct. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb. obli. vbi habetur, quòd hæres etiam maior restituitur ex capite ignorantiæ aduersus pœnam, & caducitatem procedentem ex contractu celebrato cùm defuncto propter lapsum temporis. vt in hærede emphiteotæ qui non soluit canonem per triennium: quia ignorauit rem emphyteoticam. De quo per Alex. consi. lxj. viso processu. ij. col. j. volu. & per Ias. in tract. iur. emphy. col. xcj.

Tertiò limita vt prædicta conclusio non procedat quo ad restitutionem in præscriptione testamentaria: quia licet currat prout conuentionalis etiam contra pupillum: tamen datur restitutio, vt dixi in j. ampliatione.

33 † Secunda principalis conclusio est, quòd præscriptio legalis inchoata cum defuncto currit contra minorem etiam pupillũ:
i sed datur restitutio: casus est in l. j. C. si aduersus vsuca.

Amplia vt procedat etiam contra nondum natum existenté in vtero: cõtra quem currit & completur præscriptio inchoata cum defuncto, sed restituitur. casus est in d.l. etiam ei. & ibi no. glo. &

glo.& Bart.ff.de mino.

Fallit in præscriptione.xxx.an.quæ ipso iure non currit contra pupillum durante tempore pupillaris ætatis,licet inchoata cùm defuncto:sed interim dormit.Contra adultum verò bene currit:sed restituitur.casus est in d.l.sicut.C.de præscri.xxx.an. & ita declarat ibi Bal.in fi.j.col.dicens, quòd præscriptio. xxx. anno. incipiens à prædecessore continuatur contra minorem succedētem, excepto tempore pupillaris ætatis secundũ Cyn. & Bal.in d.l.fi.ad idem allegans gl.in §.si verò expectet.in verbo alia.in authen.de resti.

Subdit Bal.in d.l.sicut.col.ij.quòd præscriptio.xxx.an.currit contra mulierem,contra absentē,contra militem,contra ignorantem ius.& contra ignorantem factum.

Sola igitur pupillaris ætas excluditur. Non autem tempus furoris.quia illud est incertum quantum duret: quia interruptio pertinet ad solicitudinem curatoris.

Sed de hoc vltimo dic vt infrà.in xxv. casu.

34 †Et dicit idem Bal.in l.cùm notissimi.in prin.col.j.C.de præscrip.xxx.an.quòd in omni præscriptione longissimi temporis ætas pupillaris subrahitur de medio.

Idem secũdùm eum in præscriptione inducta per statutum. licet sit secus in præscriptione longi temporis: quia aduersus eum currit: sed restituitur. Ex præmissis facio conclusionem ꝙ quælibet prescriptio cœpta in persona maioris currit contra minorem eius hæredem etiam pupillum, & existētem in vtero,excepta sola præscriptione.xxx. anno.quia tanquàm odiosa dormit in pupillo.Hanc conclusionem facit gl.not. in l.j.in gl. vnica magna.ad fi.C.si aduer.vsuca. Et eam tenent cōmuniter doc.vt attestatur Bar.in d.l.fi.in prin.ij.col.in pe.opp.super tex. C.in qui.cau.per text.not.in l.si fundus.ff.de fun.dota.qui probat quòd defectus,vel priuilegium superueniens non impedit præscriptionem iam inchoatam.

Eandem conclusionem firmant glo.& Bar.in l.etiam ei.ff.de mino.Ange.Sali.& Pau.de Cast.in l.si intra. C.de non nu.pecu.

35 †Et ex his habetur intellectus ad d.l.fi.C.in qui.cau.in integ. resti.non est neces.quia illa.l.disponens ꝙ minor seruatur ipso iure illæsus : ita quòd sibi non currit præscriptio : nec indiget restitutione:procedit vbi quis vult inchoare præscriptionem à persona minoris:tunc enim præscriptio legalis non currit contra minorem:secus quando præscriptio fuit inchoata cùm defuncto:quia tunc currit iuxta distinctionem prædictam.

Et ita intelligunt illam. l. fin. Bartol. & omnes ibi maximè Ange.in j.colum.& Paul.de Castr.in vlti.& Bar.in d.l.etiam ei. ff.de minor. Et latè notant Salic.in d.l. j.circa fin. C.si aduer. vsucap.& ibi clarè Paul.de Castr.& Bal.qui assignat rationem. Quia in præscriptione inspicitur initium.l.j. §. & hoc tantummodo.C.de vsucap.transfor.

Et sic remanet incorrecta dispositio. d. l. sicut. & d. l.j.C.si aduer.vsuca.& d.l.etiam ei.ff.de mino.

Et ita firmant cõmuniter doct. in d.l.fi. quòd per illam prædicta iura non corrigantur:& Ang. Sali.& Paul.de Castr.in d.l. si intra.C.de non num. pecu.

36 †Limita prædictam conclusioné quæ habet, quòd licet præscriptio legalis inchoata cùm defuncto currat minori. Tamen restituitur, vt non procedat:quãdo illud tempus legale cucurrisset ad corroborationé contractus celebrati per defunctum: quia tunc currit sine spe restitutionis, casus est secundùm intellect.Iac.de Arc.Ang.& Paul.de Castr.in d.l.si intra. vbi dicitur,quòd tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. contra confessionem mutui de recepto factam per defunctum currit minori:adeo quód compellitur ad soluendum: ergo sibi non datur restitutio.& sic currit cum effectu:non tantum ex eo quòd illud tẽpus biennij incœperat currere in persona defuncti : sed ex eo,quòd illud tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. currit ad corroborationem contractus celebrati per defunctum.

Et sic idem iudicatur : quòd de termino conuentionali:qui currit ipso iure minori absque restitutione : vt dixi in præcedenti conclusione.Ita tenent & declarant Ange.& Pau.in d.l.si intra.post Iac.& Aret.& idem Pau.in d.l.fin.col.j.C.in qui. cau.

Contrariam opinio. tenuit glo.ij.in d.l.fi. quàm sequitur ibi Bar.col.ij.quòd in casu.d.l. si intra. minori detur restitutio aduersus temporis lapsum. & istam opin.sequuntur Bal. & Salic. post antiquos ibi : & videtur magis communis opinio : & sequenda in iudicando præsertim propter autoritatem gl.& Bar. & quia magis æqua.

Et rationem diuersitatis inter præscriptionem conuentionalem , & istam assignat Bald. in d. l.si intra. probans quòd in casu illius.l.aliquid dicitur esse gestum cùm minore : propter quod debet restitui.iuxta text.in d.l.Aemilius.cum ibi not.per Bar.& doct.ff.de mino.

Tertia conclusio est : quædam sunt præscriptiones quæ inchoan

choantur à minore: in quibus datur talis doctrina. quòd vbi olim efficaciter currebant istæ præscriptiones contra minorem: currunt pariter hodie. Vbi verò olim non currebant, nec hodie. Sed vbi olim currebant: sed non efficaciter propter opem restitutionis: seruatur hodie ipso iure minor illæsus: vt præscriptio contra eum non currat. d.l.fi.

Et ex hac doctrina quæ etiam elicitur ex verbis Bart. in d.l. etiam ei.circa med.commen.ff.de mino.resultat triplex regula secundùm Bal.Ange.& Pau.de Cast.in d.l.fi.

37 † Prima est quod vbi olim præscriptiones legales inchoatæ à minore efficaciter currebant contrà minorem: currunt pariter hodiè.

Secunda regula est. Quòd vbi olim nõ currebãt,nec hodie.

Tertia regula est. Quòd vbi olim currebant:sed non efficaciter propter opẽ restitutionis: seruatur hodie minor ipso iure illæsus: vt sibi non currat præscriptio. d.l.fin. & hos tres casus exemplificat & declarat gl. in d.l.fi.super verbo concesserunt: quàm doct.magis communiter sequuntur.

Sed difficultas est in exemplificando primam regulam: in quibus casibus olim antè illam legem curreret præscriptio minori: sed non daretur restitutio, cùm in re pupilli & adulti non curreret præscriptio ipso iure.l.nõ est.C.qui. non ob.long. tempo.præscri.

Circa quàm difficultatem, laborat glos. in d.l.fin. in verbo, quærere.quæ exemplificat in personalibus. Sed nõ est bonum exemplum, quia cùm regulariter actio personalis præscribatur spacio.xxx.ann.l.ij.C.de consti.pec.Ista præscriptio tricennalis adhuc hodiè currit contra adultos: & remanet in statu suo: vt dicit text.in d.l.fin.licet dormiat in pupillo. l.sicut.C.de præscrip.xxx.an.

Vnde potest poni melius exemplum primę regulæ in actionibus prætoriis: quæ olim & hodie finiuntur anno. l.in honorariis. ff.de actio.& obligatio. vel in actionibus consimilis vitæ: vt est actio quanto minoris: quæ finitur anno: aut breuioris vitæ: vt est redhibitoria: quæ non durat nisi sex mensibus. l.cùm sex. ff. de edi. ædict. quia in istis actionibus temporalibus minoris vitæ præscriptione longi temporis. x.anno. hodie currit præscriptio contra minores: sicut olim efficaciter absque spe restitutionis. Ita declarat Pau. de Cast. in d. l.fi.col.ij.

Prædictæ tres regulæ procedunt in præscriptione, decem aut viginti annorum, vel breuioris vitæ. Sed præscriptio. xxx.

vel quadraginta annorum remanet in suo antiquo statu: vt dicit text. in dicta lege fin. C. in quibus causis in integrum restitutione. & sic pupillo non currit nisi post pupillarem ætatem. Nec potest ab ipso inchoari durante pupillari ætate. Sed contra adultum bene currit. d. l. sicut. & sine spe restitutionis, vbi est inchoata contra ipsum. Quia cùm præscriptio.xxx.ann.inchoari non possit à minore nisi post pubertatem; perficitur necessario post.xxix.annũ, & longè excedit illam ætatem: vt perficiatur: & sic quadriennium, intra quod peti debet restitutio post.xxv.ann.l.si superuacuã.C.de temp.in integr. restit.peten. non largiuntur amplius tempora petendi restitutionem ratione ætatis. Ita concludit Bar.in d.l.fi.col.penul.

Posset tamen hoc casu competere restitutio in integrum ex capite iustæ ignorantiæ: si intercesserit prout cuilibet maiori iuxta not.per Bart.in l.j.§.si quis hoc interdicto.ff.de iti.actúq; priua.dixi plenè suprà in iiij.parte prin.col.lviij.& eo casu tempus petendi restitutionem est vtile in initio: quia nõ currit nisi à die sciẽtiæ: vt ibi dixi.& in proposito sic declarat Pau.de Cas. in l.quòd tempore.col.penul.C.de restitu. mili.

38 † Si verò præscriptio legalis non cœpit cùm minore: sed cùm defuncto tunc nõ currit contra minorem: sed restituitur. d.l.sicut. Ita declarat Bart.in d.l.fi.col.vlti.versic.venio ad vltimam partem.

Quòd est verum: nisi læsio fuerit completa in maiori ætate: quia tunc non restituitur: nec etiam subducuntur tempora de medio. Vt ecce: si præscriptio sit cœpta contra patrem: & inchoata præscriptione mortuus est pater relicto filio adulto, minore hærede: & fuit continuata præscriptio cõtrà minorem & perfecta. postquàm fuit factus maior vigintiquinque annis. Nam ex quo læsio completur in maiori ætate; non subducitur de medio tempus minoris ætatis. Ita no.doct.in d.l.quòd tempore. Et est text.in l.j.iuncta glos. in verbo iudicij. C.si aduerrem iud.quæ dicit quòd restitutio non conceditur, quando læsio fuit completa in maiori ætate: nisi illud tempus esset modicum.quàm gloss. sequuntur ibi communiter doct. & ita decidit Pau.de Castr. in d.l.fi.antè fi.in ver. pone exemplum.&c. C.in quibus causis.

39 †Prædicta conclusio: quæ habet quòd pupillo & minori non currit hodiè præscriptio. x.& xx.ann.vel minoris temporis. vt in biennio dato ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ.d.l.fin.in princ.& l.in contractibus.in princ. C.de non nume.

nume.pecu.cùm gloss.in verbo,petituras : primò fallit in præscriptionibus iudicialibus : vt in tempore triennij : quo durat instantia causæ principalis : quia illud etiam hodiè currit minori : & non datur restitutio : nisi in subsidium : tutore.vel curatore existente non soluendo.l.properandum.§.penultimo.& ibi plenè not.C.de iu.not.Bartol.in d.l.fin.colum.prima. in vij. oppositio.

Idem est in instantia statutaria : quia illa subrogatur loco instantiæ iuris communis : & eius naturam imitatur : vt not. Cano.in cap. de causis.de offic.deleg. Ioan.Andr.in titu.de appellatio.§.nunc breuiter.versicu.licet autem. Alexand. consil. xlij.in causa & lite vertente inter Christophorum.j.col.iij.vol. & consi.xxiiij.inspecto processu. iiij. vol.

Idem etiam est in tempore appellationis interponendæ: quòd est decennium. authen. hodie. C.de appella. & appellationis prosequendæ : quod est hodie annus : & ex causa biennium.c.ex ratione.de appellatio.& authen.ei qui.C.de tempo. appel.Nam ista tempora fatalia etiam hodie currunt ipso iure minori propter rigorem iuris conseruandum. vt habetur in authen.de appella. & infrà quæ tempo.not. glos.magistra.in l. auxilium. in prin.in verbo.cessabit.ff.de minor. Sed datur restitutio minori etiam tutore, vel curatore existente soluendo: aduersus hæc tempora fatalia:quia maius in hoc vertitur præiudicium minoris : cùm ex toto pereat ius eius, quòd non est in prima instantia. & hoc patet in l.j. & ij. C.si sæpi. in integr. restitutio. postu. quæ loquitur de tempore appellandi quòd currit minori. & datur restitutio : vt ibi & in l. & si fine. §.pen. & fin.ff.de mino.not.Barto.in d.l.fin.colum.j.in vij.oppo.& ibi etiam Bald.& in d.l.j. & ij.C.si sæpius.&c.

Et generaliter termini & præscriptiones iudiciales currunt minori, & ecclesiæ : salua restitutione text. est in capitulo auditis. iuncta gloss.in verbo iure minoris.& ibi not.Panor.in vj. notabili : & super illa gloss. columna secunda & tertia. & in c. coram. de restitutione in integrum. dixi suprà in quinta parte princip. colum. xij. Ideo minori currit tempora dilationum assignatarum per iudicem : vel per statutum litigantibus ad singulos actus, sed dabitur restitutio vt in dictis iuribus. ita notat.Paulus de Castro.in dicta lege finali. columna secunda. post Bartolum,in septima oppositio.columna prima, qui dicit idem eadem ratione in omnibus dilationibus datis à iudice: vt d.l.& si fine.§.pe.& no.Bal.in d.l.ij.versi.opponitur.C.si sæpi.

in integ.restitu.postu.& in l.cum notissimi.in princi.C.de præscript.triginta anno.

40 † Secundò fallit prædicta conclusio in tempore statuto hæredi ad conficiendum inuentarium: vt in l.fina.C.de iure delib. quod similiter currit pupillo, & minori: saluo restitutionis beneficio. casus est in §.pupillus.in auth.de hære.& fal.not.glo.in l.auxilium.in princ.in verbo cessabit.ff.de mino.Ias.in l.properandum.§.fina.in ij.not.C.de iudi.vbi aliquid tãgit de materia. Et licet ipse alleget glos.pro singulari.in d.l.auxilium.tamen casus est in d.§.pupillus.

Tertiò fallit tempore dato ad opponendum exceptionẽ non numeratæ dotis: quod etiam currit minori: vt in auth.si minor. C.de tempo.in integ.resti.peten.

Quartò fallit in temporibus quæ dantur ad petendam bonorum possessionem de iure prætorio. vt in §.fina.insti.de bon. posses.quia talia tempora currũt minori; sed restituitur: vt per Barto.in d.l.fina.col.vlti.versi.expeditus de glo.

41 † Quintò fallit in tempore anni, & diei præfixo vasallo ad petendam inuestituram: quia illud tempus currit minori adulto: sed non pupillo, salua restitutione.text.est in §.præterea si quis.iuncta glos.in verbo anni.& ibi plenè not.Alua.& do.Præpo.de prohib.feud.alie.per Fede.& in § si minori.& §.seq.si de feu.fue.controuer.not.Alex.consi.lxxix.circa primum.de quo quæritur.vlt.col.j.volu.

Et quæ tempora currunt minori: & quæ nõ, & plures ex prædictis casibus no.glos.magistra.in l.auxilium.in princ.in verbo cessabit.ff.de minori.

42 † Sextò fallit generaliter in omnibus præscriptionibus inductis post.d.l.fina.C.in quib.cau.per leges & constitutiones nouas: aut per consuetudinem, vel statuta municipalia. Et sic in præscriptione statutaria: quia huiusmodi præscriptiones indistinctè currunt minori salua restitutione, ita no.limitant & declarant.d.l.fin.Alua.& do.Præpo.in d.§.præterea si quis.vbi concludũt, quod semper minor restituitur, licet currat tempus: nisi reperiatur contrarium in iure expressum: per glos.no.ibi in verbo anni: quia restitutio in integrum nunquàm censetur exclusa: nisi excludatur expresse: vt probat illa glos.& est alia vulgo repu.singu.in l.postquam liti.in glo.fina.quam ibi not.Alexan.& Moder.in vlt.col.C.de pact.& de hac vltima fallen.latius dicetur in sequen.q.

43 † Quæro igitur pro maiori discussione præcedentis fallẽtiæ & resti

& refrico in dubium, vtrum præſcriptio ſtatutaria [k] currat contra minorem?

Hanc q. mouet Barto. in l. fina. in vlti. q. ad fin. commen. C. in quib. cau. in integ. reſtitu & in l. etiam ei. in vlt. q. ff. de mino. referens opi. Innocen. in c. conſtitutus. vbi in propoſito eſt bonus text. de reſtitu. in integr. & diſtinguit Bar. quòd aut præſcriptio ſtatutaria aufert minori ius quæſitum: & tunc ſtatutum ſimpliciter loquens reſtringitur ad maiores, nec habebit locum in minoribus: per rationem poſitam in d. l. fina. quia melius eſt intacta iura ſeruare &c. Aut per præſcriptionem ſtatutariam minor amittit lucrum: & ſtatutum non reſtringitur, ne minor amittat lucrum, licet reſtringatur ne ſentiat damnum. Sed currit pręſcriptio contra minorem ratione lucri: conceditur tamẽ ſibi reſtitutio. Caſus eſt in d. c. conſtitutus. per quod ſe fundat Inno. ſecundum Bartol. in d. l. fina. & in d. l. etiam ei: cuius opin. defendit & ſequitur Panor. in d. c. conſtitutus. ij. colum. in vlti. not. & ibi latè tractat materiam. d. l. fina. ponens aliquas ex prædictis concluſionibus.

Sed Bald. & Ang. in dicta l. fina. colum. j. & Pau. de Caſt. ibi in fin. commen. tenent indiſtinctè opi. Innoc. quod præſcriptio introducta per ſtatuta, vel conſuetudines terrarum currit minori: ſiue tractetur de lucro: ſiue de damno per rationes quas aſſignant.

Pro qua concluſione facit ſecundum Bald. Quia ſtatuta & conſuetudines arctant etiam minores: vt probat text. not. in l. ſi ſine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tuto. not. Angel. in l. ſi plures. ff. de pact. Alex. conſi. xxxvij. conſideratis his. ij. col. iij. volu.

Et pro iſta concluſione eſt bonus text. in §. præterea ſi quis. in titu. de prohi. feud. alie. per Fede. vbi Alua. & do. Præpo. referens plures: qui ſequuntur: tenẽt hanc opi. Innoc. contra Barto. & ſic apparet, quòd iſta eſt communis opi.

Nec obſtat ſecundum eos text. per quem mouet Barto. in d. l. ſina. C. in qui. cau. vbi minor ipſo iure ſeruatur illæſus aduerſus curſum temporis abſq; beneficio reſtitutionis: quia illa lex tollit ſolum præſcriptiones veteres inductas ante ipſam. l. Nõ autem tollit præſcriptiones inductas poſt dictam legem per leges & conſtitutiones nouas: aut per conſuetudinem vel ſtatuta municipalia ſalua reſtitutione. ita not. limitãt & declarãt Alua. & do. Præpo. in d. §. præterea ſi quis. Et dixi in vltima fallen. præcedentis concluſionis.

Hanc q. attingit. do. Clau. Aquen. poſt Roman. l. naturaliter.

vlt.colum.ff.de vsucap.dicens, quòd communis conclusio est, quòd præscriptio statutaria currit contra minorem adultum tempore minoris ætatis:& dormit tempore pupillaris: per tex. in d.§.præterea si quis.& ita intelligit dictum Innocen.in d.c. constitutus.

Fallit ista conclusio secundum eum:quando præscriptio statutaria succederet loco præscriptionis longissimi tẽporis:quia tunc semper dormiret.per text.in d.l.fin.C.in quib.cau.Melius allegasset text.in l.sicut.C.de præscript.xxx.anno.Et ita cõcludit Bald.vt ipse refert in c.j.in tit.quo tempore miles.& in c.j.§. porro.in titu.qualiter olim feu.pote.alie.

Sed pace salua inaduertenter loquitur: quia circa præscriptionem statutariam doctores non faciunt differentiam inter pupillum & adultum,qui parificantur de iure communi in præscriptione minori.xxx.ann.quæ neutri currit:vt latè dixi suprà. Nec est verũ, quòd vbi subrogatur præscriptio statutaria loco præscriptionis longissimi temporis: semper dormiat:quia curreret ipsa præscriptio longissimi temporis contra adultum: licet non contra pupillum.d.l.sicut.debet igitur attendi in cuius præscriptionis locum editæ à iure communi præscriptio subrogetur:vt eandem sortiatur naturam.

Et ita propriè loquitur Bal.in d.c.j.§.porro.col.ij.versi.ex his igitur.in titu.qualiter olim feu.pote.alie. vbi dicit, quòd tempus statutum per legem municipalem succedit loco temporis statuti à iure communi:& sortitur eandem naturã: & ipso iure non currit minoribus.

Quòd intelligi debet: quando subrogatur loco minoris præscriptionis, quàm.xxx.anno.vt sortiatur eandem naturam: & in casibus,in quibus olim præscriptio currebat cõtra minores, quia in his hodie minor ipso iure seruatur illæsus: secundum communem opi.glo.& docto.in d.l.fina.C.in quib.cau.

Et ita sentit Roma.consi.xxxviij.in casu proposito.circa fin. j.colum.referens Bald.in d.c.j.in titu.quo tempore miles: vbi quærendo de hoc passu dubitabili:an prescriptio statutaria currat minori:dicit eleganter debere aduerti:in cuius locum præscriptionis editæ à iure communi statutum subroget præscriptionem illam.

Idem voluit Bald.in l.superuacuam.C.de tempo.in integ.resti.peten.vbi per illum text.dicit quòd præscriptio decennij inducta per statutum in locum præscriptionis triginta annorum eandem habet naturam:quam illa,in cuius locum est inducta

Et de.

Et de hoc dicit Roma. vbi suprà esse text. in d. l. superuacuam.
44 †Et de ista materia: quomodo præscrptio currat cõtra minores? vide per Paul. de Cast. consi. xvij. colum. iij. circa fi. vbi concludit, quòd præscriptio non currit nondum natis. Cõtrarium tenet Bal. in c. j. in ij. no. de præscript. vbi dicit, quòd quãdo quis est in vtero: non potest eius nomine agi: & tamẽ currit præscriptio. Et est mirabile secundum Bald. quòd præscribitur: & tamẽ cõtra neminem præscribitur: per casum in l. etiam. la picola. ff. de mino. Et non reperitur alibi secundum eum. & sequitur Fel. in d. c. j. col. ij. vltra medi. versicu. subdit Bald. Potest dici quòd Pau. de Cast. loquitur in nondum natis nec conceptis. Bal. vero in eo qui iam est conceptus in vtero: qui plerũque habetur pro iam nato. l. qui in vtero. ff. de statu homi & in hoc dicendũ est idem quod in pupillo: vt notant glo. & docto. in d. l. etiam ei.
45 †Postremò circa istam materiam: qualiter præscriptio currat contra minores? nota casum in l. fina. C. si maior. fac. aliena. rat. habe. vbi si minor factus maior tacuerit per quinque annos continuos post maiorem ætatem: quòd non fuerit conquestus aduersus alienationem rei suæ vel hypotecam nulliter factam & absque decreto ipso sciente & patiente: inducitur quædã ratihabitio, & confirmatio illius alienationis: quæ ab initio non valuit.

Si vero res fuerit alienata titulo lucratiuo: requiritur quod taceat per decennium post maiorem ætatem: vt ibi habetur.

De cuius intellectu vide ibi plenè per glo. & docto.

Et qualiter præscribatur res minoris alienata absque decreto? vide in l. finali. C. si quis igno. rem minor. esse. &c. vbi dicitur quod non currit præscriptio minori: nisi post maiorem ætatem &c.

46 Vigesimusquartus † Casus in quo præscriptio non currit: est in furioso & prodigo: quia sicut contra pupillũ non currit præscriptio longissimi temporis nondum inchoata: & si sit inchoata: dormit tempore pupillaris ætatis quo ad præscriptionem triginta annorum. l. sicut. C. de præscript. triginta anno. & latè dixi suprà. Sic etiam non currit, sed dormit contra furiosum, & prodigum. Ita determinat Panormi. in c. cum nõ liceat. colum. tertia. versicu. secundo quæro. de præscri. vbi quo ad furiosum. allegat glo. not. in l. ij. C. de cura. furi. in verbo ad agnatum. quæ singulariter vult, quod priuilegia & beneficia collata minori in præscriptionibus, & aliis videntur collata furioso: quam glo. commendat Bald. & dicit non esse alibi in c. j. colum. ij. in titu.

de benefi.fratris.& ad illam plura ponit Fel.in c.pastoralis.col. ij.de iud.Quo vero ad prodigum allegat Panor.vbi suprà Ioan. And.ita dicentem in addit.ad Specu.super rub.colum.ij.Sequitur Feli.in c.j.colum.v.circa fi.de præscript.Addo ad vtrunque plenius domi.Alexand.in l.si curatorem habens.in ij.not.C.de in integr.restitu.mino.vbi concludit, quòd priuilegia concessa minoribus extenduntur ad furiosos, & prodigos.& quòd furiosus & prodigus possunt petere restitutioně in integrum, sicut minores.Et pro ista æquiparatione adducit bona iura,& plures autoritates maximè Bar.in l.Marcellus.post med.ff.de fideiuss. & in aliis locis.& Ioan.Andr.in loco.præalleg.vbi disputat an præscriptio triginta anno.quæ non currit pupillo:sed adulto.d. l.sicut.currat prodigo? & tandem concludit quod non: quia prodigus magis æquiparatur pupillo quam adulto.quod dictum refert Alexand.vbi suprà.& reputat bene notandum. Ex quo infertur,quod sicuti non potest vsucapi vel præscribi res pupilli. l.bonæfidei.ff.de acquiren.rerum domi.ita nec res furiosi vel prodigi.Et ad hæc videantur not.per Alexand.& Iaso.in l.is cui bonis.colum.iij.ff.de verb.obli.

Sed an titulus habitus ab eo,cui erat interdictum bonis,aut ab eo quem quis sciuit consumpturum pretium in aliquos malos vsus præstet causam præscribendi? vide text.& ibi Bart.latè distinguentem tam in minore,quam in maiore.in l.si quis cũ sciret.ff.de vsucap.pro empto.Et ibi etiam ponit quid de titulo habito à ludente?

47 Vigesimusquintus † Casus est in hæreditate iacente contra quam non inchoatur,nec currit præscriptio: donec vacat,licet continuetur iam cœpta contra ipsam.l.ea quæ.in fi.& ibi no.C. de tempo.in integr.restitu.peten.& l.si seruus hæreditarius.& ibi not.Angel & Imo.ff.de stipu.ser.iuncta l.cœptam.ff.de vsucap.& ita per iura prædicta concludunt Cyn.Bald.Angel.Pau. de Castr.& Alexand.in l.licet.ad fi.commen.C.de iure deliber. vbi dicunt quòd præscriptio legalis,siue merè odiosa vt triginta anno.siue mixta,vt decem vel viginti:non currit contra hæreditatem iacentem : quia requirit moram, seu negligentiam non petentis:quæ non cadit in hæreditate iacente. vt probatur in iuribus præallega.

m Eandem conclusionem firmat Panormita.contra Specul.[m] & Anton.de Butr.tenentes oppositum in c.de quarta.columna prima.post vlti.not.de præscriptio. & ibi latè Felin.colum.v. circa fin.& seq.

Vltra

Vltra quem addo Ang.& Imol.in l.furtũ.§.fundi.ff.de vsuc. Et tres fallentias ad istam conclusioné ponit Feli.vbi suprà.
48 † Primò fallit in vsucapione:quia illa est merè fauorabilis: ideo currit contra hæreditatem iacentem ex quo non inducitur propter negligentiam non petentis: sed mero fauore possessoris. Et sic cessat ratio prædicta. Pro ista fallentia allegatur text.in l.sed si in conditione.§.sed si seruus alienus.& ibi Ang. & Imol.ff.de hære.instit.

Istam fallentiam ponit Alex.in d.l.licet.ad fin.

Plus dicunt Angel.& Imol.in d.§.sed si seruus.& in d.l.furtum.§.fundi.quòd etiam præscriptio longi temporis: quæ procedit ex titulo & bona fide, & possessione ipsius præscribentis: inchoatur hæreditate iacente: ex quo non currit mera negligentia non petentis. Et sequitur Alex.consil.xxxvj.in causa & lite vertente.secundo volumine. Sed contrarium communiter tenent docto.in dicta.l.licet.vt suprà retuli:& attestatur Felin. in loco præallegato.

Secũdò fallit in præscriptione iam incœpta cum defuncto: quia licet non possit inchoari præscriptio hæreditate iacente: potest tamen iam cœpta perfici:secundum Ang.& Imol.in d.§. sed si seruus.per not.in l.si intra.vbi est glos.& ibi not. Bald.& Salicet.C.de non numera.pecu.

Et hanc fallentiam firmat Sozi.consil.lx.in præsenti consultatione.circa fi.& Alex.in d.consil.xxxvj.ij.volumi.licet in ea Felin.se inuoluat in dicto capit.de quarta.colum.vj.& videtur hanc fallentiam destruere.

49 † Tertiò fallit vbi bona vacant omnino,id est,quando quis sine successore decedit.secundum Bald.& Salicet.in dicta l.si intra.vbi dicunt quòd bona vacantia præscribuntur.& quòd contra illa præscribitur.

Eandem conclusionem firmant Ange.& Imol.in d.l.furtum. §.fundi.quem.§.legunt. cum.l.potest pluribus.ff.de vsucap.dicentes, quod præscribitur contra bona vacantia.quando quis sine successore decedit:quia tũc nulla est hæreditas: & nullius speratur futurus dominus.Et de ista fallẽtia non meminit Felinus,in d.c.de quarta.

50 † Quartò fallit in præscriptione cõuentionali:quia illa benè currit contra hæreditatem iacentem, vt est text.in l.si prædio.ff.de in di.adiect.Not.Bal.in d.l.licet.& refert Felin.in d.c. de quarta.col.vj.in iiij.fallen. Faciunt quæ plene dixi.suprà in xxiij.casu:vbi conclusi.quod præscriptio conuentionalis procedens

cedens ex contractu defuncti currit contra pupillum.

Eo tamen casu quo præscriptio currit contra hæreditatem iacentem datur restitutio: vt per Felin. Post Specu. Panormit. & alios in d.c. de quarta. col. vj. versi. fallit tertio.

51 Vigesimussextus † Casus in quo non currit præscriptio est in re, quæ possidetur præcario seu nomine alterius: quia nunquàm præscribitur aduersus illum: cuius nomine possidetur: vt patet exemplum in colono. l. malè agitur. C. de præscript. xxx. ann. & in vsufructuario respectu proprietatis. l. neque vsufructuarium. C. de vsufruc. & in creditore qui non præscribit pignus ex quo debitoris nomine possidet. l. nec creditores. C. de pignora. actio. & in depositario commodatario. & similibus. d. l. malè agitur. & c. si diligenti. de præscript.

Et hos omnes casus not. glos. magistra. in c. clerici. in j. parte xvj. q. iij. & glo. mag. in c. cum non licet. vbi Panormita. colum. iiij. de præscriptio.

Et ratio quare non præscribitur in prædictis casibus: est in promptu. Quia ex quo ille qui tenet alieno nomine: non habet possessionem: sed ille cuius nomine possidetur: iuribus præallegatis. & l. quod meo. in princip. ff. de acquiren. posses. impossibile est quòd sine possessione præscriptio procedat. l. sine possessione. ff. de vsucap.

Aliam rationem assignat glo. in d. l. malè agitur. in gl. ij. quia ex quo ipse cuius nomine possidetur habet possessionem, possidenti non currit præscriptio. & dixi in iiij. parte princip. colum. xl. in xj. quæst.

Limita prædictam conclusionem nisi possidens alieno nomine interuertat possessionem domini: quia tunc à die interuersionis curreret præscriptio triginta annorum. vt not. gl. penulti. in d. l. malè agitur. & ibi latè per Ange. & docto. quia tanto tempore quilibet malæ fidei possessor præscribit saltē quo ad ius excipiēdi de iure ciuili. l. si quis emptionis. §. j. C. de præscrip. xxx. ann. Sed de iure canonico nullo tempore potest pręscribere propter malam fidem c. si. de præscript.

52 † Sed dubitatur: quid si colonus vendidit alteri: & tradidit rem bona fide ementi & recipiēti: nunquid iste bonæfidei emptor habens causam à colono, & credens illum dominum poterit præscribere? Istam q. plenè examinat glos. in l. cum nemo. in glo. fi. C. de acquir. posses. Specul. in titu. de præscript. §. j. versic. pone colonus. & Panor. in d. c. cum non liceat. col. iiij.

Et tandem concluditur: quòd præscribat, concurrentibus debitis

debitis extremis: dummodo non vtatur accessione temporis sui autoris: vt ibi latius habetur.

53 Vigesimoseptimò † addo plures casus: in quibus præscriptio non currit: seu plura iura quæ præscribi non possunt.

n Videlicet iura filiationis.[n] vnde qui non est filius: nullo tempore præscribit filiationem.

Iura loci sacri. Ideo locus prophanus nullo tempore præscribitur, vt sit locus sacer.

Iura sacerdotij. ideo qui nõ est sacerdos: nullo tempore potest præscribere se in sacerdotem: etiam si per mille annos faceret officium sacerdotis: argumen. l. Herennius Modestinus. ff. de decurionibus.

Iura tabellionatus. Vnde qui non est tabellio: nullo tempore præscribit se in tabellionem: imo punitur de falso. l. eos. §. qui se. ff. de fal. pro quo vltra Bal. in loco de quo infrà est text. in l. actuarios. C. de nume. & actua. lib. xij. vbi hoc voluit Barto. qui dicit ita debere limitari. l. Barbarius. cum materia. ff. de officio prætoris.

Hæc omnia ponit Bal. in l. j. col. ij. C. de emanc. lib. vbi etiam dicit, quòd nemo præscribit matrimoniũ: quia est quid sacrum l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. Refert & sequitur. d. Andre. Barbab. consil. xxvij. scripsit doctissimus apud Græcos. col. penul. versic. & qui quispiam. j. volu. vbi addit, quòd contra existentiam sui hæredis nullo tempore potest pręscribi: secundum Bald. in l. j. colum. v. versic. secundo. quæstioni respondeo sic. C. quando non pet. par.

Item nec præscribuntur iura limitationis secundum Barba. ibi. Allegat glo. quã dicit valde sing. in l. nemo. ff. de vsucap. pro legat. quæ voluit secundum eum, quòd ille qui nõ est filius legitimus: sed incestuosus, nullo tempore præscribit iura legitimorum: vnde etiam si per mille milia annorum staret in quasi possessione legitimitatis: non propter hoc præscriberet iura legitimi filij. Quia temporis discursus non posset hoc operari: vt latius per Barba. in præallegato consil. prope. fin.

Vltra quem addo expresse Bald. in l. nullo. in j. oppo. versicu. sed pone. C. de rei vendi. vbi dicit. Sed pone quòd aliquis per spacium. xxx. ann. putauit se legitimum: cum non esset: nunquid per hoc præscripsit legitimitatem? Dic quòd nõ. imo adhuc opus est quòd legitimetur à principe per d. l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu. nupt. & pulchrè eundem Bal. in rubri. extra de præscrip. ad fin. commen. dicentem quòd filiatio præscribi

scribi non potest, quia naturæ non congruit. Nec etiam potest vllo temporis tractatu spurius fieri legitimus: quia est de reseruatis principi, & reseruata principi, præscribi non possunt: sed necessaria est dispensatio: vel priuilegium principis: per text. peregrinum. secundum Bald. in dicta l. qua in prouincia. §. diuus.

Vigesimooctauò & vltimo not. duas regulas ad sciendum, quæ res possint præscribi: vel non.

54 † Prima regula est, quod cuius rei non potest quis fieri dominus per traditionem factam à domino, eius rei præscriptio non procedit. Hanc regulam tradit Bald. in d. rub. de præscript. col. fi. versic. item scias.

55 † Secunda regula est, quòd quædam sunt quæ de iure communi non possunt possideri. & illa non possunt præscribi. Fallit si talis est titulus, ex quo surgat habilitas possidendi & bona fides. vt in c. j. de præscript. in vj. & omne quod non potest possideri nisi à certa qualitate personarum, puta, decimæ in parochia aliena non cadit sub ista regula. Item ea quæ non sunt in commercio nostro: vt res sacra, & liber homo: præscribi non possunt. ff. de verb. sign. l. alienationis. ea vero quæ possunt possideri cum suis modis & temporibus: præscribi possunt. & de his non loquitur. c. j. de præscrip. in vj. hæc sunt verba Bald. vbi
56 suprà. Adde pro complemento materiæ. † an & quando terminus hominis statuti currat vbi disputatur super aliquo incidenti. Bart. not. in l. ij. §. nõ solum. ff. ad Ter. Bal. in l. si cum ipse per illum text. ff. de excus. tut. & per Iaso. post alios in l. contra maiores. in fi. com. C. de inoffi. test. per illum text. vbi est casus quòd donec pendet quęstio super falsitate testamenti non currit tempus quinquennij datum ad intendandum quærelam, & pulchrè de. Georg. nat. in repe. cle. sæpe. §. & quia. col. ij. de verbo. signifi. vbi adducit bonas decis. Felin. in l. licet causam. col. ix. & x. de probatio.

ADDITIO.

a Facit tex. in l. j. §. fi. de acquiren. posses.

b Quod præscriptio in dote currat mulieri: viro vergente ad inopiam: vide Cuma. consil. xcij. viso suprascripto casu.

c Hinc dixit Paul. de Castr. consil. cccxcj. visis dubiis propositis. col. j. versicu. Bald. tamen in antiqui. quòd id quod non est in actu & potentia præscribi non potest.

Adde

d Adde Paul.de Castr.consil.ccxc.visis his.col.iij.in antiq.
e Adde Bald.latè in c.cum non liceat.de præscrip.& ibi ponit quid si quis impeditur agere facto suo:quia non implet si non facit quod debet currit præscriptio & dat multa exempla.& Bal.in consil.ccxcij.super eo.de quo in iij.volu.
f De hoc dictum fuit in iiij.parte princip.col.lvij.& vide per Paul.de Castr.consil.ccxciiij.ego Paulus Bertachi.in reperto. in verbo præscript.vj.col.ij.versic.præscriptio contra ignorantem.& quatuor versi.seq.& quando concedatur restitutio contra præscriptionem Bertachi.in repert.in verbo restitutio contra præscriptionem.per totum.
g Adde Bal.in consil.ccxcij.super eo.&c.in iij.volumi.
h Quod præscriptio currat minori & ecclesiæ salua restitutione.vide per Specul.in titul.de restitutio.in integrum in secunda,parte versicu.hoc autem.& versicul.sequent.& §.primo versicul.in restitutione. Bald.in l.cum notissimi.in princip.C. de præscriptio.xxx.ann. & quando præscriptio currat contra minorem & pupillum: vide per Aret.in §.res fisci.circa fin.instit.de vsucap.Paul.de Castr.consil.ccxcvij.venditio ista Bal. in l.non est.in j.lect.C.qui.non obst.long.temp.præscrip.Bertachi.in repertorio in verbo præscrip.vj.versic.præscript.ij.&c.
i Quod minor restituatur aduersus præscriptionem longissimi temporis.vide per Alex.consil.lxxxj.reuocatur in dubium. col.ij.vltra medium.v.volu.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quando dicatur dormire? & nume.seq.*
3 *Tempore hostilitatis non currit,sed dormit præscriptio,non tamen interrumpitur ita quòd finita hostilitate tempus sequens continuatur cum præcedenti.*
4 *Casus quo non obstante guerra & hostilitate currat præscriptio.*
5 *Tempore vehementis pestis dormit præscriptio.*
Pestis est bellum diuinum.
6 *Defectus iudicis, vel rei facit præscriptionem dormire : ex quo ius non redditur.*
7 *Ecclesia vacante non currit contra eam præscriptio.*
8 *Imperio vacante non potest contra imperium præscribi.*
9 *Tempore schismatis an præscriptio currat contra Romanam ecclesiam.*
10 *Tempore dato hæredi ad conficiendum inuentarium pendente non currit præscriptio.*

Præscrip.

11 *Præscriptio.xxx.ann.in pupillo tempore pupillaris ætatis tanquam odiosa dormire censetur.*

12 *Tempus appellationis prosequendæ an currat durante compromisso?*

13 *Rector quibus casibus, & quas præscriptiones possit interrumpere?*

NVnc venio ad secundam partẽ huius sextæ partis principalis: in qua videndũ est, quando præscriptio dormiat?

1 † Pro cuius euidentia præmitto, quòd dicitur tunc præscriptio dormire, quando semel fuit inchoata. & propter aliquod superueniens cessat: quia nõ conquassatur tempus præcedens. & sic non interrumpitur: ita quòd finito impedimento tempus sequens continuabitur cùm præcedenti. & perficitur præscriptio subducto illo tempore de medio: quod secus est: quando interrumpitur: quia tunc totum præcedens tempus conquassatur: vt dicetur in sequenti parte. & dixi suprà in princip. huius vj. partis princip. ita declarat glos. not. in l. sicut. in glos. magna in verbo. seruanda. C. de præscri. xxx. ann. dicens, quòd vbi præscriptio dormit, & postea se excitat: coniungit tempus sequens præcedenti: sed interruptio ex toto rumpit: vt non reintegretur postea tempus. & declarant Imol. & Paul. de Castr. in l. naturaliter. col. vlti. ff. de vsucap. vbi dicunt, quòd in casibus, in quibus præscriptio dormit, interim non currit: sed coniunguntur postea tempora: subducto illo tẽpore de medio. & istud potest esse paruum, vel magnum secundum diuersitates casuum. & Bald. in l. cum notissimi. §. imo. col. fi. versi. attende tamen. C. de præscript. xxx. ann. vbi dicit, quòd præscriptio dormiens propriè non interrumpitur: sed continuatur cessante impedimento primum tempus cõsequenti. Sed interrupta debet de nouo inchoari.

2 Aliquos igitur casus: † in quibus præscriptio dormit enumerat glos. in c. cum non liceat. de præscri. & in c. prima actione. xvj. q. iij. & practi. Papien. in forma responsio. rei conuen. in verbo exceptionem præscriptionis: inculcando casus in quibus præscriptio dormit: cum casibus, in quibus non currit, idest non inchoatur.

Sed ego distinctè prosequar tãtum casus, in quibus dormit: cum alii casus in quibus non currit: fuerint in præcedenti parte seriatim recitati.

3 Primus † casus in quo præscriptio dormit: est tempore hostilitatis. tunc enim præscriptio non currit: sed dormit. non tamen interrum

interrumpitur:ita quòd finita hostilitate tempus sequens continuabitur cùm præcedenti. & sic perficietur præscriptio subducto illo tempore de medio. Casus est in c. ex transmissa. & ibi notant Inno. & cano. maximè Panor. in vlti. no. de præscrip.

Et habet locum secundùm Inno. quem refert Panorm. non tantum secundùm canones: sed etiam secundum leges & in laicis: siue vna die: siue pluribus annis hostilitas regnauerit. nam semper hoc tempore præscriptio dormitabit. & hoc tempus quandocunque magnum siue modicum de medio subducetur: & ita firmat Bart. in l. naturaliter. colum. penul. vel vlti. versicu. quæro an. ista vsucapio. ff. de vsucap. dicens quòd licet in aliis casibus quibus quis impeditur præscriptio currat contra impeditum: sed restituitur: vt toto tit. ff. ex quib. cau. maximè in l. sed & si per prætorem. in prin. & in §. sed si feriæ. tamen isto casu ipso iure non currit præscriptio, sed dormit: quòd dicit Bar. esse notandum. Addo Pau. de Cast. consil. ccxcj. in quæstione quæ vertitur. versic. quarto quia. & consil. ccxc. visis his. col. iiij. in prin. versi. item posito. & consi. ccxciij. viso puncto & dubio. col. ij. versi. nec obstant. in antiq. not. Bald. in l. cùm notissimi. §. imo. ad fi. ij. col. C. de pręscrip. xxx. an. Alex. cō̃s. lxxxj. reuocatur in dubium. vlti. colū. circa med. v. col. Petrus philip. Cor. consi. xcij. licet in præmissa consultatione. secunda col in fin. iiij. volum.

Amplia istam conclusionem vt procedat: nedum tempore durantis belli: sed etiam post. Nam contra populum hostilitate destructum non currit præscriptio. Ita concludit Bald. consi. ccclviij. proponitur quòd quidam. versi. iij. quæritur. j. volu.

4 † Limitatur ista conclusio: nisi quis posset ire ad locum: in quo redditur ius transeundo per hostes cùm saluo conductu: quia tunc non obstante guerra, & hostilitate currit pręscriptio: vt latè per Felin. in d. c. ex transmissa. col. ij. ver. quòd autem dictum est de hostilitate. & in c. accedens. el. ij. col. j. & iiij. vt lit. non contesta. & Aret. consi. xvj. præsupponitur in facto. vbi plenè tradunt de materia securitatis, seu saluiconductus: de qua per Bartol. & Imol. in l. is qui reus. col. penul. & vlti. versic. vlterius quidam determinant. ff. de publ. iu. & per Bartol in l. j. ff. ad l. Iul. ma. & vtrobique per Alexan. in apost. & Ias. in l. j. col. iij. in fin. ff. qui satisd. cog. & ibi habetur quid sit securitas? & quis possit illam cōcedere: & quid operetur. & per Aret. §. præterea. el. j. colū. vij. insti. de actio. & latissime per d. Vital. in suo tract. clausu. sub clausula. Nil nouari securitatę pendente: & in his

locis traditur an aliquo casu possit talis securitas infringi?

5 Secundus. † Casus in quo præscriptio dormit: est tempore pestis: quando est tanta, quòd ius non redditur: quia bonum est argumentum de bello ad pestem: quæ dicitur bellum diuinum: secundùm Bart. in d. l. naturaliter. colum. vlti. versi. idem fortè. & Bald. in l. cùm notissimi. §. imo. colum. ij. ad fin. C. de præscriptio. xxx. ann. Not. Alexand. consil. lxxxj. reuocatur in dubium. vlti. col. v. volu. Sequitur Panor. in d. c. ex transmissa. col. j. qui ampliat istam conclusionem procedere: etiam si ius reddatur in loco pestis seu mortalitatis: si actor erat absens propter timorem. quia pestis multum seuiebat in loco. dicit tamen Panorm. quòd tunc præscriptio currit: sed datur restitutio per notata per Barto. in l. de ætate. ff. ad Treb. in fin. quàm legit cùm. l. recusare. §. fin. & ibi latè per Alexan. col. ij. & iij. qui limitat post Ioan. Andr. & alios in c. cùm dilecti. de dolo. & contu. nisi in loco redderetur ius tempore pestis: vt plerunque fit in Romana curia. postea refert in contrarium Panorm. vbi suprà. & in d. c. cùm dilecti. vbi Panor. distinguit: & eius distinctionem sequitur Alexand. de quo dic: vt per Felin. in dicto capitulo ex transmissa. circa finem. j. colum. versic. ad illud. de peste. &c.

Et quòd procedat argumẽtum de bello ad pestem: & quòd æquiparentur: addo Bart. in l. j. ff. de bon. poss. quæ ex testa. mi. Alexan. in l. fi. col. ij. C. de testa. & in l. ij. §. si quis in iudicio. circa prin. ff. si quis cau. vbi alleg. duas bonas glo. iuris canonici. & in consi. xxx. ponderatis narratis. j. col. v. volu.

6 Tertius. † Casus est secundùm Innocen. in d. c. ex transmissa. in quo præscriptio iam inchoata non currit: sed dormit: vbi ius non redditur propter defectum iudicis, vel rei: per text. in l. sed & si per prætorem. per to. vsque ad §. quoties. ff. ex qui. cau. ma.

Limitantur prædictæ conclusiones, seu prædicti tres casus secundùm Inno. in d. c. ex transmissa. vt procedant, dummodo actor doceat se voluisse agere: sed non potuisse propter causas prædictas, vel alteram ipsarum impeditum: vt quia ius non reddebatur in loco propter hostilitatem, vel pestem: vel quia propter iudicis defectum non potuit ius suum prosequi. d. l. sed & si per prætorem. Et vtile est secundùm eum, quòd super hoc impeditus protestetur ad formam. l. vt perfectius. C. de anna. excep. Refert & sequitur Panorm. in dicto capitulo ex transmissa. colum. j.

Ex

Ex quo infert, quòd non sufficit probare impedimentum affuisse, nisi doceatur quòd tale impedimentum fuit causa non agendi. iuxta not.in l.qui commeatus. in princip. ff. de re mili.& per Bart. in l.ij.§.quòd diximus.ff.si quis cau.

De quo dic vt ibi latè per Alexand. & Iason.& latissimè per Felin.in dicto cap.ex transmissa. colum.ij.& iij. Et ibi habetur de modis probandi impedimentum : de quibus pulchrè tradit Bald.in l.j.C.de dila.cùm concor. de quibus per Alexan.in d.§. quòd diximus.

Et prædictam limitationem firmat in terminis.dom.Petrus Philip. Cornel.consil.cclxxvij.ad euidentiam. vlti. colum.iiij. volumine.

7 Quartus. † Casus est comprehendens in se multos alios:
a cùm ecclesia nullum habet prælatum, vel inutilem [a] ad agendum : & sub isto compræhenditur tempus vacationis ecclesiæ: qua vacante non currit præscriptio contra eam.cap.j.cap. de quarta. & cap.auditis. de præscriptio.tempus excommunicationis:suspensionis : vel captiuitatis ipsius prælati. Tempus prælati dilapidantis seu malè alienantis bona ecclesiæ vt in c. si sacerdos.xvj. q.iij.

Et de his omnibus est bona glos.in dicto cap.j.actione. xvj. quæstio.iij.not.Panorm.in d.c.ex transmissa.circa princ.col.ij. versi.tertius casus.

b Et vltrà eum, quòd præscriptio dormiat contra ecclesiam vacantem : [b] tenet Bart.in dicta l.naturaliter.colum.vlti.versi. item reperio. vbi dicit,quòd licet ecclesia habeat iconomum: tamen vacare dicitur. Et not.Felin.in dicto cap.j.colum.j.& ij. de præscriptio. qui declarat: quot modis ecclesia dicatur vacare:vel quasi.

Amplia istam conclusionem, quòd præscriptio non currit sede vacante:vt procedat : nedum in bonis propriis : quæ sunt de mensa sedis vel prælati : sed etiam in bonis communibus prælato & capitulo. Ita Panorm. in cap.de quarta. colum.j.de

8 præscriptio.

†Amplia secundo:vt procedat etiam in imperio:secundùm Barto.vbi suprà dicentem, quòd vacante imperio præscriptio non currit contra imperium : licet ecclesia,seu Papa in administratione succedat in temporalibus pro tempore quo vacat. c.licet ex suscepto. de fo. compe. quia tempus vacationis debet subduci de medio.not. Felin.in dicto c.j.circa fin.ij.col. & in prin.iij.

Hinc infert Barto. contra ciuitates Italiæ: quæ prætendunt præscripsisse merum imperium: & regalia contra imperium. De quo vltimo: quomodo talia iura possint præscribi aduersus imperium: latè dixi suprà in ij. parte.v.partis princi.

9 Quintus. † Casus est tempore scismatis: quia tunc non currit prçscriptio contra ecclesiam Romanam.c.cùm nobis.& ibi plenè not.Cano.de præscript.

Sextus. Casus est vltra Panor. & Cano.in d.c.ex transmissa, tempore tyrannidis. Quia tunc præscriptio dormit: sicut tempore hostilitatis: secundùm Bart.in tracta.de tyranni.q.vij. Refert Alex.in d.l.naturaliter.in apostil.ad Bart.

10 Septimus. † Casus est in l.fi.§.donec.C.de iur.delibe.videlicet pendente tempore dato hæredi ad conficiendum inuentarium. Quia sicut non tenetur hæres respondere creditoribus hæreditariis: ita ipsis si currit interim tempus licet præscriptio esset inchoata per defunctũ: ex quo interea non possunt agere: & ibi notant Pau.de Castr.& domi.Alex. Addit Paul.ibi alium casum: scilicet in l.ea quæ.in fi.C.de temp.in integ.resti.peten. videlicet contra hæreditatem iacentem. Sed non procedit: vt ibi dicit Alex. Nam tunc præscriptio impeditur inchoari, & sic non dormit. Et si fuerit inchoata cùm defuncto: perficitur hæreditate iacente: vt dixi in præcedenti parte.in xxv.casu.

11 Octauus. † Casus est, in pupillo, quo ad præscriptioné. xxx. annorum: quæ tanquàm odiosa dormit tẽpore pupillaris ætatis: licet inchoata cùm defuncto, l.sicut.C.de præscri.xxx.ann. Sed alia præscriptio minoris temporis ita currit pupillo: sicut adulto: salua restitutione: vt latè dixi in præcedenti parte.in xxiij.casu.

12 Quosdam † alios casus: in quibus præscriptio dormit: colligit Pau.de Cast.in d.l.naturaliter. sed in casu authen.si tamen. C.de temp.appel.& in cle.quandiu.eo.tit. vbi tempus appellationis prosequendæ non currit durante compromisso. Item durante pacto facto de non agendo vsque ad certum tempus: Vel si fortè quis impediatur agere ad tempus propter indusias à principe concessas: vt in casu.l.quotiens.& ibi no.Cyn.C.de preci.impe.offi. Nam tale tempus subducitur de medio. & interim præscriptio dormit: per reg.quòd non valenti agere.&c. de qua plenè dixi in præcedenti parte.in xxij.casu.

Quatuor alios casus satis impertinenter addit Panor. in d. c.ex transmissa.in quibus dicit prçscriptionem dormire: videlicet cùm quis de iure impeditur agere: vt in filiofamilias viuente

uente patre. In vxore constante matrimonio. in pupillo durante pupillari ætate. Item in rebus, quæ debetur sub conditione. Item tempore feriarum repentinarum. Et in absente reipublicæ causa.

Et his duobus vltimis casibus: licet currat præscriptio: datur tamen restitutio: vt ibi latius per eum.

Sed isti casus non conueniunt: sed cadunt potius sub præcedenti parte, quando præscriptio non currat. Nam impedito impedimento iuris nunquàm currit præscriptio: cùm non possit agere. Et sic non potest dici, quòd dormiat: ex quo nunquàm incœpit currere. Impedito autem impedimento facti bene currit, & sic non dormit: licet detur restitutio. Et consequenter prædicti casus nõ adaptantur ad propositum excepto in pupillo: vt dixi suprà, & hoc sentit apertè Bart. in d.l. naturaliter. col. vlti. vbi post enumeratos aliquos casus, in quibus præscriptio dormit: subdit hæc verba. prædicta omnia quæ dixit: respiciunt præscriptionem iam incœptam. Quæ autem impediant præscriptionem inchoari: hic non examino. Sed in prædictis casibus impeditur præscriptio inchoari: ergo non potest dici, quòd dormiat. Sed potius dicitur non currere: quia non inchoata.

13 † Notandum tamen est, quòd in omnibus casibus, in quibus dictum est præscriptionem dormire: potest actor: si vult interrumpere præscriptionem. iuxta. l. vt perfectus. C. de ann. excep. Et licet hoc non faciat: tamen præscriptio dormit in dictis casibus: donec cesset impedimentum: vt per Panor. post Imol. in d.c. ex transmissa. ad fi. com. Imol. & Ro. in d.l. naturaliter. col. vlti. & ibi Mod. col. viij.

Vltimo quæro. Pro huius materiæ complemento: vt sciatur quando præscriptio dormiat, an tempus præscriptionis sit vtile, vel continuum?

Istam q. plenè examinaui. suprà in j. parte iiij. partis princi. colum. vij. in vj. quæstio.

ADDITIO.

Nota quòd paria sunt ecclesiæ nullum habere prælatum vel inutilem. Adde text. de hoc in cap. inter corporalia. versi. sed neque. de transla. epi. bene facit gloss. not. in l. fin. in glo. ij. C. de plagia. & faciunt plenè not. per Ange. Aret. in tract. malefic. in glo. in ver. membrum.

b Vide per Bertachi.in reper.l.verbo præscriptio septimo versi. præscripto.sede vacante.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quando & qualiter interrumpi dicatur?*
2 *Interruptio præscriptionis principaliter fit duobus modis.*
3 *Præscriptio quando dicatur naturaliter interrumpi?*
4 *Præscriptio qualiter interrumpatur respectu possessionis: quæ semper est necessaria in præscribendis rebus corporalibus?*
5 *Possessio multis modis interrumpi, siue amitti dicitur.*
6 *Amissione possessionis ciuilis interueniente interrumpitur præscriptio naturalis.*
7 *Conclusio illa, quòd quomodocunque desinat possessio, interrumpitur præscriptio, quo casu non procedat?*
8 *Defectus possessionis non interrumpit præscriptionem, quando modicum tempus superest ad præscriptionem.*
9 *Restitutio præscribenti an detur aduersus interruptionem præscriptionis?*
Contra interruptionem præscriptionis quæ fit per inundationem fluminis, vel aliter absque facto & culpa præscribentis: dabilis est restitutio in integrum.
10 *Restitutio contra interruptionem præscriptionis vbi non est ius quæsitum non datur pro consequendo lucro cum iniuria alterius.*
11 *In præscriptione longissimi temporis oportet vltimam diem ex toto esse completam.*
12 *Præscriptio inchoata per defectum perficitur per hæreditatē iacentem sine possessione.*
Possessio est facti & animi.
13 *Defectus possessionis licet interrumpat præscriptionem non tamen interrumpit defectum tituli præcedentis.*
14 *Re possessa sub vniuersitate an interrumpatur præscriptio?*

EXpedita secũda parte huius sextæ partis: in qua visum est: in quibus casibus & quãdo præscriptio dormiat. Venio ad tertiam partem ipsius sextæ: in qua videndum est qualiter præscriptio interrrumpatur?

Istam materiam interruptionis valdè profundam plenè tradunt glos.& omnes Cano.in c.illud.vbi est text.de præscript. Barto.& doct.in l.naturaliter.vbi text.principalior.ff.de vsuca. glo.& doct.in l.cum notissimi.in princ.& in §.imo.C.de præscr. triginta

triginta anno.& in l.ſicut.& ibi gl.ſuper verbo. per executoré. eod.titu.Barto.poſt glo.in l.fina.in princip.& ibi latè Alexand. & Moder.ff.de eo per quem fac.erit. Areti.& Iaſ.in §.pœnales. circa fi.inſti.de act.cum concor.de quibus infrà.

Et ſubdiuido hanc partem in quatuor partes.

In prima videbimus:qualiter præſcriptio interrumpatur naturaliter.

In ſecunda:qualiter interrumpatur ciuiliter.

In tertia : qualiter interrumpatur præſcriptio iurium incorporalium:vt ſeruitutis,& libertatis.

In quarta & vltima : quis ſit interruptionis effectus.

1 Et pro introductione huius materiæ præmitto. Quod tunc dicitur præſcriptio† interrumpi : quando iam fuit inchoata:& aliquo ex modis de quibus infrà deſinit:ita quod totum tẽpus præcedens conquaſſatur.adeo quod opus eſt illam de nouo inchoari ex integro:& erit neceſſarius idem curſus tẽporis, qui primo requirebatur : vt infrà dicetur: & dixi ſuprà in prima & ſecunda parte poſt Pan.in c.cum non liceat.col.ij.de præſcrip. & declarat idem Panor.in c.illud.col.j.eod.titu.quãdo dicatur præſcriptio non currere:quando dormire:& quando interrũpi. Et fuit dictum ſuprà in princip.huius ſextæ partis. Et declarãt Imo.& Paul.de Caſt.in d.l.naturaliter.colum.vlti.vbi declarat Imo.quomodo perpetuatio actionis differt ab interruptione. Et dicam infrà loco ſuo : & Alex.in l.fina.in princip.col.ij.ff.de eo per quem fac.erit.Bal.in l.cum notiſſimi.§.imo.col.fin.verſi. attende.C.de præſcript.triginta anno.

2 †Et quod præſcriptio interrupta debeat de nouo inchoari probat text.in l.ſi ædes.§.libertas.& ibi not.Bal.ff.de ſer.vrb.præd.

3 † Secundo præmitto,quòd interruptio præſcriptionis fit principaliter duobus modis.ſcilicet naturaliter & ciuiliter.& ſic duplex eſt interruptio naturalis & ciuilis:vt declarat gl.magiſtra. in d.l.cũ notiſſimi.§.ſed & ſi quis.in verbo innouata.& ibi Sali. legens illum.§.cum.§.imo:col.ij.verſic.quæro.cum glo.fina.

† Naturaliter dicitur præſcriptio interrumpi:quando deficit aliquod de requiſitis ad ſubſtantiã præſcriptionis. Nam quandoque in præſcriptione requiruntur tria : vt in vſucapione vel præſcriptione longi temporis,poſſeſſio,titulus,& bona fides.l. j.& ibi not.Barto.C.de vſuca.transfor.

Et de iure canonico:vbi præſcriptio eſt contra ius requiritur titulus,bona fides,& poſſeſſio quadraginta anno.c.j.de præſcri. in ſexto.

Quandoque vero requiruntur duo: vt de iure ciuili in præscriptione longissimi temporis.triginta annor.in qua sufficit possessio cum bona fide absque titulo ad acquisitionem dominij vtilis.l.si quis emptionis.§.j.C.de præscript.xxx.anno.Et de iure canonico requiritur regulariter tempus quadraginta anno.seu possessio tanti temporis cum bona fide absque titulo: quando pręscriptio nõ est contra ius.c.de quarta.& c.si diligenti.& ibi plenè no.de præscript.

Quandoque vnum tantum requiritur:vt in præscriptione longissimi temporis inducta in odiũ negligẽtis, in qua de iure ciuili sufficit solus cursus tanti temporis in personalibus, & in realibus sola possessio triginta annorum etiam cum mala fide: vt præscribens sit tutus exceptione: licet non præscribat dominium, nec habeat actionem, si cadat de possessione.d.l.si quis emptionis.§ j.& l.cum notissimi.C.de præscript.xxx.anno. Et late declaraui in vj.q.ij.partis.j princi.vnde si aliquod de requisitis deficiat, dicitur præscriptio naturaliter interrumpi.

Ciuilis interruptio est quãdo præscriptio interrumpitur per actum ciuilem:vt per citationem, vel litis contestationẽ:prout declarat glos.in d.l.cum notissimi.§.sed & si quis.& latius dicetur infrà.

4 His præmissis quæro primò † qualiter præscriptio interrumpatur respectu possessionis, quę semper est necessaria in pręscribendis rebus corporalibus.l.sine possessione.ff.de vsucap.& c. sine possessione.de regu.iur.in vj.vel quasi possessio in iuribus incorporalibus, realibus:aut mixtis: vt ibi per Dyn.dixi plenè. suprà in tertia parte prin.

Respondeo breuiter, quod si deficiat possessio, siue interrumpatur, quòd pręscriptio ipsa est interrupta, & ista appellatur interruptio naturalis. Nam amissa possessione præscriptio interrumpitur, adeò quòd tempora præterita nihil prosunt.

5 † Dicitur autem interrumpi, siue amitti possessio. [a] multis
a modis, vt cũ quis de possessione vi deiicitur.Vel alicui res mobilis eripitur: vt dicit text.in l.naturaliter.ff de vsuc.Vel etiã si præscribens sine vi:cadat à possessione.Nam quomodocunque desinat possidere præscriptio interrumpitur: vt dicit glos.ij.in d.l.naturaliter.

Perditur etiam possessio & sic interrumpitur præscriptio per inundationem maris, vel fluminis: iuxta text.in l.iij.§.Labeo. cum ibi plenè no.ff.de acquir.posses.

Quod limita notabiliter tribus modis: vt ibi per Alex.& Ias. & declara

& declara vt pulchrè per Feli.post Bald.in d.c.illud.col.prima.

Idem si res efficiatur sacra, vel religiosa,& sic desinat esse in commercio:quia ex quo tales res nō possidentur: sed eo modo possessio amittitur.l.qui vniuersas.§.j.ff.de acquir.posses.possessio interrumpitur.d.l.naturaliter.& ibi Barto.circa fi.iij.col. vers.quæro an defectus rei.vbi dicit,quòd siue res deficiat ciuiliter:quia efficiatur sacra vel religiosa:vel seruus fiat liber.siue deficiat naturaliter:quia extinguatur:sicut possessio amittitur: ita præscriptio interrumpitur.vt ibi.& d.l.qui vniuersas.per totam.l.& l.pe.ff.pro dona.no.Panor.in d.c.illud.circa fin.

Quod limitat Cu.ma.in d.l.naturaliter.procedere quādo res fit in totum extra commercium nostrum, vt in re sacra, vel religiosa.Secus si reuocabiliter:vt si res fiat dotalis post inchoatā præscriptionem, quia non semper durabit dotalis:& potest de facili desinere illa qualitas. Tunc enim talis defectus superueniens præscriptionem non interrumpit.vt est casus in l.si fundum.ff.de fun.dota.refert.do.Clau.in d.l.naturaliter. colum.v. circa med.

Et vltra eos ratio est in prōptu.quia licet res fiat dotalis non perditur possessio.& sic nō interpellatur præscriptio inchoata. non enim reperitur quòd res dotalis sit prohibita possideri, vt est in re sacra, vel religiosa.

Et his casibus dicitur interruptio naturalis:quia deficit vnū de substantialibus præscriptionis, videlicet possessio.

Et hæc interruptio naturalis propter defectum possessionis prodest:nedum interrumpenti,sed omnibus.d.l.naturaliter.

6 † Primò limita istam conclusionem, vt procedat, quando interuenit defectus siue amissio possessionis ciuilis:quæ sola causat præscriptionem.vt no.glos.& communiter doct.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.posses.& in l.j.C.de ser.fug. Sed defectus possessionis naturalis tantum nō interrumpit præscriptionem. l.qui fundum.in princip.ff.pro empto.l.si id quod.§.fin.ff.de acquir.pos.ita no.Bart.in d.l.naturaliter.col.iij.versi.tertio requiritur.vbi limitat non procedere quando sola naturalis sufficeret ad præscriptionem, vt in vsufructuario.

Sed in hoc errat Barto.quia licet vsusfructuarius non possideat fundum nisi naturaliter:tamē ipsum ius vsusfructus possidet ciuiliter & naturaliter: vt no.Bart.& docto.in l.naturaliter. in princip.ff.de acquir.posses & sic ciuilis semper est illa, quæ causat præscriptionem : vt concludunt Alexand.& communiter docto.in d.§.ex contrario.reprehendentes Barto.ibi.

8 † Secundò limita prædictam conclusionem, vt nõ procedat quando quis verè desiit possidere, fingitur tamen possidere, vt in capto ab hostibus, & re peculiari per seruum possessa: quia licet ipse verè desinat possidere, tamen præscriptio non interrumpitur, ex quo fingitur possidere fauore sui. l. pen. ff. pro dona. & l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. secundum Bart. in d. l. naturaliter. col. iij.

Et sic prædicta conclusio debet intelligi quando quis priuatur possessione actu, & habitu, alias secus: vt in d. l. si is qui pro emptore. ita dicunt Angel. & Imo. in dicta l. naturaliter. colum. secunda. & hoc esse de mente Dyn. in c. sine possessione. de reg. iur. in sexto.

8 † Tertiò limita, vt non procedat quando modicum tempus supererat ad præscriptionem: quia tunc defectus possessionis non interrumpit præscriptionem. text. est no. in l. rerum mixtura. §. Labeo. ff. de vsucapio. secundum Barto. in dicta l. naturaliter. colum. tertia. qui assignat rationem. quia ibi modicum tempus ad vsucapionem supererat: & quia quis rem illam sub vniuersitate possidebat.

Sed Dy. in l. qui fundum. §. qui bona fide. ff. pro empto. quem referunt Alexand. & docto. in l. tertia. §. Labeo. ff. de acquirend. possessio. dicit, quòd quando est interrupta præscriptio amissione possessionis ad cuius perfectionem pauci dies restabant: tunc conceditur restitutio. Et sic interrupta est præscriptio, quàmuis restitutio concedatur. Et pro ista opin. est bona glos. in l. prima. §. qui autem vi. in verbo. habiturus. ff. de vi & vi arma. quæ ad hoc allegat bonum text. in l. si fundum. in fi. ibi. planè si paucissimi dies restabant. ff. de fun. dota. vbi videtur probari, quòd præscriptio inter paucissimos dies perficienda habetur pro iam perfecta. Et illum text. ad hoc reputat valdè no. Bald. in c. finali. columna quarta de præscriptio. dicens, quòd propter modicum momentum quod restabat non vitiatur longi temporis tractus. Sed ille text. hoc non probat. vt ponderat Ias. in dicto §. Labeo. qui illum text. sibi ascribit, licet allegetur per glos. præallegatam. Non etiam videtur probare text. in dicta l. rerum mixtura. §. Labeo. vt latè per Alexand. post Cu. in dicta l. tertia. §. Labeo. ff. de acquiren. possessio. plenè explicãtem intellectum illius text. vbi post longam discussionem concludit Alex. hanc opin. Dyn. esse communem, quòd restitutio concedatur aduersus interruptionẽ, vbi supererãt pauci dies, puta, decem ad complendam præscriptionem: à qua in practica dicit non

cit non esse recedendum, quàmuis in casu.d.l.rerum mixtura.§.Labeo.vsucapio habeatur pro completa absque restitutione quo ad illas res mobiles:de quibus ibi: quia possidebantur sub vniuersitate edium, licet desiissent particulariter possideri per paucos dies ante perfectam vsucapionem, vt ibi latius per eum.

9 † Sed hic quæritur vtrum aduersus interruptionem pręscriptionis detur restitutio præscribenti, vt præscriptio nondum completa compleatur, si fortè quis amisit possessionem per inundationem, vel aliter: & sic fuit interrupta præscriptio absque facto suo?.

Glos.in d.l.iij.§. Labeo.in verbo desinere determinat hanc.q.& ex ea colliguntur duæ conclusiones.

Prima conclusio est, quòd contra interruptionem præscriptionis quæ fit per inundationem fluminis, vel aliter absque facto & culpa præscribentis,& sic ex iusta causa datur restitutio in integrum vbi agens tractat de damno: quod est quando ius est iam quæsitum, vt in casu.l.j.§.si quis autem propter.ff. de itine.actuque priua.nam perdere ius quæsitũ est pati damnum:vt ibi dicit glo.ordi.& glo.in l.ij.§.j.ff.ne quid. in loc.pub. not. Bald. Ange. Alexand.& alij in l.non amplius.§.fin.per glo. ibi.ff.de legat.j.

Hinc est quòd idem iudicatur de lucro iam quæsito, vel radicato quod de damno.gl.not.in l.quæ fideicom.ff.de leg.ij.& in l.Clodius.ff.de acquirend.hæredi.

10 † Secunda conclusio est, quòd contra interruptionem præscriptionis, vbi non est ius quæsitum,non datur restitutio pro consequendo lucro cum iniuria alterius: & sic vt compleatur præscriptio non completa,ita decidit gl.in d.§.Labeo.per text. in l.sciendum.& in l.denique.cum.l.seq.ff.ex quib.caus.maio. idem tenet gl.in l.ait prætor.§.si ei.eo.ti.& in l.j.C.de anna.except.bene facit text.in l.si is cui commodata.ad fi.ff.de fur.vbi dicitur,quòd interesse æstimatur respectu damni, & nõ respectu lucri.& gl.not.in l.si quis vxori.§.si seruus meus.eo.tit.quæ dicit,quòd non habetur ratio lucri, quod esset cum iniuria alterius.& ibi not.Bartol.

Et hanc secundam conclusionem firmat Bald.in l.j.colum. ij.de anna.except.

Limitatur ista secunda conclusio: nisi interrupta esset præscriptio:ad cuius perfectionem pauci dies restabant:quia tunc conceditur restitutio:vt prædictum est.

Et

Et has conclusiones sequuntur communiter doc.in d.l.iij.§. Labeo.ff.de acquir.pos.& ibi latè per Alex.& Moder.& firmat Bal.in l.j.col.ij.C.de anna.except.vbi dicit, quòd conclusio de qua suprà proximè,fallit solum:vbi agitur contra violentum, & modici dies supererant ad præscribendum:vt not.glo.singu. secundum eum in l.j.§.rectissimè.ff.de vi:& vi arma.

11 † Sublimitatur ista limitatio, vt nõ procedat in pręscriptione longissimi tẽporis triginta, vel quadraginta anno.quia cum sit merè odiosa,non cõceditur restitutio ratione modici temporis restantis, vt perficiatur præscriptio.ita limitat Ludo.Roma.in d.l.iij.§.Labeo.ff.de acqui.pos.per id quod in simili vult gl.in l.vsucapionibus.ff.de diuer.& temp.præscrip.& gl.in l.iij. §.minorem.ff.de mino.quæ gl.volunt,quòd in ista pręscriptione longissimi temporis oportet vltimã diem esse ex toto completam,quia est odiosa:licet in vsucapione & in aliis præscriptionibus non odiosis,dies cœpta habeatur pro completa.l.in omnibus.ff.de actio.& obli.& d.l.in vsucapionibus:& in l.vsucapionibus.ff.de vsucap.Et istam limitationẽ sequuntur Alex. & Aret.in d.l.iij.§.Labeo.& ibi Iaso.ad fi.commen.

Et has conclusiones sequitur Felin.in c.illud.colum.vltim. versic.octaua conclusio.de præscript.

12 † Tertiò principaliter limitatur prædicta cõclusio, quæ habet,quod superueniens defectus possessionis interrumpit præscriptionem : vt non procedat in casu.l.cœptã.ff.de vsucap.videlicet , in hæreditate iacente : quia præscriptio inchoata per defunctũ perficitur per hæreditatẽ iacentem sine possessione: cum hæreditas tanquàm corpus fictũ:& repręsentatum carens animo,& anima nõ possideat: quia possessio est facti & animi. Ideo possessionem non habet : vt dicit tex.in l.j.§.Sceuola.ff.si quis test.lib.esse ius.fun.sed præscriptionẽ non cœptã inchoare non potest.l.fi.§.fi.ff.de vsucap. Et hoc est introductũ iure singulari,quòd hæreditas iacẽs possit complere præscriptionem: vt dicit tex.in l.iusto.§.nondum.ff.eo.tit.Has tres limitationes succinctè ponit Bar.in d.l.naturaliter.col.iij.ver.iij.requiritur.

13 † Quartò principaliter limita prædictam conclusionẽ principalẽ,quæ habet quod defectus possessionis interrumpit præscriptionem vt procedat quo ad interruptionẽ præscriptionis: sed non respectu tituli : quia licet defectus possessionis interrumpat præscriptionem:non tamẽ interrumpit effectum tituli pręcedentis:adeo quod potest inchoari de nouo præscriptio ex illo titulo concurrentibus bona fide & aliis requisitis: vt est gl. not.

not.in l.si is qui pro emptore.§.si quis bona fide.vbi Bar.decla-rat & approbat:& sequuntur communiter doct.ff.de vsucap.& Bart.in l.cum solus.circa medium commen.versic.ad contra-ria respõde.eo.tit.Et sequuntur Bal.& Ang.in l.cum notissimi. §.imo.C.de præscrip.xx.ann.allegantes illam gl.pro singulari, & limitant, vt procedat respectu veri tituli. Secus ratione pu-tatiui:quia licet non interrumpatur titulus verus, interrumpi-tur tamen titulus putatiuus. Allegant pro hoc casum sing.in d. l.cum solus.inducendo vt per d.Alexã.in l.Pomponius.§.sed & legatario.circa princip.ff.de acquir.possel.

14 † Quid autem si quis non amisit ex toto possessionem:quia res non extinguitur:sed in aliud corpus transfertur,& sic desi-nit possidere rem particulariter, & illam possidet sub vniuer-sitate:an interrumpatur prȩscriptio?habetur.in d.l.rerum mix-tura.§.Labeo.& per totam.l.ff.de acquir.re.domi.

Et per hæc remanet expedita prima quæstio, qualiter inter-rumpatur præscriptio propter superuenientem defectum pos-sessionis.

ADDITIO.

a Adde quòd interrupta possessione non est interruptus titu-lus adeo quòd ex veteri titulo & ex noua possessione, etiam si noua cœperit cum mala fide renouatur præscriptio.casus est not.in l.si is qui pro emptore.§.si quis bona fide.ff.de vsucap.& ibi Bart.not.& sequitur Bal.in rub.de præscrip.col.penult.circa princip.dicens quòd hoc non reperitur alibi.

SVMMARIVM.

1 *Defectus bonæ fidei an interrumpat præscriptionem?*

2 *Præscriptio an impediatur vbi mala fides incæpit in persona suc-cessoris, & bona fides erat in persona autoris?*

3 *Dubitatio seu titubatio superueniens de vera possessione an inter-rumpat præscriptionem?*

4 *Dubitatio superueniens præscribenti fructus, seu partum ancillæ, vel alterius rei emptæ antequàm præscribat, interrumpit præscri-ptionem.*

5 *Mala fides quo ad vnum superueniens an interrumpat præscri-ptionem quo ad plures, vel aduersus illum tantum?*

6 *Mala fide medio tempore superueniente an interrumpatur præ-scriptio*

ſcriptio poßidentis.

7 *Repugnante conſcientia poßidens peccat.*

8 *Scientia rei alienæ etiam ſine mala fide an impediat præſcriptionem?*

1 SEcundò principaliter quæro † An defectus bonæ fidei interrumpat præſcriptionem?

Iſtam.q.formar Barto.in d.l.naturaliter.col.ij.verſic. quæro. vtrum ſuperueniens. &c.& dicit quòd de iure ciuili ſuperueniens mala fides [a] ſimpliciter nunquàm interrumpit præſcriptionem,quia de iure ciuili ſufficit bonam fidem adeſſe in initio,l.ſequitur.§.de illo.ff.de vſucap.& l.j.§.hoc tãtummodo.C. de vſucap.trãsfor.Sed de iure canonico quandocunque ſuperueniat mala fides ante completam præſcriptionem, interrumpit illam.c.vigilanti.& c.ſi.de præſcript.& c.poſſeſſor.cum glo. de reg.iur.in vj.cui iuri canonico in hoc ſtandũ eſt vt ibi communiter concludunt gloſ.& Canoni.

Et ideo ſecundum Cano.bona fides debet eſſe continua, & de continua bona fide articulandum eſt, vt dicunt Bal.& Ang. in l.ſuper longi.colum.ij.C.de præſcript.long.temp.vbi etiam concludunt, quòd in hoc ſtandum eſt Canonici. quia agitur de peccato.

2 Sed primò quæro. † Quid ſi mala fides incipit in perſona ſucceſſoris,& bona fides fuit in perſona [b] autoris an impediatur præſcriptio ex hac mala fide ſuperueniente?

Iſtam q.mouent Bal.& Ang.in d.l.ſuper longi.col.ij.verſ.ſed ſi mala fides.C.de præſcrip.long.temp.& diſtinguunt an traditio fuerit facta autori,vel ſucceſſori, & inter ſucceſſorem vniuerſalem & ſingularẽ.per text.in l.ij.§.ſi defunctus.& §.ſi eum. ff.de vſucap.pro empt.vt ibi latius per eos.

Sed de iure canonico ex quo requiritur cõtinua bona fides, vt dixi, pręcedenti.q.eſt indubitatum quod mala fides ſuperueniẽs vel in perſona ſucceſſoris vniuerſalis, vel ſingularis interrumpit,& tantomagis ſi habuerit malam fidem ab initio.d. c.poſſeſſor.cum ibi not.de reg.iur.in vj.

3 Secundò quæro. † Quid ſi quis cœperit dubitare, ſeu titubare vtrum ad eum res pertineat, vel non:& ſic non habet bonam fidem nec malam,quæ propriè dicitur non bona fides tenens medium.vt not.glo.in l.iij.§.ſi.ff.de acquir.poſſeſ.& in l.j. C.eo.vtrum talis dubitatio,ſeu titubatio interrumpat præſcriptionem? Bar.in d.l.naturaliter.circa ſi.ij.col.determinat quòd non

non & ita dicit sentire Inno.in c.fi.de præscrip.& hanc opi.tenet ibi glo.not.Bald.& Ange.in l.super longi.versi.dixi secundo.C.de præscript.long.tempo.

Et ista opin.est communis vt attestatur Alexã.& Aret.in d.l.iij.§.fi.& ibi latè Ias.col.ij.& iij.comprobãs per plura.ff.de acquir.pos.not.plenè Felin.post Panor.in d.c.fi.col.antepe.circa fi.& penult.versi.ad illud de eo qui dubitat, &c.qui inter cætera pro ista conclusione allegat dictum Bald.in c.si diligenti.de præscrip.vbi dicit, quòd conscientia dubia nõ generat malam fidem.& est ibi bona gl.super verbo bona fides ad fi.& Bal.in c.fi.col.iij.de consuet.dicentem,quòd dubius in cõscientia non dicitur facere contra conscientiam,nisi postquàm ei innotuerit veritas.Et ita intelligit Inno.in c.nouit.de iudic.

Et hanc partem firmat Imol.in repet.d.c.fi.de præscript.per rationem,quia nemo tenetur ius suum indiscussum relinquere.l.illud.ff.de petit.hæredi.

4 † Istam conclusionem singulariter limitat Bald.in l.ancillæ.col.iij.C.de fur.vt procedat, nisi possideretur res titulo pro suo tantum.Et ideo dicit,quòd si superuenit talis titubatio seu dubitatio præscribẽti fructus, seu partum ancillæ vel alterius rei emptæ & antequàm præscribat interrumpit præscriptionẽ: refert & sequitur Alexan.in apost.ad Bar.in d.l.naturaliter.& ibi not.do.Claud.Aquen.col.ij.circa fi. Et not.quòd per solam petitionem factam in iudicio inducitur titubatio secundum Bal.in l.nemo.ad fi.C.de acquirend.posses.

5 Tertiò quæro.† Quid si superuenit mala fides quo ad vnum an interrũpatur præscriptio quo ad omnes, vel aduersus illum tantum? Bart in d.l.naturaliter.col.iij.versic.quæro.quid si superuenit mala fides determinat, quòd non interrumpitur: nisi aduersus illum tantum, cuius respectu superuenit mala fides. per glos.in l.si quis fundum.in glos.fin.ff.de acquirend.posses. quæ vult, quòd quis possit habere bonam fidem respectu domini,& præscribere dominium, & malam fidem respectu creditoris & hypothecæ.Et sic non præscribet aduersus hypothecariam.Idem vult glos.in l.sicut.in verbo possidente.C.de præscript.triginta anno. Et pro hoc videtur casus secundum Bart. in l.qui Balneum.ff.qui pot.in pigno.hab.sequitur.do. Anto.in d.capit.illud.motus,quia bona fides & mala possunt referri ad vnum,& non ad alium, & respectu vnum ita quòd non alium. argumentum.l. Fulcinius.§.quid si aduersus.ff.quib.ex caus.in possessio.eadem.

Contra

Contrariam opi.tenet Panor. ibi in prin.ij.col.motus primo
6 per tex.in c.fi.de præscri.vbi patet,†quòd possidens repugnante conscientia peccat: sed iste credebat rem non esse suam: ergo peccat, & sic non poterit præscribere.

Mouetur secundò per text.in c. si virgo. xxxij.q.ij.vbi dicitur,quòd tãdiu quis dicitur possessor bonæ fidei quandiu ignorat se alienum possidere.Sed iste credebat rem non esse suam, licet putaret eã esse illius cuius nõ erat:ergo erat in mala fide.

Sed opi.Bart.videtur magis cõmunis,licet vtraque sit bene fundata secũdùm Feli.in d.c.illud. circa prin. qui nihil firmat.

Et opi.Bar.tenẽt ibi But. & Imo.& Salic. in l.cùm notissimi. §.imo.col.penul.vel fi.ver.sed tunc quæro.C.de præscript.xxx. anno. vbi assignat rationẽ cur defectus possessionis interrumpat quo ad omnes: sed non superueniens defectus bonæ fidei. Et idem dicit eadem ratione in superueniẽte defectu tituli.& Pet.de Ancha.in c.j.col.penulti.de præscrip.in vj. Aret.vero in l.j.§ item acquirimus.col.v.& in l.iij.§. Neratius.col.penulti.& in l.Pomponius.§.ex facto.ff.de acquir.pos.dicit dictum Bart. debere intelligi,quando bona & mala fides respiciunt iura diuersa,puta,dominium & hypothecam:& ita loquuntur glos.& iura,quas & quæ Barto.allegat: sed mala fides respectu vnius iuris,quo ad vnum nocet quo ad omnes,ita procedat opin.Panormit.& hoc modo possunt concordari opin.Et ita declarant expresse Bart.Roma.& Cuma.licet Aret.non dicat in d.l.naturaliter.vbi istum passum latè discutit do. Claud.Aquen.col.iij. ad fin.dic vt ibi latius per eum.

7 Quartò quæro † Quid si superuenit mala fides medio tempore: quia quis credidit rem esse alienam, deinde melius informatus credidit illam suam, vel autoris sui: & sic deposuit malam fidem:possidendo cogitatione domini: iuxta text.in l. bonæ fidei emptor.ff.de verb.signi.& in l.apud antiquos.in ver bo domini cogitatione.C.de furt. Vtrum talis mala fides incidens,& non durans interrumpat præscriptionem?Bartol.in d.l. naturaliter.col.iij.determinat quòd non post Inno.in c.fina.de præscript. quia secundum eum,ad hoc vt superueniens mala fides interrumpat præscriptionem etiam de iure cano.oportet quòd superueniat incõmutabiliter. Alias remanet incorrectũ ius ciuile quo cauetur sufficere bonam fidem adesse in initio, vt prædictum est.& fuit originalis opi.glos.in d.c.fina.Contrariam opi.tenent Hosti.& Panor.ibi.Ideirco de hoc articulo dic vt ibi latè per Feli.col.v.versi.item dum probat referentem opi

niones

niones & postea distinguentem & per d.Clau.Aquen.in d.l.naturaliter.col.ij.qui attestatur opi.gl.Inn.& Bar.esse cõmunem.

Qualiter autem probetur mala fides? ponit Bar.in l. Celsus. col.iiij.& ibi latè dicam. ff.de vsuca.

8 † Et notandum est, quòd scientia rei alienæ etiam sine mala fide impedit præscriptionem secundùm Bal.no.in l.nec creditores.C.de pig.actio. Et ponit exemplum in creditore possidente pignus. Non enim possidet mala fide, cùm habeat caussam possidendi per traditionem debitoris: tamen scit rem esse alienam, ideo non præscribit.l.serui nomine.ff.de vsuca. & dicit hoc menti tenendum: refert & sequitur Felin. in d.c.illud. col.j.de præscrip.

ADDITIO.

a Vide Sali.in l.cùm notissimi.§.imo. col.fin.circa princ.C.de præscript.xxx.ann.

b Adde Bald.in c.cùm non liceat. circa fi.de præscri.vbi dicit quòd præscriptio non interrumpitur per malam fidem.

c Vide Sali.in l.cùm notissimi.§.sed & si quis.col.iij.circa prin. C.de præscri.xxx.an.

SVMMARIVM.

1 *Superueniente defectu tituli an interrumpatur præscriptio possidentis?*

2 *Venditione resoluta potest venditor vti accessione emptoris, & vtriusque tempora contingere.*

3 *Vsucapio an interpellatur vt non currat ad commodum autoris, vbi titulus reuertitur ad non titulum?*

4 *Fictio idem operatur in casu ficto quòd veritas in casu verò.*

1 Tertiò principaliter quæro. † Vtrùm superueniens, defectus tituli interrumpat præscriptionem?

Istam q.firmat Bar.in d.l.naturaliter.col.ij.versi.quæro ergo vtrum superueniens defectus in titulo, & loquitur satis confusè: vt dicit Panor.in d.c.illud.col.ij.versi. quo ad tertium: qui breuiter distinguit, quòd aut superuenit defectus tituli: quia certior effectus est possessor de illius nullitate, & tunc impeditur & interrumpitur præscriptio: quia talis defectus superueniens constituit eum in mala fide.arg.c.veniens. de præscript. Aut superuenit defectus tituli respectu resolutionis: quia ego possidens rem bona fide vendidi tibi rem illam sub pacto, vt deficiente conditione apposita res esset inempta. & tunc licet

deficiat conditio non tamen est interrumpta præscriptio inchoata contra dominum: sed potest primus possessor priora tempora cùm sequentibus continuare, quia illa propriè dici venditio non potest, cùm esset resolubilis in euentum conditionis, & idem in simi.

Et licet Panor.pro hoc nihil alleget:est tex.in l.Pomponius.
2 §.præterea.ff.de acqui.pos.vbi dicit † quòd resoluta venditione venditor potest vti accessione emptoris & contingere tem-
a pora vtriusque. & est casus in l.si hominem. [a] ff.de vsucap.
3 Ang.verò in d.l.naturaliter. ex doctri.Bart.colligit, † quòd quando titulus reuertitur ad non titulum, non interpellatur vsucapio quin currat ad commodum autoris. d.l.si hominem. Sed ad commodum sui interpellatur quando scit se restituturum:secus si ignoraret & iustè. & ita intelligit text. in l.quæsitum.ff.de acq.rer.do.quem allegat ibi Bart.Item secus, si restituturus non esset. exemplum. Si dicit statutum, quòd omnes contractus facti à mense citra sint nulli, tamen possidentes possideant,non interpellatur præscriptio: quia tunc debet inspici initium.l.sequitur.§.de illo.ff.de vsucap.

Fallit tamen secundùm Ang.si reductio ad non titulum fingeret retro, vt quia dicit statutum, quod fingatur contractus
4 nunquàm facti.†Nam cum idem operetur fictio in casu ficto: quòd veritas in casu vero.§.si verò constante. cùm gl.in auth. de sanct.episc.sicut defectus tituli à principio secundùm veritatem impediret præscriptionem: ita & quando secundum fictionem.

Et verba Ang. refert Imol. in d.l.naturaliter.colú.ij.& tenet contra Ange.in casu dicti statuti:dicens,quòd non videt effectum huius fallentiæ, si statutum subiiciat, quòd possidentes tamen possideant. Nam tunc videtur esse de mente statuti, quòd possidens possit se tueri exceptione: & sic quo ad illam fictio non operabitur.

Præterea dicit Imo.quãdo statutum dicit, quòd contractus facti à mense citra sint nulli, ex quo ipso iure inualidat contractum in effectu vult contractum haberi pro infecto.

Sed opin.Ang.in casu dicti statuti & hanc fallentiã conatur sustinere.d.Clau.Aquen.in d.l.naturaliter.col.j.vt ibi per eum.

Et sic volunt Ang.& Imo.quòd si deficiat titulus,& præscribens ignoret, possit præscribere propter illam ignorantiam: etiam ad opus sui, & cõtra eum in cuius fauorem deficit titulus:licet Bart.videatur velle contrarium per d.l.quæsitum.

Sed

Sed poteſt dici, quòd dictum Bart.limitatur ex dictis Ange.& Imo.& dicta Bart.in d.l.naturaliter.in effectu ſequitur Salic.in l.cùm notiſſimi.§.imo.C.de præſcrip. xxx.ann.

Et not.ad ampliationem prædictæ concluſionis:quàm facit Panor.in d.c.illud. quòd ſicut quando defectus ſeu nullitas tituli venit ad notitiam præſcribentis interrumpatur propter malam fidem:ita etiam quando non deficit titulus, vel non eſt nullus, tamen præſcribens putat defeciſſe, vel eſſe nullum. Nam tunc impeditur præſcriptio. ita eleganter vult Bal.in l.j. col.j.C.per quas perſo.no.acqui.& ibi ſequitur Sali.quos refert Feli.in d. c.illud.col.j.

a ADDITIO.

Vide Sali.in l.cùm notiſſimi. §.ſed & ſi quis.colum.iij.circa prin.C.de præſcri.xxx.ann.

SVMMARIVM.

1 *Defectus ſuper ueniens in perſona præſcribentis, aut in perſona contra quem præſcribitur an interrumpat præſcriptionem?*
2 *Interruptio ciuilis quæ dicatur?*
3 *Præſcriptio qualiter interrumpatur ciuiliter?*
4 *Præſcriptio mere odioſa per ſolam citationem interrumpitur.*
5 *Præſcriptio mixta ideſt partim odioſa & partim fauorabilis interrumpitur. litis conteſtatione facta coram iudice competenti.*
6 *Actiones annales ſeu prætoriæ quomodo interrumpantur?*
7 *Citatio ſola an interrumpat præſcriptionem xxx. vel xl.ann. cùm bona fide ſine titulo, per quàm acquiritur vtile dominium? & numer.9.*
8 *Præſcriptio cœpta contra eccleſiam non interrumpitur per citationem, ſed requiritur litis conteſtatio.*
10 *Statutaria præſcriptio ſola citatione interrumpitur, niſi ſtatutum imponeret per præſcriptionem ſilentium. & nu.ſeq.*
11 *Verbum, Petere, in aliqua clauſula appoſitum ad quem debeat referri?*
12 *Verbum, quomodocunque, vel aliud ſimile adiunctum verbo, petere, vbi intelligitur de petitione quæ fit per litis conteſtationem, an poßit etiam verificari in extraiudiciali petitione?*
13 *Statutum de non petendo debitum niſi petitum ſit intra x.an.quomodo ſit intelligendum?*
14 *Concluſio, quòd præſcriptio.xxx.ann.interrumpitur ſola citatione an extendatur ad vnicam citationem legitimè factam?*

Interruptio præscriptionis, quæ potest sola citatione fieri, potest etiã fieri per filiumfa. sine consensu patris.

15 *Denuntiatio per quemlibet facta dummodo fiat cùm licentia iudicis interrumpit præscriptionem.*

16 *Casu quo per citationem interrumpi potest præscriptio: non est curandum de libello male formato.*

17 *Interruptio præscriptionis an poßit fieri per dationem fideiussoris?*

18 *Denuntiatio extraiudicialis nũquàm interrumpit præscriptionem, nisi in casibus à iure expreßis. & nu. seq.*

20 *Denuntiatio extraiudicialis facta cùm forma legis. vt perfectius. C. de an. excep. an interrumpat præscriptionem?*

21 *Præscriptio conuentionalis interrumpitur & perpetuatur sola extraiudiciali interpellatione.*

22 *Citatio vbi actor qui fecit citari, nõ comparet in termino habetur pro non facta: nec interrumpit præscriptionem.*

23 *Citatio ad hoc vt interrumpat præscriptionem debet esset certa, & specialis.*

24 *In causa criminali sola libelli oblatio ante citationem interrumpit præscriptionem.*

Sola libelli oblatio an semper dicatur præscriptionẽ interrumpere?

25 *Citatio non inducit litis pendentiam, nisi nuntius retulerit iudici, vel in actis: & sic talis citatio est nulla, nec præscriptionem interrumpit.*

26 *Relatio citationis an sit de substantia iudicij?*

27 *Citatio nulla nullam facit præscriptionis interruptionem.*

28 *Comparitio subsequens an validet citationem nullam?*

29 *Citatio realis, quæ fit per capturam personæ an præscriptionem interrumpat?*

30 *Citatio quæ fit per testium receptionẽ ad æternam rei memoriam lite non contestata an interrumpat præscriptionem?*

31 *Præscriptio mere fauorabilis an per litis contestationem interrumpatur vt pendente lite finiatur vsucapio?*

32 *Præscriptio mixta interrumpitur per litis contestationem: dummodo sit facta animo & intentione procedendi in lite vsque ad finem. & nu. seq.*

34 *Litis contestatio facta coram arbitratore non interrumpit præscriptionem.*

35 *Litis contestatio facta iudice incompetenti, vel non suo, est nulla, & ideo non interrumpit præscriptionem.*

36 *Mala fides superueniens de iure canonico in quacunque temporis parte interrumpit præscriptionem.*

37 Inter

37 *Interruptio præscriptionis an fiat per iudicium, in quo agens succubuit: aut per litis contestationem in eo factam?*
38 *Præscriptio an per exceptionem seu exceptionis obiectum interrumpatur?*
39 *Præscriptio an & quomodo possit per filiumfa. interrumpi sine consensu patris?*
40 *Præscriptio iurium incorporalium qualiter interrumpatur?*
41 *Præscriptio libertatis qualiter interrumpatur?*
42 *Effectus interruptionis præscriptionum quis sit?*
43 *Litis contestatio non inducit malam fidem nisi præsumptam.*
44 *Vitium litigiosi, & effectus interruptionis præscriptionis inductus per lit. contest. an duret perempta instantia? & num. seq.*
45 *Regula, quòd perempta instãtia durat effectus præscriptionis quomodo limitatur?*
46 *Interruptio præscriptionis ciuilis an prosit quo ad omnes?*
47 *Interruptio præscriptionis facta contra principalem an prosit contra fideiussorem ignorantem, & non citatum?*
48 *Interruptio præscriptionis facta contra vnum ex pluribus tutoribus, an & quo casu aliis praiudicet?*
49 *Interpellatio facta contra reum, an perpetuet actionem contra fideiussorem?*
50 *Interruptio præscriptionis facta cõtra vnum ex correis prodest creditori quo ad alium, & nocet alteri correo.*
Interruptio præscriptionis facta contra principalem an interrumpat quo ad fideiussorem, vel econtra?
51 *Interruptio præscriptionis in vno actu an prosit in altero?*
52 *Completa præscriptio an possit interrumpi?*
53 *Interruptio præscriptionis, quomodo et quot testibus possit probari?*

1 QVarto principaliter † quæro, vtrum superueniens defectus in personam præscribentis: vt quia fiat incapax dominij illius rei, quàm præscribit ex aliquo incidẽti interrumpat præscriptionem?

Hanc q. latè examinat Bar. in d. l. naturaliter. colum. iij. in fi. & iiij. inferens in specie ad decisionem no. quæst. Pone. statuto cauetur, quòd forensis non possit acquirere aliquàm rem immobilem in territorio, contingit quòd forensis successit ciui præscribenti aliquam rem: vtrum ex defectu personæ præscribentis interrumpatur præscriptio? Et concludit breuiter, quòd aũt forensis impeditur acquirere ex omni causa & præscriptio extinguitur: aut ex certa causa tantùm: ita quòd ex aliis causis potest acquirere dominium, & non impeditur.

In principali vero.q.distinguit vt ibi latius per eum cuius dicta sequũtur communiter docto.in d.l.naturaliter.vbi latè per do.Claud.Aquen.col.v.versi.iiij.principaliter & seq.& sequuntur Bald.& Ange.in d.l.cum notissimi.§.imo.

Defectus autem superueniens in persona eius contra quem præscribitur non interrumpit præscriptionem,vt si præscriptio erat inchoata contra aliquem maiorem, cui successit pupillus minor,vel ecclesia,quia licet vsucapio nõ possit inchoari contra eos:inchoata tamen non extinguitur:vt no.glos.& docto.in l.j.C.si aduer.vsucap.& in l.fina.C.in quib.cau.in integr.restitu. non est neces.

Fallit in præscriptione.triginta anno.quæ contra pupillum non currit,sed dormit.l.sicut.C.de præscrip.xxx.anno.ita dicit Barto.in d.l.naturaliter.col.iiij.circa fi.vbi assignat rationẽ diuersitatis inter vnum casum & alium,quare defectus superueniẽs in personam eius,qui præscribit interrũpat prȩscriptionẽ: & non defectus superueniens in personam eius contra quem præscribitur:& docto.communiter sequuntur Barto.de hoc vltimò latè dixi in præcedenti parte in xxiij.casu.

Et per hæc remanet expedita prima species interruptionis: quæ dicitur naturalis.

2 Venio nunc ad secundã speciem † videlicet ad interruptionem ciuilem:& sic ad secundam partem huius secundæ partis sextæ principalis:& dicitur interruptio ciuilis: quando aliquid de naturalibus,& substantialibus non extinguitur, seu deficit, sed alias aliquis actus celebratur, qui de iure ciuili interrumpit præscriptionem,& ea interruptio dicitur ciuilis:quia à iure ciuili inuenta est.ita declarat Panor.in d.c.illud.col.ij.versi. venio ad secundum principale.

3 Quæro igitur primò. † Qualiter præscriptio interrumpatur ciuiliter?

In hac.q.datur talis doctrina ex dictis Bartol.in locis infrà allegatis.& Panor.vbi suprà.

Quod quædã est præscriptio merè fauorabilis, vt vsucapio, quæ est introducta in merum fauorem possidentis rem mobilẽ cum titulo & bona fide:vt dicit text.xvj.q.iij.§.potest.not.Dyn. in c.possessor.de reg.iur.in vj.& Bart.in l.ij.§.si rem.ff.pro empto.& in d.l.naturaliter col.j.& in l.fina.in prin.ff.de eo per quẽ fac.erit:& ista non interrumpitur etiam per litis contest.nisi in effectu:quia pẽdẽte iudicio:currit vsucapio.Et si interim completur tempus:reus condemnabitur ad restituendũ vsucapione

non

non obstante. Non tamen pronuntiabitur rem esse petentis:vt est casus in l.si post acceptum:& ibi not.glos.& docto.ff.de rei ven.& in l.Iulianus.§.quantum.ff.ad exhib.

4 † Quædam & secundo est præscriptio merè odiosa : vt præscriptio longissimi temporis.triginta vel quadraginta anır.quæ currit cum mala fide.& est introducta in odium,& propter negligentiam non petentis.non autem aliquatenus in fauorem possidentium.vt declarat Dyn.in d.c.possessor.Et ista interrumpitur per solam citationem:vt est text.in d.§.potest.& in l.cum notissimi.in prin.& §.imo.C.de præscript.triginta anno.

Et est ratio:quia cum hęc præscriptio sit fundata super odio, & negligentia non petentis:cessat negligentia,cum mittit executorem : seu nuntium. Et ideo interrumpitur præscriptio.Sed præcedens:quæ est merè introducta,fauore possidentis nõ interrumpitur litis contestatione,quia per hoc non tollitur titulus & possessio præscribentis.Et sic præscriptio longissimi temporis interrumpitur regulariter per citationem.Nec sufficeret simplex impetratio delegati absque citatione:quia illa non interrumpit præscriptionem.glos.est not.in auth.de exhib.re.in princip.quam ibi valdè not.Angel.Et simpliciter refert Feli.in d.c.illud.ad fin.commen.in vlti.conclu.

Addo pro ista conclusione tex.expres.in l.sicut.vers.nec sufficiat.C.de præscriptio.xxx.anno.vbi expresse dicitur,quòd sola impetratio rescripti non interrumpit præscriptionem:nisi secuta citatione.

Fallit in actionibus annalibus & prætoriis:vt ibi per glos.super verbo præcibus:& statim dicetur.

5 † Quædā & tertio est præscriptio mixta : idest partim introducta in fauorem præscribentis: & partim in odium negligentis:idest præscriptio.x.vel.xx.anno.cum titu.contra priuatum, quæ appellatur longi temporis.Et hæc interrumpitur litis contestatione,facta coram iudice competenti.vt in d.§.potest.& l.morè.C.de rei vendi.

Et de ista triplici specie pręscriptionis est text.cum glo.in l.fin.circa fi.C.de edict.di.Adri.& plenius dixi suprà.in secunda parte princip.in prin.

6 † Et hæc vera in actionibus perpetuis seu temporalibus.in annalibus vero & prætoriis : quæ regulariter durant anno.l.in honorariis.ff.de act.& oblig.fit interruptio litis contestatione, vel quasi, vt per libellum principi oblatum.l.ij.cum ibi not.C.quando lib.princ.dat.

Idem dicendum est secundum Bar.in l.ij.§.si rem.ff.de vsuc. pro empto.si esset præscriptio annalis inducta constitutione episcopi:ducis:comitis:vel marchionis: quia interrumpitur sicut in prætoriis.nam statuta ipsorum æquiparantur iuri prætorio:vt plenè no.Barto.& docto.in l.quinta.in prin.ff.de ver.obl.

Hæc doctrina colligitur ex dictis Bartol.in locis præallega. quam docto.communiter sequuntur & referunt cano.in d.c.illud.maximè Panor.col.ij.

7 † Sed dubitatur:quid de præscriptione.xxx.vel xl.ann.cum bona fide sine titulo, per quam acquiritur vtile dominium l.si quis emptionis.§.j.C.de præscript.xxx.anno.Et latè dixi suprà in ij.parte principali:an interrumpatur sola citatione?do.Anto. de But.in d.c.illud.tenet, quòd interrumpitur per solã citationem:sicut illa,quæ inducitur cum mala fide.

Et idem dicit se putare in præscriptionibus currentibus contra ecclesiam:vbi non exigitur titulus,sed sufficit tẽpus.xl.ann. iure non resistente : quia currit mera negligentia non petentis secundum eum.

Contrariam opi.tenet ibi Panor.ad fin.ij.col.dicens se profectò credere,quòd in hoc do.Ant.errauit.quia videtur expresse locutus contra tex.in d.§.potest.xvj.q.iij.vbi dicitur quòd præscriptio.xxx.anno.sine titulo cum bona fide æquiparatur præscriptioni.x.vel xx.anno.cum titulo.& sic vtraque præscriptio est inducta,partim in odium negligentis,& partim in fauorem possidentis cum bona fide. Nam cursus maioris temporis supplet defectum tituli:& hoc etiam satis expresse colligitur secundum eum in d.l.si quis emptionis.§.j.

Hinc est,quòd vtroque casu acquiritur dominium præscribenti.sed in præscriptione.xxx.anno.cum mala fide acquiritur solum exceptio de iure ciuili:vt ibi.& in d.§.potest.

Et sic vult Panor.quòd ad interrumpendam præscriptionem xxx.anno.cum bona fide requiratur litis contestatio : sicut in præscriptione longi temporis cum titulo.

Et ex his verbis Panor.do.Feli.in d.c.illud.circa fin.ij.col.& in prin.seq.colligit duas conclusiones.

Prima cõclusio est,quòd iura dicentia præscriptionem xxx. ann.interrũpi sola citatione habent locũ in præscriptione cum mala fide,ad quam interrumpendam sufficit diligentia interrũpentis per citationem.Secus in præscriptione tricenaria cũ bona fide,in qua nõ sufficit citatio propter fauorem,qui datur bonæ fidei:sicut in præscript.x.vel.xxx.anno.cui illa æquiparatur.

Secun

8 † Secunda conclusio est, quòd præscriptio cœpta contra ecclesiā nō interrūpitur per citationē, sed requiritur litis cōtestatio: quia cum ibi requiratur bona fides, nō est dicēdū, ꝙ sit merè odiosa prælati negligentis odio inducta. sed etiā partim fauore præscribentis propter bonā fidē: vnde opus est litis contestatione. quod alibi dicit Feli. se non legisse ita clarè: & cōmuniter doct. vt ipse dicit in discursu sentiunt contrariū dicentes præscriptionem longissimi tēporis interrumpi sola citatione. Nā hoc limitabitur secundū Fel. ex dictis Pan. nisi illa sit cū bona fide. Et subdit ꝙ est limitatio maximi effectus, attēto ꝙ hodie etiā in vtroque foro correcta sunt iura de mala fide loquētia. vt in c. possessor. cum glo. de reg. iur. in vj. & in c. fi. de præscr. & sic citatio nunquàm sufficiet ad interrūpendā pręscriptionē, ex quo hodie nulla præscriptio currit cū mala fide. & licet Fel. pungat istas duas conclusiones: tādem illas firmat. Addo vltra Fel. Pau. de Cast. in l. fi. §. j. ff. rem rat. ha. vbi cōcludit ꝙ præscriptio. xxx. ann. cum bona fide non est merè odiosa. sed partim fa
9 uorabilis. & dixi suprà. in ij. parte prin. † Stat ergo conclusio, ꝙ pręscriptio. xxx. anno. cum mala fide de iure ciuili interrūpitur sola citatione. Istam conclusionem ampliat & extendit do. Ias. septem modis in l. fi. in prin. col. ij. & iij. ff. de eo per quem fact. erit ex dictis do. Alex. ibi pro maiori parte. Ampliatur primò ꝙ per productionem instrumenti factam contra præsentem in iudicio ita interrumpitur præscriptio, sicut per citationem. ita tenet Bal. reputans no. dignum in l. j. ff. de in ius vocan. & in l. j. C. quando lib. princi. dat &c. & refert Ias. vbi suprà. Sed in loco vltimo allegato Bal. hoc non dicit, ratio est, quia tātum operatur præsentia partis in iudicio, quantū citatio: vt est tex. melior de iure in l. etiam. §. fi. ibi præsente vel euocato. ff. de mino. & glos. no. in l. j. ff. de fer. quæ incipit. No. tria quæ vult, ꝙ citatio inualida conualidatur per comparitionem subsecutā: & ibi no. Bart. & omnes. & in d. l. j. ff. de in ius voc. maximè Alex. & Mod. vbi Ias. col. j. refert dictū Bal. ibi suprà relatū cū pluribus aliis decisionibus ad propositū. eandē conclusionem per plura tenet Fel.
10 in d. c. illud col. iiij. † Ampliatur secundò ista conclusio: vt procedat etiam in præscriptione statutaria, vt si cauetur statuto, ꝙ si creditor steterit per decem annos, ꝙ nō petierit debitū, amplius non audiatur. Nam cū ista præscriptio inducatur sola negligentia creditoris non petentis absque facto debitoris, censetur merè odiosa: & sic per solam citationem interrumpitur: ita tenēt Bar. & Ang. in d. l. ij. §. si rē. ff. pro empto. & in l. in omnibus

in fi.ff.de diuer.& tempo.præscript.vbi dicunt, quòd cum tale statutum non requirat titulum aut bonam fidem præscribentis censetur inducta talis præscriptio in odium negligẽtis.& sic videtur idem,quòd in præscriptio.triginta annorum.sequitur Alexand.in dicta l.fina.in princip.colum.tertia.circa finem.& seq.de eo per quem &c.qui attestatur opinio.Bartol.esse communem:& defendit ab impugnatione Imo.tenentis cõtra Bart. sequitur etiam Ias.ibi colum.ij.assignans rationem : quia præscriptio decennalis inducta per statutũ succedit loco præscrip. triginta anno.& ideo sapit eius naturam secundum Bald.in l. fina.C.de tempo.in integ.restitut.peten.& in l.in contractibus. in princip.C.de non nume.pecu.& ante ipsum istam rationem assignat Roma.vt infrà.

Et hanc conclusionem tãquàm communem latè firmat Fel. in d.c.illud.col.ij.& allegat Roma.ita tenentem & assignantẽ prædictam rationem cõsi.xxxix.in quæstione proposita: & duo consi.Pau.ad comprobationem dicte rationis.

11 † Limitatur ista conclusio , quæ habet,quòd per solam citationem interrumpitur præscriptio statutaria:nisi statutum imponeret per præscriptionem silentium non petenti : vt quia diceret,si quis non petierit debitum intra decem dies postea nõ audiatur.Nam cum verbum petere intelligatur per litis contestationẽ.l.amplius non peti.ff.rem ra.habe.non dicetur petiisse qui non fuit litẽ contestatus.& sic eo casu per solã libelli oblationem & partis citationem nõ fiet interruptio.ita limitat Sal. in l.fina.C.de præscript.triginta anno.sequitur Feli.in d.c.illud. colum.ij.contra Barto.in l.cum notissimi.in princip.C de præscript.triginta anno.

Sed hanc limitationem reprobat , & bene præstantissimus docto.domi.Claud.Aquen. præceptor meus in d.l.naturaliter. colum.penulti.respondendo ad dicta l.amplius non peti.ex ibi not.per Bart.circa princip.dicens,quòd aliquando verbum petere refertur ad eum cui ex petitione debet acquiri:& tunc verificatur ex simplici petitione extra iudicium. vt in l.si decem cum petiero.ff.de verb.obligatio.Quãdoque refertur ad eum, qui ex petitione debet obligari , & tunc requiritur litis contestatio.& aliter non verificatur nisi ex litis contestatione.& ita procedit text.in d.l.amplius non peti.

Et ista est optima responsio,quia in casu prædicti statuti verbum,petere,refertur ad eum.cui ex petitione debet acquiri.

12 † Subdit vnum incidenter do.Claud.vbi suprà ad limitationem

nem.dicta l.amplius non peti quod vbicunque verbum petere intelligitur de petitione, quæ fit per litis contestationem, si adiiciatur verbum, quomodocunque, vel aliud simile verificabitur etiam in extraiudiciali petitione. & ad hoc dicit se ponderare glos.à nemine allegatam.in l.qui fiden.in glo.mag. circa princip.quæ hoc dicit in terminis.ff.de transac.

Pondero etiam vltra.do.Claud.quòd Bart.& doct.vbique in terminis dicti statuti expresse loquuntur, quando statutũ vtitur verbo petere: videlicet, quòd creditor non petens debitum infrà x.annos non audiatur.&c.& tamẽ dicunt quòd talis præscriptio in terminis huius statuti interrumpitur sola citatione: & quòd opin.Bart.in hoc est communiter approbata.

13 † Sed quæritur, quid si statuto caueatur, quòd debitum peti non possit, nisi petitum fuerit intra.x.annos, & executio facta, qualiter debet intelligi tale statutum, & quo modo dicetur facta executio, vt præscriptio statutaria dicetur interrupta?

Istam q.examinat pulchrè Bart.in l.is qui.ad fi.versi.itẽ not. ff.quib.ex caus.maio.& ibi tractat, vtrũ per missionem in possessione ex primo decreto dicatur facta executio, & interrupta præscriptio? & clarius Bal.in l.consentaneum.ad fi.C.quomodo & quando iudex.tractat etiã eleganter Bar.in d.l.is qui. quando aliquid dicatur esse factum. Sed est aduertendũ quòd tale statutum, super quo fit tanta disceptatio per doct.in plerisque locis regulariter non valet in vtroque foro propter malam fidem præscribentis, & tanquàm nutritiuum peccati: vt vult Bar.in l.omnes populi.viij.col.ff.de iusti.& iur.quem doc. communiter sequuntur, licet alibi tenuerint contrarium vt latè conclusi in ij.parte.iij.partis princip.q.xiiij.

14 † Ampliatur tertiò prædicta cõclusio quæ habet quòd præscriptio xxx.ann.interrumpitur sola citatione, etiàm si sit vnica citatio, & non peremptoria, dummodo sit legitimè facta secundum Ang.in l.ad peremptorium.ff.de iudi.Ioan.And.& Canoni.in c.proposuisti.de foro competẽ.cum concor.de quibus per Ias.in d.l.fin.in princip.circa fin.ij.col.cui addo Bald.in l.& post edictum.ff.de iudic. Felin.in dicto capitulo, illud.col.iij. vltra medium.

Ampliatur quartò etiã si citatio fiat à iudice incompetenti, quando competentis.iudicis copia haberi nõ potest, secundum Ang.in l.si vacantia.C.de bon.vacan.lib.x. Bene facit tex. in l.vbi absunt.cum simili.ff.de tut.& curat.da.ab his.sequitur Iaso.in d.l.fin.col.fin.in princip.ff.de eo per quem fac.er.

Vltra quem addo Bald.consil. clxvij.proponitur.j.volu.vbi dicit,quòd citatio facta etiam in alio loco,quam domicilij interrumpit præscriptionem.

Ampliatur quintò,quòd sola citatio interrumpit talem præscriptionem etiam si postea nõ sequatur alia petitio,& sic absque oblatione libelli secundum Bal.in addit.ad Specul.in titu. de execut.sentent.in verbo præscriptio.contra.Spec.ibi versic. sed nunquid.hoc refert Iaso.vbi suprà.

Vltra quem adduco pro ista ampliatione, quòd non requiratur oblatio libelli ad interrumpendam præscriptionem, sed sufficiat alius actus præcedens bonum text.in l.sicut.in versic. nec sufficiat.C.de præscript.xxx.ann.

Ampliatur sextò quòd talis interruptio potest fieri etiã per filiumfamilias sine consensu patris, quando sola citatio sufficit. Sed non tamen quando requiritur litis contestatio secundum Bald.in l.j.colum.ij.C.qui admit.& in l.fin.§.necessitate. C.de bon.quæ liber.

15 † Ampliatur septimò, quando colonus conuentus nominat dominum in iudicio.& denuntiat domino iudicis autoritate litem motam, quia talis renuntiatio ita interrumpit præscriptionem, ac si nuntius publicus denuntiasset.secus vbi requireretur litis contestatio.ita tenet not. Bald.in l.ij.col.pen.C.vbi in rem actio.not.plenè Panor.in c.quoniam frequenter.§.quod si super.vbi tex gl.& doc.vt lit.nõ contest.Quinimo denuntiatio facta per quemlibet,licet non sit nuntius,dũmodo fiat cum licentia iudicis interrumpit.secundum Bal.post gl.in d.l.ij.col. fi.refert Alex.in d.l.naturaliter.in apost.ad Bar.col.iiij.

16 † Ampliatur octauò vltra Iaso.etiam data libelli ineptitudine:quia eo casu quo per citationẽ interrumpitur præscriptio, non curatur an libellus fuerit malè formatus secundum Bart. in l.accusaturus.ff.de adul.& ita intelligit gl.in auth.offeratur. C.de lit.conte.vbi Bal.col.ij.vel.iiij.dicit,quòd nullitas actus, qui non est de substãtia ad interruptionem præscriptionis,non impedit effectum interruptionis quo ad actum,qui est de substantia,refert & sequitur Felin.in d.c.illud.col.iiij.in ij.declaratione.addo Aret.consil.xxx.viso themate.col.fi.

Ampliatur nonò vltra Ias.vt procedat etiam per missionem in possessionem ex primo decreto:quia per eam interrumpitur præscriptio: quæ potest per solam citationẽ interrumpi.secundum Roma.consil.xxxviij.& refert Feli.in d.c.illud.col.penult. circa fi.in vj.conclus.secus dicit ipse in præscriptione quæ non inter

interrumpitur nisi per litis contest.

Vltra quem addo text.in l.misso.ff.pro empto.& in l.ij.in princ.& ibi Bar.ff.pro hære.& latè not. Alex.post gl.& Bar.in l. à diuo Pio.§.si super rebus.col.v.& vj.ff.de re iudic.

Ampliatur vltimo prædicta conclusio vltra Iaso. vbi suprà quod præscriptio longissimi temporis interrumpitur nedũ per citationem:sed etiam pluribus aliis modis,quod notat gl.magistra.in d.l.cum notissimi.§.sed & si quis.& ibi Salic.legẽs illum.§.cum.§.imo.ad fi.commẽ.& gl.in c.placuit.el ij.§.potest. in verbo interrupta.xvj.q.iij.& in d.c.illud.& ibi Panor.in prin. iij.colum.reassumit istos casus,quàmuis aliqui ex illis casibus adaptentur ad aliàs species præscriptionum.

Et qualiter interrumpatur præscriptio per citationem? vide pulchrè vltra prædicta per do. Maria.Sozi.in suo tract.citationum.in xxxj.articu.in x.effectu.

17 † Et in specie an per dationem fideiussoris interrumpatur præscriptio? vide per Bar.in l.cum quis.§.si quis pro reo.vbi casus secundum vnam lect.ff.de sol.not. Salic.post gl.in l.cũ notissimi.§.imo.col.ij.in ij.q.vbi circa hoc tradit not.doctrinam. C.de præscript.xxx.anno.

Nunc limitatur prædicta conclusio quæ habet, quòd citatio interrumpit præscriptionem longissimi temporis pluribus

18 modis † Primò limitatur,vt nõ habeat locum in denuntiatione extraiudiciali:quia per eam non interrumpitur præscriptio etiam longissimi temporis.tex.est in l.alienam.& ibi not.gl.& Bar.ff.pro empto.tamen tex.ibi loquitur de præscriptione longi temporis:vt apparet ex illis verbis diutinam possessionem, iuncta.l.diutina.C.de præscrip.long.temp.& ibi not.Bar. Nam præscriptio.xxx.ann.non erat cognita de iure digestorum.glo. in l.qui occidit.ff.ad l.Aquil. Sed gl.in d.l.si alienam intelligit illum text.procedere etiã in præscriptione longissimi temporis,quòd non interrumpatur per denuntiationẽ extraiudicialẽ nisi interueniat citatio.& ibi sequitur.Bart.ratio est: quia licet denuntiatio ab initio , & ante cœptam præscriptionem faciat aliquem malæ fidei possessorem,seu constituat in mala fide.vt est text.not.in l.si fundum.C.de rei vendi.tamen denuntiatio facta post præscriptionem cœptam nõ constituit quem in mala fide.secundum Bar.in d.l.alienam.per illum text.& in d.l.naturaliter.circa fi.ij.col.not.glo.& Innoc.in c.dilecti.de maio.& obed.Bal.& Ang.in l.super longi.col.ij.versic.dixi secundo.C. de præscrip.long.temp.Panor.& Cano.in c.nihil.& ibi latè Felin.

lin.col.penulti.& vlti.de præscript.

Et de intellectu illius l.si fundum.dicetur latius post Bar.in repe.l.Celsus.in iij.parte in illa.q.qualiter probetur mala fides.

19 † Addo quòd protestatio, siue denuntiatio [a] extraiudicialis non interrumpit præscriptionem, nisi in casibus à iure expressis secundum Innoc.in c.olim causam.de censi.& refert Alex. in d.l.naturaliter.col.iij.in apost.ad Bart.super verbo restat.vbi dicit etiam,quòd non reperitur iure cautum, quòd interpellatio extraiudicialis interrumpat.allegat Imol.in l.si seruum.§. sequitur.ff.de verbo.obligat.not. Felin.in d.c.illud.circa fin.in pen.conclus.licet non referat Alexand.

20 † Primò fallit prædicta conclusio quando denuntiatio extraiudicialis fieret seruata forma.l.vt perfectius.C.de annal. except.& in casu illius.l.quæ est registrata in §.potest.xvj.quæstione tertia,not.Innocent.Panormita.& Canoni.in dicto cap. nihil.in tertia,lectu.

Et intellectum illius.l.tradit Felin.in c.cum.M.ferrariensis. col.xiiij.versic.fallit tertio.de constitut.

Addo quòd illa.l.potest practicari nedum quando possessor est absens:vt propriè loquitur:sed etiam quando possessor non habet domicilium, vt quia vagatur, nam tũc locum habet remedium illius.l.glo.est repu.sing.in l.cum hæreditas.ex trebelliano:quam ibi omnes sequuntur maximè Paul.de Castr.ff.ad Trebel.& Bald.in d.l.cum notissimi.§.imo.refert Feli.in d.c.illud.col.vltim.in vij.conclusio.Et talis vagabundus poterit coram quocunque iudice conueniri.secundum glo.& docto.in l. hæres absens.§.fin.ff.de iudic.& glos.in l.j.in glos.fin.C.vbi de crimi.agi oport.

Secundò fallit, quãdo in denuntiatione extraiudiciali fuisset expræssum talè quid:quod inducit seu inducere debet malam fidem:informando conscientiam partis in facto: puta per ostensionem iurium suorum: vt colligitur ex verbis Felin.post Butri.& Panormita.in d.cap.illud.colum.iiij.versicu.tertio declaratio.&dicam infrà versicu.circa tertiam speciem.in tertia, & quarta.limitat.

21 † Tertiò fallit notabiliter in præscriptione conuentionali: quia illa interrumpitur: & perpetuatur sola extraiudiciali interpellatione.Casus est not.in l.si mandato Titij.§.penultim.ff. mandat.quem text.ad hoc expresè not.& dicit singu.Paul.de Castr.in l.eum qui ita.§.qui ita.el j.circa med.commen.versic. & adde.ff.de verbor.obligatio.

Et

Et ad materiam vide pulchrè.do.Præpo.in c.ſollicitudinem. col.xxiiij.verſic.concathenatur alia quæſtio.de appellatio.vbi ponit regulam cum ſex fallent.

22 † Secundò principaliter limitatur prædicta principalis concluſio,quæ habet,quòd præſcriptio longiſſimi temporis interrumpitur per citationem,quando actor, qui fecit citari reum, non comparuit in termino.Nam talis citatio circunducitur: & habetur pro non facta:& ſic præſcriptionem non interrumpit. l.& poſt edictum.§.j.& ibi not.Bal.ff.de iudic.& in d.l.j.in prin. & in aliis locis relatis per Alexan.& Iaſo.in rubric.ff.de in ius vocand.vbi latè ſcribunt de iſta limitatione , & ornant text.in d.l.& poſt edictum.§.j.aſſignantes rationem poſt Bald.in capi. conſuluit.col.ij.de offic.delegat.quia actor non comparendo videtur renuntiare tali citationi. Item quia actore nõ comparente:citatio eſt imperfecta cum non conſtet ex ſuis partibus: ideo non interrumpit præſcriptionem.

Iſtam limitationem firmat etiam Felin.in d.ca.illud.col.iij. circa fin.verſic.prima eſt,quòd licet citatio.&c.& col.penulti. in j.concluſio.

23 † Tertiò limitatur prædicta principalis concluſio,vt procedat quãdo citatio eſt ſpecialis ad illam cauſam : ſecus ſi ſit generalis ad reſpondẽdum in iure,vel petitionibus nulla expreſſa cauſa:quia quàmuis illa citatio generalis valeat: tamen non interrumpit præſcriptionem.ita limitat not. Bartol.in l.fina.ad fin.C.de annal.exceptio. Nam citatio debet eſſet certa : vt interrumpat præſcriptionem ſecundum Bartol.ibi. Idem tenent Bald.in additio.ad Specul.in titul.de appellatio.verſicul.quæſtio talis eſt. Oldrad. Lauden.conſilio ccliij.refert & ſequitur Iaſo.in dicta l.finali in principio: columna tertia , ff.de eo per quem fact.erit.

Vltra quem pro iſta limitatione adduco bonum textum in clementi.fin.iuncta gloſ.vt lit.pendent.vbi deciditur,quòd citatio non inducit litis pendentiam, niſi ſit certa:& incitatione talia ſint expreſſa:per quæ plenè poſſit inſtrui reus : ſuper quibus in iudicio conuenitur.

24 † Quartò limitatur prædicta concluſio vt procedat in ciuili cauſa , non in criminali : quia in criminalibus ſola libelli oblatio ante citationem interrumpit præſcriptionem : ſecundum Bartolum , in dicta l.naturaliter.circa finem.& in l.mariti.§.quinquennium.ff.de adulter.per illum textum.

Sed communis opi.eſt in contrarium: vt latè per Felin.in d. cap.

cap.illud. col.vj.ver.dum Abb.& seq. concludendo, quòd non sufficit sola libelli oblatio : sed requiritur citatio, vt interrumpatur præscriptio in criminalibus.

Et ita intelligitur text.in l.miles.§.sexaginta. ff.de adul.scilicet, quòd ibi interuenerit citatio : nam sola libelli oblatio absque citatione non est de processu nec de actis:nec inducit litis pendentiam: vt latè per Feli.vbi suprà. & per do. Clau.in d. l.naturaliter.circa fi.

Et quòd sola libelli oblatio non sufficiat ad interrumpendam præscriptionem : adduco text.expressum in l.sicut.versic. nec sufficiat.C.de præscript.xxx.ann.ibi. Aut in iudicio postulatione deposita fuerit subsecuta per executorem conuentio.

25 † Quintò limitatur prædicta conclusio, vt procedat, quando de ipsa citatione facta est per nuntium relatio iudici, vel in actis. Aliàs si nuntius qui citauit non retulit, vel relatio in scriptis redacta non fuit:præscriptio interrupta nõ dicitur.ita determinat singulariter Petr.de Anchara.in cle.ij.vt lit.penden. propter dicta doct.ibi:qui volunt, quòd citatio non inducit litis pendẽtiam,nisi nuntius retulerit,quod reputat bene notandum.refert & sequitur.do.Alex.in d.l.fi.in princip.col.iiij.versic.nec omitto.ff.de eo per quem fact.erit.& ibi Iaso.colum. iij.in v.limita.& domi. Felin.in dicto cap.illud.colum.penulti. in ij.conclusio.

Et vltra istos celebres docto.addo Bart.hoc expresse decidentem.in l.hæc autem.§.j.per illum text.ibi constare debet liquereque prætori.ff.ex quib.caus.in posses.ea.vbi concludit, quòd relatio citationis est adeo necessaria,quòd aliàs, citatio nihil valet:& quòd debet fieri iudici , vel notario : quinimo & ante diem termini:vt valeat:& si fiat post,citatio redditur nulla.Idem firmat Barto.in l.si finita.§.Iulianus.col.iij.versi.quæro vtrum ista contumacia:& versi.seq.ff.de dam.infect.

26 † Et quod relatio citationis sit de substantia iudicij latè firmat.do.Præpo.sequens Barto.in locis præalleg.in c.cum parati.col.viij.& ix.versi.facta citatione.de appel.vbi istam conclusionem & dicta Bart.limitat no.quatuor modis:vt ibi per eum.

Et quid debeat continere relatio nuntij:vt sit valida:& qualiter sit facienda? vide ibi per Præposi.col.ij.in iiij.no.& col.ix. versi.sed qualiter.

Prædictam limitationem sublimita : nisi pars comparuerit: quia tunc absque eo,quòd constet de relatione citationis:relatio fuisse facta præsumitur : & præscriptio interrumpitur.ita pulchrè

pulchrè determinat Aret.de quo non meminerunt Feli. & Iaſ. vbi ſuprà conſi.xxx.viſo themate.col.fi.

27 † Sextò limitatur prædicta concluſio, quæ habet: quòd citatio interrumpit præſcriptionem longiſſimi temporis: vt non procedat in citatione nulla aliquo reſpectu: quia nõ interrumpit.l.ſi pater.cùm gl.& ibi Bald.C.ne de ſta.defun.puta,quia facta ſine commiſſione iudicis: vt per Bar.in l.j.per illum text.C. de iure dot.impe. & plenius in l.nemini. vbi alij notant. C. de exhi.re.no.Cano.in d.c.cùm parati.vbi latè.d. Præpoſi. col.vij. Vel quia facta ad diem feriatam: iuxta ea quæ plenè habentur per Bar.& doct.in l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nun. Vel ex aliis cauſis.puta: quia non eſt certa: iuxta tex.not.in l.aut qui aliter. in prin.& §.j.& ibi not.Bar.ff.quòd vi aut clàm. Vel quia emanauit à iudice incompetente: & ſic non arctat. Faciunt not.per Bart.in l.accuſaturus.per illum text.ff.de adult.vbi dicit, quòd in præſcriptione quæ interrumpitur per ſolam citationem: ſolum inſpicitur: an citatio ſit benè facta. Et ſufficit illam eſſe legitimè factam: licet libellus ſit male conceptus: vel litis conteſta.nulla. Et idem dixit Bal.in authen.offeratur.circa finem. C.de lit.conteſta.& refert Are.conſi.xxx.viſo themate. col. iii. Et faciunt quæ dicentur in ſeq.parte.in iij.limit.quòd litis conteſt.nulla non interrumpit præſcriptionem longi temporis.

Comprobatur iſta limitatio per rationem, quia citatio inualida nihil operatur.gl.eſt in l.ſi accuſatoribus.in glo.ſi.C.de accu.quàm not.& ſequitur Bald.in c.in nomine domini.in iiij. not.de teſti.

Item citatio inualida non conſtituit aduerſarium in contumaciã.gl.eſt in c.de cauſis.in verbo veniſſe.de offi.deleg.benè facit text.in c.propoſuiſti. in verbo.legitimè citatus: & ibi glo. de fo.compe.

Iſtam limitationem firmant Roma. & Alex.in d.l.fi.in prin. col.penul.ad fi.& ibi Iaſ.col.iij.in vj.limita.& latè.d.Feli.comprobans per plura in d.c.illud. col.iij. & iiij.& Iaſ.in rubr.ff.de in ius vocan.& in l.licet.col.ij.C.de procu.

28 † Ampliatur iſta limitatio: vt procedat, etiam ſi citatus comparceret: quia comparitio ſubſequens non validat citationem nullam: ſecundùm Bal.in l.j.§.j.ff.de ſer.per glo.ibi refert Iaſ. in d.l.fi.in prin.circa fi iij.col.ff.de eo per quem fac.erit.dicens quòd Bald.ibi eſt corruptus cùm gloſ.& docto.dicent ibi contrarium, ſcilicet, quòd citatio nulla conualidatur per comparitionem ſubſequentem.& ſic erit potius ſublimitatio ad limi-

tationem: videlicet, vt prædicta limitatio non procedat quando post citationem nulla subsequitur comparitio: quia per comparitionem spontaneam validatur citatio inualida: & sic operabitur interruptionem: per text. cùm glos. in d.l.j. in princ. ff. de fer. super verbo sententia. in fin. quæ vult quòd vbi vocatus comparet sponte: purgatur defectus citationis.

Et ibi dicit Bald. in iij. not. quòd licet citatio non valeat: valet tamen comparitio: & quòd ex ea sequitur.

Et ita latè firmat Felin. in d.c. illud. col. iiij. versic. quarta declaratio: adducendo plura ad confirmationem.

29 † Septimò limitatur prædicta conclusio vt procedat in citatione verbali. secus in reali quę fit per capturam personæ: quia illa non interrumpit præscriptionem: ita tenet Bald. in addi. Spe. in tit. de cita. col. vlt.

Sed istam limitationem reprobat, & benè do. Ias. in d.l. fi. in prin. circa fi. iij. colũ. quia si verbalis interrumpit, tanto fortius realis, cùm sit longè efficacior. vt not. gl. & doct. in l. ij. ff. de iu. om. iud. licet Feli. simpliciter sequatur in c. illud. col. iij. versic. dixit etiam. de præscri.

30 † Octauò limitatur vltrà Ias. vbi suprà, vt non procedat in citatione quæ fit ad recipiendum testes ad æternam rei memoriam litè non cõtestata propter periculum imminens iuxta formam. c. quoniam frequenter. in princ. vt lite non contesta. quia per talem receptionem non interrumpitur præscriptio. Istud fuit elegans dictũ Vincentij antiqui canonistæ ibi quòd refert & sequitur ibidem Ant. de Bu. col. vij. & Feli. in d.c. illud. col. fin. circa fi. in xiij. conclu.

Nonò limitatur, vt non procedat in sequestro, quia per sequestrum non interrumpitur pręscriptio: nisi possessio sit translata in sequestrum de consensu partium: iuxta l. interesse. ff. de acquir. possessio. secundùm dom. Cardi. in clemen. j. in xvij. q. de seq. poss. & fruct. refert Felin. in d.c. illud. propè finem. in xij. conclusione.

Circa secundam speciem præscriptionis, quæ est mere fa-
31 uorabilis, vt in vsucapione triennij, vera est conclusio. † Quòd non interrumpitur etiam per litis contestationem: quin pendente lite finiatur vsucapio. sed si postea feratur sententia contra reum, teneretur rem restituere: non obstante vsucapione. vt est casus in l. si post acceptum. vbi Barr. & doct. not. ff. de rei vend. & est tex. magis expressus in l. ij. §. fi. ff. de vsuc. pro empt. & in l. Iul. §. quantum. ver. proinde. ff. ad exhi. no. Bal. in l. j. ad fi. C. de

C.de vsuc.transfor.& in l.nec bona.C.de præscr.lon.tempo.

Circa tertiã speciem pręscriptionis mixtæ,& sic x.vel xx.an. quæ dicitur longi temporis, cõmunis opi.Bar.& doct.in locis. suprà alleg. est ꝙ interrumpitur per lit. contest. & non aliter.l. more.C.de rei ven.

12 † Ampliatur primò ista conclusio, vt procedat non solùm quando litis contestatio est facta coram iudice ordinario: sed etiam si sit facta coram arbitro:quia litis contestatio facta coram eo, ita inducit interruptioné præscriptionis,& perpetuationem actionis,sicut facta coram ordinario.l.cùm antea. ver. licet non ignoramus:& ibi not. Barto. & alij.C.de arbitr.notat Panorm.in d.c.illud.col.iij.circa med.& ratio est quia arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorum. l.j.ff.de arbi.

Ampliatur secundò quando stat per reum, quominus fiat contestatio litis; quia citatus non vult comparere, nec contestari litem,sed subterfugit. Nam tũc lis habetur pro contestata quo ad interruptionem præscriptionis, & alios effectus.s.vt actio quæ aliàs non erat transitoria ad hæredes fiat transitoria. text.est no.in l.si eum.§.qui iniuriarũ.in fin. ff.si quis cau.& ibi no.Bar.[b] in vj.not. dicens quod istud alibi non reperitur. & sequuntur Paul.de Castr.Alexan.& Ias.col.iij.in vlti.not.

Idem vult Cyn.post antiq.in l.sicut.C.de præscr.xxx.ann. & illud est quòd voluit dicere text.ibi. quasi lite contestata.

Idem tenet Bal.in d.l.more.C.de rei ven.& in d.l.fi.in princ. col.ij.versic.vnum tamen est.ff.de eo per quem fac.erit: & ibi latè per Alex.col.iij.dicẽtem, quòd ad hoc vt lis habeatur pro contestata quo ad prædictos effectus requiritur vera contumacia.allegat Ioan. Fab.in §.pœnales.instit. de act.quòd dicit esse diligenter notandum.

Et sic colligitur conclusio,quòd paria sunt litem fuisse contestatam, vel haberi pro contestata. & quod tantum operatur quasi contestatio quantum ipsa contestatio.

Et de hoc do casum in terminis in l.ij.versic.si verò post.C. vbi in rem act.& ibi not.Bal.& Feli.in d.c.illud.col.penult.in j. conclu. & Ias.in d.l.fin. in princ.vlti.col.ff.de eo per quem fac. erit:quàmuis non allegent text.in d.l.ij.vbi text.expressè dicit quòd lis habetur pro contestata propter contumaciam rei in non comparendo ad interrumpendam longi temporis præscriptionem.

Ex quo infero, quòd in causis in quibus proceditur sine figura iudicij, in quibus lis habetur pro contestata eo ipso

quòd sit aliquis actus circa merita & operatur effectum litis contestationis quo ad omnia: vt per Bar. in extrauagã. ad repri. in verbo & sine figura. col. ij. Bart. & doct. in l. nihil. & in l. nulla. C. de procura. censebitur facta interruptio per primum actum contradictorium cõcernentem merita causæ, sicut per expressam contestationem. & ita firmat in terminis Aret. consil. xxx. viso thema. col. fin.

33 † Primò limitatur ista conclusio, quæ habet quòd litis contestatio interrumpit præscriptionem, vt procedat, quando est facta animo & intentione procedendi in lite vsque ad finem, dato quòd postea per casus fortuitos actor fuerit impeditus, tunc illa bene interrumpit præscriptionem. Secus si quis simpliciter litem contestaretur, & posteà non procederet vlterius: ita tenuit gl. in c. placuit. §. potest. in verbo interrupta. xvj. q. iij. per text. in l. fi. à contrario sensu. C. de præscr. xxx. an. quàm approbat Panor. in d. c. illud. circa fi. & Rom. reputans illam sing. in l. si verò. §. de viro. in xxiiij. fallen. ff. sol. mat.

Sed ista limitatio non est vera, & in cõtrarium est glo. ordi. in d. l. fi. C de præscri. xxx. ann. referens, quòd prædicta opi fuit Aldrici glossatoris antiqui. sed quòd omnes alij doct. dixerunt contrarium.

Et illam gl. sequuntur ibi Bart. Bal. Sali. & communiter doc. & latè Feli. in d. c. illud. col. v. quasi per totam illam col.

34 † Secundò limitatur prædicta conclusio vt non procedat, quando litis cõtestatio esset facta coram arbitratore: quia neque dum litis contestatio coram eo facta, sed nec eius laudum interrumpit præscriptioné secundùm Old. Lauden. cõsi. cclxxvj. factum tale est in vertice cuiusdam mõtis, &c. quem refert & sequitur Bald. in l. cùm antea. col. pe. C. de arbi.

Idem tenet Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit de litis contest. §. effectus. & Panor. in d. c. illud. circa fi. iij. col. versi. iuxta prædicta quæritur. vbi assignat rationem, quia coram eo non est iudicium: & consequenter nec litis contestatio, quæ totius iudicij est fundamentum. l. j. & authen. offeratur. cùm ibi not. C. de lit. contesta. sed laudum arbitratoris habet vim cuiusdam transactionis. vt est gl. in authen. si verò contigerit. C. de iud. & in corpore vnde sumitur not. Bart. in l. si societatem. § arbitrorum. col. ij. ff. pro so. cùm concor.

Istam limitationem intelligit Panor. in d. c. illud procedere, nisi tale quid sit dictum vel productũ coram arbitratore, quòd constituat partem in mala fide: quia tunc interrumpitur præscriptio

ſcriptio de iure cano. vt dicetur in ſeq. limitatione. refert Feli. in d.c. illud ad fi.

35 † Tertiò limitatur prædicta concluſio, vt nõ procedat quando litis conteſtatio eſſet nulla, vt quia facta coram iudice incompetenti, vel non ſuo. Nam talis litis conteſtatio habetur pro non facta, & non interrumpit præſcriptionem. vt videtur tex. cùm glo. in l. pe. in verbo. non competentem iudicem. C. ne de ſta. defun. per quem tex. ita dixit glo. in d.c. placuit. §. poteſt. in verbo. interrupta. xvj. q. iij. & in c. vt debitus. de appel. & in c. ex tuarum. de priui. not. Bart. in l. accuſaturus. per illum text. ff. de adul. & latè Panor. in d.c. illud. col. iij. vbi Feli. col. iij. adducit quòd actus nullus non interrumpit.

Addo pro hac limitatione text. cùm gl. in authen. offeratur. in verbo, pro nihilo. C. de lit. cõteſt. vbi Bald. col. fi. verſi. venio. ad illud. tradit notabilem doctrinam ad ſciendum: an & quando proceſſus nullus interrumpat preſcriptionem: vndecunque cauſetur nullitas, faciendo tria membra.

Et de illa doctrina Bal. meminit Feli. ſed non de glo. in d.c. illud. col. iij. ver. dixit etiam Bald.

Et ex hoc infert Panor. in d.c. illud. col. iij. quòd quemadmodum præſcriptio non interrumpitur per litis conteſtationem factam coram iudice incompetenti: ita nec per citationem factam per iudicem incompetentem: licet aliàs per legitimam citationem fieret interrupto in præſcriptione. xxx. an. vt vidimus in præcedenti articulo.

Reſtringit tamen Pan. poſt But. iſtam limitationem procedere: niſi tale quid ſit expreſſum coram iudice incompetenti: quòd conſtituat aduerſarium in mala fide: vt quia pars informat it in facto conſciẽtiam ſuam: vel tale quid expreſſit, quòd informare debuit. argu. text. in l. quòd te. ff. ſi cert. pet. & in cap. inquiſitioni. de ſen. excommu. Nam tunc ſecundùm Panor. fit interruptio non virtute actus iudicialis: ſed propter malam fidem ſuperueniẽtem, quæ præſumitur ex coniecturis: vt ibi per eum no. Bar. in l. Celſus. col. iiij. circa fin. ff. de vſucap.

Et hanc reſtitutionem ſeu declarationem ſequitur Felin. in d.c. illud. col. iiij. verſi. tertia declaratio. referens Panor. ita conſuluiſſe conſi. cxiiij. quidam habens duos filios.

Et ex ibi not. per Panor. & Felin. colligitur not. limitatio. ad text. in l. pe. ff. de vſucap. pro emptore, cùm ibi not. per Bar. vbi habetur quòd denuntiatio extraiudicialis facta poſt cœptam præſcriptionem non conſtituit in mala fide, vt non procedat,

quando esset expressum tale quid: quod inducit seu inducere debet malam fidem:informando conscientiam partis in facto: puta per ostensionem iurium suorum: faciunt quæ dicentur in seq.limitatione.

36 † Quartò limitatur prædicta conclusio vt non procedat de iure canonico:quia per quemcũque actum,qui causet malam fidem circa litis contestationem:etiam per simplicem citationem:vel aliter præscriptio interrumpitur. Nam superueniens mala fides de iure canonico in quacunque temporis parte interrumpit præscriptionem.c.fina.& ibi plenè no.glos.& Cano. de præscript.ita dicit Bart.in d.l.naturaliter.col.ij.versic.quæro vtrum superueniens defectus bonæ fidei.& firmat Bald.in l.ij. col.ij.versi.vlterius quæro.C.de ser.& aqua.dicens,quòd de iure canonico omnis præscriptio interrumpitur per missionẽ executoris:quia superueniens mala fides etiam sine vllo vitio impedit præscriptionem de iure canonico.vt no.per Dy.in c.ij.de reg.iur.in vj.& dixi latè suprà circa interruptionem naturalé.

Ista enim propriè dicitur interruptio naturalis: ex quo deficit vnũ de substantialibus,scilicet bona fides vt ibi dictũ fuit.

37 † Quintò limitatur prædicta conclusio vt non procedat quo ad iudicium,in quo agens succubuit:quia per illud & litis contestationem in eo factam nõ interrumpitur præscriptio secundum Pau.de Cast.consi.ccxcix.col.pen.refert & sequitur Fel.in d.c.illud.circa fi.in xiiij.conclu.

Sextò limitatur, vt procedat dummodo litis contestatio sit facta à vero domino,contra quem præscribitur.Alias autem si sit facta ab alio,quàm à domino non interrumpit præscriptionem:ita limitat Bal.in l.sicut.col.ij.versi.sed nunquid.C.de præscript.triginta anno.

38 † Quæro iuxta prædicta,an per exceptionem siue exceptionis obiectum interrumpatur præscriptio: cõcludo quod nõ interrumpitur.glos.est notabilis in c ij.in verbo exceptiones.de ord.cog.& ibi per Panor.col.si.cum concor.de quibus per Feli. in d.c.illud.col.penul.versi.tertia conclusio.

Primò limita nisi actio proponatur per modum exceptionis puta per viam compensationis.vt pulchrè per Bart.in l.omnes actiones.ff.de reg.iur.& in l.si autem.§.fina.ff.de neg.gest.no. Alex.remissiuè in d.l.fin.in prin.ad fi.iiij.col.ff.de eo per quem fac.erit.

Et istam limitationem firmant Bal.in l.sicut.§.imo.ad fin.C. de præscript.xxx.anno.& do.Feli.vbi suprà.

Secun

Secundò limita nisi propositio exceptionis inducat malam fidē per ea quæ dicta sunt suprà, quia de iure canonico superuenientis malæ fidei interrumpit præscriptionem quomodocunque superueniat.

39 † Et not. quod præscriptio potest interrumpi per filiumfamilias sine consensu patris, quando sola citatio sufficit: nō autem vbi requiritur litis contestatio secundum Bal. in l. j. col. ij. in iij. oppo. C. qui admit. & in l. fina. §. necessitatem. col. vlt. versi. item quæro. C. de bo. quæ libe.

Circa quartam speciem præscriptionis qualiter interrumpatur præscriptio in actionibus annalibus vel minoris ætatis: dic quòd interrumpitur per litis contestationem, vel per libellum Principi datum, quinimmo etiam perpetuantur tales actiones temporales: & fiunt transitoriæ in hæredes. l. j. & ij. & ibi plenè no. C. quando libel. prin. dat. not. Bar. & docto. in l. fin. in prin. ff. de eo per quem fac. erit.

Et no. quod præscriptio annalis introducta per cōstitutionē episcopi interrumpitur per litis contestationem, vel quasi secundum Bart. in l. ij. §. fina. versi. sed hic videtur contra. ff. de vsucap. pro empto.

Et per hæc remanet expedita secunda pars huius tertiæ partis sextæ princip.

Capio tertiam partem huius tertiæ partis sextæ principalis, in qua videndum est de interruptione præscriptionis iurium incorporalium.

40 Et primò quæro. † Qualiter interrumpatur præscriptio iuriū incorporalium?

Istam q. mouet Bar. in l. naturaliter. col. vlti. versi. quæro qualiter. ff. de vsucap. quem referunt But. & Panor. in c. illud. col. vl. de præscri. vbi dicunt, quod quædā sunt iura incorporalia debita fundo, vt seruitus realis. & in istis pręscriptio interrumpitur: perdita possessione fundi dominantis. l. si edes. §. j. ff. de seruitu. vrb. præd.

Item interrumpitur, quando ille contra quem præscribitur impedit præscribentem vti seruitute. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Cum enim in incorporalibus quasi possessio nihil aliud sit quàm patientia aduersarij l. quotiés. ff. de serui. statim quod quis desinit pati interrumpitur quasi possessio seruitutis: & consequenter præscriptio.

Idem dicit Bart. in iuribus incorporalibus non cohærētibus prædio, vt in iurisdictionibus, & similibus. Nam statim cum fit

vnus actus:per quem quis prohibetur vti illo iure: videtur interrupta quasi possessio & præscriptio.& de hoc est text.optimus secundum Bart.in c.auditis.de præscript.& ibi plenius per Inno.in vlti.gl.& melius.in c.cum ecclesia Sutrina.de cau.pos. & proprie.

Quinimo plus sentit Inno.in d.c.auditis.quòd eoipso, quod is ad quem spectat iurisdictio de iure exercet illam: seu vtitur iure suo saltem vna vice ante completam præscriptionem:censetur interrupta præscripto.

Ex quo infert quod si Abb.incipit præscribere contra episcopum iura episcopalia:iuxta ea quæ plenè dicta sunt suprà.in xj.q.j.partis.v.princip.fit interruptio: si episcopus saltem vna vice fuisset vsus his iuribus antè completã præscriptionem abbatis.

Idem est secundum Inno.si prohibuisset episcopus per violentiam abbatem volentem exercere iurisdictionem,quã præscribebat:ita quod timore episcopi dimisit illam exercere: vt ibi latius per eum.

Sed contra præcedens dictum Inno.latè tenet Panor.in d.c. auditis.col.iij.& iiij.dicens ipsummet Inn.censisse contrarium in c.cum olim.eod.titu.vbi tradit quid debet facere episcopus: vt interrumpat præscriptionem abbatis, vel alterius volentis contra se pręscribere iura episcopalia:vt ibi latius per eum:qui tandem saluat Inno.in vno casu.

Et prædictis modis præscriptio seruitutis,& incorporaliũ dicitur interrumpi naturaliter.

Sed dubitatur qualiter interrumpatur ciuiliter?Bar.in l.ij.ad fi.commen.C.de ser.& aqua.distinguit:quod si quidem iuuatur præscribens ex titulo,requiritur litis cõtestatio,sicut ad interrumpendam præscriptionem longi temp.l.more.C.de rei vendi.si vero non habet titulum: tunc interrumpitur per solam citationem,& executoris missionem:quia est eadem ratio quę in præscriptione.xxx.ann.quia currit sola negligentia non petentis.Ideo missio executoris,quæ facit cessare negligentiam habet interrumpere secundum Barto.

Et hanc distinctionem refert Bald.in d.l.ij.col.ij.versic.vlterius quæritur:dicens quod melior est ratio:quia cum ista præscriptio no fundetur nisi in bona fide cum non requiratur titulus.l.si quis diuturno.ff.si ser.ven.& misso executore cesset bona fides:meritò interrumpitur præscriptio.

Et hanc doctrinam Bart.& Bald.sequitur.Are.consi.xxx.viso themate.col.fina.in princ.& Cæpo.in tracta.ser.vrb.præd.c.xx. col.iiij.

col.iiij.vbi tractat de ista materia interruptionis incorporaliũ.

Vnde infert Bal.vbi suprà.quòd de iure canonico omnis pręscriptio interrumpitur per missionem executoris,ex quo indu citur mala fides:vt no.Dyn.in c.ij.de reg.iur.in vj.de quo tamẽ dic vt dixi suprà.in iij.specie præcedentis secundæ partis.in iiij.limita.

41 † Secundò quæro.† Qualiter interrumpatur præscriptio libertatis?Bar.in d.l.naturaliter.col.vlt.dicit,quòd per quẽcunq; actum quis vtatur seruitute, seu iure seruitutis interrumpitur præscriptio libertatis.vt in l.arboribus.§.item constat.alias est.§.idem tractat.ff.de vsufruct.& l.qui fundum.ff.quemad.ser.amit.vbi dicitur quòd seruitus retinetur absque facto hominis: quando habet causam cõtinuam.Vt si aqua per riuum sua sponte defluxit:ius aquæducendæ retinetur:& qualitercũque quis vtatur seruitute.& sic interrumpitur pręscriptio libertatis etiã per malæ fidei possessorem.vt ibi est text.Aut per vsum cuiuscunque alterius vtentis illa seruitute nomine meo, vel gratia mei:vt est text.in l.vsu retinetur cum.l.seq.ff.eod.titu.dummodo quis vtatur iure seruitutis,seu tãquàm seruitute debita fundo:vt in l.fina.illo eo.tit.& ibi declarat Pau.de Castr.

Addo quòd in præcedentibus duobus casibus, potest etiam interrũpi pręscriptio naturaliter & ciuiliter per modos in præcedentibus partibus recitatos secũdum Pan.in d.c.illud.col.fi.& in d.c.auditis.col.iij post Inno.

Nunc capio quartam & vltimam partem huius tertiæ partis sextæ principalis,in qua dicendũ est de effectu interruptionis.

42 Et primò quæro.Quis sit † effectus interruptionis : & quantum duret?

Dic quòd in naturali interruptione tantum durat eius effectus, quantum impedimentum seu defectus superueniens: si enim quis recuperat possessionem amissam, vel superuenit bona fides,vel titulus post defectũ incipit possessor de nouo præscribere,quia cessauit causa impediẽs:& superuenit causa confirmans.vt no.in simili glo.in c.non firmatur.de regu.iur.in vj.tempora tamen præcedentia non prosunt:sed cõquassantur: vt prædixi in prin.huius materiæ.

Idem est in interruptione ciuili, quia oportet eam de nouo inchoari à tempore quo cessat effectus interruptionis. Verbi

gratia:si per litis contesta.sit interrupta præscriptio noua præscriptio non incipit statim post factam contestationẽ: sed postquàm partes cessauerint litigare.argu.l.fina.C.de præscri.long. tempo.secundum Inno.& Hosti.in d.c.illud.

Et hæc vera de iure ciuili.Sed de iure Cano.dicit glos.no.in c.j.xvj.q.iij.quòd ex quo facta est semel litis contestatio, nunquàm postea currit præscriptio:quia præsumitur possidens iam habere malam fidem : & de iure suo titubare.per l.nemo.C.de acquir.posses.vnde non præscribit ad mille annos.argu.c.fi.de præscript.idem tenet glo.in c.sine possessione.de regu.iur.in vj.

Et has glo.sequitur Bu.in d.c.illud.

Contrarium firmat Panor.ibi concludens, quòd iterũ possit inchoari præscriptio interrupta per litis contestationem ita de iure Cano.sicut de iure ciuili.

Primò mouetur per text.in §.præscriptiones.xvj.quæstione tertia.qui nõ facit in hoc differentiam inter ius cano.& ciuile.

Secundò mouetur,quia non reperitur quòd ius cano.statuat contrarium.ergo standum est iuri ciuili.

Non obst.secundum Panormi.fundamentum glos.inquantum se fundat super assistentia malæ fidei : quia iura canonica loquuntur de vera mala fide,nõ præsumpta.sicut illa quæ præsumitur per litis contesta.quia certum est, quòd illa est præsumpta seu ficta mala fides & non vera vt not.in dicta l.nemo. C.de acquir.posses.nam possidens rem & credens firmiter eam suam non mouetur firmiter ad credendum contrarium ex eo, quòd alius sibi intulit quæstionem, alias de facili daretur materia impediendi perpetuo cursum præscriptionis:sufficeret enim,quòd quis litem contestaretur absque eo, quòd fidem faceret de aliquo iure suo.ita dicit Panormit.in dicto c illud.vbi Felin..colum.quinta & sexta.hunc articulum latè examinat &
43 firmat † quòd litis contestatio non inducit malam fidem nisi præsumptam.

Addo quòd idem tenet Paul.de Castr.in l.ij.C.de fruct.& lit. expen.& Barto.ante omnes.in l.illud.ff.de pet.hæred.& hoc est rationi consonum secundum eum.

Quod si sum tecum litem contestatus & aliud non sit actũ, per hoc non sit inducta mala fides.concedo dicit ipse,quòd est inducta interruptio & perpetuatio.l.fin.C.de præscript.xxx.vel xl.an.sed finito tẽpore illius perpetuationis nihil videtur obstare,quin de iure canon.possit inchoari noua præscriptio cũ bona fide antea non maculata,ex quo.d.l.fi.nõ est secũdũ Canoñ. correcta

correcta, quicquid dixerint dictæ glos. ita dicit Felin. ibi. vltra quem addo Salic. ita tenentem. in l. ij. C. de fruct. & lit. expens. quem latius referam in seq. q. Sed malè intellexit Felin. d. l. fin. quia præscriptio non inchoatur de nouo finito tempore perpetuationis. nam sic opus esset quòd post. xl. ann. iterum præscriptio inchoaretur. quinimo actio quæ aliàs præscribebatur spacio xxx. ann. extenditur vsque ad. xl. ann. & hæc præscriptio quadragenaria inchoatur à die interruptionis, seu litis contestatæ vt apertè probat ille text. cum ibi not.

Et de effectu interruptionis vide per Areti. consil. xxx. viso themate circa fin.

44 Secundò quæro. † Vtrum perempta instantia duret vitium litigiosi, & effectus interruptionis inductus per litis contestationem? Dic breuiter quòd contra illum contra quem lis est contestata: durat effectus, quia est actio perpetuata vsque ad xl. ann. & non posset ille amplius præscribere minori tempore, vt est casus in l. fin. C. de præscript. xxx. ann. Et quo ad effectus respicientes personas ipsorum litigantium, illi durant: sed non durant effectus respicientes rem, quia posset res alienari perempta instantia, quæ ea durante alienari non poterat: & sic ille tertius in quē fieret aliénatio poterit præscribere longo tempore. Casus est not. in l. j. secundum vnam lectu. C. de prescrip. long. temp. & ibi gl. in verbo longi temporis & doc. not. & Bar. in l. j. §. fi. ff. de litigio. & in l. fi. vbi etiam Salic. C. eo. ti. Nam vitium litigiosi non afficit rē, sed solū personas litigantes. l. j. §. j. vbi gl. & Bar. ff. de litigio. Ange. in authen. de litigio. in princip. Et ita procedāt not. per Bar. post gl. in l. ij. circa med. commen. C. de fruct. & lit. expens. & per Bar. in l. ij. col. vlti. & ibi not. doc. maximè Alex. & Ias. col. penulti. C. de edend. vbi Barto. dat doctrinam, quòd quidam sunt effectus, qui respiciunt causam: & illi durant perempta instantia: vt quòd possessor efficiatur malæ fidei: & sic teneatur de fructibus post litem cōtestatam l. ex diuerso. §. j. cum ibi plenè not. ff. de rei. vendi. & in l. certum. C. eo. tit. & quòd res sit litigiosa, vel quòd præscriptio sit interrupta: tunc enim etiā perempta instantia durat effectus iam consummatus. l. cum notissimi. per totam. l. maximè in §. sed & si quis. C. de prescript. xxx. ann. & l. si. eod. titu.

Et hoc est verum dicit Bart. in eadem causa, & inter easdem personas: nam in alia causa, vel inter aliàs personas illa contestatio suum effectum non produceret. d. l. cum notissimi. §. sed & si quis. & est casus secundum Bart. in l. fiscus, in quæstione. ff.

de.

de iure fisci.secundum veram lectu.quam ibi tenet Bartol.

Hinc est quòd perempta instantia nõ durat vitium litigiosi quo ad tertium,in quem sit alienatio : quia titulus est validus, & præstat causam præscribendi longo tempore.d.l.j.C.de præscrip.long.temp.& ita declarat Alex.in d.l.ij.col.v.vel vj.circa fin.versic.tertia conclusio.& ibi Iaso.post eum.colum.penulti. C.de edend.

45 † Limitatur prædicta conclusio,quæ habet,quòd perempta instantia durat effectus præscriptionis:nisi esset perempta non lapsu temporis:sed per renuntiationem,quia pars in totum renuntiasset liti, causæ & instantiæ:quia tunc neque citatio,neque litis contestatio interrumpit præscriptionem.vt per Felin. in d.c.illud.col.vj.versic.& scias.& per do.Claud. Aquen.in d.l. naturaliter.col.vj.

Sed inquantum Barto.in d.l.ij.C.de fruct.& lit.expen.cuius verba retuli suprà:vult quòd duret effectus malæ fidei etiam perempta instantia,& sic quòd litis cõtestatio inducat malam fidem etiam quo ad fructus , & omnes alios effectus , Batt.& Pauor.tenent oppositum in d.c.illud.col.fi.quòd non duret,nisi quo ad interruptionem præscriptionis & perpetuationem actionis: quia litis contestatio sola nõ inducit veram malam fidem, sed præsumptam tantum , vbi non constat de iure agentis,vt dixi in præcedenti.q.& ista fuit opin.glo.reputatæ singu. in d.l.ij.in gl.j.in fi.C.de fruct.& lit.expen.quæ vult, quod perempta instantia cesset mala fides inducta per litis contestationem,& sic non censebitur amplius possessor qui ante litis contestationem erat bonæ fidei esse malæ fidei.

Et licet Bart.ibi teneat contra gl.tamen Salic.col.penulti.& vlti.tenet cum gl.per plura motiua respondẽdo ad fundamenta & rationes Barto.& dicit quod consulendo non recederet à glo.cum qua pertransibat dominus suus,& potissimè ista ratione,quia regula est,quòd perempta instãtia perimit acta.l.cum lite mortua.ff.iudic.sol.& per consequens omnia causata ab eis:cum effectus isti non sint in esse producti & separabiles à sua causa:& sic vbi reperies cõtrarium:dicit ipse: vt est in præscriptionis interruptione , & perpetuatione actionis:illud non est trahendum ad omnes. Imo casus exceptus firmat regulam in non exceptis:vt not.in l.in his.ff.de leg.& in l.j.ff.de reg.iur.

Subdit Salic.hæc verba formalia in versicu.non obstat ratio Bar.&c.Si enim vt in themate præsupponitur:possessor est bonæ fidei:quomodo est possibile quòd sola litis contestatio , per quam

quam non apparet aliquid, quod scientiam rei alienæ habeat inducere: faciat eum plenè & perfectè malæ fidei possessorem esse? nõ video dicit ipse: sed extunc datur indicium perueniendi ad notitiam ex probabilibus factis: & lata sententia declaratoria rei alienæ habet tunc plenam notitiam: & hæc notitia trahitur retro ad tempus sui initij: & sic ad tempus litis contestatæ. & ex hoc apparet quòd effectus scientiæ rei alienæ non fuit statim per litis contestationem cõsummatus & perfectus, & sic non est vera ratio Bar. ita dicit ibi Salic. qui in effectu tenet idem quod Butri. & Panor. in d.c. illud. col. fi. & miror quòd Felin. ibi de Salic. nullam faciat mentionem.

46 Tertiò quæro. † An interruptio ciuilis prosit quo ad omnes: puta, si quis fuit litem contestatus contra vnum: & sic quo ad illum est interrupta præscriptio: vt prædictũ est: an talis interruptio operabitur suum effectum contra alios? Pariter potest poni exemplum in citatione, vbi sola citatio interrumpit.

Breuiter communis cõclusio est, quòd licet interruptio naturalis interrumpat quo ad omnes. d.l. naturaliter. tamen hæc ciuilis interruptio prodest tantum interrumpenti, & nõ alij. Ita tenet glos. ordi. communiter approbata in d.l. cum notissimi. §. sed & si quis. in verbo innouata. C. de præscrip. xxx. ann. per tex. in l. intra quatuor. ff. de diuers. & temp. præscrip. & in l. ij. §. fi. C. ne de stat. defun. & gl. in c. placuit. el ij. §. potest. in verbo interrupta. xvj. q. iij. & Bart. in d.l. naturaliter. col. iij. versic. sed quæro. adiiciens quòd non omnis interruptio naturalis interrumpit aduersus omnes. Sed solum illa, quæ procedit ex amissione, & defectu possessionis: illa vero quæ contigit ex defectu tituli, vel ex defectu bonæ fidei non est aduersus omnes. Et ratio diuersitatis est secundum Bart. quia titulus potest multiplicari & haberi à pluribus, & sic vnus titulus non respicit vniformiter omnes: sed possessio vna & eadem est, quæ vniformiter omnes respicit, cum non sit nisi vna tantum ciuilis possessio, quæ pariat præscriptionẽ. l. iij. §. ex pluribus. & §. ex contrario. cum ibi not. per gl. & doct. ff. de acquir. pos. Idem secundum Barto. in bona & mala fide quæ potest variari respectu diuersorum: vt l. Fulcinius. §. quid si aduersus. ff. ex quib. caus. in possessio. ea. & l. si quis fundum. ff. de acqui. posses. meritò non porrigunt effectum suum aduersus omnes: sed possessio sic: ita dicit Bart. ibi quem docto. communiter sequuntur.

Et sic mala fides superueniens quo ad vnum, interrumpit quo ad alium.

Quartò

47 Quartò quæro. † Vtrum interruptio facta contra principa-
c lem profit contra fideiussorem ignorantem, & non citatum? &
glo.not.in l.cum quis.§.si quis pro reo.in gl.iij.ff.de sol.determinat quòd non.& eam ibi sequitur Bart.& dicit non esse alibi col.pen.latè examinans istam conclusionem.

Et eandem sequitur Alex.adducens plures concor.in l.mora rei.ff.de verb.obli.Secus est in duobus reis secundum Bar.in d.§.si quis pro reo:quia interruptio facta contra vnum,prodest contra alium.casus est in l.fi.C.de duobus reis. Et ratio diuersitatis est secundum Bar.quia duo rei tenentur eadẽ specie obligationis.secus in reo, & fideiussore.nam fideiussor obligatur semper verbis.l.blãditus.C.de fideiuss.Sed reus potest alio modo teneri & obligari:videlicet,re,vel consensu.

Item semper differunt in hoc secundum Bart.quia in reo & fideiussore, vna obligatio semper est principalis: & alia accessoria.sed obligationes correorum sunt cœquales.l.si reus.ff.de duob.re.& l.generaliter.ff.de fideiusso.

48 † Ex hoc Bar.in d.§.si quis pro reo.primò infert,quòd interruptio facta contra vnũ ex pluribus tutoribus præiudicat aliis: si contra eum actio erat iam nata:quia tenentur eadem specie obligationis.l.si pupillus.cum ibi not.ff.de admi.tut. Secus dicit interruptione facta contra vnum tutorem: nam non interrumpit præscriptionem contra magistratum,ad quem deuenitur in subsidium:quia nõ tenetur eadem specie obligationis.
l.j.ff.de magi.conueni.

Secundò infert Bart.quòd interruptione facta contra eum, qui tenetur directa:interrumpitur præscriptio contra eum,qui tenetur vtili.Et econtra:quia actio vtilis & directa videtur eadem: vt l.actio.ff.de nego.gest.& est text.in l.cum hæreditas.
ff.ad Trebellia.

49 † Non obst.secundum Bart.contra primã conclusionem suprà factam text.in l.si seruum.§.sequitur.& §.nunc videamus.
ff.de actio.& obli.vbi dicitur, quòd interpellatio facta contra reum perpetuat actionem cõtra fideiussorem. Quia respondet not.Bart.quòd quãdoque actio dicitur perpetuari respectu rei, quæ est in obligatione : vt re perempta reus non liberetur, & tunc si perpetuatur cõtra principalem,perpetuatur etiã contra fideiussorem:quia ad eandẽ rem ten. atur.l.si ita.ff.de fideiuss.

c Quandoque loquuntur de perpetuanda c actione respectu ipsius actionis & obligationis:& tunc interruptio facta contra principalem non præiudicat fideiussori: quia diuersis obligationibus

tionibus & actionibus tenentur, casus est in d.§.si quis pro reo. secundum Bart. quem sequitur Feli. in d.c. illud. col. fi. in x. conclusio. de præscriptio.

Sed contra primam conclusionem est gl. in l. si fideiussor. §. fi. ff. man. quæ dicit quod interruptio facta cõtra principalem, videtur facta contra fideiussorem. per l. fi. C. de duob. re. Bar. ibi dicit, quòd glo. alibi tenet contrarium in d.§.si quis. pro reo. & quòd d.l.fi. loquitur in duobus reis: sed aliud est in fideiussore. & ita tenet Cy. vt refert Bar. in d.l.fi. licet illam glo. non alleget Bal. in l. tam mandatori. col. vlti. C. de non nume. pecu. reducit illas gl. ad concordiam: dicens quòd gl. in d.l. fideiussor. §. fi. loquitur in fideiussore iudicatum solui: alia in fideiussore cõtractus. Quærit enim ibi Bald. in versic. sed quæro quid si fideiussor præscripsit, & nõ reus, an prosit reo? Verbi gratia: dicit ipse fuit interrupta præscriptio contra reũ, non contra fideiussorẽ.

f Respondet Bal. quædam gl. dicit, quòd interruptio nocet fideiussori.[f] in l. si fideiussor. ad fi. ff. mandati. Alia glo. dicit contrarium. in l. cum quis. §. si quis. pro reo. ff. de fideius. per quam glo. tene quòd præscriptio fideiussoris nõ prodest reo, & interruptio rei non prodest fideiussori contractus: sed in fideiussore iudicatum solui posset fortè sustineri glos. contraria: hæc sunt verba Bald. in d.l. tam mandatori.

g Eandem opi. tenuit Ang. in l. gregè. §. etiã. ff. de pign. faciens eandem concordiam, quam dicit esse menti tenendam.[g]

10 † Ex prædictis resultat duplex conclusio.

Prima est, quòd interruptio facta contra vnum ex correis prodest creditori quo ad alium. & nocet alteri correo.

Secunda est, quòd interruptio facta cõtra principalem non interrumpit quo ad fideiussorem, vel econtra.

Limitatur secũdum Bal. Ang. & Alex. vbi suprà, vt procedat in fideiussore contractus. secus in fideiussore iudicij, seu iudicatũ solui: quia interruptio facta cõtra principalẽ, intelligitur etiã facta contra ipsum. Ratio potest esse, quia cõtra fideiussorẽ iudicij mandatur recta via executioni sententia lata contra principalẽ. secus est in fideiussore cõtractus: vt plenè not. Bart. in l. j. ff. iud. sol. & Ang. in d.l. gregè. §. etiã. ff. de pig. Nimirũ ergo si interrũpitur præscriptio: ex quo acta & sentẽtia tantũ præiudicant fideiussori iudicij: quantũ principali, ꝙ non est in fide-

h iussore contractus: vt per Bar.[h] in d.l.j. Et sic colligitur duplex differẽtia inter fideiussorẽ iudicij, & fideiussorẽ contractus: videlicet, quo ad interuptionẽ pscriptionis, & executionẽ sñie.

Et

Et has duas differentias in specie colligit Ang. vbi suprà.

51 Quintò quærò. † An interruptio præscriptionis in vno actu prosit in altero?

Dic quòd non, etiam quòd omnes isti actus proueniant ex vno iure. tex. est cũ gl. in c. auditis. circa. fi. in verbo interrupta. & ibi not. Inn. Pan. & omnes cano. & bonus tex. in c. cùm olim. de præscri. & in c. cũ cõtingat. de deci. not. Inn. in c. dilectus. de capel. mona. Faciũt quę plenè dixi in ij. parte prin. in ij. effectu.

52 Sextò quæro. † Vtrùm præscriptio cõpleta possit interrũpi?

Dic breuiter quòd non: quia interruptio post completam præscriptionem non habet lædere ius ex præscriptione iam quæsitum. Oportet ergo vt valeat, quòd fiat intra tempus præscriptionis: vt est text. in c. auditis. versic. si tamen. & ibi not. Panor. in vlti. not. col. iij de præscript. & Felin in d. c. illud. col. penulti. in v. conclusio. Faciunt notata per glo. & Canoni. in c. vigilanti. eod. titul. vbi communiter concluditur, quòd superueniens mala fides post completam præscriptionem nõ nocet.

Ex quo infert Panormi. in d. c. auditis. quod præscriptio iam completa non tollitur, licet postea fiant aliqui actus in contrarium. Sed requiritur contraria consuetudo.

Et hoc: si iam consuetudo est corroborata: sed antequàm sit præscripta interrumpitur: etiam si semel in cõtrarium populus

i vtatur ex certa scientia. Ita gl. [i] not. & sing. in l. nemo. §. temporales. ff. de reg. iur. quam Bal. commendat in pluribus locis relatis per Ias. in l. fi. col. vlti. ff. de constitut. princip. & illam not. Rom. sing. suo xliij. fol. j. col. iiij. incip. ad hoc. & limitat procedere in consuetudine concernente causam petitorij. Secus si concernit causam possessorij. Tũc enim secunda consuetudo: licet non sit præscripta tollit primam præscriptam quo ad possessorium tantum: secundum Bal. in c. j. de feu. cogni. Et fuit originale dictum Ioan. An. in c. cum ecclesia. de cau. pos. & propr. quod refert Roma. vbi suprà. & Alexand. firmans prædictã conclusionem in l. ij. ad fin. prin. ff. sol. matrimo. & Ias. ponens duas limitationes ad illam glos. in l. de quibus. colum. xxij. ad fin. & seq. ff. de legi.

Eandem conclusionem per illam glos. firmat Panor. in c. fin. col. ix. versi. sed quæro. de consuet. & consi. xciiij. videtur prima facie. in fin. j. volu.

53 Postremò noto. † Ad materiam interruptionis præscriptionis. [k] quòd etiam per vnum testem: dummodo omni exceptio-

k ne maiorem: cum iuramento partis probatur factam fuisse in-

terruption

terruptionem: secundùm Cardi. consil.cviij. petitur quædam sententia. Sequitur Feli.in d.c.illud.col.pe. in iiij.conclu.

ADDITIO.

a Adde Alex.in cons.lxxxix.excellentissimi iuriscõs.in v.vol.

b Adde Alexan.ita firmantem per illum text.in l.si insulam.in fi.iij. col.ff.de verb. obli.

c Adde plenè Bertachi. in repertorio.in verbo præscriptio interrumpitur.col.vlt.circa fi.versi. præscriptio interrupta.

d Et ita debet intelligi text.in d.l.si pupillus. secundùm Bart.

e Et de ista perpetuatione quid sit:& de eius effectu dicetur in seq.parte.

f Addo quòd istam quæstionem an interruptio facta contra principalem noceat fideiussori: format Ioann. Andr. in titu. de fideiusso.super rubri.in apostil.magna in vltima quęstione. vbi refert Vb.de Bobi.tenere opin.quòd interruptio facta contra alterùm noceat alteri: & loquitur in quæstio.statuti disponentis, quòd si creditor silet per quinquennium non possit amplius agere: sed sit præscriptum suæ actioni quòd si creditor habet debitorem vel fideiussorem sufficit sibi egisse contra alterum: vt alteri noceat. Et sic interruptio facta contra vnum: prodest creditori contra alium: cùm vnum sit debitum ex eodem fonte & ex eadem scriptura. Et sic vnus est contractus, & per id apparet creditorem nõ neglexisse & statuto punienti negligentiam satisfactum est: & opinio Vberti.simpliciter sequitur Ioan. Andr. sed communis opinio est in contrarium. vt ex præmissis apparet.

g Et sequitur Alex.in d.l.si fideiussor.§.fi. in apo. ad Bart.& de hac materia vide per Cyn.Bald. & Ange.in d.l.fi.in princ.C.de duo.re.qui tenent opin.Bart.in d.§.si quis pro reo.

h Adde do. Alex.cõsi.cxxxj.in causa vertente coram prætore. ij.col.ij. volu.

i Addo quòd idem dixit Spec.in tit.de præscri.ver.quid si post completam.

k Et multa ad materiam interruptionis præscriptionis: licet inordinata & absque allegationibus Moder. vide per Berta.in verbo præscriptio interrumpitur.per plures colum.Et an excipiens de interruptione: videatur fateri præscriptionem:tangit Panor.in cap.illud col.j.de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuatio & interruptio præscriptionis in quo differant?*

2 *Actio qualiter perpetuetur. & quis sit effectus perpetuationis?*

Actio perpetuatur per contestationem & quasi contestationem.
3 *Actio perpetuatur per iuramenti præstationem litis decisiui.*
4 *Stante statuto, quòd si creditor steterit per x. ann. quòd non petierit debitum, sit exclusus, an si in instrumento adsit iuramentum, possit actio perpetuari ad aliud tempus?*
5 *Actio an possit per dationem fideiussoris perpetuari?*
6 *Actio perpetuatur per apprehensionem possessionis rei hypotecatæ.*
7 *Lex fina. C. de præscrip. xxx. ann. an de iure canonico sit correcta?*
8 *Litis contest. an perpetuet præscriptionem minoris temporis quàm xxx. ann.*
9 *Officium iudicis an recipiat perpetuationem?*

VEnio nunc ad quartam & vltimam partem huius. vj. partis princ. in qua videndum est qualiter actio perpetuetur. Primò igitur quærò. quid sit perpetuatio actionis, & quæ sit
1 differentia inter interruptionem † & perpetuationem?

Respondeo, quòd aliud est interruptio: & aliud perpetuatio. Nam interruptio facit, quòd præscriptio iam inchoata rumpitur: ita quòd de nouo debet inchoari à tempore interruptionis. Sed durat secundùm suam naturam. Perpetuatio verò prorogat vitam actionis: mediante litis contestatione, & facit quòd actio quæ erat breuis vitæ, vel durabat xxx. annis, aut minori tempore fiat perpetua, id est, extendatur vsque ad xl. annos. l. fi. C. de præscrip. xxx. ann. & infrà dicetur. Ita declarat glos. not. in l. cùm notissimi. in princ. in verbo solam. C. de præ-
a script. xxx. ann. Et Bart. in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit. [a] Et melius declarabo in seq. vbi dicetur quid est perpetuatio.
2 Secundò quæro. † Qualiter perpetuetur actio, & quis sit effectus perpetuationis?

Dic quòd per litis contestationem & non aliter, operatur enim litis cōtestatio. duplicem effectum, scilicet, interruptionem & perpetuationem: videlicet, quòd actio quæ non durabat nisi triginta, extenditur ad annos. xl. & sic adduntur decem anni: vt est casus in l. fin. C. de præscriptio. triginta ann. aliæ verò interruptiones ciuiles de quibus dictum est suprà in præcedenti parte, vt citatio, vel conuentio: citra litis contestationem interrumpunt duntaxat præscriptionem: sed non perpetuant actionem.

Est ergo perpetuatio propriè extensio vitæ actionis: vt si prius erat temporalis: extendatur vsque ad quadraginta annos dicta l. fina. & lege prima. §. exceptio. C. de anna. exceptio. & c.

& cap. placuit. cl. ij. §. potest. & §. quòd si per naturalem. xvj. quæstio. iij.

Et ita declarat glo. præallega. in l. cùm notissimi. in princ. in verbo solam. C. de præscriptio. xxx. ann. quæ dicit: & not. quòd cùm interrumpitur præscriptio per executoris conuentionem seu citationem: actio extenditur vsque ad xxx. annos à tempore conuentionis. Nam per solam litis contestationem actio extenditur vsque ad xl. annos. Et illam gl. sequitur & commendat ibi Bart.

b Et idem [b] dixit. gl. xvj. qu. iij. §. potest. addens quòd naturalis interruptio non perpetuat vsq; ad xl. annos: licet sint alij modi perpetuãdi: qui habẽt vim litis contestate: quos infrà subiiciã.

Secundus effectus huius perpetuationis est, quòd actiones quæ non sunt transitoriæ ad hæredes: vt actio iniuriarum, & descendentes ex delicto: de quibus in §. non omnes. institu. de perpe. & tem. actio. per litis contestationem fiunt transitoriæ & sic perpetuantur in hæredes. §. pœnales. institut. de actio. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. quòd non fit per solam conuentionem, seu citationem. vt ibi latè concludit Alexand. & idem in l. fi. in princ. col. ij. ad fin. & iij. ff. de eo per quem fac. erit: contra Bart. & sequaces. Sed requiritur contestatio, vel quòd stet per reum, quominus litem contestetur: quo casu habetur lis pro contestata: vt ibi latius per Alex. Et eo casu quasi contestatio litis idem operabitur quòd vera contestatio.

Et ita intelligit Alexan. text. in l. constitutionibus. in verbo. quasi contestatæ. ff. de actio. & oblig.

Ex his colliguntur duo modi perpetuandi actionem cùm duplici effectu ipsius perpetuationis.

Primus modus est per contestationem.

Secundus modus est per quasi contestationem: quando stat per reum quominus litem contestetur. Bene facit text. in l. ij. C. vbi in rem acq.

3 † Tertius modus perpetuandi actionem est per præstationem iuramenti litis decisiui: quia iuramentum habet vim litis contestationis ad perpetuandam actionem: vt est casus in l. nam & postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiur.

Et quòd iuramentum habeat vim litis contestatæ: dicit expressè text. in l. sed & si restituatur. ff. ex quib. cau. ma.

Et hæc conclusio procedit tam in iuramento iudiciali, quàm extraiudiciali secundùm Bart. & communiter docto. in d. §. si is qui temporali.

Ex quo singulariter infert Bar. quòd si in instrumento appareret iuramentum esse delatum creditori iuxta practicam & cautelam: quam tradit ipse Bart. in l. ij. ad fin. ff. de iureiur. tale iuramentum perpetuaret actionem vsque ad xl. annos. Et iste est solennis effectus iuramenti: & sequuntur ibi Bal. Ang. Sali. Alex. & Ias. in ij. not. & communiter omnes. Imo. in d. l. naturaliter. col. vlti.

4 † Ex hoc sequitur magnus effectus in practica, quòd stante statuto: quòd si creditor steterit per decem annos: quòd non petierit debitum, sit exclusus. Certè si in instrumento adesset iuramentum: non obstante statuto: iuramentum perpetuaret actionem vsque ad xl. annos secundùm Ang. & Roma. in d. §. si is qui temporali.

Et propter hoc monet Ang. notarios, quòd in instrumentis semper apponant iuramentum.

Referunt & sequuntur Alex. & Moder. ibi & Cępol. cautel. sua. xxxv.

Sed istud hodie est modici effectus, cùm mala fides debitoris, & eius hæredis perpetuo impediat præscriptionem secundum cõmunem opi. & tale statutum non valeat data mala fide: vt latè concludunt Cano. in c. fi. de pręscrip. & dixi in xiiij. q. ij. partis. iij. princ.

5 † Quartus modus perpetuandi actionem est per dationem fideiussoris. Nam per illam perpetuatur actio, sicut per litis

c contestationem. glo. est singu. c in l. cùm quis. §. si quis pro reo. in iiij. solu. ff. de fideiuss. quàm ibi sequitur Bartol. col. j. circa fi. dicens mirabilem & verissimam.

Et limita & declara vt ibi per Bart.

6 † Quintus modus perpetuandi actionem est per apprehensionem possessionis rei hypothecatæ, per quam nedum interrumpitur pręscriptio, sed etiam perpetuatur actio in xl. annos, eo quòd talis apprehensio habet vim litis contestatę, vt est casus in l. cùm notissimi. §. immo. & ibi not. Sali. col. ij. versi. nunc reuertor C. de præscrip. xxx. ann. reprobata opi. glo. ibi.

7 Tertiò quærò. † Vtrum illa l. fin. C. de præscript. xxx. ann. sit correcta de iure canonico? Gloss. no. in c. j. xvj. quæstio. iij. tenet quòd ex quo semel facta est litis contestatio, non currit præscriptio: quia præsumitur possidens iam habere malam fidem, & de iure suo titubare. l. nemo. C. de acquir. pos. vnde non præscribit ad mille annos. c. fi. cùm ibi not. de præscri. Et idem tenet glo. in c. sine possessione. de reg. iur. in vj.

Istud

Istud dubium latè examinat Panor. in d.c.illud.col. pe. ver. & scias:dicens quòd iste articulus est dubius. Et tandem concludit, quòd pars glo.est tutior & communior:& in iudicando seruaretur.

Sed contraria opi. videtur verior secundum Felin.ibi.col.v. & plenè dixi in iij.q.prin. partis præcedentis in materia interruptionis:vbi conclusi, quòd sola litis contestatio non inducit malam fidem veram:sed fictam.

Et sic remanet conclusio, quòd illa.l.hodie non sit correcta: vt ibi latius dixi.

8 Quartò quærò. † Vtrum litis contestatio perpetuet nedum præscriptioné.xxx.an.de qua propriè loquitur text.in d.l.fi.sed aliam minoris temporis:vt annalem. Vt est dare exemplum in actione iniuriarum, quæ est annalis.l.si non conuicij.C.de iniur.& in aliis prætoriis annalibus : vt.l.in honorariis.ff.de act. & obligatio.

Concludo quòd sic.Ita tenet glo.in l.fin.in glo.antepe.C.de temp.in integ.rest.pe.& gl.in l.fi.in gl.fi.C.de dolo:& glo.in d.l. fi.in glo.ij.C.de præscri.xxx.ann.

Vnde infertur, quòd actio cuiuscunq; temporis non solùm xxx.an.per litis contestationem, semper perpetuatur in xl.annos.Et sic meta perpetuationis est semper prorogare vsque ad xl.annos. Et per consequens perpetuatio actionis aliquando addit trigintanouem annos : vt quando actio est annalis. Aliquando solùm decem secundùm quòd erat vita primæ actionis. Ita dicit Iaso.in l.nam & postea.§.si is qui temporali.ff.de iureiuran.

Secundò infertur quòd si statuto caueatur:quòd si creditor steterit per decem annos:quòd non petierit debitum:sit exclusus, certe per litis contestationem, actio quæ erat decennalis: perpetuatur in xl.ann. secundùm Imo. in d.§.si rem:cuius opi. latè firmat Alex.in l.fi.in prin.col.iiij.versi. dicit etiam Ang.ff. de eo per quem fa.erit.& Ias.in d.l.nã & postea.§. si is qui temporali.colũ.j.vbi hoc confirmat ratione:quia actiones temporales anni, vel similes facilius perpetuantur ad annos.xl.quàm actiones longioris vitæ, patet, quia illæ perpetuãtur per solam impetrationem rescripti:mediãte supplicatione. Aliæ non, Sed exigitur litis contestatio.l.j.& ij.C.quando libel.princ.dat.

Contrariam tamen partem quòd præscriptio minor trigenaria non perpetuetur ad xl. an. sed adduntur decem tantùm: tenuit Ang.[d] in l.ij.§.si rem.ff.pro emp. & Sali.in l.cùm notissi-

d

mi.§.imò.col.fi.ver.sed quid dicendum. C.de præscr.xxx.ann. vbi concludit quòd præscriptio longi temporis non perpetuatur per litis contestationem.in xxx.an. sed duntaxat in viginti. Et sic quòd adeantur alij decem.

Sed præcedens opi.est communis.

9 Vltimò † quæro. Vtrum officium iudicis recipiat perpetuationem?

e Istam q.tangit Barto. [e] in l.cum quis.§.si quis pro reo.col.fi. versi.item contra prædicta.ff.de fideiuss.concludens,quòd non recipit perpetuationem, nec interruptionem.Adde pro cōplemento an præscriptio statutaria decem ann.perpetuetur.in xl. ann?Bald.in c.non liceat.circa fi.de præscri.vbi cōcludit,quòd non.Adde etiam quòd quædam sunt iura quæ afficiunt personas:quædam quæ afficiunt res, in quibus præscriptiones natura & effectu discrepant.Bald.in c.vigilanti.circa fi.de præscrip.

Et per hæc & omnia præmissa remanet expedita tota sexta & vltima pars principalis tractatus præscriptionum: & consequenter totus ipse tractatus ad laudē omnipotentis Dei. Amē.

ADDITIO.

a Et declarant Imo.& Paul.de Cast.in d.l.naturaliter.col.vlti. Ias.in l.nam & postea.§.si is qui temporali.in princip.com.ff.de iureiur.& in l.j.col.pen.C.quando libe.prin.dat.

b Ad idem est glos.in l.sicut.in verbo per executorem ad fin.C. de præscript.xxx.anno.Nouel.Bald.in l.prima.circa med.j.col. C.eod.titu.

c Et illam glos.dicit singu.Bald.in l.quot.colum.secunda.C.de preci.impe.offe.

d Corne.consi.clxxx.multum diffusè.colum.tertia.versic.si forte.tertio volu.

e Sequitur Bald.in auth.sed hodie.C.de act.& oblig.

REPE

REPETITIO SOLENNIS L. CELSVS. ff.de vsucap.

NVNC explicito diffuso tractatu præscriptionũ vt nihil desiit. Plenã & vtilẽ repetitionem solennis.l.Cellsus.ff.de vsuca.& eius quotidianæ materiæ: quã alias in scholis primo lectionum mearũ anno, diebus vacãtibus publicè deserui pro dicti tractatus cõplemẽto congruenter subiiciendã censui: tãquàm practicam post theoricam: & si per mixtim vtranque cõtineat maturius digestam, plenioréque stilo editam: citra eorum repetitionem: quæ in tractatu prædicto dicta fuere: in quo equidẽ non recensui: quæ ad peculiarem & propriam.d.l.materiã pertinent, sed ad eam sæpius remissione vsus sum. Quam.l.Barto. vtiliter commentauit. Post eum vero alij pauca scripsere, nullúsque modernorum quem viderim: super ea aliquid scripsit excepto celeberrimo iurium interprete domino Claudio de seysello Aquẽse præceptore meo, qui pauca super eadem.l.edidit commentaria chartas duas, & dimidiam nõ excedentia: in quibus etiam nonnulla ad propriam materiam.d.l.non pertinentia interseruit: & longo stilo prosecutus est, quæ missa feci. Quanta autem addiderim præter ordinatam materiam reipsa intueri licebit.

Et vt congruenti ordine procedatur diuido materiam ipsius peculiaris legis in quatuor partes principales.

In prima parte tractabitur de titulo, videlicet qualis titu.requiratur, & sufficiat ad præscriptionem: & sic de primo extremo requisito ad præscriptionem rerum corporalium.

In secunda parte tractabitur de secundo extremo requisito, videlicet, de traditione & possessione.

In tertia parte tractabitur de tertio extremo requisito: videlicet, de bona fide, & de eius contrario, videlicet, de mala fide qualiter probentur.

In quarta & vltima parte tractabitur post Bart. practica deducendi & probandi possessionem, & eius continuationem, & tempus ad præscriptionem rerum corporalium requisitum.

Ad euidentiam præmitto quæ dixi in princip.iij.partis superioris tractatus: videlicet quòd ad præscriptionem rerum cor-

poralium tria principaliter requiruntur: titulus: possessio: & bona fides, l. j. & ibi colligit Barto. C. de vsucap. transfor. Et plenè no. Bald. in rub. extra de præscri. col. j. Et circa hæc tria propriè vertatur materia. d. l. Celsus. quæ etiam colliguntur per discursum scriptorum. Barto. super eadem l. licet Pau. de Castr. ad fin. ipsius l. colligat quinque necessaria ad hoc, vt procedat vsucapio vel præscriptio longi tempo. Et latius not. Bald. & Angel. in l. super longi. in princip. com. C. de prescriptio. longi tempo. ponentes septé requisita quæ tamen reducuntur ad prædicta tria.

Secundò præmitto: quid sit titulus quid bona vel mala fides: & quid possessio.

De quibus latè dixi in superiore tractatu in tertia parte principali per totam illam partem.

His ita præmissis venio ad ipsam l. Celsus. & eius materiam explanandam.

SVMMARIVM.

1 Possidens titulo putatiuo iusto errore ductus vsucapit: secus si iniusto.

2 Non entis nullæ sunt qualitates.

3 Litis æstimatio quæ dicatur?

4 Ad vsucapionem, vel præscriptionem rerum corporalium requiritur titulus putatiuus iusto errore causatus.

5 Titulus non est in præscriptione statutaria necessarius. Præscriptio statutaria subrogatur loco præscriptionis iuris cõmunis: & regulatur, vt illa, & eius naturam imitatur.

6 Titulus putatiuus iusto errore causatus idem operatur, quod titulus verus ad vsucapionem vel præscriptionem. Iustus error habetur pro titulo.

7 Donatio inter patrem & filium, vel inter virum & vxorem, quæ à principio non valuit nec morte confirmatur, an præbeat causam præscribendi?

8 Titulus putatiuus sufficit ad vsucapionem: casu quo si ille titulus esset verus, sufficeret ad dominij translationem.

9 Iustus error, vel etiam iustißimus, quo casu vnquàm præbeat causam vsucapiendi, vel præscribendi?

10 Iustus error quo casu non habeatur pro titulo?

11 Titulus putatiuus iniusto errore causatus, quo casu sufficiat ad vsucapionem?

12 Error iniustus an sufficiat ad præscriptionem rerum incorporaliũ?

Error

13 Error etiam iniustus causat bonam fidem.
14 Causa qualibet licet iniusta excusat à dolo: & cõsequenter à mala fide.
15 Bona fides iniusto errore causata an prosit ad præscriptionem longi temporis?
16 Bona fides iniusta ratione causata, an sufficiat ad faciendum fructus suos?
17 Error iuris nõ inducit bonam fidem in vsucapione vel præscriptione longi temporis.
18 Titulus causatus errore iuris, an causet bonam fidem, quo ad acquisitionem fructuum?
19 Error iuris aut titulus illo errore causatus non prodest si lex expresse resistat.
20 Lex quando dicatur assistere, vel resistere: & quando aliquid dicatur contra, vel præter legem?
21 Error iuris quo casu præscribentem non iuuet?
22 Error iuris mixtus cum errore facti an sit sufficiens ad præscribendum?
23 Ignorantia seu error iuris qualiter probetur?
24 Accidens non potest esse sine subiecto: & non entis nullæ sunt qualitates.
25 Litis æstimatio comparatur emptioni.
26 Approbare & non improbare paria sunt.
27 Ad præscriptionem vltra titulum putatiuum requiritur traditio.
28 Traditio vera tunc requiritur, quando esset talis titulus, ex quo sine traditione non transfertur dominium.
29 Tempore traditionis in quocunque contractu requiritur bona fides.
30 Iustissimus error sufficit vt prosit traditio putatiua.
31 Argumentum de genere ad speciem procedit negatiuè: sed non affirmatiuè.
32 Titulus pro suo est triplex.
33 Error iustus, vel iniustus quis dicatur?
Erroris species est triplex.
34 Error dicitur iniustus in facto proprio: nulla aduersarij suasione interueniente.
35 Ignorãtia, siue error quo casu etiam in facto proprio sit tolerabilis?
36 Error iustus dicitur. qui persuasione aduersarij est inductus.
37 Aduersarij persuasione ductus quomodo quis dicatur?
38 Iustissimus error quot modis censetur?
39 Affectio procuratoris an causet bonam fidem, & iustissimum errorem: & per consequens titulum putatiuum?

40 *Iustißimus error causatur per rei euidentiam, siue ex aspectu.*
41 *Iustißimus error causatur per famam, & opinionem.*
42 *Fama, & rumor etiam falsus inducunt iustam causam credendi.*
43 *Fama quomodo probatur, & quæ requirantur vt legitimè possit dici probata: adeò vt inde resultet error iustißimus?*
44 *Error an dicatur iustißimus, si sit causatus ab aßertione propinquorum, vel sociorum.*
45 *Iustißimus error potest ex assertione probi & honesti viri causari.*
46 *Honestas personæ tollit sinistram præsumptionem: quia præsumitur pro viro honesto.*
47 *Possessio xx. anno. an sufficiat ad præscriptionem absque titulo.*
48 *Remedium canonis reintegranda competit cuilibet priori & antiquiori possessori etiã malæ fidei & sine titulo, qui cecidit de possessione absque sui facto & culpa.*
49 *Titulus pro herede an habeat locum in suis?*
50 *Consistentia in animo possunt per iuramentum probari.*
51 *Præsumitur quis scire id, de quo est publica fama, seu quod est publicè notum.*
52 *Error toleratur in facto proprio, vbi agitur de damno vitando.*
53 *Regula, quòd translatio dominij & præscribendi conditio æquiparantur, qua causa procedat, vel non?*
54 *Error ex parte recipientis impedit dominij translationem, & præscribendi conditionem: secus si error interueniat ex parte tradentis.*

CElsus. diuiditur ista solennis l. in tres partes principales secundum Angel. & Imo. hic.

In prima ponitur reprehensio sententiæ antiquorum, siue cuiusdam erroneæ opinionis.

In secunda ponitur ratio reprehensionis.

In tertia ponitur extensio. Secunda est ibi: quia neque pro legato. Tertia est ibi: idem & in litis.

Et hoc dicat in summa secundum Angel. & Imo. qui plenius summant quàm faciat Barto.

1 † Possidens titulo putatiuo iusto errore ductus vsucapit: secus si iniusto: reprobata sentẽtia antiquorũ non facientiũ differentiã inter iustum & iniustum errorem. Hoc dicit cum glo. Et iste intellectus est communis ab omnibus approbatus secundũ Ang. Vel sic secundum Pau. de Cast. Titulus putatiuus non sufficit ad præscribendũ etiam cum bona fide, si non subest iusta causa putandi. Si autem subest: tunc sufficit, sicut si esset verus. Hoc

Hoc dicat. Vel sic breuius & tertio secundum eundem Paul. Qui non habet titulum nec iustam causam credendi se habere: non potest vsucapere vel præscribere longo tempore.

Priusquàm veniam ad notabilia, apostillabo & declarabo text. vbi opus erit.

In tex. ibi. Celsus. lib. xxxiiij. ad Sabinum: dicit Ang. vide suprà commu. diui. l. iiij. in fin. Sed non reperio quòd ille textus, aliquid faciat.

In text. ibi: & nihil referre. Subaudit Ang. scilicet existimarunt antiqui: Sed melius absque subauditione iste infinitiuus refertur ad relatiuum cum verbo qui existimarent: prout duo præcedentia: & determinatur à verbo principali: ait.

2 In text. ibi: quia neque pro legato. Voluit dicere Iureconsultus: † quia non entis non sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. & ibi not. suprà si cert. petat. & latius dicam. infrà ideo non potest esse vsucapio pro legato, vbi nullum est legatum. &c.

In text. ibi: si nulla donatio. &c. Subaudit Ang. neque ex aliqua causa probabili æstimetur donationem: dotem, vel legatum subesse, secundum veram opinionem: vt videbimus in gl.

3 In text. ibi: idem & in litis existimatione. &c. † quid sit hæc litis æxistimatio declarat text. in l. eius rei: & in l. hæc si res. & in l. si culpa. suprà de rei vendi. & est similis emptioni. l. litis infrà pro empto.

4 Primò noto Ex isto textu secundum Bar. & Imol. † quòd ad vsucapionem, vel præscriptionem rerum corporalium requiritur titulus verus, vel putatiuus causatus iusto errore. Cōcordat text. in l. diutina. & in l. super longi. C. de præscriptio. long. tempo. & in l. nullo. C. de rei vendi.

Primò limita istam conclusionem, vt procedat in vsucapione vel præscriptione longi tēporis. Secus in præscriptione longissimi temporis. xxx. vel xl. annorum quæ currit absque titulo & bona fide. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. & l. si quis emptionis. §. j. vbi tamen respectu acquisitionis dominij fit distinctio inter bonæ & malæ fidei possessorem. C. de præscript. xxx. vel xl. ann. not. Ro. consil. clxvj. viso diligenter. col. ij. circa fi. Et de hoc latè dixi in superiori tractatu in ij. parte. iij. princip. in vj. q. vbi latè declaraui intellectū d. l. si quis emptionis. §. j. & quale ius acquirit possessor sine titulo, cum bona vel mala fide ex præscriptione longissimi temporis: & quis sit effectus huius præscriptionis &c?

Secundò limita hanc conclusionem: vt procedat de iure ciuili.

uili. Sed ſecundum canones procedit præſcriptio quadragenaria contra eccleſiam abſque titulo, cum bona fide. c. de quarta. c. illud. & c. ſi diligenti. & ibi plenè not. gloſ. & Canoni. de præſcrip. Dummodo ius commune non reſiſtat præſcribenti: quia tunc requiritur tempus. xl. annorum cum titulo, & bona fide: vel ſpacium tanti temporis cuius initij. & c. vt eſt caſus in c. j. de præſcript. in vj. quam materiam plenè declaraui & in ſuperiori tract. vbi ſuprà.

Et vltra ibi adducta addo Panor. in c. peruenit. col. j. in ij. not. de empt. & vendit. vbi concludit, quòd non requiritur titulus de iure canonico in præſcriptione: niſi quando eſt contra ius: & quòd non eſt aliqua differentia inter ius canonicum & ciuile, niſi in præſcriptione cum mala fide: quæ non currit de iure canonico: & in hoc ſtatur iuri canonico ſecundum Panor. & latè dixi vbi ſuprà.

5 † Tertiò limita: vt non procedat in præſcriptione ſtatutaria:[a] in qua non requiritur titulus ſecundum Bald. not. in l. ij. C. de præſcript. long. temp. quæ pro lib. dicentem, quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd poſſidens rem per x. annos poſtea conueniri nõ poſſit, ſufficit. x. annis bona fide poſſediſſe, licet ſine titulo,

b quia ſtatutum non requirit titulum: & ſequuntur[b] hic Rom. & Alexand. in apoſt.

Contrarium tenet Roma. in l. prætoris. ff. de damno infect. Refert & ſequitur Felin. in ca. ſi diligenti. col. vij. vltra med. de præſcript. Pro quo facit ſecundum eum, quia præſcriptio ſtatutaria ſubrogatur loco præſcriptionis iuris communis, & regulatur vt illa, & eius naturam imitatur ſecundum Bald. in l. in contracti bus. in fi. princip. C. de non nume. pecu. & in §. item ſi quis per triginta. col. fi. in tit. ſi de feu. fue. controuerſ. cum concor. adduc. per Felin. in c. illud. col. ij. de præſcrip. dixi plenè in ſuperiori tractatu in iiij. parte. iiij. princip. in xxviij. q. col. lvij.

Et vltra Felin. contra prædictam deciſionem. Bal. videtur tenere Sozin. licet de illa non faciat mentionem, conſil. clxvj. in cauſa communitatis. col. iiij. circa fi. vbi determinat, quòd ſtatutum diſponens, quòd poſſidens rem pro ſua ſpacio xxx. ann. præſcribat, debet intelligi ſecundum ius commune, & ſic concurrente bona fide. Et retuli in xiiij. q. ij. partis. iij. princip. ſuperioris trac. col. lj. vbi alia plura ad propoſitum adduxi. Sed poſſet reſponderi, quòd alia eſt ratio reſpectu tituli. Alia reſpectu bonæ fidei, quæ eſt magis neceſſaria, quàm titulus prætertim de iure canonico, quod non requirit titulum ſed bonam fidem tantum,

tantum, vbi ius commune nō resistit. c. si diligenti. cum ibi plenè not. de præscript. & in c. j. eod. titul. lib. vj.

Et de isto dicto. Bald. dubitat Roma. in l. iij. suprà eodem. per dictum Bar. ibi qui vult, quòd stante statuto. quòd per præscriptionem acquiratur dominium, intelligitur de directo vt statutum operetur vltra ius commune. Nam dicit Roma. quòd si dictum Bar. & dictum Bal procederent: concurrerent duo specialia circa idem, quia præscriberetur sine titulo, & acquireretur directum dominium per præscriptionem. Et tamen regulariter non acquiritur nisi vtile. vt ibi per Bart. contra not. in l. j. C. de dot. promis. Vnde dicit ipse, quod oporret alterum esse falsum. Non tamen explicat Roma. quod sit falsum, an dictum Bart. an dictum Bald. domi. Claud. Aquen. hic. col. j. tenet quòd sit verius dictum Bald. quia eo modo minus læditur ius commune, vt hic latius per eum. Et potest vtrumque dictum saluari. respondendo ad fundamentum Roman. quòd istæ duæ specialitates oriuntur ex diuerso fonte, quo casu bene admittitur concursus secundum doctrinam Bart. in l. si is qui pro emptore. col. vlti. suprà eod.

Et quicquid hic dicat do. Claud. doct. approbant vtrumque dictum & Bart. & Bald. Nam quòd dictum Bald. suprà relatum sit communiter approbatum patet ex præmissis. Et pariter dictum Bart. apparet ex not. per Iaso. in l. traditionibus. col. pen. versic. secundo limita. C. de pact. & latius per Feli. in rubri. extra de præscript. col. ij. versic. fallit secundo: qui allegat plures concor. præcipuè Bald. in c. cum non liceat. in fin. commen. de præscript. ponentem quædam priuilegia præscriptionis statutariæ. Et ibi Felin. contra dictum Bart. in d. l. iij. adducit motiuum: quod hic facit domi. Claud. licet de Feli. mentionem non faciat de c. cum dilectus. de consuetu. & de l. ij. C. de noxa. vbi habetur, quod statutum debet interpretari secūdum ius commune. Et respondet vt ibi per eum tradētem pulchram doctrinam circa hoc. An statutum debeat interpretari secundum ius commune: vel vt addat iuri communi. De quo latè per Alex. & doct. post glos. in l. fin. §. in computatione. col. penulti. C. de iur. delibe. & per Bartol. in l. omnes populi. in vj. q. princip. & ibi per Iaso. in ij. lectu. col. vlti. suprà de iustit. & iur. & latè per Felin. in c. j. col. ij. de rescrip. vbi ponit tam de statuto, quàm de priuilegio, an restringantur ad ius commune, vel debeant taliter interpretari, quòd aliquid addant. not. Panormita. in c. cum causam. col. vlti. de re iudic. Et pulchrè Alex. consil. cij. super eo. de

quo

quo quæritur.penulti.col.& consil.cvij.viso themate ante positο penulti.col.iij.volu.& consil.lxxxiij.visa facti narratione.ij.col.ij.volumi.

6 Secundò noto. † Ex isto text.quod titulus putatiuus sufficit ad præscriptionem: sicut verus.Concordat text.in l.quod vulgo.infrà pro empto.cum concor.de quibus in glos.

Ex quo infert Angel.hic quod illud quod operatur titulus verus ad vsucapionem,vel præscriptionem longi temporis, illud idem operatur titulus putatiuus iusto errore causatus: c secus si iniusto.Et de errore iniusto dicit Ange.intellexerunt antiqui, quos propter ea reprehendit hic Celsus, & ait errare.& sic cessant contraria.glos.secundum Angel.& plenè not.Imol. in repet.c.fin.colum.viij.& ix.versic.qualis autem titul.de præscrip.not.Bald.& Angel.in l.super longi.colum.j.C.de præscriptio.long.tempor.

Et circa hoc an & quando iustus error habeatur pro titulo sufficienti ad præscriptionem, tradit not.doctrinam Salic.in l.nullo.C.de rei vendi.circa fin.vbi etiam not. Bald.& Paul.de Castr.consil.cliiij.& Bald.in l.irritam.in iij.oppo.C.pro dona. Sozi.consil.xv.col.fi.versic.postremo.vbi firmat per istum textum hic not.per glos.& Bart.& per multa alia, quòd iustus error habetur pro titulo & causat præscriptionem. Et idem Sozi. consil.xlvij.col.iiij.versicul.circa secundam: & consil.cclj.col.penulti.versic.titul.autem.Et latè not.Felin.quàmuis prædicta non adducat: in c.de quarta.colum.vij.versicul.sed ad cognoscendum quis titulus de præscrip.vbi facit conclusionem, quod iusta credulitas inducit titulum qui re vera non suberat: & sic error facti tantum prodest: quantum verus titul.habitus à non domino: quo ad præscribendum: per glos.ibi.& in c.cura.de iurepatronat.Et comprobat per plura. Secus est quando credulitas tituli causatur ex errore iuris: vt plenè dicetur infrà. Et declarat Felin.in dicto capitulo,de quarta.colum.viij.versicu.secundo doctri.& domi.Franc. Curt.consil.septimo princeps defunctus.col.quinta, in viij.& x.conclusio. Roma.consil.clxvj. viso diligenter.columna secunda,circa finem & Imol.in dicto capitulo.fin.columna noua. Et de hoc dicetur latius.infrà post glos.Et Bartol.

7 † Amplia primo istam conlusionem: vt procedat siue titulus putatiuus sit onerosus: siue lucratiuus: per text.in l.fi.infrà pro legat.& satis probat iste text.in versic.& nihil referre.& in versicul.quia neque.&c.& voluit Bald.in l.irritam.C.pro donat. vbi

vbi vide, an donatio inter patrem & filium, vel inter virum & vxo. quæ à principio non valet sed morte confirmatur: præbeat causam præscribendi: & an vsucapio vel præscriptio incipiat à die traditionis: ita quod titulus trahatur retro? Dic vt ibi latè per eum.

Amplia secundò prædictam conclusionem, vt procedat in titulo vniuersali pro hærede: quia quando interuenit error facti iustus talis titulus putatiuus: quo quis se putat hæredem cum non sit, sufficit ad præscribendum longo tempore videlicet decem annis inter præsentes: & xx. inter absentes peti. hæreditatis glos. est ordi. quæ ita determinat in l. hæreditatem. C. in quib. caus. ces. longi temporis præscript. in glos. magna circa medium ibi dum dicit. In casu tamen puto præscribi decennio. Et eam sequitur Paul. de Castr. consil. ccxxviij. super j. col. v. circa princip.

8 † Primò limita istam conclusionem dummodo titulus putatiuus sit talis, qui si esset verus sufficeret ad dominij translationem secundum Paul. de Castr. cons. lxxij. aliàs lxxiij. secundum numerum meum. incip. quia frustra. colum. vlti. versicul. breuiter. contrarium in antiq. vbi dicit, quod ad hoc vt titulus inualidus præstet causam præscribendi, debet esse talis qui si esset validus sufficeret ad plenum ius transferendum. Refert & sequitur Felin. in capitulo, de quarta. columna septima, versicul. secundo considera. de præscript.

9 † Secundò limita vt non procedat quando defectu rei vel personę non posset quis acquirere dominium, vt quia incapax, vel est res quæ non est in commercio hominum. Vel vbi titulus verus non potest assistere propter impedimentum naturæ: quia tunc nullus error iustus vel iustissimus vnquàm præbet causam vsucapiendi, vel præscribendi. text. habemus & exemplum in l. iij. C. pro hæredi. & in l. si is. cum l. seq. quæ incipit. nemo. iuncta glos. infrà pro legat. Per quæ iura ita limitant Bal. & Ang. in l. super longi. col. ij. C. de præscrip. long. temp. & Bal. in l. nullo. post princi. versic. ij. quæro. C. de rei vendi. & ibi Salic. in vj. oppo. qui clarius dicit, quòd vbi persona est incapax vel inhabilis, tunc iustus error non prodest nec habetur pro titulo sufficienti ad præscriptionem: quia nec verus titulus sufficeret per d. l. nemo cum glos. quam Bald. dicit singu. in d. l. nullo. Facit text. not. in l. cum sponsus. §. si res. suprà de publici.

Quod facit ad q. an spurius qui putat se legitimũ, aut sufficiẽter & ritè legitimatum iusto errore ductus, cum tamen legitimatio

matio sit inualida, possit præscribere hæreditatem patris, aut sibi relictum cùm sit incapax?

Quàm q. mouent Ange. in d.l. nemo. post glo. infrà pro lega. Bal. & Sali. in d.l. nullo. Et in ea consuluit Alex. consi. lxxiij. circa primùm. ad fi. iij. volu. Et plenè dixi in xiiij. qu. iij. partis. iiij. prin. præcedentis tract.

10 † Tertiò limita prædictam conclusionem vt iustus error habeatur pro titulo, quantum ad vsucapionem & præscriptionem. Sed non habetur pro titulo quantum ad repellendũ eum, qui agit petitione hæreditatis. vel interdicto quorũ bonorum: quæ iudicia non dantur regulariter contra titu. possidentem. l. hæreditatis. C. de peti. hære. & l. hæreditatem. cùm gl. C. in qui. cau. ces. long. temp. præscri. notant plenè gl. & doct. in l. fi. circa fin. C. de edic. di. Adri. tol. ita singulariter limitat Bart. in l. j. in princip. versic. not. ergo per gl. ibi. C. quo. bon. licet glos. tenuerit contrarium in l. penulti. & fi. infrà pro lega. & in d.l. hæreditatem. & ibi Bald. & cum Bart. tenent Iacob. Butri. & communiter docto. in d.l. j. C. quo. bon. vt refert Alexã. in apost. ad Bart. in d.l. j. infrà illo eod. tit. & Bald. in l. fi. col. viij. in xv. oppo. C. de edict. di. Adri. tollend.

Sed quo ad publicianam indistinctè titulus putatiuus habetur pro vero, quia inducit vsucapiendi conditionem: ergo & publicianam. vt est casus in l. cum qui. in princ. & ibi not. Bart. suprà de public. & refert Alexand. vbi suprà.

11 † Quartò limita prędictam conclusionem, quæ habet quòd titulus putatiuus causatus iniusto errore non sufficit, vt non procedat quando extaret statutũ: quòd præscriptio currat cum titulo putatiuo. nam tunc, vt statutum aliquid operatur: debet intelligi, etiam si sit causatus ex iniusta causa: dummodo colorata: & siue sit error facti, siue iuris, secũdum Paul. de Cast. cõsi. ccxxvij. super primo dubio videtur dicendum. col. v. in princ. in antiquis. vbi loquitur in pulchra. q. Refert & sequitur do. Clau. hic. colum. tertia. & faciunt notata per Feli. in rub. de præscript. colum. tertia.

12 † Quintò limita prædictam conclusionem vt non procedat in incorporalibus: quia in illis sufficit error iniustus. i. supinus sufficiẽs ad causandum bonam fidem ratio est: quia in pręscriptione incorporalium non requiritur titulus, sed sufficit bona fides l. j. §. j. & ibi plenè no. Bar. suprà de iti. actúque priua. & l. si quis diuturno. suprà si ser. ven.

Fallit ista vltima conclusio: quãdo tractatur de præscribẽda iurisdi

iurisdictione in territorio alieno, quia ex quo ius commune resistit vltra bonam fidem requiritur iustus titulus, & sic non sufficeret iniustus error: ita limitat & declarat no. Bald. in l. fin. col. viij. circa princip. in xv. oppo. versic. attende. C. de edict. di. Adria. tol.

Tertiò noto ex isto text. in verbo bonafide. secundum Paul. de Cast. quòd etiam quando non subest iusta causa credendi titulum interuenisse, vel titulum valere: si tamen quis ita credebat, licet perperã, dicitur esse in bona fide: quod dicit Pau. esse
13 perpetuò notandũ & tenendum mẽti. Ex hoc colligitur † quod error licet iniustus causat bonam fidem. Ratio est secundum Paul. quia iniustus error excusat a dolo, & sic à mala fide. l. igitur. §. potest. suprà de lib. causa: no. glos. in l. j. in fin. in gl. magna ad fin. suprà si quis iusdi. non obtem. Sed aduertè quia videtur quòd Pau. de Cast. malè arguat: seu inferat ex isto text. ad id de quo suprà. Nam arguit ex verbis narratiuis Iureconsulti referentis opi. Antiquorum: quam postea damnat. Et ex verbis narratiuis legis non licet sumere argumentum ad decisionem: vt est glos. repu. singu. in l. j. in glos. magna ad fi. C. quando non peten. par. quę de iure canonico habet consociam. in c. ij. in verbo nõ tenentis. de do. & cõtu. in vj. & in c. auditis. in verbo ex postfacto de elect. De quo per Roma. cons. xcj. spectabiles domini. colum. prima. & plenè per Fel. in c. j. col. iiij. & v. de consti. & per Ias. in dicta l. j. colum. x. C. quando non peten. par. per Alexand. consi. xvij. visis & oportunè. secundo volu. Tamen ista conclusio est vera: & eam firmat Barto. hic. colum. quarta. versicu. requiritur etiam bona fides: non per hunc text. sed per text. in d. l. igitur. §. potest. suprà de libe. cau. Et sequũtur cõmuniter doct. hic: & infrà latius dicetur.

14 † Et collige conclusionem ex dictis Pau. de Cast. quod quælibet causa: licet iniusta excusat a dolo: & consequenter à mala fide: per text. in d. l. igitur. §. potest.

Addo glos. in l. plagij. C. ad l. fla. de plag. & in l. prima. in fin. ff. de abige.

Hanc vulgarem regulam singulariter limita: vt per Angel. Imo. & Rapha. Cuma. in l. ex consensu. §. fina. infrà de appellat. quos refert & sequitur Alexand. consi. ciij. videretur prima consideratione dicendum. colum. penult. versicu. & dato quod Comes primo volu. vbi dicunt quod hæc regula procedit quando quis non errasset circa ea, quæ sunt iuris naturalis, vel quasi. Alias, licet simpliciter nunc allegaret quandam causam iniu-

ſtam,& diceret: quòd fuit motus propter illam cauſam: non ſufficeret: quia oportet quòd appareat, quòd illa fuerit cauſa propter, quam tunc motus eſt. Et ſic:quòd ſi illa cauſa non interceſſiſſet:non ita feciſſet.argumen.l.qui cùm vno. in prin. infrà de re mili.Ita dicunt præfati docto.

Plus dicit Angelus vbi ſuprà. quòd ſicut cauſa, quæ à iure naturæ eſt reprobata: non excuſat à verò dolo. Ita nec cauſa quæ reprobata eſt à iure ciuili notorio & indubitato. Et cum Angel. tenet ibi Ioannes de Imol. columna penultima. & ſequitur Alexand.præallegat.conſilio.

15 Quartò noto ſecundum Paulum de Caſtro † quod licet iniuſtus error cauſet bonam fidem vt prædictum eſt: tamen hæc bona fides non prodeſt ad præſcribendum longo tempore, vt hic. Sed benè prodeſt hodie de iure canonico ad præſcribendum longiſſimo tempore: vbi olim poterat præſcribi de iure ciuili ſine titulo, & bona fide: vt in lege ſi quis emptionis. §. primo. C.de præſcriptionibus triginta annorum. Nam hodie de iure canonico poteſt præſcribi ſine titulo ſpacio quadraginta annorum cum bona fide. Sed abſque bona fide non poteſt: niſi præſcribens habeat ius commune contra ſe: quo caſu exigitur titulus & bona fides.vt in capitulo primo, de præſcriptionibus, in ſexta, & dixi ſuprà in j.not.

Nec requiritur iſto caſu quòd iſta bona fides ſit ita iuſtè fundata ſicut requiritur ad præſcribendum longo tempore.

Et hoc eſt quòd voluit gloſſ.ſed Paulus in capitulo, de quarta. de præſcriptionibus, quòd titulus nullus, qui putatur validus errore iuris qui eſt iniuſtus ſufficit ad præſcribendum de iure canonico. Et hoc modò dicit ipſe debet intelligi quod notat Cynus in lege venditioni. C.de vſucapionibus pro emptore, & in lege ſi quis emptionis. §.j. C.de præſcriptionibus triginta annorum, vbi videtur plurimum dubitare: vtrum error iuris cauſet bonam fidem. Sed hic eſt caſus ſecundum Paulum,quòd ſic. Verùm non prodeſt quo ad præſcriptionem longi temporis: vt infrà eodem, lege nunquàm. in principio, longiſſimi autem ſic. Quod dicit Paulus eſſe menti tenendum: quia eſt ſingulare: & refert ſe habuiſſe de facto, & interrogaſſe quoſdam magnos Canoniſtas, qui neſcierunt ſibi dicere vnum bonum verbum ſuper hoc. Sed allegabant notata in capitulo cùm perſonæ.de priuilegiis,in ſexto. Tandem dicit Paulus tene quòd dixi: quia eſt ipſa veritas.

Eandem conclusionem firmat Imo. hic. colum. fi. in princip. dicens. Et ex hoc nota limitationem ad hanc l. inquantum requirit errorem iustum: quia procedit, vbi agitur de præscriptione longi temporis, quæ non procedit sine titulo vero, vel putatiuo errore iusto. Sed vbi agitur de præscriptione longissimi temporis, vbi sufficit bona fides absque titulo, sufficit probare qualemcunque errorem etiam iniustum ad inducendum bonam fidem. l. liberis. §. fin. & l. igitur. §. potest, suprà de libe. cau. & l. si fur. §. fin. cùm ibi not. infrà eod, hæc sunt verba Imol.

16 † Subdit hic Paul. de Castr. in j. colum. quòd prodest etiam ista bona fides non iusta ratione fundata ad faciendum fructus suos: per text. not. in l. sed si lege. §. scire. suprà de petitione hæreditatis.

Et ex dictis Pauli in hoc iij. nota. colligo infrascriptas conclusiones.

17 † Prima conclusio est, quòd error iuris non inducit bonam fidem, sed potius malam in vsucapione vel præscriptione longi temporis, vt probat text. in dicta l. nunquam. in princi. infrà eodem, quem ita summat Paulus de Castro, & ibi pulchrè hanc conclusionem declarat, dicens. Et sic not. quòd non solum dicitur malæ fidei qui scit vel scire debet rem non esse vendentis: sed etiam qui credit eam esse vendentis. tamen scit vel scire debet venditionem vel contractum non valere; quia titulus putatiuus non sufficit non subsistente iusta causa putandi per hanc legem. Et error iuris non est iusta causa vt ibi.

Idem probatur in l. si fur. §. j. infrà eod. & in l. irritum. vbi not. Bald. C. pro dona. Et latè not. Felin. post Panorm. in d. c. de quarta. colum. viij. versi. secunda doctrina. cum quatuor sequen. vbi facit conclusionem, quòd credulitas, cum errore iuris non facti suadens, quòd titulus iuridicus non sit iuridicus, non prodest ad præscribendum, per dictam l. nunquàm. & eam limitat quinque modis. Et vltrà Felin. not. Panorm. in c. dudum. in quarto not. de deci. Roma. consil. clxvj. viso diligenter. columna secunda. circa finem. Cardin. in clement. j. §. si quis. columna finali. in xj. quæstione. de reb. eccle. non ali. vbi tradit an & quando titulus minus iustus sufficiat ad præscriptionem, &c. Alexand. consil. lxxiij. viso themate. ante fin. ij. volu. & consil. xlvj. circa præsentis consilij. vlti. colū. circa med ver. & not. iij. volu. & consil. cxxj. viso themate. ante fin. iiij. volum.

extendens istud procedere etiam in præscriptione longissimi temporis. per not. per gloss. & doctores in cap. ad apostolicæ. de donationibus, saltem quando quis vellet præscribere vigore tituli à iure reprobati. per l.quemadmodum. C.de agric. & censit. libr.xj. de quo latius dicam in sequen.limitat. Not. etiam domi.Francis.Cur.consi.lxxj.princeps defunctus.col.v. in viij.conclusione.

Primò limitat Felinus istam conclusionem in dicto capi.de quarta.post Panorm.vt non procedat, quando error iuris causaretur ex iure dubio & intrincato, seu multipliciter intelligibili: quia talis dicitur iustus error: & æquipollet errori facti: ita quòd præstat causam præscribendi:vt probat text.not. cùm gloss.in cap.cùm dilectus.in verbo constitutum.de consuetu. quem ibi ad hoc not.Cano. præsertim Panorm. col.iiij. in iij. not. & est bona gloss.in c.j. in verbo decætero. de postu. præla. lib.vj.& comprobat per plura Felin.vbi suprà declarans quando dicatur ius dubium. Not. Paul. de Castr.hic colum.j. Panorm.in dicto cap.de quarta.col.ij.Alexand.consil.xcij.perspectis his.colum.vlti.circa fin.j.vol.& dom.Franc.Cur.consil. lxxj.princeps defunctus. colum.quinta. ad fin. & faciunt not. per Bart.& alios in l.cùm prolatis.infrà de re iud.

Secundò limita prædictam conclusionem:vt non procedat quando qualitas personæ aliud suaderet, vt in muliere & rustico: qui excusantur ab ignorantia iuris,saltem quando non potuerunt consulere peritiores: vt plenè not. omnes in l. iuris ignorantia. C.qui admit.& declara hanc limitationem vt latè per Fel.in d.c.de quarta.col.viij.circa fi.& seq.

18 † Tertiò limitat Felin. prædictam conclusionem vbi suprà, vt non procedat respectu fructuum: quia titulus causatus errore iuris prodest & causat bonã fidem: quo ad acquisitionem fructuum. per text. not. in d.l.sed si lege.§.scire. ff. de petitio. hæred.quem hic allegat Pau.& vltrà eum est bonus text.cùm glos.in l.quòd vxor.suprà de acquir. posses.& in l.de fructibus. suprà de dona.inter vir.& vxo.not.gl. Bart.Ang.Imo.& omnes in l.furtum.§.j.suprà eod.tit.Bald.in l.venditioni. C.de vsucap. pro empto. & latè Felin.in d.c.de quarta. in ij. fallen. & Areti. consil. xvij.& plenè do.Franci.Cur.senior consil.lxxj.princeps defunctus.colũ.vj.& sequen. Addo quòd rationem huius conclusionis assignat pulchrè Bald. in l. irritam. colum. ij. versic. modò quæritur. C.pro donato. videlicet quia in acquisitione fructuum non requiritur titulus sed sufficit qualis qualis

occasio

occasio possidendi: vt not. in dicto §. scire. secundum Bald. qui subdit: quòd quo ad fructus bonæfidei possessor loco domini habetur: vt in l. qui scit. suprà de vsur.

19 † Istam conclusionem declarat pulchrè Barto. in dicto §. scire: vt procedat dummodo titulus, vel error iniustus non sit contra legem, sed præter legem: seu talis cui lex expresè non resistat: quamuis non assistat: quia si lex expresè resisteret, nō prodesset error iuris seu titulis causatus tali errore iniusto: etiam quo ad fructuum acquisitionem.

Et tradit ibi Bartol. not. intellectum ad regulam c. quæ contra iura. de regu. iur. in sexto. & l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. libro vndecimo. vbi dicitur, quòd qui contra iura mercatur, bonam fidem præsumitur nō habere: per cōsequens censetur malæ fidei: vt illa regula procedat: si lex expresè resistat:

d secus si non assistit [d] seu expresè non reprobat talem titulum: quia tunc illa regula non militat. Refert & sequitur Panormit. in c. consultationibus. circa fin. de iurepatro. Et ita etiam declarat Calde. consi. secundo. sub rub. de præscript. Et vide quæ plenius dixi circa istam regulam. in secunda parte. tertiæ princi. superioris tracta. colum. secunda. & doctrinam Bart. in dicto §. scire sequitur Alexand. in d. consi. lxxiij. ante fin. ij. volu. & consi. cxxj. viso themate. vlti. colum. ante fin. iiij. volu. & Panor. in d. c. consultationibus. colum. finali. & in c. grauis. colum. penulti. de restitu. spoliato ad declarationem dictorum Barto. in d. §. scire. vide plenè domi. Fran. Curt. in præallegato consi. lxxj. princeps defunctus. colum. v. vj. vij. & viij.

Et hanc limitationem plenius restringe: & declara vt per Felin. in d. c. de quarta. col. ix. in ij. limita.

20 † Quando autem dicatur lex non assistere, vel resistere declarant docto. in l. non dubium. C. de legi. maximè Bald. colum. penulti. & Barto. in l. cum lex. colum. penult. seu vlti. infrà de fideiuss. & in l. j. còl. vlti. versic. quæro vtrum pupillus. infrà de noua. & ibi ponit quis sit effectus.

Quando verò aliquid dicatur contra legem vel præter, declarat Bart. in l. stipulatio ista. §. alteri. in sexta oppo. & ibi Alex. circa med. j. col. infrà de verb. obliga.

Quartò limitatur prædicta conclusio: vt nō procedat in præscriptione longissimi temporis. xxx. vel xl. ann. quia in tali præscriptione error iuris circa titulum inualidum prodest ad præscribendum: & causat bonam fidem, vel saltem excusat à mala fide: vt vult hic Paul. de Cast. col. j. & retuli suprà.

Quod procedit secundum Cano.dummodo contractus non sit à iure reprobatus.& per hoc dicunt:quòd emens rem ecclesiæ sine solennitate à iure requisita,non potest illam præscribere,licet crediderit illam nõ esse necessariam:& sic errauerit in iure:quia talis error non excusat à mala fide: ita vult gl.in c.ij. de his quæ fi.à præla.& in c.apostolicæ.de dona.& in c.cura.de iurepatro.& firmat Abb.Panor.in c.de quarta.col.ij.versicu.sed contra hanc solutionem glo.de præscript.vbi est glo.contraria prædictis:quas Pano.concordat fœdere distinctionis:quòd aut quis errauit in facto circa nullitatem tituli,vt quia habens solius episcopi concessionem credidit consensum capituli interuenisse:qui non interuenit:& tunc procedat glos.in d.c.de quarta.quòd talis error causet bonã fidem, quæ sufficit ad præscriptionem longissimi temporis:Aut errauit in iure:quia credidit concessionem solius episcopi sufficere, & non requiri consensum capituli: & tunc talis error iuris non causat bonam fidem etiam in pręscriptione longissimi temporis.ex quo talis titulus est expresse à iure reprobatus: & ita procedant glos.contrariæ præalleg.Idem tenet Panor.in c.cum non liceat.in princip.iij. col.de præscript.Et ante eum sic latè declarat: & elegãtius.do. Cardi.in clem.j.§.si quis.col.fi.in xj.q. de reb.eccle.non alie.& videtur fuisse de mente Bartol.in l.quemadmodum.C.de agri.& censit.lib.xj.& in d.l.sed si lege.§.scire.suprà de petit.hæredi. vbi vult, quòd quando lex resistit contractui ignorantia iuris non excusat à mala fide.Refert & sequitur hic Pau.de Cast. sed secũdum hanc distinctionem excusaret error facti de quo non est dubium,vt vidimus in j.not.non autem error iuris.

Hanc limitationem latè examinat Fel.in d.c.de quarta.col. viij.versic.secunda doctrina.cum quatuor seq.maximè.col.xj. versi.limita tertio.de præscrip.vbi refert, quòd Imo.firmat hãc limitationem in repet.c.fina.col.iiij.& sentit ibidem.col.x.de præscript.allegans But.in c.cura.de iurepa.qui hoc expresse tenet ibi.col.ij.versi.secundum hoc ergo videtur dicens esse casum in c.peruenit.de emp.& vendi.vbi idem firmat & extollit ipse But.colum.j vers.vnum tamen no.& perpetuò tene menti. vbi dicit quòd licet error iuris respectu tituli impediat præscriptionem ad quam requiritur titulus nõ tamen impedit præscriptionem,ad cuius substantiam non requiritur titulus, sed sola bona fides:vt est præscriptio triginta & quadraginta anno. tam de iure ciuili quàm canonico: vt latè dixi in vj.q.ij.partis.iij. princip.tract.præscri.Et sic no.secundum eum,quòd licet præscriptio

ſcriptio triginta anno.non procedat cum mala fide ſecundum cano.c.fina.de præſcriptio.tamen procedit cum bona fide etiã ceſſante validitate tituli.alleg. etiam text.in l.ſi ſur.§.j.ſuprà eod.& ibi not.Barto.& hæc dicta But.ſequitur Imol.in dicto c. peruenit.colum.ſecunda.verſic.item not.quia licet error.idem tenet Roma.cõſi.cxxiij.circa primum dubium.& Pau.de Caſt. conſi.clij.circa præſentem caſum.iij.colum.& conſi.quadrageſimo in cauſa quæ vertitur.j.colum.& conſi.clxxxv. hæreditas dictæ puellæ ad fin.ſed firmius hoc ponit Paul.de Caſt. in hac l.vt refert Feli.vbi ſuprà.Sed ipſe Pau.poſtea ſe reſtringit vt nõ procedat,quando titulus eſſet reprobatus vt prædixi,& videtur ſequi diſtinctionem Paul.ſuprà recitatam.

Contrariam partem , quòd error iuris nunquam cauſet bonam fidem , neque proſit etiam ad præſcriptionem longiſſimi temporis.tenet ſimpliciter Pau.de Caſt.conſi.lxxij.quia fruſtra diſputaretur ad fi.verſi.ij.

Eandem opi.tenent plures adducti per Feli.in d.c.de quarta. colum.vndecima.in tertia limit.pro hac parte allegantem tex. in c.dudum.de deci.vbi error iuris non proficit in præſcriptione longiſſima inducenda vt ibi latius per eum:qui conatur reſpondere ad text.in dicto c.peruenit.hanc partem ſentit etiam expreſsè glo.ord.in dicto c.ſecundo.de his quæ fiunt à præla.& gloſ.in dicto c.apoſtolicæ,& in dicto c.cura.quas vt refert Feli. ſequitur Panor.in dicto c.de quarta.& in d.c.cum non liceat.& Pau.de Caſt.in hac l.Celſus.colum.prima.qui videtur ſibi contrariari in verſicu.Cano.dicunt.Ideo dicit Feli.quòd credit potius eſſe additionem Angel.filij ſui:cum Paul.non conſueuerit allegare Abb.Panorm.quem alleg.it hic in duobus locis.Iſtam partem firmat Alexand.in conſiliis ſuprà allegatis circa princ. huius primę cõclu.Et videtur in ea reſidere Fel.vbi ſuprà.quia refert illam pro vltima.

Concluſiuè dico quòd videtur diſtinguendum in hoc articulo vt in præcedenti limita.quòd aut titulus eſt expreſsè reprobatus quia lex reſiſtit:& error iuris interueniens circa talem titulum non prodeſt nec cauſat bonam fidem: etiam in præſcriptione longiſſima. Aut vero non eſt expreſsè reprobatus : quia lex non reſiſtit expreſsè:ſed non aſſiſtit,& tunc talis error iuris prodeſt.

Et hæc diſtinctio eſt de mente Barto.in dicta l.ſed ſi lege.§. ſcire.& in dicta l.quemadmodum.& Alexand.in conſiliis præallegatis circa princip.huius primæ concluſionis , præſertim.

consi.xlvj.circa præsentis consilij. vlti.colum.circa med.& in fi.iij.volu.& Pau.de Cast.hic.

21 † Quintò limitatur prædicta conclusio:quæ dicit errorē iuris non iuuare præscribentem, vt locum habeat: quādo erratur in iure per quod titulus, quem quis putat validum, est ipso iure inualidus.

Sed vbi titulus à prin.non esset inualidus, sed postea inualidandus & rescindendus: tunc error iuris sufficeret ad præscriptionem secundum opin.do.Cardi.relati per Feli.in dicto c.de quarta.ponentis exemplum:quam limitationem reprobat Fel. ibi plura maximè per no.decisionem Imo.in c.apostolicæ. col. iij.de donat.vbi dicit, quòd ille,qui habet titulum ex cōtractu inito cum minore vel ecclesia,& scit quòd aduersus illum titulum peti potest restitutio in integrum non dicitur habere titulum aptum ad præscribendum,nec est in bona fide.allegat tex. in l.in causæ.la prima.cum l.seq.ff.de mino.vbi apertè hoc videtur probari secundum Feli.Nam ibi distinguitur vtrum quis sciuerit posse peti restitutionem in integrum, vel nō.Et sequitur Alexand.consi.xlvj.circa præsentis consilij vlt.colum.versi. dato etiam.iij.volu.

22 † Sextò limitatur prædicta conclusio, vt non procedat, quando error iuris esset mixtus cum errore facti,quia tunc est sufficiens ad præscriptionem propter mixturam, vbi solus error iuris de per se non sufficeret.per text.in l.si vir vxori.cum glos.& ibi not.Barto.infrà de vsucap.pro dona.no.Bald.in l.venditioni. circa fin.vbi rationem assignat.C.de vsucap.pro empto.& in l. nullo.columna vlti.C.de rei vendi.& Feli.in dicto c.de quarta. columna duodecima circa fin.declarans qualiter procedat ista limitatio.

Et vltra eum addo Dyn.in c.possessor.colum.penulti.de reg. iur.in sexto.vbi ad materiam huius legis distinguit triplicem errorem, videlicet iuris tantum, vel facti tantum, vel mixti iuris facti.

Pro hac limitatione faciunt notata per Bart.& docto.in l.certi condictio.§.quoniam.suprà si cer.pet.cum concor.de quibus ibi per Alex.& Moder.vbi Barto.no.decidit,quòd si statutū disponat, quòd debitum non possit probari per testes:poterit tamen probari per testes & instrumēta simul propter mixturam seu coniunctionem.Sequitur Alex.consi.lxviij.viso processu.j. col.iij.volu.& consi.lv.in præsenti causa in fin.iiij.volu.& cōsil. xxxvj.viso processu.quinto vol.Facit etiā text.in l.vim passam. §.præ

§.præscriptione.infrà de adult.cum his quæ plenè notantur de mixtura per Bar.Alex.& omnes.in l.ij.in princip.infrà de verb. obliga.& per Feli.in c.Rodulphus.col.xiij.de rescript.

Sed circa hanc limitationem aliter dicit Paul.de Cast.in d.l. si vir.& in l.nunquàm.in princip.suprà.eod.titu.vbi videtur reprobare glos.in dicta l.si vir.licet Felin.vbi suprà mentionem non faciat.

Et hæc circa errorem iuris.

De errore autem facti an & quando causet bonam fidem seu iustum titulum:dicetur latè infrà post glos.& Barto.

23 † Qualiter autẽ probetur ignorantia seu error iuris pro declaratione præmissorum tradit pulchrè Barto.in l.non fatetur. col.penul.quæro qualiter probabitur ignorantia iuris.infrà de confes.quem sequitur Alexand.consi.xlvj.circa præsentis consilij.penult.colum.iij.volu.Et dicit Barto.quòd regulariter non præsumitur : nisi probetur per text.in l.si hæres ab eo.§.fina.suprà ad trebel.& ponit practicam probandi,concludendo quòd error iuris probatur ex qualitate facti & personarum: vt ibi latius per Barto.cum concor.de quibus per Alexand.in apost.Et sequitur domi.Petrus Phil.Corne.consil.cxxxvj.licet satis.col. iij.versicu.& propterea.ij.volu.vbi dicit quòd qui allegat iuris ignorantiam ad causandum bonam fidem:debet hoc probare. Alias præsumitur in mala.

Et latè no.do.Fran.Cur.consi.lxxj. princeps defunctus.colũ. viij.& sequen.vbi dicit quòd probatur error iuris ex coniecturis & indiciis:& col.ix.circa med.versi.verum vt nihil.vbi allegat Bald.in l.prima.C.si quis igno.rem mi.esse.dicentem quòd si est persona fide digna:probabitur per suum sacramentum.

Et quando error iuris dicatur iustus:& præsumatur:vide per Imol.in c.fina.col.ij.& iij.de præscript.

Quintò noto ex secunda parte huius legis in versi.quia ne-
24 que.hic probari illam regulam † quòd non entis nullæ sunt qualitates:vel quòd nõ potest esse accidens sine subiecto.Concordat text.in l.eius qui in prouincia.versi.quòd si stipulatus:& ibi notant omnes:maximè Pau.de Cast.in princip.vlti.colum. & Roma.allegantes multos alios text.ad hoc Alex.& Ias.in ij. colum.illius versicu.quem legit pro §.in iij.not.suprà si cer.pet. Concordat bonus text.inter alios in l.si seruum.§.fina.ibi. Non potest existimari bonitas loci quæ non extat.suprà de actio. empto.

Hinc dicit Bald.in l.omnium.circa medi.penulti.colum.C.

de testamen.quòd non potest quis probare qualitatem nisi primò probet substantiam: quia impossibile est intelligere accidentia extra subiectum. Referunt Moder.instit.de act.in princ. & in d.l.eius.

Et vltra allegata in his locis addo bonũ tex.in l.Pomponius. §.fina.& ibi hoc notabile colligunt Areti.& Mod.in j.no.supra titulo primo.

Et dicit Areti.pro hoc se allegare optimum tex.in l.nec vlla. §.si quis absentis.quem ibi not. Angel.suprà de pet.hæredita.

Et not.Imol.in l.sequitur.§.si viam.in princ.suprà eodem.vbi colligit ex illo text.quòd vbi non est dare substantiam, non est dare qualitatem.

Et ad propositum dixit Bald.in l.j.circa prin.C.de vsuca.pro dote, quòd bona fides est quædam qualitas siue accidens: quod sine substantia esse non potest: vt no.glos.prima.in l.si existimata.infrà pro dote.

25 Sextò & vltimò noto ex vltima parte † quòd litis existimatio similis est emptioni. Concordat text.in l.litis.infrà pro empto.cum concord.de quibus in glo.penulti. Et vltra glo.concor. text.in l.Sed si res.suprà de publ. Vbi etiam allegat concordan.

Addo text.magistralem.in l.fina.ff.ex quib.cau.in possess.ea. qui ęquiparat emptioni permutationem: insolutum dationem: & omnem contractum procedentem ex causa onerosa. Ratio autem quare dicatur similis emptioni potest assignari: quia in ea interuenit prætium, ex quo soluitur æstimatio litis seu rei in litem deductæ: vt declarat text.in l.eius rei: & in l.hæc si res. §.& si culpa.suprà de rei vendi.quos text.suprà allegaui in apostillatione literæ.

Et est conclusio quod vbicunque interuenit prætium: censetur emptio & venditio. vt probat tex.cum glos.in l.fina.in verbo intelligit.& ibi no.Bald.C.de præd.curia.lib.x. Et est gl.not. in l.cum dotem.in verbo: quis enim.C.de iur.dot.quam Bald. ibi inducit ad notabilem quæstionem statuti.not.Ias.declarans qualiter procedat ista conclusio in l.ij.in princ.col.vlti.suprà si certum petatur.& in tracta.iur.emphy.col.viij.

Et per hæc remanent expedita textualia.

Venio nunc ad glo. Et capio glos.magnam quam principaliter diuido in decem partes.

In prima subaudit ad text.siue ipsum declarat.

In secunda opponit pluribus mediis.

In tertia ponit plures solutiones.

In quar

In quarta respondet tacitæ obiectioni
In quinta respondet tacitæ quæstioni.
In sexta format quæstionem,& respondet.
In septima format oppositionem,cui respondet.
In octaua quærit & respondet.
In nona format aliam quæstionem.
In decima, & vltima facit illationem ex præmissis ad confirmationem text.Secunda est ibi:sed videtur. Tertia ibi:solutio secundum Marti. Quarta ibi:in emptione tamen. Quinta ibi:in aliis autẽ.Sexta ibi:sed cur sufficit.Septima ibi: sed cum in vẽditione. Octaua ibi:nunquid ergo. Nona ibi:item quo titulo.Decima & vltima ibi:quare bene.Secũda principalis subdiuiditur in sex particulas: prout opponit sex mediis, quæ de se patent. Tertia principalis subdiuiditur in quinque particulas prout quinque ponit solutiones. Quarta principalis subdiuiditur in duas particulas,secunda ibi:in aliis. Quinta principalis subdiuitur in tres particulas: secunda ibi.vbi vero.tertia ibi: apprehensio tamẽ.Sexta principalis subdiuitur in tres particulas.secunda ibi.respõdeo ne plus.tertia ibi.item & quia in traditione. Septima principalis subdiuiditur in duas particulas secunda ibi:respondeo speciale.Octaua principalis subdiuiditur in tres particulas.secunda ibi respondeo.tertia ibi: non autem dicas. Nona principalis subdiuitur in quatuor particulas. secunda ibi: quidam.tertia ibi:tu dic.quarta ibi:nihilominus. Decima & vltima principalis continet pauca verba illatiua.

26 In eadem glos. Circa princip. † nota conclusionem ex verbis gl.quòd Vlpianus Iureconsultus:simpliciter referendo opi. Celsi:censetur illam approbare:quia paria sunt approbare: vel non improbare:vt vult gl.not.l.quo enim.in princip.infrà.rem ratam habe.dicens,quòd non improbare ratihabitioni par est. Facit glos.repu.singu.licet vulgata.in l.qui filium.§.Sabinus.in glo.penult.suprà ad Trebellia.quæ dicit,quòd quotiescunque Iurecõsultus refert multas opiniones: videtur vltimam approbare. Not. Bartol.in l.bona fides.suprà depo.& est bonus text. in l.si idem cum eo.§.fin.suprà de iur.omn.iudic.quem ad hoc ibi notant Bald.& Ange.vbi latè Iaso.circa medium commen. limitans hanc conclusionem tribus modis.Not.Alexan.consil. vij.videretur prima fronte dicendum.col.iij.& consil.lv.prospectis his quæ in themate narrantur.col.xij.iiij.volumi.

Et ex tota ista glossa, vt facilius intelligi possit, colligo septem conclusiones.

Prima

Prima conclusio est quòd titulus putatiuus causatus iniusto errore non sufficit ad præscriptionem vel vsucapionem.

Secunda cõclusio est, quòd titulus putatiuus causatus iusto errore, in quocunque titulo regulariter sufficit ad præscriptionem: sicut verus titulus.

Quis autem dicatur error iustus vel iniustus in hac materia? tradit hic latè Bart. & infrà videbimus.

Tertia conclusio est quòd in titulo emptionis non sufficit iustus error. Sed requiritur iustissimus. l. iij. infrà pro solut. Mouetur glos. ad hoc dicendum ex eo: quia duobus temporibus in tali titulo requiritur bona fides videlicet tempore contractus & traditionis. l. ij. infrà pro empto. & d. l. iiij. infrà pro solu. Cum in aliis sufficiat bonam fidem adesse tempore traditionis vt dicitur in dictis iuribus. Non tamen reperitur hoc bene iure expræssum secundum Paul. de Castr. quòd requiratur iustissima causa vel error in titulo putatiuo emptionis. Ideo est glos. notanda propter eius autoritatem vt dicit Paul.

Et de autoritate glos. quàm plura cumulant. Modernio. repetentes in repetitione l vt vim. colum. penulti. & vlti. suprà de iustitia & iure. & domi. Corse. & in calse sui repertorij ad Paianormita. Sed conclusio glos. satis colligitur ex iuribus in ea allegatis: in quibus dicitur quòd in titulo emptionis non sufficit iustus error: quia debet bona fides interuenire duobus temporibus, scilicet tituli & traditionis. Et sic non potest adesse bona fides tempore tituli, nisi præcedat verus titulus, ergo non sufficit iustus error. Et sic requiritur iustissimus in titulo emptionis: vt dicit glos. quam approbant Bartol. & omnes.

27 † Quarta conclusio est, quòd ad præscriptionem vltra titulum putatiuum requiritur traditio. Et hoc vult glos. in versicul. Et erit hoc verum. Ratio secundum glos. est: quia etiam vbi interuenisset verus titulus: ille per se non sufficeret absque traditione ad translationem dominij. l. si ager. suprà de rei vendi. & l. traditionibus. C. de pact. & per consequens nec ad præscribendum: per regulam l. clauibus. suprà de contrahend. emptio. Non debet ergo plus operari titulus putatiuus, quàm verus. arg. l. filio quem pater: cum ibi not. suprà de lit. & post.

28 † Quinta conclusio est, quòd tunc requiritur traditio vera, quando esset talis titulus: ex quo sine traditione non transfertur dominium. vt sunt regulariter tituli inter viuos. dict a l. traditionibus. Nam tunc: sicut non acquiritur dominium sine traditione: si tradens est dominus: ita nec vsucapiendi conditio: si tradens

tradens non est dominus.dicta l.clauibus. Et sicut requiritur traditio quando subest verus titulus.l.eum qui.§.fin.suprà de publicia. ita etiam quando subest titulus putatiuus: ne sit maioris efficaciæ:quàm verus: vt prædixi.Si vero sit talis titulus: ex quo transfertur dominium sine traditione vt in titulo pro hærede:& titulo pro legato:si defunctus fuisset dominus: tunc non requiritur traditio ad vsucapiendum: seu præscribendum in vero titulo: vbi defunctus non erat dominus. Sed bene est necessaria apprehensio possessionis: sine qua præscriptio non procedit.l.sine possessione.suprà eo.vt est casus not.in l.penult. infrà pro legat.Ita pariter erit apprehensio necessaria in titulo putatiuo pro hærede,vel pro legato iusto errore causato:& illa sufficiet ad præscribendum:secundum glos.hic. Et hoc: dummodo talis apprehensio fiat sine vitio: vt ibi dicitur. Licet: si defunctus fuisset dominus ad acquisitionem dominij non requireretur aliqua apprehensio possessionis, quia in his titulis transit dominium ipso iure tam in titulo vniuersali pro hærede.l.cum hæredes.in princip.infrà de acquiend.possess.quàm in titulo particulari pro legato j.cum pater.§.surdo.suprà de leg. iij.& l.à titio.infrà de fur.Ita declarat Paul.de Cast.hic.colum. ij.vltra med.

Et in hoc reputatur ista glos.valde notabilis & solet communiter allegari quod in casibus, in quibus ex titulo habito à vero domino transfertur dominium ipso iure absque traditione:vt in titulo pro hærede,& pro legato: in illis casibus si titulus habeatur à non domino,vel non sit titulus verus: sed putatiuus,requiritur saltem apprehensio possessionis absque vitio, quia vacat ad præscribendum.Et in hoc vltimo ista glos.reputatur singul.Nam primum dictum probat apertè textus in dicta l.penultima.

29 † Sexta conclusio est, quòd licet sufficiat titulus putatiuus: interueniente iusto errore: non tamen sufficit putatiua traditio etiam interueniente iusto errore: sed requiritur vera. Ratio secundum glos.est. Quia tempore traditionis in quocunque contractu requiritur bona fides.d.l.ij.infrà pro empt.& l. iij.infrà pro solut.quæ non potest subesse: nisi præcedat ipsa traditio.Et hoc vult glos.in versic.sed cur sufficit. Sed meliorem rationem assignabo in sequenti conclusione.

Et hanc glos.sequitur Bald.in l.irritam.colum.j.versic.quæro quidam.C.pro donat.vbi per ea distinguit:quòd aut est titulus talis,qui exigit traditionem: & tunc non præscribit: licet

putet

putet rem sibi fuisse traditam iusto errore. Aut non exigit traditionem: vt titulus pro legato: pro hærede: & tunc præscribit. Ita subtiliter secundum Bald. loquitur glos. in hac l. Celsus. Erit tamen tunc necessaria apprehensio: vt vult ista glos. & dixi in præcedenti conclusione.

30 † Septima conclusio & not. colligitur ex glos. quòd iustissimus error sufficit, vt prosit traditio putatiua quamuis iustus non sufficeret. Et pro hoc dicto glos. Bart. & docto. allegant bonum text. in l. iusto. §. filius. cum glos. & ibi etiam not. Barto. infrà eo. & sequitur Roma. consil. clxvj. viso diligenter. col. ij. circa fin. Ratio autem quare sufficit iustus error ad præscriptionem respectu tituli, & non respectu traditionis: & sic in putatiuo titulo, & non in putatiua traditione, sed in ea requiritur iustissimus vltra glos. est secundum Paul. de Castr. hìc: quia titulus est causa remota acquisitionis: sed traditio est causa proxima & immediata: vt not. glos. in l. iij. §. ex pluribus. suprà de acquir. posses. Et ideo traditio debet esse magis iustificata tanquam magis influens.

Hinc est quòd regulariter requiritur bona fides tempore traditionis & non tituli excepto titulo emptionis, in quo requiritur vtroque tempore vt dictum est suprà.

Addo quòd istam rationem ante Paul. adducit Bald. in dicta l. irritam. columna prima, versicul. sed cur tam variè. C. pro donat. vbi dicit, quòd ratio quare error iustus iustificet titulum, & non traditionem est, quia titulus est causa remota obligationis. Sed possessio est causa proxima, & magis de substantia. Ideo magis nocet error non traditæ possessionis quam non subsistentis obligationis.

Et pro ista ratione facit. Quia causa proxima & immediata dicitur potentior, quàm remota. vt probatur in l. si mulier. ff. re. amo. Et ita probat latè Bald. in l. ex placito. columna prima, & secunda, C. de re. permuta. & in l. sub prætextu. la prima, C. de transactio.

Octaua & vltima conclusio est, quòd cõcurrente iusto errore præscribitur, vel vsucapit ex illo titulo, qui putatur subesse.

Et hæ conclusiones cum materia huius glos. latius infrà declarabuntur.

Nunc venio ad dicta Bartol. Et primò dum Bartol. in secun-
31 da, oppositio. dicit reprehendendo antiquos. † quòd si in titulo pro suo, quod est genus, sufficit iustus error, ergo & in qualibet specie, & sic in quolibet titulo speciali per gloss. in l. fin. suprà de

de sup.legat. Illa glos.non videtur facere pro Bartol.sed potius contra:quia bene dicit, quòd de genere ad speciem procedit argumentum negatiuè, sed non affirmatiuè. Nam remoto genere, remouetur quælibet eius species. Sed posito genere non ponitur quælibet eius species.

Et ita declarat Bartol.dans doctrinam in l.iurisgentium.§. sed si fraudandi.suprà de pact.& in l.si quid earum.§.interemptum.suprà de legat.iij.Vnde Bartol.non bene allegat illam gl. Sed voluit dicere,quòd id quod disponitur in genere,censetur dispositum in qualibet eius specie.quia genus est aptum comprehendere omnes species: licet positiuè non comprehendat. Genus enim repręsentatur in qualibet sua specie:& species insunt generi.l.semper in generalibus.infrà de reg.iur.Et ita sen-

32 tit Imol.hic.Et not. † quòd triplex est titulus pro suo:vt declarat glos.magistra.in rubric.infrà pro suo.& Bald.in l.si ego.§. partus.suprà de public. & Aret.in §.nouissimè.versicul.vnum aliud.institut.eod.vbi declarat:quis dicatur possidere pro suo.

Et pulchrè dixit Bald.in l.contractus.colum.iiij.in iij.q.C. de fid.instrument.quòd ille cui fuit facta traditio ante perfectionem contractus,præscribit generali titulo pro suo.

33 † Successiuè ex dictis Bartol.dum tractat quis dicatur error iustus vel iniustus colligo infrascriptas conclusiones.

Prima conclusio est quòd triplex est species erroris: videlicet error iustus:iustissimus,& iniustus.vt hic per Bart.

34 † Secunda conclusio est, quòd error dicitur iniustus in facto proprio nulla aduersarij suasione interueniente: quia in tali facto non cadit probabilis ignorantia. l.fin.ff.pro suo. & l. quanquam suprà ad Velle.Et ista est regula.

Primò limita, nisi sit factum proprium antiquum, seu de longinquo excedens decem annos: quia tunc toleratur error & ignorantia facti proprij propter præsumptam obliuionem ex cursu tanti temporis.Ita volunt Bartol.& doct.in l.peregre. in princip.per illum text.suprà de acquirend.posses.& Barto.in l.si quis delegauerit in fin.infrà de noua.& in l.non fatetur.colum.penultim.infrà de confes.& in l.si res obligata.in princip. suprà de legat.j.

Istam limitationem restringe tribus modis.Primo modo restringitur ista limitatio, vt procedat vbi quis tractat de damnis. Secus si de lucro captando: quia tunc in facto proprio quamuis de longinquo non est probabilis ignorantia. Ita vult nota. Bartol.in l.qui fundum.§.seruus meus infrà pro emptio.

Sequuntur

Sequuntur & multum commendant Aret. & Iason.in §. si quis agens.col.ij.vel iij.instit.de act.

Secundo modo restringitur ista prima limitatio vt procedat in facto non obligatorio, secus in facto proprio obligatorio: quia quamuis sit de antiquo non est tolerabilis ignorantia secundum Bald.no.in l.j.col.vlti.C.de confes.per text.in l.magnam.in fi.C.de contrahen.& commit.stipu.

Tertio modo restringitur, nisi esset factum proprium notabile, & graue, quia licet de antiquo non esset tolerabilis ignorantia. per text.not.in c.cùm illorum. circa fin. de sen.excom. notant omnes Cano.præcipuè Panor.in c.ab excommunicato. col.iiij.de rescript.

Has tres restrictiones, seu sublimitationes colligit Alexan. in l.si res obligata.in princip.de leg.j.

35 † Secundò principaliter limita prædictã principalem conclusionem: quæ habet: quòd in facto proprio dicitur error iniustus: vt non procedat, quãdo esset factum valde intrincatum seu negotium implicitum, & inuolutum: quia tũc etiam in facto proprio est tolerabilis error siue ignorãtia. secundum Bart. in d.l.si quis delegauerit.in fin.& in d.l.non fatetur.col.penult, & in l.cum fideicommissum.infrà de confes.

Tertiò limita vt non procedat duobus cõcurrentibus: videlicet, vbi quis tractat de damno vitando, & probat rem aliter se habere: quia tunc etiam in facto proprio error est tolerabilis. Sed vbi tractatur de lucro nunquam est tolerabilis ignorantia in facto proprio secundum Bartol.in d.l.non fatetur.col. penul.& Bald.consil.100.In causa nobilium.j.volu.& tunc propriè procedit prædicta regula.

Quartò limita quando quis esset ductus persuasione aduersarij secundum Bart.hic & in dicta l.non fatetur.& dicetur latius infrà.

Et ad istam regulam cum fallẽtiis vide Panor.in d.c.ab excommunicato.colum.iiij.in glo.super verbo de facto suo.Are. & Ias.in d.§.si quis agens.col.ij.de actio.Ias.in l.error.col.pe.C. de iur.& fac.igno.

Secunda principalis conclusio elicitur ex dictis Barto.quòd error iuris appellatur iniustus: & sic non causatur ex eo iustus titulus ad præscriptionem per l.nunquam.in princip.infrà eod.

Quam conclusionem latè examinat Feli.in c.de quarta.col. iiij.cum quatuor seq.de præscript.limitans quinque modis.Et de ea plenè dixi super text.in iiij.notabili.

Tertia

36 † Tertia principalis conclusio elicitur ex dictis Bart. quòd quando quis fuit ductus persuasione aduersarij appellatur error iustus per tex.cùm gl.in l.quęsitum.in gl.magna ad fi.infrà. quando ac. de pecu. est anna. Eandem conclusionem firmat Bar.in l.j.in fi.prin. infrà de eo.per quem fac.erit.vbi not.dicit, quòd si quis credidit persuasioni aduersarij:est iusta causa concedendæ restitutionis.& confirmo duobus modis.

Primò confirmo per id quòd singulariter decidit Bart. in l. error.col.ij.C.de iuris & facti ignoran.vbi dicit,quòd quamuis correctio erroris regulariter non admittatur post sententiam vt ibi. Tamen fallit vbicunq; quis fuit ductus persuasione aduersarij. Ex quo infert quòd pars potest reuocare responsionem datam positionibus aduersarij etiam post sentētiam quæ transiuisset in rem iudicatam probato errore: quia positio & assertio aduersarij dedit causam erroris.Et ibi sequuntur communiter doct.& Alex.in l.j.in prin.circa fi.j.col.infrà de eo per quem fact. erit.& consil. xlvij. circa primum de quo quæritur. colum.vlti.versi.& maximè.j.vol.

Secundò cōfirmo prædictā conclusionē per no. decisionem Bar.in l.post legatū.in prin.vlti.col. versi.an aduersarius.suprà de his qui.vt indig.vbi tenet,quòd ille qui negauit positionem aduersarij, potest negationem reuocare & stare assertioni aduersarij. Et in his locis mouetur per eadem iura per quæ hic.

37 † Et dum Bar.ponit exemplum qualiter dicatur quis ductus persuasione aduersarij dicens. Puta. Venisti ad me: & dixisti. Volo dare talem rem & trado,quia tibi promisi vel vēdidi.&c. Ego non recordor de hoc:& tamen accepi. Licet errem in facto proprio:& dicitur iustus error,quia credidi assertioni tuæ. Colligo aliam incidentem conclusionem quòd verba enuntiatiua probata per modū causæ vt sunt illa. Quia donaui.&c. probant enunciatum contra præferentem,quamuis aliter non appareat. Pro qua conclusione adduco tex.expressum:quem ita summat Bart.in l.emptor.§.ancilla. secundum intellectum gl.ibi.suprà,de rei vēdi. & firmat Bar.in l.ex hac scriptura.col. ij.ver.venio ad secundum.suprà de dona.

Limita prædictam principalem cōclusionem Bart.nisi esset factum de propinquo.Quia tunc etiam interueniente persuasione aduersarij: in facto proprio non causaretur iustus error. Nam supinus est: qui facti sui de propinquo non recordatur: vel quando alia causa subesset: propter quam quis non deberet credere aduersario.Ita dicunt Bald.& Ang.in l.super longi.

circa fin.j.col.C.de præscrip. long.temp.

Quod verum intelligo: quando esset factum valde de propinquo arbitrio iudicis. Nam si esset factũ longinquum etiam si non interueniret assertio aduersarij: esset tolerabilis error vt dictum est suprà in ij.conclusione.

Et ista conclusio Bartol. redderetur frustratoria: quia talis assertio nihil operaretur contra mentem Bart. hic nisi dicatur quòd tunc dicetur iustus error propter assertionem aduersarij: etiam si tractetur de lucro: nedum de damno: quòd aliàs non esset: vt dixi in iij.limita.præcedentis conclusionis.

38 † Quarta principalis conclu. elicitur ex dictis Barto. quòd iustissimus error causatur multis modis.

Primo modo causatur iustissimus error in facto alieno: iuncta persuasione eius à quo factum dependet. Vt si seruus vel procurator meus, tutor, vel negotiorum gestor dixerit se emisse pro me talem rem cùm verùm non esset, & sic mihi tradidit. Iste enim dicitur iustissimus error per l. quòd vulgo vbi casus infrà pro empto. Quem textum notat Alexander consilio lxix. in causa & lite. ij. columna iij. volumi. ad hoc quòd dominus potest probabiliter ignorare factum procuratoris sui. Et notant gloss. & doctor. in l. si res obligata. in princip. suprà.de legat.j.

Mouetur etiam Bart. per text. in l.fin. in fi.infrà pro suo: & ibi not.Bart. quod dictum serui vel procuratoris mei vel eius cui successit: tribuit iustam causam erroris: & dicit illum text. not.ad dicta per se in hac l. Refert Felin. in c.si diligenti. col. iij.circa medi.de præscript. Bene facit vulgata regula: quæ habet, quòd in facto alieno cadit tolerabilis ignorantia: & dicitur probabilis error præsumptione iuris.l. verius suprà de proba.& c.præsumitur de regul.iur.in vj.Notant gloss.& doct.in l. error.C.de iur.& fact.igno. & ibi Ias.colũ.penult. limitans hanc regulam tribus modis. Et plenè tradunt Aret. & Ias.in §.si quis agens.col.ij.& iij.instit.de actio.

39 † Et ex verbis Bart.colligo not.conclusionem quòd dictum & assertio procuratoris causat bonam fidem: & iustissimum errorem: & per consequens titulum putatiuum: qui sufficit ad præscribendum. Et sequitur Imo.in repet.cap.fin. colum.ij.de præscript. & Alexan. in l.j.in princip. colum.ij. suprà de eo per quem factum erit. Sed circa prædicta moueo dubium. Quid e contra: an assertio procuratoris vendentis alieno nomine & asseren

asserentis se habere mandatum causet iustum errorem & bonam fidem: si de illo non appareat: & per consequens titulum putatiuum ad præscriptionem: sicut causatur iustissimus error: quando asserit se emisse nomine meo secundùm Bartolum hic? Dicas quòd non, nisi fuerit persuasum emptori ab aliis fidedignis, quòd habebat mandatum. Aliàs est sibi imputandum: si mandatum non curauit inspicere: & præsumitur malæ fidei. Ita decidit not. Bartol. in l. qui fundum. §. procurator per illum textum infrà pro empto. Et ibi sequitur Imo. qui post Ang. tradit doctrinam: an & quando dolus seu malitia procuratoris vendentis noceat emptori: vt impediat vel non dominij translationem. Et idem voluit Bartol. in l. fi. post glos. ibi eod. tit. Refert & sequitur Felin. in c. si diligenti. ad fin. ij. colum. de præscriptio. Et vltra Felin. addo quòd idem sensit Bartol. in l. cum vir. ad fin. commen. suprà eod. Sed contrarium ibi tenent Angel. & Imo. circa fin. com. dicentes, quòd quando contraho cum aliquo vt procuratore: qui asserit se procuratorem fui ductus iusto errore, & sic videor esse in bona fide, & per consequens habere vsucapiendi potentiam: per notata in hac l. Celsus. Et retuli in ij. parte iij. princip. præcedentis tract. colum. xxij. circa fin. & seq. licet ibi non allegauerim. Bartol. in d. l. qui fundum. §. procurator. & in d. l. fi. de quo etiam non meminerunt Ang. & Imol. vbi suprà.

Et ideo puto dicendum quòd vera sit conclusio, quòd ille qui vendidit tanquam procurator alterius semper præsumitur in mala fide, nisi constet de mandato: vt dixit Alexand. in l. qui in aliena. in princip. colum. iij. versicul. plus dixi suprà de acquirend. heredita. ex mente Bartol. in d. l. cum vir. vt retuli vbi suprà. Nisi ille esset homo grauis & fidedignus, cuius assertioni quis credendo excusatur iuxta gloss. not. in l. Titio fundus. suprà de conditio. & demonstratio. & notata per Baldum in l. indicia. colum. vj. C. de rei vendic. & late dicetur in sequent. colum. Vel nisi fuerit sibi persuasum ab alijs fidedignis, quòd ille erat verus procurator: & habebat mandatum. Ex his duobus casibus causabitur iustus error, & titulus putatiuus: qui proderit ad præscriptionem, secundum prædicta: & hic notata per glos. Bartol. & omnes.

Secundo modo causatur iustissimus error ex assertione maiorum. Vt si maiores nostri pater, vel auus: quibus successimus: dixerunt nobis, se emisse eadem ratione: qua

quis dixerit in procuratore secundum Bar. Idem dixit Bar. in l. fi. infrà pro empto. & sequuntur Bal. & Ange. in d. l. super longi. circa fi. j. col. per d. l. fi. infrà pro suo. Quia vt ipsi dicunt debuit credere assertioni maiorum de gestis per eos. per text. in l. mater. C. de calumniato.

Addo bonum tex. in l. qui cùm maior. §. fi. & in l. Paulus. §. j. suprà de bon. lib.

Per quæ iura ita dicit Bart. in extraua. ad repri. in verbo. per denuntiationem. circa fin.

40 † Tertio modo causatur iustissimus error secũdùm Bar. hîc per rei euidentiam, siue ex aspectu. Vt si pupillus, vel adultus apparebat maior ex aspectu: vel furiosus erat in conspectu inumbratæ quietis: ita quòd credebatur sanæ mentis. l. ij. §. si à pupillo. & §. si furioso. vbi etiam not. Bart. infrà pro empt. & l. pignori. §. j. cùm glos. suprà eod. Not. Bald. & Angel. in d. l. super longi. col. ij. dicẽtes quòd iste error causatur à communi casu: quia quilibet communiter decœptus fuisset.

Et addo plures effectus: quos operatur euidentia rei: quos enumerat gl. Ioan. Andr. in arbore consan. & affin. quàm ponit ante prin. lib. vj. in primis verbis.

Et dixit not. Bal. in l. cõtra negantem. C. ad l. Aquil. & in rub. C. de probat. & in l. si quis testibus. in fin. C. de testi. & in l. j. C. si aduer. liber. quòd probatio per rei euidẽtiam est optima & superlatiua omnium probationum. Et ideo nunquàm censetur exclusa à lege, vel statuto: quia nulla legis virtus potest illam excludere secundùm Bald. in d. rubr. C. de proba. col. j. & in l. j. col. iij. eo. tit. & in l. pe. C. de peri. tuto. & in aliis locis de quibus suprà. Refert Alex. consil. cxvj. posteaquàm. in fi. j. vol. & consil. xxxv. viso processu causæ. iij. col. iiij. vol. dicẽs, quòd probatio per rei euidentiam est tantæ virtutis: vt illi nunquam censeatur esse derogatum: & præferatur cuicunque alij probationi: allegando Bal. in prædictis locis. Et plenè not. idem Alex. in l. qui bona. §. qui damni. col. iij. vbi decidit nota. quęstionẽ, suprà de damn. infect.

41 † Quarto modo causatur iustissimus error secundùm Bart. per famã, siue ex publica fama, & opinione viciniæ, vel vulgi. Vt si est publica fama quòd pater meus emit hanc domum per l. cùm quidam. §. quòd dicitur. suprà de acqui. hæred. Not. Bal. & Ange. in d. l. super longi. circa fi. j. col. & col. ij. C. de præscrip. long. tempo. dicentes quòd ad credendum & non credendum fama multum inducit: & sic causat iustissimum errorem. per

text.

text.nota.in l.fin.in princip. suprà de hæred.instit.cùm multis aliis iuribus per eos adductis. Et not. gloss. & Barto. in l.proprietatis.C.de probatio.& in l.atqui natura.§.cùm me absente. suprà de negotiis gestis.& Barto.in l.j.§.hoc interdicto.colum. fin.suprà de iti.actúque priua.not. Felin.plura adducens in ca. de quarta. columna vij. de præscriptio. not. idem & sequitur Bartol.hic in cap.veniens.el.j.colum.penultima, in principio. de testi.

Confirmo hanc conclusionem ex not.per Barto.in l.ij.circa fin.C.de liber.vel seru.ad decu.aspira.lib.x. & Barto.in l.miles. §.mulier. ff. de adult. vbi dicit quòd fama publica præbet iustam causam credulitatis:& excusat à calumnia, sequitur Panormit.in cap. cùm contingat. colum. ij. & ibi latè not. Felin. equidem colum.ij.de rescriptio. dicens,quòd per famam causatur bona & mala fides : de quo dicetur infrà post Bartol. in iij.parte.

42 †Amplia prædictam conclusionem : vt procedat, etiam si subsit solus rumor:quia nedum fama : sed rumor etiam falsus inducit iustam causam credendi. Ita probat text. nota. in d.l. fin.in princip.& ibi not. Barto.Imol.& docto. suprà de hæredi. instit.licet rumor sit minus quàm fama:vt ibi per Imol.& pulchrè per Alexand.consil. cxv.viso themate suprascripto. circa fin.versic. ad hoc etiam optimè iiij. volu. declarantem quæ sit differentia inter rumorem & famam : dicit enim rumor est particularis, assertio ex incerto autore, & ex sola suspitione proueniens. Nec enim requiritur quòd ab omnibus,vel à maiori parte communiter & publicè dicatur, prout exigitur in fama, vt ibi latius per eum allegantem plura loca. Et habetur in locis, infrà proximè alleg. Et sic rumor est minus quàm fama : & tamen inducit iustam causam credendi : vt dictum est.

43 †Qualiter autem probetur fama : & quæ requiratur, vt possit dici legitimè probata : adeo quòd inde resultet iustissimus error ad terminos nostros. & qualitèr habeant testes deponere ad probandam famam : latè & vtiliter tradit Bartolus in lege,de minore.§.plurimum.columna quinta.versiculo quæro qualiter, infrà de quæstion. & Alexander consilio ccxij.visis & discussis scripturis.secundo volumine,& consilio septuagesimo. in causa vertente, secunda columna, & consilio octuagesimotertio viso themate suprascripto.secunda colum.tertio

volum.& consi.xx.in causa appellationis.iij.colũ.& consi.xxv. in causa vertente.& consi.cxvij.viso processu causæ vertentis. iiij.volu.vbi declarat dicta Bart.in d.§.plurimum. Et vide latè Panor.& Feli. in c.veniens.el.j.de testi.

Et omnia hæc dicta Bar.circa materiam iusti erroris refert & sequitur Imol.in repet.c.si.col.viij.& ix. de præscrip. vbi recitat omnes prædictos modos ex quibus causatur iustus error vel iustissimus:& Practici Papi.in suo opere responsionis.conuenti.in verbo præscriptionis.col.iiij.& dom.Vital.in suo trac. clausularum : sub clausula nõ errore ductus.col.j.& ij.char.xl. Et latè no.Felin.plura adducens in c.de quarta. col.vij.de præscriptio. vbi plenè tractat ex quibus causetur iustus error circa titulum & Sozi.consi.xlvij.in primò præsentis consultationis.col.iiij.versi.sed instabit.

44 † Alios modos ex quibus probatur iustissimus error vltrà Bart.hic tradunt Bald.& Ange.in d.l.super longi.colum.j.& ij. dicentes,multæ aliæ circunstantiæ iustissimi erroris vltrà modos,suprà relatos contingere possunt secundùm varietates factorum. Et inter cætera dicunt,quòd dicitur iustissimus error, si fuerit causatus ab assertione propinquorum , vel sociorum olim patris mei,qui mihi asseruerunt patrem meum hanc domum emisse. Debui enim credere propter coniunctionem & societatem.

Primùm probatur secundùm eos in l.octaui,suprà vnde cogna.& in l.de tutela.C.de in integ.resti.min. vbi habetur quòd e coniuncti præsumuntur scire facta coniunctorum.[e]

Secundùm vt ipsi dicunt probatur in authen. hodie. C. de repu. Ita enim credendum est sociis sicut fratribus : quia societas ius fraternitatis obtinet l.verùm. suprà pro so.secundùm Bald. & Ange. in d.l.super longi. Facit ad hoc vltimum text. not.in l.cùm allegas.C.de castren.pecu.lib.xj.quæ not.Bald.in l.parentes. C. de testib. vbi dicitur, quòd non modicum affectionis & amicitiæ tribuit conuersatio:& quòd inuincit maius vinculum amoris , quàm fraternitas.

45 †Et vltrà Bart.& Bald.& Ange.in d.l.super longi.addo quòd iustissimus error causari potest. alio modò. videlicet ex assertione probi & honesti viri secundùm Bald.in l.iudicia.col.vlt. versi.quarto quæro.C.de rei vendi. vbi dicit,quòd dictum notabilis viri : puta dicentis patrem meum : cui successi emisse talem fundum,inducit iustissimam credulitatem vt ex ea causari possit titulus sufficiens ad præscribendum illum fundum.

per

per gloss.not.in l. Titio fundus.in verbo actiones. circa fin.supra de condit. & demon. quæ vult, quòd non potest imputari mihi si credidi homini fide digno. Refert & sequitur Alexander in lege prima, in princip. colum. ij. suprà de eo per quem factum erit.

Et illius glos.intellectum plenè examinat Felin.in d.c.cùm contingat.col.ij.de rescript. Et ad illam addo Aret.consi.clv. consultatio præposita si vera sunt barbara. consil.xxvij.scripsit doctissimus pe.seu vlti.col.j.volu. Alex.consi.xxvij. visis & accuratè ponderatis.iij.col.j.vol.& in terminis istis domi. Franc. Cur.consi.lxxj.princeps defunctus. col.ix.

Istam conclusionem in terminis firmat per plura Felin.in c. de quarta.col.vj.versi.prima doctrina.de præscrip.

Primò hanc conclusionem firmo per text.not.in l.si à bonæ fidei.in prin.in verbo integræ opinionis.suprà de rei vend. per quem text. decidit ibi singulariter Ange.quòd si potestas non custodiuit diligenter:sed curialiter:nobilem sibi commissum: qui communiter reputabatur integræ æstimationis & fidei: si aufugit:non tenetur. Ex quo non erat verisimile, quòd deberet aufugere propter qualitatem personæ suæ cui credendum erat. Et ita in quæstione facti dicit se defendisse quendam potestatem. Quòd dictum pro valdè notabili refert & sequitur Ias.in authen. iubemus.col.si. versic.vj.facit.C.de iudi.faciens regulam: quàm per plura comprobat quòd propter magnam legalitatem personarum licitum est recedere à communibus regulis.& idem Ias.in repe.l.admonendi.char.xviij.col j.suprà de iureiur.& Feli.in d.c.cùm contingat.col.iij.

46 † Secundò istam conclusionem confirmo per text.not.in c. nisi essent.& ibi no. Panor.col.j.de præbend.vbi habetur,quòd honestas personæ tollit sinistram præsumptionem : quia præsumitur pro viro honesto:vt probat ille text.

Hinc dicit gl.not.in c.illud.xl.distin. quòd præsumitur pro nobilibus in his quæ spectant ad nobilitatem.Et dicit alia glo. no.in c.omnis.vij.q.j. quòd eoipso aliquid præsumitur bonum & iustum quòd à bona factum est.

Tertiò pro ista conclusione adduco in terminis Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætorij.in viij.q.in fin.suprà de oper.nou. nuntia. dicentem quòd id quòd dicitur à personis fidedignis: est iusta causa credulitatis.Allegat Cyn.ita dicere in l.j. in iiij. quæstio.C.de ser.& aqua.

Dicit tamen glossa notanter in capitulo si quis præpostera:

in verbo videri.50.distin.quòd non tenetur quis statim credere etiam bono viro quia non debet quis esse nimis credulus. l. j. §.j.suprà de eo per quem fac.erit.

Et ideo istam conclusionẽ limita:& declara:vt latè per Feli. in d.c.cum contingat.col.iij.& iiij.de rescript.vbi non refert prædictam.

47 † Quintò ex dictis Bart.in hac prima parte colligitur consilium seu cautela pro filio : qui successit patri:& reperiit in hæreditate aliquam rem quam pater possederat decem annis : & f ipse aliis decem.Postea cecidit à possessione[f] & non reperit aliquem titulum per instrumenta , vel testes. Quo remedio sibi succurratur ad auocandam possessionẽ:& à qua cecidit absque violentia : quia si fuisset violenter eiectus : non esset dubium, quòd haberet interdictum vnde vi.Sed alio non apparente:nõ potest intẽtare rei vendicationem,vel publicianam.Quia possessio viginti anno.non sufficit ad præscriptionem absque titulo:vt hic : & l.nullo.C.de rei vendit.Et sic ei non competit rei vendicatio tanquàm domino : nec etiam competit publiciana vt quasi domino. Quia vt competat requiritur titulus & traditio à non domino.§.sed istæ cum materia.institu.de actio.Et titulum docere non potest:nec potest allegare titulum pro hærede.Quia non habet locum in suis.l.nihil.C.pro hær.& sic videtur omni remedio destitutus.

Cautela ergo est secundum Barto.referentem quòd ita consulit.in q.facti.quòd alleget titulũ puta emptionis , vel alium: & probet aliquam ex prædictis causis:ex quibus causatur titulus putatiuus errore iusto : & probet de possessione decem vel viginti anno.Et hoc sufficiet ad præscriptionem. Et sic poterit rem vendicare vt est de mente Bar.hic:licet se ita late non declaret.Sed in ipso defuncto : dicit Barto.quia de facto suo agitur:non esset iusta causa erroris.

Addo quod istud consilium & dicta Bart.circa hunc passum referunt & sequuntur Bald.& Angel.in d.l.iudicia.vltra medi. in iiij.q.C.de rei vend.

48 † Et quàmuis Scrib.hac circa hoc nihil dicant:sed simpliciter transeant cum Barto.dico quòd erit melius consultum filio in tali casu quòd pro recuperanda & auocanda possessione rei quam amisit : & à qua cecidit: pro qua nullum potest inuenire titulum, intentet vtilissimum remedium canonis reintegrãda. iij.q.j.quod competit cuilibet priori & antiquiori possessori: etiam malæ fidei & sine titulo qui cecidit de possessione absque

sui

ſui facto & culpa:etiam contra bonã fidẽ & titu.poſſidentẽ: ad quem poſſeſſio poſtea peruenit: vt latè concludunt Cano.præcipuè.do.Abb.in c.ſæpè.de reſti.ſpo.no.Bar.in l.ſi coloni.per illum text.C.de agri.& cenſi.Et plenè tradit Alex.in l.rem quæ nobis.col.iiij.& v.ſuprà de acquir.poſ.& ibi latiſſimè do.Barth. Sozi.in repet.illius l.qui examinat.xij.q.circa iſtud ſalubre & quotidianum remedium. De quo vide ad ſaturitatẽ per Alex. conſi.xvij.viſo proceſſu in cauſa & lite: & conſi.ſeq.ij.volu.& conſi.vj.circa proceſſum cauſæ vertentis:& conſi.lxxviij.clariſſime doctor & iuſtiſsime domine vicarie.iij.vol.& conſi.xx.re quiſitus & breuius dicam. & conſi xc.viſo proceſſu cauſæ vertentis:cum duobus conſi.ſeq.v.volu.& per Arc.in §.quadrupli. col.x.& xj.verſi.ſeptimo principaliter.inſtit.de actio.& per do. Pet.Phil.Cor.conſi.xvij.& conſi.cccxxix.penu.& vlti.col.j.vol.

In quibus locis plenè traditur de natura & priuilegiis huius remedij:& dicta l.ſi coloni.& an detur malæ fidei poſſeſſori: & contra bonæ fidei poſſeſſorem cum titulo?Circa quod ſunt opiniones.& dic vt latè habetur in dictis locis:quia non eſt de materia noſtra.

49 †Et dum Bar.alleg.l.nihil.C.pro hære.vbi habetur:quòd titulus pro hærede non habet locum in ſuis: limita illam l.procedere, quando filius venit tanquàm ſuus & ex capite liberorum.Secus ſi veniat tanquàm agnatus vel cognatus ad ſucceſſionem patris,prout poteſt per ſucceſſorium edictum.l.j. §.largius.& §.ſciendum.ſuprà de ſuc.edic.Nam tunc poteſt vti titulo pro hærede.Ita limitat no.Alex.in l.j.col.ij.C.qui admit.& in l.in ſuis.col.iiij.ſuprà de lib.& poſthu.

50 †Sexta concluſio elicitur ex dictis Barto.quòd ea quæ conſiſtunt in animo poſſunt probari per iuramẽtum. Vt quòd quis fuerit motus ex tali cauſa:per gl.no.quæ cõſueuit ad hoc communiter allegari: in §.ſed iſtæ.in glo.magna.circa med.inſtitu. de actio.Et eſt alia gl.expreſſior in c.ſignificaſti.in verbo.ſi eſt ita:& ibi no.Cano.de homi.

Quam concluſionem limita niſi præſumptio eſſet contra iurantem:quia tunc non ſtabitur dicto & iuramento ſuo.gloſ.eſt no.in c.propoſuiſti.in verbo.non probatur.ad fin.lxxxij.diſt.

Et ita cõcludit no.Bar.vbi declarat in l.inter omnes.§.rectè. col.vlt.infrà de fur.Et ſeq.Alex.adducens plura in l.j.§.per procuratorem.col.ij.ſuprà de acqui.poſ.& Iaſ.in d.§.ſed iſtæ.char. penul.vbi tradunt duas limitationes ad prædictã cõcluſionem. Et de hac materia an & quando ſtetur aſſertioni alicuius cum

iuramēto:vel sine:& maximè vbi præsumptio iuris militat contra eum:tradit hìc late do.Clau.Aquen.col.iiij.& v.

Et quia non est propriè de materia huius l.pertranseo.

51 † Septima conclusio elicitur ex Bar.q̄ quis præsumitur scire id,de qua est publica fama,seu quod est publicè notū.per text no.l.regula.§.& facti.ff.de iur.& fac.igno.alias diceretur ignorātia supina secūdū Bar.quæ nō excusat.l.nec supina.ff.illo e.ti.

Addo gl.no.in l.si tutor petitus.in verbo ostēderis.C.de periculo tuto.& in §.qui autem.insti.de excu.tut.text.no.cum gl.in c.q̄ dictis.xvj.dist.no.Alex.cōsi.clxxvij.in hac causa.col.ij.in fi.vbi alleg.Bar.in pluribus locis.& cōsi.cc.viso & discusso.col.ij.ver.

52 & dato.ij.vol.† Octaua conclusio colligitur ex dictis Bar.dum allegat.l.sed & si me putem.in prin.suprà de condi.indeb.quòd in facto proprio error toleratur vbi agitur de damno vitando. Secus si de lucro captando.de quo plenè per Bar.in l.non fatetur.col.pe.infrà de confes.Istam conclu.no.limita vt per Areti.consi.xxxiij.paulo ante fi.quòd hic refert do.Claud.

53 † Nona conclusio elicitur ex dictis Bart.quòd regula quæ habet,quòd translatio dominij & præscribendi conditio æquiparantur.l.clauibus.ff.de contrahend.emptio.procedit aliqua iusta causa interueniente,& sic titulo vero vel putatiuo causato iusto errore,siue ex iusta causa:secus si ex iniusta.Et hic colligitur vna limitatio seu declaratio ad regulam d.l.clauibus.

Quam secundò limita & declara quando militat eadē ratio vtroque casu:alias non fit ista æquiparatio:secundum Bar.in l.Pōponi⁹.§.qui iussu.& ibi per Alex.circa fi.cōmē.ff.de acq.pos.

Tertiò limita & declara illam regulam.d.l.clauibus tribus modis.vt per Ang.Aret.in §.sed istæ.col.fi.circa fi.insti.de acti.qui in specie refert & sequitur verba Bart.hic circa intellectū d.l.& ibi declarat,quòd illa regula procedit affirmatiuè:sed nō negatiuè vt ibi latius per eum. Quartò limita & declara dictā regulā vt per Bart.in l.cum vir.col.ij.in penult.oppo.infrà cod.vbi subtiliter probat,quod difficilius trāsfertur dominiū quàm præscribendi conditio.& sequitur Areti.vbi suprà.Quintò limita & declara prædictā regulam.vt infrà.in vij.conclu.ij.partis.

54 †Decima conclusio & vltima quo ad primam partem huius repetitionis elicitur ex Bar.quòd sicut error ex parte recipiētis impedit dominij translationem:ità etiam præscribendi conditionem,secus si interueniat error ex parte tradentis, quia tunc non impedit,per text.in d.l.sed & si me putem.

Et ista est propriè materia.l.iij.§.subtilius.suprà.de condi.ob causam

causam.& l.j.suprà de offic.procurat.cec.vbi latè per glos. Bartol.& docto.

Et ex his remanet expedita prima pars principalis materiæ huius l.concernens titulum qualis requiratur ad præscriptionem? quia requiritur titulus verus vel putatiuus iusto errore causatus,& talis,qui esset habilis ad dominij translationem, vt præstet causam præscribendi vt ex prædictis apparet.

Quid autem sit titulus & quod modis accipiatur? tãgit Pau. de Cast.hic circa fi.& latè dixi in præcedenti tractatu in j.parte.iij.partis principa.col.j.in fi & ij.

ADDITIO.

a Vtrum in præscriptione statutaria requiratur titul.vide per Bertachi.in repertorio.in verbo tit.versic.vj.

b Addo bene facere quod vult Barto.in l.cum satis ad fi.C.de agrico.& censi.lib.xj.vbi dicit quòd si statutum disponat:quod nulla currat præscriptio : tunc non præscribetur actio etiã spacio xl.ann.vt statutum aliquid addat iuri communi. De cuius dicti veritate dixi in præceden.in tract.in quinta parte.v.princip.in ix.quæstio.

c Adde do. Bertachi.in reperto.in verbo præscriptio.el ij.colum.penulti.in verbo præscriptio cum titul.qui tamen non allegat hæc allegata. Et an iniustus tit.causam præbeat præbendi vide Rot.in decisi.cccclxxiij.incip.si apparet vbi concludit quòd sic si est error facti.secus si error iuris vbi ponit intel.glo. in c.de quarta.& aliarum glos.quæ allegantur in proposito.& an titul.putatiuus habeatur pro tit.quo ad alios effectus quàm præscriptionis : vide Alexand.in consil.lxxxix.excellentissimi iurisconsulti.in ij.colum.circa fin.in v.volumi. & ibi an titul. putatiuus causet publicianam & concludit quod sic & dicit esse casum in l.sed si res.§.eum qui.cum duobus sequentibus ff.de public.

d Adde Curt. consil.lxxj.princeps defunctus.col.x.vbi ponit intel.regule.d.l.quemadmodum.

e De hoc an coniuncti præsumantur scire facta coniunctorum not.plenè Bartol.& docto.in l.prima.columna tertia , suprà si certum petat. Alexand.consil.lxxx.examinato processu. secunda columna , secundo volumine & in l.si quis in fundi vocabulo.circa principium suprà de legatis primo vbi limitat & declarat.

f Adde Bald.in rubr.præscrip.col.penulti.vbi concludit quòd si filius dicat se non possedisse vt filiũ,sed vt agnatum & quòd habet titulum pro hærede tunc præscribit.

SVMMARIVM.

1 *Titulus verus aut putatiuus quo pacto sufficiat ad præscriptionem?*

2 *Præscribendi conditio ad hoc vt transferatur, sufficit quod loco traditionis aliquid habeatur.*

Patientia necessaria includit scientiam.

3 *Ad præscribendi conditionem quo casu non requiratur traditio, etiam in titul.putatiuo iusto errore causato?*

4 *Hæredi vel legatario potest publiciana competere si defuncto competebat.*

5 *Possessio vacans an absque vitio possit apprehendi?*

6 *Iustus error licet sufficiat circa titulum excepta venditione, in qua requiritur iustissimus: tamen circa traditionem non sufficit iustus sed iustissimus error.*

7 *Præscribendi conditio ad hoc vt transferatur, requiritur, quòd titulus & traditio procedant ab eodem.*

8 *Traditio possessionis non vacua an sufficiat ad dominij translationem: seu præscriptionem?*

9 *Possessio illa dicitur vacua vt causet præscriptionem, quando à nemine possidetur, nec ciuiliter nec naturaliter.*

10 *Ciuilis possessio quæ sit aut quomodo dicatur?*

11 *Ciuilis possessio quomodo perdatur?*

Possessio facilius perditur quàm dominium.

12 *Dicto dicentis se nunquàm habuisse animum amittendi ciuilem possessionem an sit standum?*

13 *Naturalis possessio an sit de per se sufficiens ad præscribendum?*

14 *Vsusfructuarius quomodo dicatur ipsum ius vsusfructus possidere, & quomodo ipsum fundum?*

15 *Debitore obligante omnia bona sua, & constituente se creditoris nomine possidere: si postea vendat vnam rem, & eam pariter constituat se emptoris nomine possidere, an in emptorem transeat dominium, vel præscribendi conditio?*

16 *Possessio quæ acquiritur per constitutum est vera: licet modus transferendæ possessionis per constitutum sit fictus.*

17 *Possessio an possit per actum fictum transferri?*

18 *Constitutum simplex vtilius est, quàm cum clausula precarij*

Debitore

19 *Debitore bona sua hypothecante creditori, si postea constituat se possidere nomine creditoris: & alienauerit aliqua ex bonis hypothecatis: qualiter sibi debeat creditor prouidere?*
20 *Constitutum quo casu nullum habeat effectum?*
21 *Fundans se ex præscriptione, habet probare titulum & traditionem.*

NVnc venio ad secundam partem principalem materiæ huius legis. quæ respicit traditionem. Et ex dictis Barto. super versic. quæro vtrum debeant. vsque ad versic. requiritur etiam bona fides. colligo infrascriptas conclusiones.

1 Prima cõclusio est. † quòd titulus verus aut putatiuus causatus iusto errore non sufficit ad præscriptionem: nisi interueniat & probetur traditio in casibus, in quibus dominium absque traditione non acquiritur, & tunc debet probari traditio, sed vbi sine traditione transfertur dominium, tũc oportet probare apprehensionem possessionis secundum gl. ibi & erit hoc verum vsque ibi. Sed cur, quæ est notabilis & singularis secundum Bart. quam latius suprà declaraui apostilando eam.

Addo ad Bar. quòd non sufficit simplex traditio, nisi fiat virtute illius tituli putatiui, siue ex illa causa, quę putatur subesse. vt est tex. not. in l. eum qui. §. fi. suprà de publici. Et declarat hic Paul. de Castr. quia si hoc procedit in vero titulo, tanto magis in putatiuo. vt hic per eum. & dixi suprà.

2 † Secunda conclusio elicitur ex dictis Bart. quòd ad hoc vt transferatur præscribendi conditio sufficit aliquid, quod loco traditionis habeatur, vt dimissio rei quando res est penes partem: prout sufficit ad dominij translationem. §. interdum. insti. de re. diui. & l. qua ratione. §. interdum. suprà de acquir. re. do.

Addo alios plures modos: per quos possessio trãsfertur absque traditione corporali: & qui loco traditionis habetur: de quibus per glos. magistram in l. iij. in princip. & ibi plenè not. docto. suprà de acquirend. possessio.

Subdit Bart. quòd ista conclusio debet intelligi: dummodo creditor sciret quod tempore venditionis res esset apud emptorem, quia tunc data scientia hoc sufficit loco traditionis. d. §. interdum. per glos. in l. eius rei. suprà de rei vendi. melius allegasset glos. in l. hæc si res.

Sed miror quòd Bartol. ad hoc alleget glos. quia istud probat apertè text. in d. §. interdum. in verbo. patientia domini pro traditione habetur. Nam patientia necessario includit scientiam.

tiam.l quoties.la ij.suprà de seruitu.titu.generali.l.ij.C.de seruitut.& aqua.cum ibi not.& l.iij.§.darc.suprà de vsufruct.

3 † Tertia conclusio elicitur ex dictis Barto.post gl.quòd vbi est talis titulus,in quo nõ requiritur traditio ad dominij translationem:vt in titulo pro hærede.l.cum hæredes.in princi.suprà de acquir.pos.vel in tit.pro legato.l.cum pater.§.surdo.suprà de leg.ij.& l.à Titio.infrà de fur.Tunc ad præscribẽdi conditionem nõ requiritur traditio etiam in titulo putatiuo.iusto errore causato.Sed sufficit sola possessionis apprehensio: dummodo fiat sine vitio:per text.cum glo.in l.si non traditam.infrà pro leg.Et sic requiritur quod talis apprehensio sit iusta. Et ita istam gl.intelligunt Bal.& Ang.in d.l.super longi.col.pen.circa fi.vel vlti.col.vbi dicunt se ita intelligere gl.magnam in hac.l. Celsus.quæ dicit, quòd non requiritur traditio in casibus, in quibus transfertur dominium sine traditione : sed sola possessionis apprehensio sufficit. Nam debet intelligi secundum eos de apprehensione iusta:non de iniusta.

Istam cõclusionem limitat hic Paul.de Cast.post Dy.vt procedat quando defunctus nõ incœperat vsucapere vel præscribere, quia tunc requiritur apprehensio iusta:vt prædictum est. Sed si præscriptio vel vsucapio iam fuisset inchoata in persona defuncti:nondum vero cõpleta: & sic defunctus habebat quasi dominium : & publicianam. Tunc illud ius transit ipso iure in hæredem,vel legatarium absque aliqua apprehẽsione : quia sicut hæreditas iacens potest complere prę̨scriptionem cœptam per defunctum.l.cœptam.infrà eo.tãtomagis potest hę̨res post aditam hæreditatem , licet non apprehendat corporalem possessionem illius rei,quam defunctus cœperit præscribere.

a Et idẽ in legatario, quia in re legata habetur loco hæredis: vt dicit text.not.in l.id tempus.§.j.suprà eod.

Sed si hæres vel legatarius vult inchoare præscriptionẽ ex persona sua titulo pro hærede vel pro legato : tunc necessaria est apprehensio iusta , quia sine possessione præcedente titulo vero , vel putatiuo præscriptio non procedit. Et hoc est : quod vult glos.hic secundum Paul de Cast.

Et licet ipse non referat istam notabilem doctrinam tradit Bart.in l.j.suprà de publici.dicens,quod aliqua sunt: quæ transeunt in hæredem vel legatarium ex persona defuncti. Et ista transeunt ipso iure , & in ipsis nõ requiritur traditio vel apprehensio:& ideo si testator erat dominus transfertur dominium: Idem & si erat quasi dominus : vt l.cũ sponsus.§.is cui.suprà de publici.

publici. Quædam sunt iura, quæ à testatore non transferuntur. Sed incipiunt in persona hæredis vel legatarij, & sic acquiruntur hæredi vel legatario ex persona sua mediante titulo habito à defuncto. vt quia hæres vel legatarius vult inchoare præscriptionem pro hærede, vel pro legato: & tunc requiritur traditio, vel apprehensio. Ita vult Bart. ibi quo ad traditionem. De apprehensione vero est hic glos. ordi.

4 † Hinc infero quod hæredi vel legatario potest competere Publiciana, si defuncto competebat, quia erat quasi dominus, quàmuis ipse hæres vel legatarius nunquã apprehenderit possessionem ex persona defuncti. licet aliàs si veniret ex persona sua requireretur titulus & traditio. l. j. cum seq. suprà de public. Ita probat text. not. in d. l. cum sponsus. §. is cui. & ibi not. Bart. & docto. illo eod. titul. & not. Alexand. consil. lxxxviij. eximie domine vicarie in fin. & latius consil. xc. in causa & lite. iij. colum. ij. volumine.

b Hanc conclusionem [b] glos. & Bart. hic quod non requiratur traditio, sed sufficiat apprehensio in titulo habili, ad dominij translationem vero vel putatiuo iusto errore causato absque traditione vt in titulo pro hęrede, vel pro legato, ampliat Pau. de Cast. procedere in omni titulo etiã inter viuos, ex quo transfertur dominium sine traditione vt in casibus de quibus in l. fi. C. de sacrosanct. eccles.

Et circa istam conclusioné dicit hic Ang. quem refert Imol. col. ij. versi. extra glo. quòd in casibus, in quibus non requiritur traditio, est tamen necessaria apprehensio, & prosunt tempore autoris putatiui ad accessionem faciendã quandocũque postea ipsa possessio apprehendatur, dum tamen medio tempore non fuerit per alium apprehensa, sicut prosunt habenti verum titulum per l. Pomponius. §. sed & legatario. suprà titu. j.

Sed Imol. dicit quod ibi prodest accessio ad vtilitatem eius, ad quem verè spectat successio autoris putatiui: vt ibi patet. Non autem consequenter poterit prodesse huic non habenti nisi titulum putatiuum. Vnde oportet secundum Imol. quod vsucapio vel pręscriptio incipiat ex tempore suæ apprehensionis. & sic tenet contra Angel.

Sed domin. Claud. Aquen. hîc. columna tertia defendendo Angelus, intelligit ipsum loqui quando præscriptio fuit cœpta per defunctum, vt non obstet id quod dicit Imola. & idem etiam tenuit Dynus, hic vt refert Paulus, de Castro, per l. cœptam infrà eodem.

Sed

Sed aduerte, quia in §.sed & legatario. non probatur, quòd ibi esset autor putatiuus. Imo erat verus autor, quia constabat de verò legato.

Id etiam quòd dicit.d. Claud. non videtur bene dictum: quia necessariò Ang. loquitur vbi pręscriptio fuit cœpta per defunctum: aliàs frustra de accessione tractaretur.

Vnde puto quòd Imol. non bene loquatur, quia tantum debet operari titulus putatiuus iusto errore causatus, quantum verus quo ad præscriptionem. per ea quæ plenè notantur hic per gloss. & Bartol. & per multa iura, de quibus in glo.

5 † Ex præmissis vltra scriptores hic colligo limitationem & intellectum ad l.fin.C.vnde vi. vbi habetur quòd non potest quis apprehendere possessionem rei vacantis, absque vitio, vt procedat in re aliena, in qua quis non habet aliquem titulum. Secus vbi quis habet titulum in re, in quo non exigitur traditio ad dominij translationem, vel in re sua, quia licet eam vacantem apprehendere propria autoritate. Ita illam l. limitat & intelligit vbi gl. no. super verbo ignorantiam: quam sequuntur Bartol. & domi. Alexand. in l.fi. col. vij. vel. viij. & ibi Bald. in v. q.C. de edict. diui. Adria. tollend.

Pro qua conclusione est text. cum glos. in d.l. penultim. infrà pro legat. & glo. in l. non dubium. C. de legat. quæ volunt, quòd legatarius potest apprehēdere possessionem rei legatæ vacantis propria authoritate. secus vbi non vacaret, quia tunc licet habeat titulum, si apprehenderet propria autoritate, diceretur prædo & in mala fide. l. si ex stipulatione. & ibi not. glos. Bart. & omnes. suprà de acquirend. possessio.

Et hæc conclusio videtur specialiter tantum procedere in titulo habili ad dominij translationem absque traditione, vt in titulo pro hærede, & pro legato, quòd tunc sit licita apprehensio possessionis rei vacantis, quia ibi non requiritur traditio.

Et sic videtur secus in titulo inter viuos, vbi regulariter requiritur traditio ad dominij translationē, præscribēdi cōditionem. l. traditionibus. C. de pact. iuncta l. clauibus. suprà de contrahen. emptio. prout expressè sentit Pau. de Cast. hic dum ampliat conclusionem glo. hic procedere in titulo inter viuos, vbi non exigitur traditio vt in ecclesia, in casibus no. in d.l. si. quasi dicat: secus esse in alijs. Et glo. præallegatæ solum loquuntur in re sua, vel legata aut hæreditaria vacante.

Contrariam tamen opi. quòd ista conclusio procedat in quouis titulo inter viuos, etiam ex quo non transfertur dominium

ipso

ipso iure, vt liceat apprehendere possessionem rei vacantis, quando in illa re quis habet titulum emptionis, vel alium, puta, quia emit a defuncto, & res vendita vacat tempore mortis tenet Baldus in d.l.fi.in v.oppo. C. de edict. di. Adri. tol. quem ibi sequitur Alexand. colum. viij. per textum not. in l. fistulas. §.fundum. suprà de contrahend. emptio. Et sequitur Iason. in dicta lege si ex stipulatione in iij. limita. suprà de acquirenda possessio.

Ex quo infero: quod si ista opin. est vera quam Bald. vbi supra attestatur esse communem, non procedit conclusio gloss. Bartol. & communiter doctor. hic supra sæpius repetita. quod vbi non requiritur traditio: vt in legatis, ibi sufficit apprehensio possessionis iusta & sine vitio: & sic requiritur quod res sit vacans: quasi dicat, quòd in alijs sit secus. Et in hoc dixit Bartolus illam glos. notabiliter & singulariter loqui: quia secundum prædictam opinio. non erit hoc speciale in casibus, vbi non exigitur traditio, quòd ibi sufficiat apprehensio possessionis ad dominij translationem vel præscriptionem. vt dicunt glossa Bartolus & doctores, hic, sed erit generale in quouis titulo inter viuos, etiam vbi exigitur traditio, vt sufficiat apprehensio rei vacantis propria authoritate, sicut sufficit in titulo habili ad dominij translationem absque traditione vt transeat dominium, vel præscribendi conditio.

Et miror quod nullus antiquorum & modernorum hic, vel alibi aduertat ad hoc. Sed omnes vbique simpliciter transeant cum ista gloss. quam in hoc reputant singularem, & tamen videtur non posse procedere stante alia conclusione Bal. & communiter doctor. in d.l. final. C. de edic. di. Adri. tol.

5 † Quarta conclusio colligitur ex dictis Bartoli post gloss. quod licet circa titulum regulariter sufficiat iustus error excepta venditione, in qua requiritur iustissimus. Tamen non sufficit iustus circa traditionem, sed requiritur iustissimus error. Et sic quòd sufficit traditio putatiua: iustissimo errore interueniente.

Istam conclusionem glos. confirmat Bartol. per text. in l. iusto. §. filius. infra eod.

Et ex notatis in gloss. infert Bartolus quòd ad præscriptionem quis habet probare titulum verum vel putatiuum iusto, vel iustissimo errore, & probare traditionem, vel aliquid quod habeatur loco traditionis, aut iustissimum errorem circa traditionem: & rationem huius conclusionis assignat hic Paul. de

Cast.& retuli suprà in glos.

Istam conclusionem gloss. & Barto.latè examinant Baldus & Angel. in l.super longi.colum. fin.versicu. incidenter est videndum.C.de præscriptio. long. tempo. vbi declarant & limitant istam gloss.& allegant aliam glo.in contrarium quàm reputant singularem. in l.fin. in verbo emisse. infrà pro suo. quæ apertè dicit secundùm eos, quòd non sufficit putare traditam, nisi traditio facta sit: quas gloss. fœdere distinctionis concordant, dicentes, quòd aut quis habet titulum verùm, & tunc sufficit putatiua traditio errore iusto: vt quòd operatur error circa titulum, illud idem operetur circa traditionem: cùm quodlibet eorum sit facti. Et sic intelligunt istam glos. & text. in d. §.filius. Sed vbi non subest nisi solus titulus putatiuus, tunc etiam non sufficit putatiua traditio quocunque errore etiam iustissimo.

Et ista secundùm Baldum & Angelum, est mens gloss. in dicta lege finali, pro suo relata ad text. & ratio est in promptu, vt ipsi dicunt. ne circa idem concurrat duplex putatio, ex qua insurgeret duplex fictio: quia fingeretur titulus, vbi non est: & traditio, vbi non est: quæ duplex fictio reprobatur circa idem. lege prima. C.de do. promis.

Hæc sunt verba Baldi conferentia ad hanc conclusionem. in d.l.super longi. quæ transcribit Angel. ad verbum, & totam eius lecturam super illa l.nihil addito.

Quàmuis Ange.hic teneat contrariam opin. vltra medium commen.dicens, quòd potest concurrere titulus putatiuus iusto errore interueniente, & putatiua traditio cùm iustissimo errore.

Ex quo infert quòd duæ fictiones eo casu concurrunt.Nam per vnam fingit contractus:vbi non est. Per aliam fingitur traditio:vbi non est facta. Et ratio est secundùm eum:quia originem trahunt à diuersis fontibus æquitatis, quo casu nō est inconueniens, quòd duplex fictio concurrat circa idem. vt latè per Bar.in l.si is qui pro emptore.in vij.quæstio.princip.colum. penult.suprà eod.

Sed profectò verior est opin.præcedens, & magis communis: quia sicut fictus titulus, & ficta traditio non sufficiunt ad dominij translationem, vt probat text. valde difficilis in l.si rem aliquam: & ibi notant Bartolus & doctores suprà titulo primo. ita non debent sufficere ad transferendam præscribendi conditionem, quæ tendit ad dominij acquisitionem.

Nam

Nam hæc duo regulariter parificantur. l. clauibus, suprà de contrahenda emptio. Et negatur quòd hoc casu istæ duæ fictiones: siue hæc duo specialia oriantur ex diuerso fonte æquitatis. quinimò ex eodem scilicet bonum publicum. l. j. suprà eod.

7 † Quinta conclusio colligitur ex verba Barto. quòd ad hoc vt transferatur præscribendi conditio: requiritur, quòd titulus & traditio procedant ab eodem: non autem à diuersis. Item & quòd fiat traditio occasione illius tituli. Non autem ex alia causa per textum in l. eum qui. §. finali, suprà de publici. de quo tamen Bartol. se remittit ad scripta per eum in l. cùm solus. quæ proximè sequitur, vbi latè examinat primam conclusionem in vltima columna. Et est propriè materia illius l. & illam examinant Bald. & Angel. in dicta lege super longi. columna penultima, & vltima versic. sed circa istud duo puncta subtilia. &c. dicentes Bartolum in dicta lege cùm solus. somniasse & dixisse de directo contra casum: cui non potest responderi secundùm eos: in l. penultima. §. fina. infrà pro suo: cùm quo concordant. text. in l. iiij. infrà pro lega. Et respondet Baldus & Angelus, ad text. in dicta lege cùm solus. per quem mouetur Bartol. vt ibi per eos qui hunc articulum latius prosequuntur, concludentes quòd sufficit habere titulum verùm vel putatiuum ab vno, & possessionem ab alio, siue titulus præcedat possessionem: dummodo eo nomine sit tradita possessio. Secus si alio nomine. d. l. eum qui. §. fin. vbi est casus. suprà. de publici. siue possessio præcedat titulum verùm vel putatiuum iusto errore causatum.

Et opin. Bart. etiam latè impugnant Ang. & Imo. in d. l. cùm solus. colum. penul. & fin. concludentes Bar. ibi malè dixisse & male intellexisse illum text. quo ad hoc. Et sic communis opi. in hoc est contra Bar.

Ex quo Baldus & Angel. in dicta lege super longi. colum. penultima, versiculo, ex hoc infero: dicunt se inferre vnum mirabile & singulare, quòd vbicunque quis habet titulum putatiuum ab vno, & possessionem ab altero, nunquam possessio autoris putatiui continuatur illi, etiam si ille à quo habetur possessio sit vniuersalis possessor. Licet aliud sit in habente titulum verùm. Quia tunc tempora coniunguntur: & fit accessio vnius possessionis ad alteram. l. Pomponius. §. cùm quis: vsque quasi in fin. l. suprà tit. j.

8 † Sexta conclusio colligitur ex dictis Bart. circa istam materiam traditionis in iij. colum.in ver.procedo & quæro quòd ad dominij translationem sufficit traditio possessionis non vacuæ per text.repu.fin.in l.si fundum.suprà de fund.dota.

Ad quem text. vide Ias. post Bartol. & alios in l. traditionibus circa fi.commen.C.de pact.

Septima conclusio est: quòd licet ad dominij translationem sufficiat traditio possessionis nõ vacuæ.d.l.si fundum. Tamen secus est quo ad præscriptionem: quia ad eam requiritur traditio vacuæ possessionis.

Quam conclusionem sequuntur Alex. in l.iij. §. ex contrario.col.vlt.suprà de acquir.poss.Are.in rub.illius tituli ad fin.& Ias.in d.l.traditionibus. circa fi.ita limitãtes illam l.si fundum. Vt procedat quo ad translationẽ dominij: sed non quo ad præscribendi conditionem.

Et sic colligitur noua limitatio ad regulam l.clauibus suprà de contrahen.empt.vltra limitationes suprà relatas.in ix.conclu.j.partis huius repe. Vt non procedat respectu traditionis. Quia quo ad dominij translationem non requiritur traditio vacuæ possessionis. Sed bene requiritur: quod tradatur vacua possessio vt causetur præscriptio.

Et sic in hoc non procedunt a pari dominij trãslatio,& præscribendi conditio.

9 †Octaua conclusio colligitur ex verbis Bart. in hac.ij. parte quòd possessio tunc dicitur vacua, vt causet præscriptionem:quando a nullo possidetur,nec ciuiliter, nec naturaliter. Sed si alius possideat:ciuiliter & naturaliter, vel ciuiliter tunc quamuis tradens detineat vel naturaliter possideat possessio non dicitur vacua sed plena. Ideo licet ille, cui fuit tradita possessio possideat naturaliter, non incipiet præscribere: donec alius desinat posside ciuiliter. Et sic tunc incipiet cursus præscriptionis, quando erit amissa ciuilis & coniuncta naturali:& non antea.Ita tenet glos.not.in l.j.in glos. magna. C. de ser.fugit secundum Bartolum.

Quare tradit cautelam dicẽs.sit ergo cautus aduocatus rei: si potest probare alium antea possedisse.& nihil plus dicit.vt si dicat,quòd tunc non prodest traditio: quasi non fuerit tradita possesio vacua,quia antiquior possessor præsumitur retinuisse ciuilem possesionem animo vsque ad x.annos: vt not.Bart. & doct.in l.peregre.in prin.& in l.si de eo.§.j.suprà tit.j.

10 † Ratio huius conclusionis est:quia ciuilis possesio est illa, quæ

quæ causat præscriptionem: & sola sufficit ad præscribendum absque naturali; sed naturalis non sufficit de per se. vt vult glo. no. in d. l. j. in gl. magna circa fi. C. de ser. fug. & gl. magna in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum: & ibi Bal. suprà commo. & gl. ij. in l. ij. C. de præscript. xxx. an. Not. Dy. in c. sine possessione de reg. iur. in vj. Et plene no. Bart. post gloss. in l. iij. §. ex contrario. col. ij. & ibi Alex. col. iij. & idem Alexã. in l. j. §. per seruum quæ in fuga. col. ij. suprà tit. j. de acquir. poss. vbi Alex. declarat gl. in d. l. j. C. de ser. fug.

Ad idem allegatur glo. in c. causam. quę & ibi not. Fel. col. fi. vers. & quamuis: & in c. vigilanti. col. pe. ver. limita septimo de præscript. vbi firmat conclusionem Bart. hic: licet non alleget; quòd cursus præscriptionis incipit amissa ciuili: & non antea.

11 †Nona conclusio elicitur ex dictis Bart. quòd ciuilis possessio perditur animo: vel ex negligentia longi temporis. iuxta notata per eum in d. l. si de eo. §. j. vbi Bar. Ang. Imo. & d. Alexan. latè examinant, quæ requirantur ad perdendam ciuilem possessionem: seu qualiter perdatur: & quanto tempore. Et no. Ang. & Imo. in l. furtum. §. fundi: vbi bonus text. cum glo. infrà. eo. & Ang. Are. in §. quod autem: vbi glo. insti. eo. & plene Feli. post Panor. in c. vigilanti. col. penul. & vlti. de præscript. distinguens quatuor casus.

Et licet Inu. quem plures sequuntur. in c. quærelam de elec. dixerit quòd perdatur ciuilis possessio tempore arbitrio iudicis: qui debet arbitrari de minori tempore x. ann. quia facilius debet perdi possessio, quàm dominium: vt latius refert Alex. in d. l. si de eo. §. si forte. & in cõsiliis. infrà alleg. Tamen verior videtur opi. gl. & Bart. q̄ ciuilis possessio, non perdatur nisi per negligentiam longi temporis: id est x. annis: secundùm Alex. in d. §. si fortè.

Et istam opin. tenuit gl. ibi: & in §. quòd autem. in verbo. per absentiam. insti. eo. & gl. j. magna in l. fi. & in l. licet. C. vnde vi. Dyn. in c. sine possessione. de reg. iur. in vj.

Et hanc opin. tenent multi, quos refert Feli. in d. c. vigilanti. col. fin. in iiij. casu, qui videtur residere in hac opin.

Vltrà quem addo pulchrè Alex. consil. cxiiij. visis & sæpius recensitis. ij. col. v. volu. vbi concludit quòd ista est communis opin. glo. & doct. & quòd videtur verior per tex. in d. l. furtum. §. fundi. in verbo longe. infrà eo. à contrario sensu. Et ibi eleganter respondet ad rationem Inno. & sequacium.

Eandem opi. secutus est consulendo idem Alexan. consi. vj.

circa processum col.iij.& consi.xxxiiij.ponderatis verbis circa fin.iij.volu.vbi concludit, quòd possessio ciuilis in dubio præsumitur retenta vsque ad x.annos per text.in d.l.furtum.§.fundi:& ibi not.Barto.infrà eod.Et per not.per Barto.& docto.in d.l.si de eo.§.j.

Quod ampliat no.procedere:etiam si nō viuat ille,qui possidebat:qui possit nunc dicere & declarare se animo continuasse in retinendo possessionem.Allegat Rotam ita decidentem sua decisio.cxx.incip.item si aliquis probet.Et idem firmant Butri.& Panor.in c.cum ad sedem.de restit.spoli.

12 † Et not.singulariter quòd standum est dicto illius,qui dicit se nunquàm habuisse animum amittendi ciuilem,nisi contrarium probetur.Istud fuit notabile dictum Archid.& Gem.in c.pōtifices.septima quæstione prima.quod refert & sequitur Fel.in c.vigilanti.col.vlti.circa medium.& in c.causam.quæ.circa princip.colum.vlti.de præscriptio.

Et quia Bart.hoc dicit quod requiritur traditio possessionis vacuæ quæ dicatur vacua possessio: declarat glos.not.in l.fi.in verbo vacuam.C.vnde vi.& in l.improbat.in verbo vacua.C.de acquir.possesſ.glo.magistra.in §.quod autē.l.ij.instit.eo.quæ ponit quæ dicatur possessio plena : semiplena & vacua.quam no.Angel.in l.si me in vacuam.in fin.princip.suprà titu.j.dicens quòd non habet sociam:& no.Ias.in l.traditionibus circa fin.C.de pact.

13 † Decima conclusio colligitur ex verbis Barto.quòd ad hoc vt dicatur tradita possessio vacua quo ad effectum pręscriptionis:satis est quod tradens ciuiliter possideat, quàmuis alius sit in possessione causa rei seruandę,quia licet tunc possessio propriè non dicatur vacua.l.iij.§.j.suprà de actio.emptio. Tamen sufficit ad præscriptionem.

Et pro ista conclusione Barto.allegat infrascripta iura : licet lectura sit corrupta.videlicet tex.in l.acquiritur.in fi.suprà tit.j.debet allegare suprà tit.ij.de acqui.rerum domin.& in l.misso.infrà pro empto.& in l.iusto.§.non mutat.infrà eod.& in l.ij.in princip.infrà pro hære.

Sufficit ergo quod tradens transferat ciuilem : quia ciuilis possessio:vt prædixi est illa,quæ causat præscriptionem. Naturalis autem de per se non sufficit ad præscribendum, vt probāt iura [illegible] allegata. Et est propriè casus.in dicta l.secunda.infrà pro hære.& in dicta l.misso.quòd licet alius sit in possessione rei seruandæ causa:qui non possidet, sed detinet.l.qui legati.infrà

ex quib.

ex quib.cau.in pos.ea.& l.iij.§.genera.suprà titu.j.non impeditur præscriptio.

14 † Et quòd sola ciuilis possessio sufficiat ad præscribendũ:sed non naturalis, plenè dixi in iiij.& vlti.parte.iij.princip. præcedentis tracta.

Et vltra ibi allegata not.Felin.adducens plura in c.causam.colum.fina.versicu.& quamuis.de præscript.vbi incipit vnum casum: videlicet in præscribendo vsumfructum,quia ibi sufficit sola naturalis:vt tenet Barto.in l.tertia.§.ex contrario.suprà eod.quem sequuntur But.& Panor.ibi per eum relati.

Sed hoc non est verum quia vsusfructuarius ipsum ius vsusfructus possidet ciuiliter & naturaliter:licet ipsum fundum naturaliter tantum possideat.l.naturaliter.in princip.suprà de acquir.possess.vbi plenè dixi vbi suprà.Et sic de naturali non curatur in præscribendo.

Bene facit pro hac conclusione Barto.quod no.vult Barto.in l.interdum.§.fina.suprà titu.primo.vbi dicit,quòd per constitutum transfertur possessio ciuilis:licet illa sola sit penes constituentem.Et ibi sequuntur communiter docto.

Et sic apparet quòd potest transferri sola ciuilis: licet non transferatur naturalis.

Et idem econtra:si tradens habebat solum naturalem:vt ibi per Barto.

Postea opponit Barto.de tex.in l.à diuo Pio.§.si super rebus.in fi.infrà de re iudi.qui text.vt dicit Barto.non est alibi:& multum turbat istam conclusionem: quia videtur ille text.dicere quòd missio causa rei seruandæ interrumpit præscriptionẽ iam inchoatam.Ergo fortius debet impedire inchoandam.arg.l.patre furioso.suprà de his qui sunt sui vel alie.iur.Licet Barto.ita clarè non deducat: & non soluit:sed se remittit ad ea quæ ibi dicit.

Vnde ad illum text.dici potest,quòd habet quatuor intellectus:vt ibi per glos.& Barto.Et sic ex eo non potest sumi argumentum:vt dicit Barto.in l.in ambiguo.infrà de reb.dub.Et de intellectu illius text.& pro solutione vide ibi latè Alexand.colum.vij.& viij.qui plenè examinat hunc articulum:& refert quòd opin.Bar.circa illum text.est communiter damnata. Dic vt ibi per eum.

15 Successiuè Bartol. format not.q.circa istam partem. † Pone: quòd debitor obligauit omnia bona sua: & constituit se creditoris nomine possidere.Postea vendidit vnam rem:& eam pari

ter constituit se emptoris nomine possidere: an in emptorem transeat dominium, vel præscribendi conditio? dicit Barto. videtur quòd non, quia possessio erat plena. Postea distinguendo concludit, quòd aut debitor constituit se à creditore possidere precario: & tunc constituendo postea se precario possidere ab emptore: transfert in eum omnem possessionem: & creditorem possessione priuat. per text. in l. interdum. §. fina. cum ibi no. suprà titu. j. Et quià res non est vitiosa propter precariũ: ideo transit dominium, vel præscribendi conditio.

Si vero constituit se creditoris nomine possidere simpliciter: vel à creditore conduxit: tunc ipse creditor omnino possidet. Ideo postea precario rogando ab emptore: nullam possessionem transfert in eum. per text. not. in l. quàmuis. §. primo. suprà titu. primo. Tamen quia illa possessio, quæ est apud creditorem est ad commodum debitoris quo ad dominium & præscribendi conditionem. l. serui nomine. cum concordan. suprà eod. transiuit dominium vel præscribendi conditio in emptorem sicut erat apud ipsum debitorem: quia illo respectu debitor dicitur possidere. Et hoc secundum Iaco. Butri. quod dicit Barto. sibi placere. Et hæc dicta Barto. refert & sequitur Pau. de Castr. in l. quàmuis. §. primo. suprà titu. primo. Mathesi. in suis notabilibus. nume. 170. folio. 29. colum. tertia. Aretin. in §. actionum. colum. v. instit. de actio. & Practi. Papien. in for. respon. rei conuen. in verbo. exceptionem præscriptionis. col. quarta. versicu. & hæc faciunt ad quotidianam quæstionem vbi latius declarant verba Barto. hic.

Hanc eandem q. format Barto. in l. pignoris suprà tit. primo. vbi se remittit ad hæc notata per eum.

Contrariam opin. tenuit ipse Barto. sibi contrarius in hoc in l. creditores. col. ix. versi. sed pone quòd debitor. quem ibi sequitur Sali. C. de pigno.

Sed verius est quod tenet Barto. hic secundum Imo. hic. col. secunda. circa med. & domi. Alexand. hic in apostil. ad Barto. colum. iij. super hac q. qui allegat multos tenentes etiam opin. Barto. hic præsertim Bald. in pluribus locis & idem Alexand. in d. l. creditores. in apostil. ad Barto. dicit quòd opi. Bartol. hic est communis.

16 † Et pro intellectu huius no. q. & dictorum Barto. præsupponendum est quòd per constitutum transfertur omnis possessio ciuilis & naturalis. l. quòd meo. in princip. & ibi not. glos. Barto. & omnes suprà titu. primo.

Et

Et quàmuis modus transferendæ possessionis per constitutum sit fictus. tamen possessio quæ acquiritur per constitutum est vera & non ficta vt concludit no. Bart. in l. ab emptione. circa finem. suprà de pact. & in l. si is qui pro emptore. in vlti. quæstione suprà eod.

Et ex verbis Bartol. in hac quæstione elicio duas conclusiones.

Prima conclusio est, quòd si constitutum habet clausulam precarij, vt quia debitor constituit se precario nomine creditorio possidere bona sua hypotecata pro debito. Deinde vendidit vnam rem tertio cum constituto & clausula precarij, tunc priuat creditorem omni possessione & illam transfert in emptorem. Casus est repu. singu. in dicta l. interdum. §. finali. suprà titulo primo.

Ratio huius dicti est, quia ille qui possidet precario possidet naturaliter l. & habet. §. eum qui. & ibi glos. suprà de preca. Et sic habet naturalem quam potest transferre in alium. Et transferendo illam transfertur etiam ciuilis: quæ erat penes eum à quo precario possidebat: quia illa ciuilis requiescebat supernaturali: siue erat illi coniuncta. Et sic transfertur cum naturali. Et amissa naturali: amittitur ciuilis super ea requiescens. Licet sit secus quando ciuilis non requiescit supernaturali. vt vult glo. no. in l. j. §. fina. in glos. magna. suprà vsusfr. quem ad cauc. Et declarat Alexand. in d. l. interdum. §. fina.

17 † Secunda conclusio est, quòd quando constitutum est simplex, idest, sine clausula precarij, vel quando debitor primo loco conduxit à creditore per quam conductionem censetur translata in eum omnis possessio sicut per constitutum. l. quædam mulier. suprà de rei venditio. tunc quia nulla possessio naturalis, vel ciuilis remansit penes constituentem, vel conducentem per secundum constitutum: & sic per actum fictum nõ transfertur possessio in alium: nec priuatur primus sua possessione. Iste est casus singu. in l. quàmuis. §. primo. vbi Barto. & alij notant. suprà titulo primo.

Et sic patet ratio diuersitatis inter vnũ casum & alium: quia primo casu ille, qui precario rogauit habet naturalem. Ideo constituendo postea tenere nomine alterius priuat primum sua possessione ciuili requiescente super naturali, & transfert in secundum.

Sed secundò casu, vbi est simplex constitutũ, vel conductio, ille qui constituit se possidere alieno nomine: vel conductor

nullam retinet possessionem. dicta l. quod meo. in princip. & di cta l. quadam mulier. Et sic nullam potest transferre per secundum constitutum, quia est actus fictus.

18 † Ex quo primò infertur quòd vtilius est simplex constitutũ, quam cum clausula precarij.

De quo dic vt per Bart. & docto. in dicta l. interdum. in prin. Secundò infertur quòd possidens in totum alieno nomine respectu ciuilis & naturalis, non potest transferre possessioné in alterum, & priuare illum cuius nomine possidet, qui propriè dicitur ipse possidere ministerio illius l. certæ. §. primo. suprà de præca. & dicta l. quod meo. & c. cum venissent. de restitutio. spoliato. sua possessione per actum fictum vt per constitutum, vel conductionem. vt est casus not. in dicta l. quàmuis §. primo. Licet sit secus quãdo is, qui possidet nomine meo traderet realiter possessionem alteri: quia per traditionem veram priuat me possessione mea. vt probat text. in l. tertia. §. quòd si seruus. vbi notant Barto. Alexand. & docto. suprà titu. primo. & in l. pe. regre. §. fina. eod. titu. Et tunc competit ei cuius possessio fuit prodita per eum, qui eius nomine possidebat remedium l. fina. C. de acquirenda possessione. ad recuperandam possessionem amissam.

19 † Circa huiusmodi quæstio. Bartol. not. multum pertinenter vnum, quod est in practica singulare. videlicet quod in terminis huius. quæstio. formatæ per Bartol. quando debitor hypotecauit bona sua creditori, & postea constituit se illa possidere nomine creditoris: simpliciter, vel precario. Si hoc casu debitor postea alienet aliqua ex bonis hypotecatis possunt creditores tanquàm priuati eorum possessione agere ad reuocandam possessionem illorum bonorum contra extraneos possessores nulla facta excusione principalis debitoris per remedium d. l. fina. C. de acquirend. possessio. Istud fuit singulare dictum Iac. Butri. in authen. hoc si debitor. C. de pigno. Et est singu. limit. ad illam auth. referunt & sequuntur Angel. Imo. & Alexand. in l. exitus. suprà titu. primo. Bald. in l. prima. colum. vlti. versicu. quæro quid si debitor constituit. C. de his quæ in fraud. credi. & pulchrè Roma. consil clxxxix. stante primo quæsito. ad finem. vbi not. limitat hoc dictum nisi precarium esset extinctũ per mortem debitoris constituentis. Ang. & Ias. in §. item si quis in fraudem. columna vigesimaquinta in antiq. impressio. institu. de actio.

20 † Addo circa prædicta vnum, quod est notãdum in practica, videlicet

videlicet quòd quando quis allegat traditionem sibi factam, & possessionem in se fuisse translatam, vigore constituti, iuxta. d.l.quod meo.in princip.& glos.not.in l.ab emptione.suprà de pact.oportet quòd deducat, & probet, quòd venditor, siue is à quo causam habet possidebat tempore cõstituti.aliàs tale constitutum non prodest, nec operatur effectum.Ita not.dicit Angel.in d.l.quàmuis.§.si conductor.per glos.ibi in verbo retinebit.suprà titul.j.& per glos.in l.ij.in verbo tradita.& ibi etiam not. Angel.C.de acquir.possess.Sequitur Alex.in d.l.quod meo. col.vj.in princip.& in d.§.si conductor.in fi.commen.qui allegat concor.dicens hoc dictum esse verissimum, quia nõ potest quis plus iuris in alium trãsferre: quam ipse habeat.l.traditio. suprà de acquir.re.domi. Imperiti tamen & iuuenes aduocati vt ipse dicit de facili in hoc deciperentur. Et idem Alexã.consil.x.viso processu causæ vertentis.iiij.volu.& pulchrè Mathesil.in suis notabilibus fol.7.col.iiij.in notabili.nu.62.incip.not. vnam doctrinam mirabilem.Nã per solum instrumentum non probatur traditio possessionis:licet in eo dicatur.dedit tradidit. l.prædia:& ibi not.Bartol.& doct.suprà titul.j.de acquir.posses. notant glos.& doct.in d.l.ij.C.illo eod.titul.& Bald.in l.indicia. circa princip.commen.C.de rei vendi.cum concord.de quibus per Alexand.consil.præallegat.

21 Secundò quærit Bart.† Quia.suprà visum est, quod ille, qui se fundat ex præscriptione: habet probare titulum & traditionem.Pone quod quis probat titulum: & probat eum, qui concessit titulum possedisse rem eo tempore:quo vendidit. Postea probat se possedisse:illo præsente & sciente: non tamen probat traditionem:an hoc sufficiat?

Et concludit Bartol.quod terminis sic stantibus:præsumitur traditio fuisse facta ex illo titulo præambulo: vt not.glos.in l. quædam mulier.suprà de rei vendi.& in l.ij.C.de acquir.pos.

Sed si possessio fuisset tunc penes alium, vel dubitatur apud quem erat quæritur quid iuris? Barto.se remittit ad notata per eum in l.cum solus.infrà titul.j.

Et cum hac conclusione Bartol.transeunt communiter doctor.nihil addendo.quia ista est doctrina glos.communiter approbata in locis præallegat.

ADDITIO.

Hoc intelligendũ venit impropriè:quia ille text.vtitur duabus notis improprietatis.dicit enim legatarius quodammodo quasi hæres est.Nam dictio quodammodo est nota improprietatis

ſtatis gl.in l.j.in princip.ſuprà de re.diui.& in l.ſi me in vacuam ſuprà de acquirend.poſſeſſio.& ibi not. Angel.allegans plures gloſ.concordantes & paritur dictio quaſi.l.ſi cum dotem.§.fin. & ibi gloſ.& doctor.ſuprà ſolut.matrimo.cum concor.& ideo. domi.Alexand.conſil.ix.viſis dicto themate.col.iiij.verſicul.& etiam non obſt.ij.volumi.dicit quòd legatarius : dicitur hæres impropriiſſime per illum text.

b Addo vltra Alexand.quòd hanc concluſionem pulchrè firmat Bald.in l.eum qui.§.prætor ait.in j.not.ſuprà de public.vbi not.dicit quòd interdum competit publiciana ei qui nunquàm poſſedit.quòd eſt quando publiciana erat iam formata ſeu in eſſe producta in perſona autoris : & ſucceſſor prætendit cauſam quæ trahit ſecum ſuum effectum abſque traditione. vt in legato & donatione cauſa mortis.l.j.§.fina.cum.l.ſequenti. ff.de publi.Et idem eſt ſecundum Bald.ſi quis agit ex iure ceſſo. Nam ceſſio non deſiderat rei traditionem ſicut dicimus in reſtitutione ex Trebelliano.quæ eſt ceſſio quædam vt.l.cum ſponſus.§.his cui.de public.& l.ſi culpa.ff.de rei vendi.ſecundum vnum intellectum hæc ſunt verba Baldi, nota.in dicto.§. prætor ait.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides ad praſcriptionem rerum corporalium eſt neceſſaria.*

2 *Bona fides regulariter præſumitur in omni poßidente. & numero.9.*

3 *Bona fides quando præſumatur?*

4 *Concluſio dicens, quòd bona fides in dubio præſumitur in habente titulum intelligenda eſt, dummodo allegetur.*

5 *Bona fides autoris quo caſu non ſit neceſſario allegaanda.*

6 *Verbum præſcriptio eſt plenum, & includit bonam fidem.*

7 *Poſſeſſum tanto tẽpore cuius initÿ memoria non extat præſumitur iuſtè poſſeſſum.*

8 *Allegatio bonæ fidei in cauſa poſſeßio.an ſufficiat facta poſt concluſionem in cauſa?*

10 *Poßidens ſine titulo præſumitur malam fidem habere. ſi antiquior poſſeſſor appareat. & numero 12.*

11 *Poſſeßio longißimi temporis facit præſumi bonam fidem.*

12 *Poßidens contra ius non præſumitur bona fides.*

13 *Mala fides poſſeſſoris titulati quot modis probetur?*

14 *Cautela pro illo, qui vult vendere ſed propter alterius denuntiationem*

tionem, non inuenit emptorem.
15 *Mala fides poßidentis probari poteſt confeßione partis dicentis ſe ſciuiſſe rem eſſe alienam.*
16 *Euolat emiſſum irreuocabile verbum.*
17 *Mala fides probatur fama, & rumore limitatur. numero ſequent.*
19 *Modi plures probandi malam fidem poſſeſſoris.*
20 *Scientia rei alienæ etiam ſine mala fide impedit præſcriptionem.*
21 *Mala fides quid ſit?*
22 *In facto arduo præſumitur mala fides continuata etiam in quoſcunque ſucceſſores.*
23 *Relatio tertij an reddat poſſeſſorem malæ fidei?*
24 *Bona fides & mala ex quibus præſumantur?*

Expedita ſecunda pate principali materiæ huius l. transeamus ad tertiam partem, ſeu ad tertium principale requiſitum ad præſcriptionem corporalium, quod eſt bona fides. Et ex verbis Bartol. ſuper hac parte in verſic. requiritur etiam bona fides: elicio infraſcriptas concluſiones.

1 † Prima concluſio eſt: quod ad præſcriptionem rerum corporalium requiritur bona fides vt hic. & l. ij. C. de preſcrip. longi temporis, præſertim de iure canonico. c. vigilanti. & c. fin. de præſcript. & c. poſſeſſor. de reg. iur. in vj.

De qua materia plenè dixi in ij. parte. iij. princip. præcedentis tractatu vbi declaraui: quid ſit bona & mala fides: & declarat Panormita. in c. conſultationibus. vltra med. verſicul. ex his infertur. de iurepatronat.

Et ibi dictis addo gloſ. in l. j. in verbo ſcientes. C. de his quibus, vt indig. quæ dicit, quòd ſcientia rei alienæ inducit malam fidem.

2 † Secūnda concluſio eſt, quòd regulariter præſumitur bona fides in quolibet poſsidente per l. penulti. C. de euictio. ſi præcedat titulus verus, vel putatiuus: etiam errore iniuſto: ſecundum Bartol. per l. igitur. §. poteſt. ſuprà de libe. cauſ. Nam bona fides poteſt cauſari etiam ex iniuſtis & temerariis cauſis: vt dicit not. Baldus, in l. prima. C. vbi cauſa ſtat. Refert & ſequitur hic Alexand. in apoſt. ad Bartol. colum. quarta. Felin. in capitul. cum contingat. colum. ſecunda de reſcript. & in capitul. ſi diligenti. columna tertia de preſcrip. Licet idem Bald. in dicto capitulo ſi diligēti. ibi relatus per Felinum, columna tertia circa medium dixerit: quod bona fides præſumitur: vbi cauſatur ex errore facti. Secus: ſi ex errore iuris.

Et idem ante eũ voluit Dy.in c.qui contra iura.de reg.iur.in vj.

Sed Imol.hic.colum.vlti.concludit quod quando agitur de præscriptione longi temporis: quæ nõ procedit sine titulo vero, vel putatiuo errore iusto sit necesse probare errorẽ iustum ad causandam bonam fidem. Sed vbi agitur de præscriptione longissimi temporis, in qua sufficit bona fides absque titulo, tunc sufficit probare qualemcunque errorem ad inducendam bonam fidem.

Et ita declaratur ista conclusio. Et plenè dixi.suprà in j.parte huius l.col.viij.in iiij.limitat.

Subdit Bartol.quòd ex quo istud consistit in animo: statut conscientiæ possessoris.vt not.glos.magna.in §.sed istæ.instit. de actio.quam ad hoc etiam allegat Bartol.suprà in materia tituli.& ibi dixi in vij.conclusio.

Hanc conclusionem quòd bona fides in dubio præsumatur in habente titulum verum vel putatiuum firmant glos.& Innocen.in dicto capitulo, si diligenti.in verbo.bona fide.de præscriptionibus, quæ excipit quatuor casus: quos ibi prosequitur. Panormit.columna.iiij.& sequent.versicul.expedita regula, in quibus licet quis habeat titulum: non præsumitur bona fides: sed potius mala.glos.& Canonic.in capitulo.fin.eod.titu.Et tenet glos.institut.eod.in princip.in verbo qui bona. Bartol.in l. communi diuidundo.§.inter prædones.suprà commu.diui.

Et istam conclusionem firmat Alex.allegans multa consil. cc.viso & discusso processu.columna prima, versicul.præterea. secundo volumi.& consilio.lxxv.visis & ponderatis.columna penulti.circa fin.& in princip.vltim.quarto volumi.vbi sequitur Bartol.hic.

Et in his locis fit conclusio quòd in dubio quis præsumitur bona fide & iustè possidere, quando habet titulum. Et est bona glos.in capitulo dilecto.xv.quæstio.iij.quam allegat Panormi. in d.c.si diligenti.columna iij. Et plura adducit hic Alexand.in apost.ad Bartol.colum.iiij.

Eandem conclusionem tenent Bald.& Angel.in l.super longi.colum.ij.& iij.versicul.dixi secundo, quòd requiritur bona fides.C.de præscriptio.longi temporis, vbi concludunt cum Bartol.hic quòd bona fides in dubio semper præsumitur: nisi sint aliquæ circunstantiæ excludentes hanc præsumptionem: de quibus.infrà dicetur.

Istam conclusionem quod in dubio præsumatur bona fides: firmat per plura.domi.Franc.Curt.consil.lxxxij.Deus pius.col. ij.

ij. Et pulchrè dicit Dyn. in capitulo, qui contra iura. de reg. iuris. in vj. quod si allegatur ignorantia facti: in dubio præsumitur bona fides. Si vero ignorantia iuris præsumitur mala, & c. Quia primo casu præsumptio iuris non resistit allegationi. Secundò vero sic.

3 † Et circa hoc: an & quando præsumatur bona fides: tradit doctrinam Panormita. in capitulo, consultationibus. vitra medium commen. versicul. ex his infertur. de iurepatronat. & distinguit: an quis possideat iure resistēte: vel non vt ibi per eum quòd autoritas iudicis facit præsumi bonam fidem post Innoc. qui dicit, quòd autoritas iudicis facit præsumi bonam fidem: si missio in possessionem facta est iuris ordine non seruato. Aliàs secus. Et sequitur Alexand. consil. lxxv. visis & ponderatis penulti. colum. iiij. volumi.

Ex hac conclusione infertur quòd non expedit probare bonam fidem. Quia præsumptio iuris transfert onus probandi in alteram partem. l. ab ea parte. suprà de probationibus.

4 † Primò limita prædictam conclusionem: quæ habet quod bona fides in dubio præsumitur in habente titulum: vt procedat: dummodo allegetur. Quia licet nō sit probanda: est tamen de necessitate alleganda. secundum Bald. & Ang. in dicta l. super longi. colũ. iij. dicentes hæc verba. Illud autem tene fixum cordi quòd vbicunque dicimus præsumi bonam fidem: intellige si allegetur: per text. in l. si adulterium. cum incest. §. idem Pollioni. ff. de adulte. Sit ergo (dicunt ipsi) cautus aduocatus vt de bona fide semper saltem articuletur: & deducatur: quàmuis non sit opus probare. Idem tenet Angel. in l. eum qui. §. fin. suprà de public. dicens. Sis tamen cautus in allegando bonam fidem. Aliàs succumberes, quia bona fides nunquàm præsumitur, nisi allegetur: per text. in d. §. idem pollioni.

Eandem conclusionem: quod bona fides sit necessario alleganda firmat Bald. in capitulo, si quis per triginta. in titul. si de feud. fuer. controuers. Sequitur Areti. in §. sed istæ. colum. vndecima institutio. de actio. Cæpol. in tract. seruitut. vrban. prædio. capitulo, vigesimo. col. ij. vbi dicit quòd in hoc vidit multos errare. & latè Felin. in capitulo, fin. colum. v. circa fin. & sequent. versicu. inquantum abbas. de præscrip. Iaso. in l. non hoc. colum. fi. C. vnde cog. Alexand. consil. lxxvj. in causa & litè. circa finem. & consilio. xciiij. in causa & litè vertente coram arbitris. columa vltima & præallegato consil. cc. prima. colum. ij. volumi. vbi pulchrè scribit ex quibus præsumatur bona fides

& ibi dicit vnum notabile verbum, quòd ille qui deducit se possedisse rem pro sua, & tanquàm suam disponendo de ipsa re quemadmodum veri domini facere solent, satis dicitur deduxisse bonam fidem: quæ nihil aliud est quàm possidere pro domino, seu cogitatione domini. l. apud antiquos. in verbo domini cogitatione. C. de fur. dixi plenè in secunda parte. iij. prin. superioris tract.

Et mouentur omnes per text. sing. in d. §. item Pollioni. ibi: vtique si error allegetur.

Ex quo text. colligitur regula generalis, & notabilis, quòd præsumptio iuris semper est alleganda. Facit glo. not. in clem. appellanti. de ap. quæ vult quòd quamuis notorium non indigebat probatione: tamen semper indiget allegatione.

Et hanc regulam per plura comprobat Felin. in c. cum ordinem. col. vj. cum seq. de rescript. Ias. in l. non hoc. col. fi. C. vnde cog. & in l. cum quid. col. penulti. suprà si cert. pet.

Et vltra eos. Alex. consil. xxxv. in causa & lite. circa fi. v. volu. & in l. à diuo Pio. §. si super rebus. col. vj. vel vij. infrà de re iu. & in l. qui in aliena. in princip. col. penult. suprà de acquir. hæredi.

Confirmatur in specie prædicta conclusio: quòd bona fides de necessitate debeat allegari: viua ratione: quia præsumptio bonæ fidei insurgit ex præsumptione ignorantiæ iuris alieni. c. si virgo. xxxiij. q. ij. & not. gl. & canoni. in d. c. si diligenti. & plenè dixi in ij. parte. iij. princip. præcedentis tractat.

Et licet in facto alieno præsumatur ignorantia. l. verius. suprà de probat. & l. fi. infrà pro suo. cum concor. Tamen hoc est verum, si allegetur. secundum Bald. in l. j. col. vlti. C. de legi. per text. in d. §. idem Pollioni. quem sequitur Alexand. in l. qui bona. §. de illo suprà de dam. infec.

5 † Secundò limita prædictam conclusionem: vt procedat respectu bonæ fidei ipsius possessoris contendentis in iudicio. Illa enim necessariò debet allegari. Secus est quo ad bonam fidem sui autoris: cuius accessione vtitùr. iuxta l. Pomponius. §. cum quis. cum sua materia: & quasi per totam l. vsque in fi. suprà tit. j. Nam talis bona fides autoris non est de necessitate alleganda. Ita vult singulariter Bart. in l. cum quid. col. vlti. versi. ex hoc puto. suprà si cert. pet. vbi not. limitat prædictam regulam: quæ habet, quòd præsumptio iuris necessariò debet allegari vt procedat: quando factum ex quo aliquid præsumitur est factum proprium proponentis. Secus si præsumptio insurgit ex facto tertij.

Et

Et hanc nota. doctrinam sequuntur communiter doctor. in d.l. cum quid maxime Alexand. & Ias. colum. penul & Alexan. in l. qui in aliena. in princip. in penult. colum. suprà de acquir. hered. Roma. consi. lxxvij. & Feli. in d. c. cum ordinem. colum. antepe. & pe. versi. quinta declaratio: & in c. ad hæc. el. j. de appel. vbi idem dicit: quando præsumptio resultat ex actis. Tunc enim non est de necessitate alleganda per plura: quæ allegat. Et bene faciunt notat. per Alexand. in l. j. colum. ij. C. vt quæ des. aduo. par. vbi not. concludit, quòd circa ea quæ resultant ex actis: iudex supplet ex officio: parte non opponente vel allegante.

6 †Tertiò limita prædictam conclusionem, vt procedat, vbi quis simpliciter deduceret possessionem, & titulum: quia tunc debet etiam allegare bonam fidem. Secus quando diceret se præscripsisse: siue allegaret præscriptionem. quia verbum præscriptio est plenum: & includit bonam fidem: sine qua præscriptio non currit. & sic videtur tacite allegata. Ista fuit nota. decisio Panormit. in c. fi. circa vj. vel vij. colum. versi. sed quæro an sit necesse de præscript. quamuis Felin. ibi colum. v. versic. item inquantum. &c. videatur tenere oppositum per aliqua motiua non multum vrgentia. Fatetur tamen quod in practica obtineret opin. Panormit. qui mouetur per doctrinam Innocen. in c. fraternitatis de testi. vbi vult, quòd si quis allegat se præscripsisse: videtur deduxisse titulum: licet non expresserit. Sequitur Bartol. in authent. qui semel. penult. colum. C. de proba. & Barba. consi. l. illud afferam in medium. xiiij. colum. j. vol. & refert do. Claud. hic colum. viij. & vlti.

Confirmo hanc limitationem ex infrascriptis.

Primò confirmo dictum Panor. ex notatis per Bart. in l. nec exemplum. C. de fal. vbi no. dicit, quòd si quis accusat aliquem de falso: non est necesse quòd exprimat in accusatione ipsum commisisse falsum dolose & scienter: quia istud tacite includitur: cum absque dolo non posit dici falsum vt ibi est text. Et hoc dictum refert & sequitur Alexan. in l. nam & postea §. si damnetur. col. fin. suprà de iureiur.

Secundò confirmo per notabile dictum Bald. in authen. habita. col. vj. C. ne fi. pro patre. vbi tradit not. regulam quòd quádo aliqua qualitas tacite inest non est necesse illam exprimi. refert Ias. institu. de actio. in princ. circa xiiij. col.

7 Quartò limita prædictam conclusionem: quæ habet quòd bona fides debet allegari vt non procedat in præscriptione

tanti temporis, cuius initij memoria non existit: quia in tali præscriptione semper præsumitur titulus & bona fides etiam si non allegetur. Nam tanto tempore possessum præsumitur ab autoribus suis iustè possessum. Istud fuit notabile dictum Inn. in c. si diligenti. quòd ibi refert Bald. ad fi. com. de præscriptio. Et retuli in ij. parte iij. princi. superioris tract. col. v.

8 † Et est diligenter notandum: quòd licet bona fides, & quælibet præsumptio iuris insurgens ex facto debeat allegari: vt prædictum est: quòd sufficit talem allegationem facere etiam post conclusionem in causa: ita not. decidit Alex. in d. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. in apost. ad Bart. per notata in c. peruenit. de empt. & vendi. & idem Alexã. in l. j. col. ij. C. vt quæ des. aduo. & ante ipsum Panor. quem non allegat in c. dudum. col. ij. per illum text. de elect.

Quinimò plus dixit Alex. in d. l. j. col. ij. quòd sufficiet talem allegationem facere in allegationibus iuris, quamuis non fuerit facta in actis. quod est singulariter notandum: & refert hic domi. Clau. colum. viij.

9 Tertia habetur cõclusio ex doctrina Bar. ꝙ in quolibet possidente etiã sine titulo in dubio pręsumitur bona fides, nisi alius possessor antiquior appareat, vbi ius cõmune non contradicit.

Hanc cõclusionem sequuntur But. & Panor. in c. si diligẽti. col. iij. versi. iij. quæritur. de præscr. & ibi latè Feli. col. ij. qui attestatur hanc esse communem opi. & pro ea adducit quamplures autoritates. Vltra quas addo quòd eandem conclusionem tenent Bal. & Ange. in l. super longi. colũ. iij. C. de præscri. long. temp. Gemi. in c. j. col. ij. de præscrip. in vj. & practi. Papi in forma respõ. rei cõuẽ. in verbo exceptionẽ pręscriptionis. col. iiij. cũ seq. vbi refert quasi omnia dicta Bar. in hac l. & ea sequitur.

Contrariam partem tenent Inno. & Bald. in c. per tuas. de a testi. dicentes, quòd in dubio non præsumitur bona fides [a] in præscribente sine titulo.

Et Ioan. de Imol. multum efficaciter impugnans communem in repe. c. fi. col. v. de præscri. & hic col. pen. & vlt. firmans quòd nullus possessor præsumitur bonæ fidei nisi probetur de titulo vero vel putatiuo per plura media: & respondet ad iura per quæ Bart. mouetur. cuius motiua refert Felin. in d. c. si diligenti. col. ij. versi. contra communem de præscri. & eius opi. reputat sustentabilem de rigore iuris inchoãte præscriptionem: sed in successore fortè procederet secundum eum opin. communis: vt ibi per eum. Sed iudicando & consulendo à cõmuni

opin.

opin. recedendum non est:vt habetur in locis vulgaribus.

10 †Quarta conclusio elicitur ex verbis Bar.hic,& in d.l.fi.circa fi.C.vnde vi.quòd in possessore sine titulo præsumitur mala fides si appareat antiquior possessor.Sed ista præsumptio malæ fidei non potest opponi nisi per antiquũ dominum vel possessorem:alius verò nõ potest.Ille enim antiquior possessor bene potest facere illã allegationẽ.Quod tuũ nõ erat, scire debebas ad aliũ pertinere.de qua loquitur tex. in d.l.fi.quo ad aliũ verò dicit Bar.licite & bona fide teneo:ex quo ius cõmune mihi nõ contradicit.Et sequũtur But.& Pan.in c.si diligẽti. col.iij.circa med.cõ.de præscri. & Alex.cõsi.cc.viso & discusso.j.col.ij.vol. & cõsi.xxxv.viso processu.iiij.col.iiij.vol.& practi. Papi.vbi.s. dicens,ꝙ nouus possessor potest dicere tertio quo ad te liberas ædes habeo.iuxta l.loci corpus.§.cõpetit.suprà.si seruit.vendi.

Idem firmãt Bal.& Ang.in d.l.super lõgi.col.iij.quorũ dicta statim referã.Sed contrariũ tenet Imol.hic.col.pen.& vlt.& in repe.c.si.col.iiij. vel v.versi.sed aduerte.de præscri.quòd mala fides præsumatur in nouo possessore :.vbi apparet,ꝙ per antea alius possedit:etiã quo ad tertium:quòd quilibet tertius posset opponere de mala fide contra nouũ possessorem. Cuius opin. sequitur Alex.sibi contrarius:& refert eius motiua:cõsil.cxcij. in causa & lite vertente.j.col.ij.volum.

Et in hac opi.videtur residere Felin.in d.c.si diligenti.col.ij. & iij.vltra med.versi.& dixit Bart.de præscrip.

Videtur tamen communis opin.Bart. vt suprà patet.

Istam suam conclusionem limitat no.Bart.in d.l.fin.C.vnde vi.circa finem commen. dum vult quod possidens sine titulo præsumatur malæ fidei:si antiquior possessor appareat vt procedat vsque ad xxx.ann.sed postea non:per illam l.in fin. quia præsumptio malæ fidei:quæ insurgit cõtra ingredientem possessionem sine titulo purgatur : & tollitur per cursum xxx. annorum : & extunc præsumitur retro ipsum fuisse possessorem bonæ fidei & cessat illa l.fin. & omnis eius præsumptio secundum Bart.ibi:cum quo transit Sali. col.vlti. Refert & sequitur Panor.in d.c.si diligenti.col.iij.dicens istud dictum esse singulare & semper menti tenendum.

Ad cuius confirmationem & ampliationem adducit aliud singulare dictum Inno.in c.ij.de restit.in integ. quòd est in pe. col.de quo dicam in sequen.conclusione.

Eandem opinio.tenuerunt Bald.& Angel.in d.l.super longi. col.iij.C.de præscri.long. temp.vbi dicunt, quòd si quis posse-

dit rem longiſsimo tempore:etiam ſine titulo : tanti temporis longitudo inducit bonæ fidei præſumptionem. Et hoc caſu dicunt eſſe veram opi. Bartol. & hoc videri de mente Inno. in c. cum cauſam. de probatio. Et idem dicunt:ſi non poſſedit longo tempore, vel longiſsimo:ſi non appareat rem ad alium pertinere: quia nullum dominium præſumitur vacans. Et ſic in dubio præſumitur eſſe penes ipſum poſsidentem:vt not.glo.in l.ob.maritorum.C.ne vxor pro mari.

Et præmiſſa procedunt ſecundum eos : niſi appareat, quod non licet poſsidēti rem poſsidere: quia tunc ſemper præſumitur malæ fidei:etiam ſi mille annis poſſediſſet:niſi oſtendat de titulo iuſto:vt in laico, qui reperitur iura ſpiritualia poſsidere: ſecundum Inno.in c.cōſtitutus de elect.& in d.c. cum cauſam de proba.

Quod intelligas procedere vbi laicus ſolum ſe fundaret ex tempore. Secus quando allegaret titulum prȩſumptum ſpacio tanti temporis : & ſe fundaret ſuper eo ; quia tunc præſumitur vt pulchrè declarat Felin.in c. accedentes. col.iiij. & v. in ij.& iij.limita.de præſcript.

Quinimo dixit Innoc. in d. c. ſi diligenti. & ibi refert Bald. ad fi.com.quod in præſcriptione tāti temporis:cuius initij.&c. præſumitur titulus & bona fides : etiam ſi non allegetur. quod dictum retuli in iij.tempore iij.prin.ſuperioris tractatus.

Sed poteſt dici:ſaluando Bal.& Ang.in d.l.ſuper longi.quod iſtud dictū procedit:data capacitate:per ea quæ not.Ioan.And. in c.ij.de præbē.in vj.Et referunt Pan.& Feli. in c.cauſam quæ. col.j.& in d.c.accedentes.col.iiij.in ij.& iij.limit. de præſcript. vbi habetur, quod poſſeſsio tāti tēporis nō habilitat incapacē.

Sed vbi apparet rem ad alium pertinere:dicunt Bal. & Ang. in d.l.ſuper longi.quod vera eſt opi. Cy. tenentis, quod poſsidens ſine titulo:ex quo non poſſedit longiſsimo tempore:præſumitur in dubio mala fide poſsidere.d.l.cum quærebatur.

Et ſic in effectu Bald.& Ange.non diſcordant ab opi. Barto. in d.l.fi.& hic.Licet.d.Clau.hic colum.vj.circa fi. alleget ipſos tenere contra Bar.Quod apparet non eſſe verū recte intuenti.

Sit ergo cōcluſio quod ex curſu temporis xxx.annorum in dubio præſumitur bona fides in poſſeſſore ſine titulo : & tollitur præſumptio malæ fidei : quæ inſurgebat ex defectu tituli: etiam ſi appareat alius antiquior poſſeſſor:vt voluit Bart. in d. l.fi.ad fi.C.vnde vi.Et ſequitur Alexan.conſi. xvj.in cauſa & lite vertente.colum.vj.circa fi.& conſi.xxiiij.ponderatis his vlt. colum.

colum.v.vol.& consi.lxxj.videretur prima consideratione.circa prin.& consi.cx.visis acutissimis.vlti.col.j.volumi. & consil. lxxvj.in causa & lite.vlti. col.& consil. clj.viso themate.col.ij. versic.non omitto.ij.vol.& plene.d.Franc.Cur.cõsi.lxxxij.deus pius.col.ij.vbi firmãt. quod bona fides in dubio præsumitur ex cursu temporis xxx.annorum:etiam nullo apparente titulo:& contra antiquum dominum & possessorem. Et pro ista conclusione ipse Curtius vbi suprà adducit glos.in l.si quis emptionis.§.j.in verbo teneat.C.de præscript.xxx.an.

Eandem conclusionem firmat Sozi.consi.clxxxj. visis capitulis transactionis.quòd est repetitum consi.cxxvij.col.pe.cir-
31 ca fi.vbi dicit † quod possessio longissimi temporis facit præsumi bonam fidem.

Eandem tenet do.Petrus phi.Corne.sequens Bar.in d.l.fi.C. vnde vi.consi.cxxxvj.licet satis.in princ.& col.iij.versic.& per hoc.ij.volu. concludens, quod bona fides præsumitur ex possessione. xxx.annorum sine titulo : nisi appareat de mala fide: vel quando ex alio causaretur.

Ex præmissis infertur quòd probata possessione xxx.annorum : remanebit probata præscriptio absque titulo contra antiquum dominum & possessorem:allegata bona fide:quæ præsumitur per spacium tanti temporis:dummodo aliter nõ constet de mala fide per modos : de quibus statim dicetur. Et ita concludunt præfati docto. in consiliis præallegatis.

Contrariam opinionem quòd etiam post xxx. annos non præsumatur bona fides in posidente absque titulo respectu antiqui domini & possessoris contra Bart. in l. cùm quærebatur.in fin.C.vnde vi.tenet plura Ioan.de Imo. hic col. penul.& vlti.impugnans vtrunque dictum Barto.& firmans quòd nunquàm in possessione præsumitur bona fides etiam per xxx.annos : nisi probetur de titulo verò vel putatiuo. Et quòd quilibet potest opponere de mala fide : per plura fundamenta. Et idem Imo.in repe.c.fi.col.iiij.vel v.de præscript.

Eandem opinio.tenet Butr.in d.c.fin. colum.v.cùm sequen. de præscriptio. Sequitur Aret.in §.si quis à non domino. instit. de re.diui.& domi. Hieron. Tor.inter consilia Alexand.consi. cxcij. in causa & lite vertente.ij.volum. vbi respondet ad motiua & rationes Bartol. vt refert hic latius d.Clau. colum. vij. qui videtur tenere cum Bartol. cuius opinio, videtur esse communis : vt ex prædictis patet. Et sic ab ea recedendum non est.

Secundò limita prædictam conclusionem Barto.quæ habet: quod non præsumitur bona fides respectu antiquioris possessoris:nisi probetur cursus xxx.annorum.Vt non procedat quando possessio esset titulata: quia probato titulo præsumitur bona fides:etiam contra antiquiorem possessorem:secundũ Butr. in c.cum ecclesia.col.x.de cau.pos.& proprie.refert Feli.in d.c. si diligenti.col.ij.circa prin.

12 † Quinta conclusio colligitur ex dictis Barto.hic,quòd possessor sine titulo non præsumitur bonæ fidei:vbi ius commune resistit:dato quòd non appareat alius antiquior.Vel etiam quo ad alium:si apparet de antiquiori:quia posidens contra ius nó præsumitur bonæ fidei.Ita dixit simpliciter Barto.hic:vt refert Panor.in d.c.si diligenti.col.ij.circa fin.

Limita prædictam conclusionem per singulare dictum Inn. in c.ij.col.iij.vltra med.versicu.item no.de restitu.in integ.Refert:sequitur & declarat Panor.in d.c.si diligenti.col.tertia.Videlicet,nisi sit possessio lõgi temporis, vel probabilibus rationibus acquisita,& dicetur secundum Inn.longum tempus arbitrio iudicis.

Pro qua limitatione Panor. adducit text.in c.cum ecclesia. de causa pos.& proprie.& in c.ad decimas.de restitu.spoliat.in sexto.ibi aliquandiu &c.

Ex quo dicit Panor.se inferre ad dictum Bart.de quo in præcedenti conclusione.Nam si posidens longo tempore iure resistẽte præsumitur bonæ fidei,fortius debet præsumi bona fides ex diuturnitate temporis contra antiquiorẽ possessorem.Cum hoc vltimum consistat in facto:& probabiliter ignorari potest. Prætendens vero consistat in iure.

Istud dictum Inn.refert & sequitur Imo.in d.c.ij.col.vlti.vbi etiam dixit,quòd longa patientia possessoris iustificat possessionem noui.

Et dicit But.in d.c.cum ecclesia.col.viij.de cau.pos.& propr. quod in possessione contra ius exigitur titulus:aut longũ tempus:vt præsumatur bona fides.Et ibi refert & sequitur illud dictum Inno.

Hæc dicta refert Felin.in d.c.si diligenti.col.ij.de præscript. Sed hoc dictum Inno.reprobat Imo.in repet.c.fina.col.v.de præscript.per text.in l.fina.C.vnde vi.& per alias rationes.de quibus ibi per eum.Et refert Feli.succinctè vbi suprà.

Nihilominus istud dictum videtur communiter approbatũ. Et addo quod illud dictum sequitur Alex.consi.cx.visis acutissimis

tissimis.vlt.col.j.volu.& Panor.in c.cōsultationibus.vltra med. versi.ex prædictis infertur de iurepatro. Licet contra videatur facere text.in c.j.de præscript.in sexto.vbi quando ius resistit possidenti requiritur titulus: vel tempus cuius initij &c.

Sed dici potest quod hoc procedit quo ad præscriptionem complendam. Sed quo ad possessionem iustificandam sufficit longum tempus.

Puto tamen istud dictum debere intelligi:& limitari:vt non procedat data incapacitate possessoris vt in laico possidente decimas,quia tūc tempus præsumitur malæ fidei:vt dicūt Bal. & Angel.post Inno.in l.super longi.col.iij.C.de præscript.longi temporis.

Quod declara vt dixi suprà in j.limi.iij.conclu.proximè præcedentis.

Et vt clara in hoc vtili articulo habeatur doctrina,facio ex præmissis regulam cum fallentiis.

Regula est.quod quilibet possessor habens titulum verum vel putatiuū cautū etiā in iusto errore præsumitur bonæ fidei.

Ampliatur ista regula:vt procedat in quolibet possidēte etiā sine titulo.

Primò fallit hæc regula nisi alius antiquior possessor appareat: quia respectu illius non præsumitur bona fides,nisi cōstet de titulo.Et sic procedit ista regula quo ad tertium.

Limitatur ista fallentia : vt non procedat in possessore xxx. annorum sine titulo: quia per tantum tēpus purgatur præsumptio malæ fidei insurgens ex defectu tituli secundum Barto.in l.cum quærebatur.circa si.C.vnde vi.

Secundò fallit prædicta regula : nisi possessio sit contra ius commune:quia tunc non præsumitur bona fides,nisi probetur de titulo, vel quod possessio fuerit quæsita ex probabilibus rationibus,seu causis, vel sit longinqua:vt plenè dixi suprà.

13 † Sexta conclusio habetur ex dictis Bar.quòd mala fides possessoris titulati probatur multis modis.

Primò probatur si fuerit sibi denuntiatum, quòd res erat alterius per text.not.in l.si fundum.C.de rei vendi.

Limita istā conclusionem vt procedat quando talis denuntiatio fuit facta ante contractum vt propriè loquitur text.in d. l.si fundum.Secus si post contractum:quia tunc simplex denuntiatio non causat malam fidem, vt probat text.no.cum glos.in l.penul.infrà pro empto.Et ita tenet Specu.in tit.de emptio.& vendi.§.nunc dicendum.el ij.Sequitur Bald.in d.l.si fundum.&

& firmat Bart.in l.naturaliter.circa fi.ij.col.s̃.eod.& seq.Pan.in c.si diligenti.col.iiij.circa fi.& ibi est gl.super verbo bona fide. de præscript.& do.Pet.Phi.Corn.consi.50.in causa vertente inter Thadeum.vlti.col.ij.volu.not.plenè Imo.in repet.c.fina.de præscri.in duobus locis:videlicet.col.v.circa fin.versi. qualiter autem probari poterit:& seq.& col.ix.in fi.& seq.dicens istam distinctionem procedere de iure ciuili:secundum quod sufficit bonam fidem adesse in initio l.j.§.hoc tantummodo.C.de vsucap.transfor. Sed de iure canonico ex quo bona fides requiritur omni tempore:& sic continuè vsque ad completam præscriptionem d.c.fina.cum ibi plenè notatis etiam si denũtiatio fiat post contractum,si tamen taliter fiat, quòd deducatur ad notitiam possessoris rem esse alienã ex hoc inducitur mala fides.

Et ita secundum Imol.videtur limitanda.dicta l.penulti.infrà pro emptio.vt procedat de iure ciuili. Sed non de iure canonico per prædicta.

Et hæc conclusio vera secundum Imo.in d.c.fi.col.x.in prin.versi.& vt dixi videtur quando per denuntiationem quis deducitur in notitiam rei alienæ. Sed vbi non deduceretur quis certitudinaliter in notitiam rei alienæ tunc dicit Imo.posse sustineri distinctionem glos.communiter approbatam per legistas. in dicta l.penul.Nam si aliquis denuntiat alteri ante contractũ ne talem rem emat à Titio,quia est ipsius denũtiantis, ex quo fit ante contractum,& ab illo qui habet ius denũtiandi,si causa est vera,videtur imputandum illi,qui spernit denuntiationẽ & non inquirit de veritate. Ideo tunc in dubio inducit malam fidem in eo cui fit.

Et iste dicit Imo.videtur verus intellectus.d.l.si fundum.quẽ ibi sequi videntur.Cyn.& Bartol.in l.non solum.§.morte.suprà de oper.no.nuncia.in materia protestationis.in secunda specie quando fit protestatio ne aliquid fiat:& sub illo membro quando fit protestatio ne fiat quod alias erat licitum.Sed vbi fit denuntiatio post contractum iam factum , & sic re non integra, tunc videtur secundũ Imo.quod non teneatur credere denũtianti,ex q̃uo iam processerat ad contractum. Et ideo nisi aliter deducat in veram notitiam conscientiæ rei alienæ ex sola denuntiatione tali , quia dicat ipsum emptorem emisse rem, quæ est ipsius denuntiantis non induceretur mala fides. Et ita secundum Imo.potest intelligi & saluari glo.no.in d.l.pen.infrà pro empto.

Ex his infertur quod in casu d.l.si fundum.quando quis denuntiat

nuntiat alteri ne emat talem fundum ante contractum, quia est ipsius denuntiantis, vel quia habet ius in eo, nõ tenetur illi facere fidem, etiam si petat de iure suo. Quinimo ipse denuntiatus tenetur credere tali denũtiationi, & se informare & inquirere veritatem. Alias sibi imputatur. ita volunt glos. & Bald. in d.l. si fundum. qui dicit hoc esse notandum ad limitationem. l. si quis inficiatus. suprà depo. quia ille text. procedit quando quis denuntiat nomine alieno & ex persona alterius. Tunc enim debet fidem facere de mandato cle. causam. cum ibi not. de elect. alias non tenetur quis sibi credere. Secus quando denuntiat ex persona sua & nomine proprio vt in casu dicta l. si fundum.

Et hunc intellectum ad d.l. si quis inficiatus posuit Bart. in d. l. nõ solum. §. morte. in materia protestationis inhibitoriæ. col. viij. versicu. quæro an talis protestatio. vbi latè tractat & in duabus col. seq. an & quando protestans vel denuntians teneatur aduersarium reddere certum. & ibi in specie. col. x. circa med. & versi. ex prædictis. videtur ita intelligere text. in d.l. si fundũ. & text. cum glos. in d.l. penul. infrà pro empto.

Hanc materiam an & quando denuntiatio extraiudicialis causet malam fidem plenè tradunt glos. & Cano. pręcipuè Pan. & Feli. in d.c. nihil. col. vlt. de præscript.

Vbi Feli. facit regulam, quod denuntiatio extraiudicialis regulariter non causat malam fidem cum sex fallentiis. Sed ibi non refert doctrinam Imo. suprà recitatam quæ videtur perfecta & vera. Et ibi tágit Fel. an debeat ostendi causam denuntiationis in d.l. si fundum. & sequitur opi. glo. & Bald. ibi quam suprà retuli licet alleget Bart. velle contrarium in dicto §. morte. Tamen vt ipse dicit non loquitur in casu nostro. Quinimo Barto. idem sentit expresè quod glos. & Bald. in præallega. decima columna.

14 † Cautela ergo erit pro eo, qui vult vendere & non reperit emptorem propter denuntiationem alterius, qui vociferat se habere ius in re vel illam ad se spectare, quòd agat contra ipsum vt edoceat de iure suo, & petat sibi præfigi terminum ad agendum, secundum formam. l. diffamari. C. de inge. manu.

Et ita in proprio casu. d.l. si fundum. concludit Alexand. in l. de pupillo. §. si is cui. circa med. commen. versic. quærit vltimo. Bar. suprà de ope. no. nun. vbi format q. an in casu d.l. si fundum. ille cui est facta protestatio seu denũtiatio emat fundum, quia fundus est ipsius protestãtis possit petere corã iudice remissio-

nem dictæ protestationis, seu declarari sibi non competere ius denuntiandi & protestandi. & plenè prosequitur istam quæstionem referens varias opin. Dic vt ibi per eum, & per Ias. ad fin. commen.

15 † Secundò probatur mala fides secundum Barto. per confessionem partis, si coram aliquibus dixerit se sciuisse rē esse alienam: quia illud præsumitur habuisse in mente quod dixit per text. in l. Labeo. suprà de suppel. leg. vbi dicitur quòd nemo præsumitur dixisse nisi quod mente agitauerit.

Ad quem text. plura cumulat Ias. in l. neque professio. col. fi. C. de testa.

Et vltra eum accedat pulchrum dictum Bald. in c. j. de testi. vbi dixit, quòd nullum est maius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum: vt inquit Cassiodorus. Et dicit idē Bald. in suo tracta. schisma posito post rubri. C. si quis aliquem testa. prohib. quòd lingua est nuntia cordis. Et dixit idem in c. mandatum. de rescript. quod cor ēst imperator linguæ.

Ista dicta refert & sequitur Alex. consi. lij. circa hanc dubitationem. ij. col. iiij. volu.

Eandem conclusionem quòd per confessionem partis probetur mala fides: firmat Angel. in l. eum qui. §. fin. suprà de publ. vbi pro hac conclusione adducit glos. not. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. in verbo. animus. infrà ex quib. cau. in possess. ea. quæ dicit quod animus probatur per verba. Et tradit ibi Angel. modum & practicam articulandi de confessione extraiudiciali dicens. Sis etiam cautus in probando malam fidem articulare, quòd dictus emptor variis & diuersis vicibus, & coram pluribus confessus est tempore suæ emptionis, & antè sciuisse rem ad alium pertinere. Nam per hanc confessionem extraiudicialem optimè probatur eius intentio per glo. in d. §. quid sit latitare. Et sequitur Alex. consi. clxxxvij. in hac causa. & lite. col. iij. circa princi. ij. volu. Et ad illam glos. vide Ias. in §. omnium. col. xxiij. institu. de actio.

Confirmatur ista conclusio: quòd mala fides probetur per confessionem partis per regulam: quæ habet, quòd nulla melior est probatio quàm confessio partis. Hæc regula traditur in l. cum te. & ad eam plura cumulant ibi Moder. C. de transact. Et facit text. in l. generaliter. C. de non nu. pec. & in c. proposuisti. de probat. Amplia istam conclusionem, quòd mala fides probetur per confessionem partis, vt procedat etiam si talis confessio facta fuerit parte absente. ita sentit expressè Bartol. hîc

dum

dum dicit, quòd probatur mala fides si coram aliquibus dixerit se sciuisse rem esse alienam.& Angel.in d.l.eum qui.§.fin.

Pro qua ampliatione adduco not.doctrinam eiusdem Bart. in l.Celsum.§.si quis absente.infrà de confes.vbi dicit,quòd ille tex.in quo dicitur, quòd confessio requirit præsentiam partis:debet intelligi in his,quæ depēdent ex voluntate duorum, & sic vbi confessio tendit ad obligādum. Secus in his,quæ dependent ex voluntate vnius tantum:vt hæreditatis aditio:ratihabitio: & similia quæ dependent ex solo animo:quia ista non exigunt præsentiam partis.Eandem doctrinam tradit Barto.in l.non solum.§.liberationis verba.suprà de libe.lega.ergo idem in mala fide,quæ consistit in animo. Et ita in terminis firmat Alexād.præallegato consil.clxxxvij.in hac causa & lite.col.iij. circa princip.ij.volu. Vltra quem addo Bald.hoc expræsè dicentem in rub.extra de præscript.circa princip.vbi dicit quòd præscriptiones hodie multum ex conscientia dependent.vt in c.vigilanti.& c.fi.de præscrip.& quòd difficile est probare malam conscientiam seu malam fidem.& subdit quòd conscientia nostra intra nos est.verbum intra nos est: donec trāseat per
16 labia.Postea sit alienum iuxta illud. † Euolat emissum irreuocabile verbum.quod maximum est conscientiæ testimonium: etiam prolatum coram vicinis,vel amicis absente aduersario. vt notatur in l.apud Celsum.in princip.ff.de except.doli. Hæc sunt verba Bald.

17 † Tertiò probatur mala fides secundum Bart.si de hoc erat fama in vicinia:& ipse erat vicinus: quia præsumitur scire.capitulo,quanto.de præsumptio.

Hanc conclusionem sequitur do.Card.consil.xxxviij.primò rationes.col.j.versi.secundò quia.vbi dicit,quòd fama & communis opinio seu notorium inducunt malam fidem in pręscribere volente.

Et posset hæc conclusio comprobari per plura quæ omitto.

Et faciunt notata per Bartol.suprà col.ij.dum allegat l.cum quidam.§.quòd dicitur.suprà de acquir.hæred.iunctis his quę ibi dicta fuerunt,quæ non repeto.Idem dixit Angel.in d.l.eum qui.§.fin.suprà de public.vbi ampliat istam conclusionem procedere nedum in vicino: sed etiam si emptor erat domesticus, vel coniunctus emptoris aut eius administrator: & allegat iura ad singula.

Ex his ergo & aliis indiciis prout facti qualitas dictauerit secundum Bart.poterit probari mala fides. Vnde licet in dubio

præsu

præsumatur, quòd possessor fuerit in bona fide, poterit tamen probari, quòd fuit in mala fide. vt dicunt glo. & Cano. in c. fi. de præscript. & probabitur per aliquem ex prædictis modis.

Hanc doctrinam Bart. circa probationem malæ fidei sequitur Imol. in repet. d. c. fi. col. v. & vj. de præscrip. & practi. Papi. in forma responsi. rei conuen. in verbo exceptionem præscriptionis. col. v. addens alium casum: in quo præsumitur mala fides, videlicet, quando quis emit ab eo cui sciebat bonis interdictum. Nam tunc ex quo mercatur contra iura præsumitur in mala fide. l. qui fundum. §. qui sciēs. infrà pro empto. Et est tex. expressus in ca. qui contra iura. de regul. iur. in vj. & in l. quemadmodum. C. de agric. & censit. libr. xj. Et ibi Dyn. ponit aliqua exempla. & facit conclusionem, quòd si allegatur ignorantia facti in dubio præsumitur bona fides. Si ignorantia iuris præsumitur mala. Et ad illam regulam vide quæ dixi. in ij. parte. iij. princip. præcedentis tract. col. ij. & suprà in j. parte huius l. in iiij. not. Et vltra istum quatuor casus in quibus pręsumitur mala fides non obstante titulo not. glos. in c. si diligenti. super verbo bona fides. de præscript. quos ibi prosequitur Panor. col. iiij. & seq. versi. expedita regula. vbi videtur reprobare intellectum Bart. quem dat ad regulam. d. c. qui contra iura. in l. sed si lege. §. scire. suprà de petitio. hæredi. Cuius verba retuli suprà super text. in iiij. not. col. vij. versicu. istam conclusionem. Et ibi dictis adde illum locum Panormita.

Et qualiter probetur mala fides: plenè not. Ange. sequens & amplians doctrinam Bart. hic in d. l. eum qui. §. fi. circa fi. suprà de public. vbi in hac materia pulchrè loquitur, & tradit varios modos probandi malam fidem, & maximè quod articuletur de cōfessione emptoris per modum quem retuli in præcedenti conclusione. Item & quod articuletur de magno valore rei, & quod tempore emptionis & ante erat notorium, vel saltem fama quòd venditor erat pauper, & pauper reputabatur communiter ab agnoscentibus eum.

Ex hoc enim infertur quòd emptor habuit malam fidem. l. in ciuile. C. de fur. Idem si venditor erat ignotus & peregrinus vt ibi secundum Angel.

Melius ad hoc vltimum facit tex. in l. in ciuile est. C. illo eodem titu. de furtis.

19 † Limita prædictam cōclusionem Bar. dum vult, quod mala fides probetur per famā ex pulchrè notatis per Bal. in c. vigilanti. de præscrip. vbi post multa dixit aureum verbum, quòd si

si emi ab eo, qui habet titulum & possedit longissimo tempore inconcusse, tamen est publica & generalis fama quod illa res est ecclesiæ per hoc non dico habere malam fidem: quia fama sæpe à veritate discordat, & magis præsumitur pro titulo, quam pro ipsa. Nec tenetur quid credere nisi quod credit bonus vir, idest, iudex qui in facto alieno non debet credere nisi probationibus. Ideo nec ex vno teste debeo habere conscientiam læsam. Et subdit ita tenuisse magnum iuristam. Refert & sequitur Fel. in c. si diligenti. colum. iij. de præscriptio. vbi addit gloss. not. in l. si dictum. §. si cum poterit suprà de euict. quæ dicit quod ex sola relatione tertij inducitur mala fides, quam dicit intelligendam vbi non est titulus per prædicta. Sed illa glo. dicit contrariam. Et refert hic Alexand. in apost. ad Bartol. de quo Felin. mentionem non facit.

20 † Plures alios modos probandi malam fidem refert Felin. in d. c. si diligenti. colum. ij. circa fin. & sequen. ver. modos autem probandi vbi dicit inter cætera, quòd ille qui non curauit videre mandatum procuratoris vẽdentis, nec de illo informati præsumitur in mala fide, nisi a fidedignis fuisset ei assertum de mandato. ita dicit Bartol. in l. qui fundum. §. final. infra pro empto. & in l. fin. post glo. ibi illo eod. tit.

Circa quod vide quæ dixi suprà in j. parte huius l. circa materiam iusti erroris & in ij. parte. iij. principa. precedentis tract. colum. ij. circa fin. & seq.

Refert etiam Felin. vbi suprà not. dictum Bald. in l. solennibus. C. de rei vendic. vbi dicit, quòd qui allegat priuilegium, & dicit, se præscripsisse, præsumitur malæ fidei. per. c. ad decimas de restitutio. spolia. in vj. Fatetur tamen, quòd si titulus non esset vsque quaque sufficiens, & esset error facti & non iuris reciperet supplementum a præscriptione.

Sed idem Bal. in l. j. col. fi. versic. item quæritur. C. de furt. dixit quòd priuilegium potest esse causa præscriptionis: etiam si erretur in iure: quia autoritas superioris causat bonam fidem.

Et vltra Felin. vbi suprà vide pulchrè Bal. in l. solennibus. C. de fide instr. vbi tradit an circa priuilegium cadat præscriptio? Et faciunt quæ plenè dicta fuere. suprà in j. parte huius l. post Bartol. & Paul. de Castr.

Et dicit glo. not. in l. j. C. de fide instru. lib. x. in gl. parua super verbo mala fide relata ad text. quòd ex quo quis non contrahit cum solennitatibus requisitis à iure ciuili vel municipali præsumitur malæ fidei. not. Bart. in l. j. C. de præd. cu. lib. x.

Dixit etiam pulchrè Bal.in l.quotiens.ad fin.C.de rei vendi. quòd ille qui procurauit habere titulum : postquàm fuit vocatus in ius vel timens vocari præsumitur malæ fidei. Et refert ita dixisse Old.quod dictum ipse extollit.

Et vltra Feli.addo,quòd istud dictum refert Alexand.consil. cxcij.in causa & lite.col.ij.circa med.ij.volu.Et idem:licet ipsi non allegent dixit Bald.in d.l.eum qui.§.prætor ait:vltra med. versic.deinde not.suprà de public.vbi pulchrè loquitur.

Et not.quòd scientia rei alienæ etiam sine mala fide impedit præscriptionem. Et sic quod est dare scientiam rei alienæ absque mala fide.vt in creditore possidente pignus qui non præscribit.l.serui.nomine.suprà eo.gl.est not.quam Bal.exclamat in l.nec creditores.C.de pigno.actio.refert Felin.in dicto capitulo,si diligenti.colum.iij.de præscriptio.vbi alia plura ad hoc propositum reponit.

Et hoc vltimum refert idem Felin.in c.illud.col.j.illo eo.tit. & ante ipsum Alex.hic in apost.ad Bart.

Regulariter tamen eoipso, quòd probatur scientia rei alienæ probata est mala fides:vt dicunt Bal.& Ang.in l.si quis emptionis.C.de præscrip.xxx.ann.refert Feli.in d.c.illud.circa fin.
21 j.colum.† Ratio est in promptu,quia mala fides nihil aliud est quàm conscientia,siue scientia rei alienæ: vt dicit tex.cum gl. in c.si virgo.xxxiij.q.ij.& declarat Panor.in c.cōsultationibus. vltra med.commenti.de iure patrona.Plenè dixi in ij.parte.iij. princip.superioris tract.col.j.

Addo bonā gl.in l.j.in verbo scientes.C.de his qui.vt indig.
22 † Et not.singulariter, quòd in facto arduo:sicut est occupatio vnius feudi dignitatis præsumitur mala fides continuata etiam in quoscunque successores.Ita pulchrè dixit Panor.consil.iij.nitar in præsenti.col.xxiiij.versic.decimasexta q.ij.volu. Refert & sequitur Felin.in d.c.si diligenti.col.ij.vltra med.versicul.pro qua,&c.Et vltra Feli.in locis præallegatis adde,quod ille qui prætendit possessionē in re aliena : quam scit alienam, vel scire tenetur per legem , vel statutum præsumitur malæ fidei:quia non possidet cogitatione domini : iuxta text.in l.apud antiquos.C.de furt.Nisi possideat titulo competenti: vel interueniente longa patientia domini. Ita dicit Bald.in l.post sententiam.col.penulti.circa fi.C.de sentent.

Et plures modos probandi bonam & malam fidem latè tradit domi.Anto.de Butri.in repet.c.peruenit.colum.xviij.versi. secundo dicit glos.de censi.& Cæpol.in trac.seruitut.real.c.xx. col.

col.j.& ij.referens doctrinam Bartol.hic vbi præcipuè tractat: qualiter probetur bona vel mala fides in præſcriptione iurium incorporalium. De quo paſſu Bartol.hic ſe remittit ad notata in l.j.aliàs.ij.C.de ſerui.& per ſe in l.j.§.hoc interdicto.infrà de itin.actuque pri.vbi plenè tradit.col.penulti.& vlti.& vide latiſſimè per Butri.vbi.ſuprà.& per Panormita.in d.c.ſi diligenti. col.iiij.verſic.venio ad ſecundum membrum principale:& per Bald.in l.eum qui.§.prætor ait.circa med.ſuprà de public.

Et quatuor caſus,in quibus prçſumitur mala fides:licet poſſeſſor ſit titulatus not.gloſ.in d.c.ſi diligenti.ſuper verbo bona fides, quos ibi proſequitur Panormita.colum.quarta.verſicul. expedita regula.

23 † Multa etiam in materia not.digna refert Alexand.hic, & plura ex prædictis dans plures remiſſiones in apoſt.ad Bartol. in apoſtilla. poſita ſuper verbo.ſed qualiter.quam apoſtillam totam tranſcripſit Felin.eo non relato.in d.c.ſi diligenti.col.iij.

Et inter alia dicit Alexan.quòd ex ſola relatione tertij quis non efficitur malæ fidei.per gl.not.in l.ſi dictum.§.ſi cum poſſet.ſuprà de edil.edic.licet Feli.referat illam gl.dicere contrarium & malè in d.c.ſi diligēti.col.iij.vt ſuprà retuli. Item quod mala fides probatur per coniecturas ſecundum Bal.in l.j.C.de vſucap.transfor. & ſequitur idem Alexand.conſil.clxxxvij.in hac cauſa & lite.colum.iij.circa princip.ij.volu.vbi dicit quòd conſcientia rei alienæ,& mala fides poteſt probari per ſola indicia.l.penult.& ibi not.Bald.C.de euic.& conſi.xlvj.circa prçſentis conſilij materiam vlti.colum.iij.volu.& Barba.conſil.ix. ſupremi dei & patris domini noſtri.j.volumi. & pleraque alia conſilia ad hoc adducit hic.domin. Claudius, columna octaua,circa finem.

24 † Adde ex quibus præſumatur bona fides & mala fides pulchrè Bald.in rubric.de præſcriptio.in penulti.colum.vbi dicit, quòd, ſi quis probet iuſtum errorem: qui ſuccedit loco tituli præſumitur bona fides:multum tamen differt ſecundum Bald. iſte iuſtus error à bona fide, quia nunquàm præſumitur, niſi probetur cum ſuccedat loco tituli:vnde debet probari ſicut titulus. Item ſecundum Bald.præſumitur bona fides ex inueterata poſſeſſione.Item ex decreto iudicis rite interpoſito, aliàs præſumeretur mala fides.per l.iuſte.ff.de acquirend.poſſeſſio. & l.meminerint.Et ibi in verſiculo,econtra.circa medium in penultim.colum.ponit ex quibus præſumatur mala fides.& an denuntiatio facta ante contractum, ſeu initium poſſeſſionis

indu

inducat malam fidem vel post. & ponit vnam fallentiam ad l. alienum pro emptore, videlicet, in eo qui habet titulum generalem pro suo, quia tũc denuntiatio facta post constitutioné in mala fide, & ibi quòd si contractus sit illicitus: vel vbicunque præsumitur dolus vel lata culpa: præsumitur mala fides: & quæ sint illa quæ faciunt præsumi malam fidem ponit Bald. in c.diligenti. in ij.col.de præscript. Et ibi quòd bona fides in longissimo tempore etiam sine titulo per l. si quis emptionis.

Superest quarta & vltima pars principalis materiæ huius legis, quæ concernit quartum requisitum ad præscriptionem rerum corporalium: videlicet continuationem possesionis: & qualiter probetur possesio continuata.

ADDITIO.

a Adde quòd eam opin.tenet Bald.in l.eum qui.§.prætor ait. ff.de public.

SVMMARIVM.

1 *Titulus: traditio: & bona fides an sufficiant ad præscriptionem?*

2 *Possesio an probetur in solutione mercedis quæ succedit loco fructuum?*

3 *Simplici deambulatione per fundum probata an censeatur probata possesio?*

4 *Detentatione possesionis probata, censetur probata possesio alio non edocto.*

5 *Extremitates probans videtur continuum probare.*

6 *Ex possesione de præterito præsumitur possesio in præsens continuata.*

Semel posidens an & quomodo dicatur semper possedisse?

In præsens præsumitur ex præterito.

7 *Regula quòd possesio de præterito præsumenda est vsque in præsens continuata quomodo intelligatur?*

8 *Continuatio possesionis an in rebus mobilibus præsumatur?*

9 *Articulus ad præscriptionem probandam qualiter sit formandus: & qualiter in hoc habeat testis deponere?*

Probans se ius in re habere an & quomodo præsumatur præscripsisse?

10 *Dictio, citra: quid importet in materia possesionis & præscriptionis.*

11 *Testis dictum quomodo debeat articulari, vt concludat in causa possesionis, aut præscriptionis.*

12 Su

12 *Sufficiens & concludens probatio in materia præscriptionis quid exigat?*
13 *Testis deponens cum dictione diminutiua an concludat?*
14 *Testis dicens aliquem possedisse per decem annos & vltra, an illa adiectio aliquid operetur?*
Testis habet deponere de certo, & super certo.
15 *Dictio plus, vel vltra à teste probata non prodest in materia præscriptionis.*
16 *Testis obscurè deponens debet per iudicem repeti vt dictum suum declaret.*
17 *Testis non deponens per aduerbiũ, sed per nomen an plenè probet?*
18 *Testis allegans præscriptionem qua habeat ad eius intẽtionem probandam articulare?*
19 *Dictum testis dubium ad quid debeat referri?*
20 *Dicta testium non sunt cauillanda, sed interpretanda.*
21 *Articulus an quomodo possit suum articulum interpretari?*
22 *Dictio per, in materia possessionis, & præscriptionis quid importet.*

1 PRimò quærit Bart. † Circa istam partem: vtrum præmissa sufficiant ad probandam pręscriptionem: videlicet titulus: traditio: & bona fides? Et respondet Bar. quòd non: quia opor-
2 tet probare continuationem [a] possessionis per tempus à lege diffinitum. l. ij. C. de præscri. long. temp. & l. iij. suprà eo. Operepretium ergo est videre qualiter probabitur ista continuatio. Et Bar. tradit plures modos notabiles.

Ex cuius verbis colligo infrascriptas conclusiones.

Prima conclusio est. quòd si quis probat se omni anno recollegisse fructus per decennium: aut per xx. vel xxx. annos secundùm naturam præscriptionis: in qua se fundat: ex annua fructuum perceptione probatur continuatio possessionis: per text. in l. Titia. infrà de solu. & in l. litibus. circa prin. C. de agri. & censi. lib. xj. ibi inueterata fructuum perceptione. Nam tunc probatur possessio per effectũ: vt dicit Bald. loco de quo infrà. Nec enim debet stare quolibet momento in fundo secundum Bart. hic arg. l. si quis ita legauerit. la j. suprà de cõdi. & demon. Sequitur Bal. in l. indicia. col. vlt. versi. v. quæritur. C. de rei ven. & faciunt notata per eundẽ Bart. in l. j. col. iij. circa fi. ff. soluto matri. Ad quam hic se remittit: vbi concludit, quòd si testis dicat, quòd vidit Titium possidere per xxx. annos semper: non redarguitur dictum testis: licet probetur Titium aliquo tempore fuisse absentem. Et quamuis Titius non potuerit semper

esse in fundo: quia potest esse, quòd vidit omni anno sibi respondere de fructibus à colono. quòd satis videtur secundum Bar. ad probandam continuam possessionem: per tex. no. in d. l. litibus. vbi Bart. idem not. Et sequuntur Panor. in proœ. decre. Rex pacificus col. iiij. & Feli. col. vlt.

2 Hinc est quòd in solutione mercedis: quæ succedit loco fructuum probatur possessio: vt dicit not. Bart. in l. qui vniuersas. §. quòd per col. suprà titu. j. vbi limitat hoc procedere. Nisi alius possideat: quia tunc non probaretur quòd ille, cui soluitur merces possideat: quando verè constaret alium possidere: per text. not. in l. quamuis. §. si conductori. eo. tit. vbi idem not. Bart. & ibi latius Alexan. in vlti. not. dans plures remissiones in materia.

Et no. Bald. in d. l. iudicia. col. j. vbi fortius dicit, quòd ex solutione census præsumitur q̀ ille cui soluitur. sit proprietarius.

Et vide Alex. consi. cxviij. in causa & lite vertente. vlt. col. ij. vol. vbi concludit, quòd per locationem non probatur possessio. c. inter dilectos. ad fi. de fide instrum. nisi probetur quòd locans percipit mercedem. iuxta notata per Bar. in d. §. quòd per colonum. & eundem Alex. consi. x. viso processu causæ. iiij. vol.

Et an & quando per solutionem mercedis, siue per aliam præstationem probetur possessio, vel subiectio: latissimè tradit Feli. in c. cùm Bertoldus. post glos. & alios cano. col. x. circa fin. ver. perceptio pensionis: cùm duabus col. seq. de re iudi.

Addo quòd sufficit: si quis probet fecisse alios actus possessorios, tanquàm dominus & possessor. vt probat text. no. in d. l. Titia. in prin. ibi omnia pro domina egit. & ibi not. Bart. & in l. quidam in suo. in fin. suprà de condi. insti.

Et ideo sufficit ad probandam possessionem, quòd quis probet voluisse fundum: vel similes actus fecisse: quamuis non constat de perceptione fructuum. glo. est no. in l. iij. in verbo finiatur. & ibi not. Bal. Sali. & Pau. de Cast. C. fi. reg.

Pro qua conclusione adduco bonum text. in l. arboribus. §. nam & si. suprà de vsufru. vbi not. Bald. quòd arando retinetur possessio: licet quis fructum non percipiat. Et ibi mouet Bald. ad propositum quotidianam quæstionem. quid si vnus probat se arasse: alius se fructum reportasse. quis dicatur melius probare de possessione? & determinat, quòd cùm vterque actus sit sufficiens ad possidendum: vt not. in d. l. iij. ille dicitur melius probare, qui probat de antiquiori facto. Et sic ille debet vincere in interdicto retinendæ: quia posterior possessio præsumitur

sumitur clãdestina. vt not. Bar. in l. si duo. in prin. in vlt. col. infrà vti pos. & est tex. in c. licet causam. & ibi not. Canoni. de proba.

Quid si vnus testis dicit, quòd vidit possideri in capite agri. Alius in pede. Vtrum sit probata possessio. Bal. in c. si diligenti. col. ij. circa fi. de præscri. mouet. qu. & determinat quòd sic: per tex. in l. iij. §. j. suprà de acquiren. posses. & quia ratione incertitudinis: qui possidet partem, videtur possidere totum. l. vxori suæ: vbi glo. singu. secundum Bal. suprà de leg. iij.

Limita istam cõclusionem procedere: nisi probaretur quòd alius possederit reliquas partes. per text. in l. quod meo. §. fin. cùm ibi notatis per doct. suprà. de acqui. pos.

Sed quid si ex re nullus percipitur fructus vt in pratis sterilibus: qualiter probabitur possessio? Ang. hic circa fi. commen. quem sequitur Roma. dicit, quòd tunc sufficit probare quòd ipse vel eius familiares & coloni pro eo ipsis vtebantur: & in illis pratis ad libitum voluntatis insistebant: & ad illa ibant: & redibant.

3 † Nunquid autem probando simplicem deambulationem per fundum: censeatur probata possessio? vide per Bald. in d. l. indicia. col. fin. versi. item per modum. C. de rei vendi. vbi dicit quòd possessio probatur per modum: puta per ire & agere. Allegat l. stipulatio ista. §. hæc quoque. infrà. de verb. oblig.

Et dicit idem Bald. in l. post sententiam. col. pe. versic. modo quæro. C. de sen. quòd possessio probatur vsu. Licet Iac. Butr. in l. incerti. C. de inter. dicat quòd ire & agere non probat possessionem: sed perceptio fructuum: alio non possidente: & refert hic. d. Clau. col. ix. circa fi.

Et bene concludo quòd possessio probatur per quemlibet actum ad hoc aptum: etiam citra perceptionem fructuum: quando alius non possidet. Vel cõcurrit voluntas possessoris, & precedit causa habilis possidendi. quo casu possessio acquiritur per solùm ingressum: imò & per aspectum, dummodo quis habeat animum possidẽdi. l. j. §. si iusserim. & l. quòd meo. §. si venditorem. & l. iij. in prin. cùm ibi notatis. suprà. de acqui. posses. Alias nec per deambulationem nec per ingressum, vel alios actus similes alio possidente quæritur possessio. vt plenè notant doct. in prædictis locis.

4 † Et not. quòd probata detentatione censetur probata possessio alio non electo. gl. est not. in c. pontifices. vij. q. j. Et not. Alex. & docto. in l. stipulatio ista. § hæc quoq;. infrà. de ver. obl. & idẽ Alex. consi. lj. viso & discusso processu. vlt. col. j. volu. vbi

etiam tangit: vtrum quando simpliciter fit mentio de possessione in dubio intelligatur de naturali vel de ciuili. & Felin.in c.causam quæ.colum.pe.de præscrip.

Et dicit Bal. in l.j.col.fi.C.de ser.fugi.quòd ex detentatione & fructuum perceptione præsumitur possessio ciuilis.

5 †Secunda conclusio colligitur ex dictis Bar.quòd probando extremitates scilicet traditionem & initium decennij:& quòd in fine possideo:videor continuè possedisse:& sic censetur probata possessio continua.arg.text.not.in l.penult.C.de appo.pu. libr.x.

Et vltrà Bart.ita voluit per illum text.gl.not. in c.volumus. xvj. quæstio. iiij. dicens, quòd probatis extremis possessionis: media præsumuntur. quàm gloss. ad hoc allegat Angel. in d.l. penul.circa fi.commen.& Alexan.hic in apost.ad Bart.colum. penul.in apost.posita super verbo.alio modo.Et ante eos Ioan. Fab.qui idem dicit:quòd Bar.hic instit.de vsucap.in prin.col.j. circa fi.& sequen.

Istam conclusionem sequitur Bal. in d.l.indicia. col.fi.versi. quintò quæritur. C.de rei vendi.dicens, quòd probatis extremitatibus,probatur possessio medij temporis: vt not.Cyn.in l. super longi.C.de præscrip.longi tempo.Et idem Bal.in l.fi.col. vij.in xv.oppo.C.de edic. diui Adri.tol. vbi allegat glos.in d.c. volumus.Hanc doctrinã Bart.sequitur etiam & multum commendat Matthesi. in suis notabilibus.folio v. col.ij.in notabili incipien. nota mirabilem doctrinam. Referens dicta Bart. & doct. Præposi. per illam gloss.in §.si quis.per xxx. in principio commen.in titu.si de feu.fue.contro. & in c.per tuas.colũ.ij.de condi.appo. Alexand.consil.xxxix. visis scripturis.ij.colum.ij. volu.& hic in apost.super verbo alio modo.col.penul.qui allegat plures concor.Barba.cõsil.xxxvij.scribitur sapienter.col.x. versic.præterea dico rationem. & consi.xxxv.sapienter scribitur.col.iij.circa fi.ij. vol.faciens regulam per illam glos.quam dicit valde elegantem. quòd positis & probatis extremis: videntur posita & probata media. & adducit plura maximè Panorm.in c.accedentes.de priuile.

6 † Tertia conclusio colligitur ex verbis Bartol.quòd non est necessarium probare de principio & fine: & sic de extremis: sed sufficit probare principium possessionis:& quòd sit lapsum tempus requisitum ad præscriptionem: quia ex possessione de præterito præsumitur possessio in præsens continuata. Nam qui semel possedit cùm de suo commodo tractatur:si se asserit possidere

possidere semper præsumitur possedisse & possidere, nisi contrarium probetur: secundum Bart. per l. siue possidetis. cum ibi notatis. C. de proba. & not. Cy. relatus per Bar. in l. super longi. C. de præscrip. longi tempo. idem voluit Io. Fabr. inci. de vsuc. in prin. ad fi. j. col.

Istam conclusionem & dicta Bar. sequitur Matthesil. vbi suprà. & latè Panor. post alios cano. in c. cùm ad sedem. col. v. de restitu. spolia. & Bald. in d. l. indicia: circa fin. C. de rei vend. vbi dicit quòd possessio continuata præsumitur ad commodum possessoris. & plenè notant Bald. & Sali. in l. non. ignorabit. C. ad exhiben.

Eandem conclusionem firmat Alexã. consil. xlvij. circa primùm. col. iiij. circa fi. & sequen. j. vol. vbi declarat intellectum regulæ. quòd ex præterito præsumitur in præsens. quòd est repetitum consi. cij. ij. vol. & consil. cxxxiij. viso processu. ij. col. j. volu. & consi. lxxix. examinato processu. circa prin. ij. volu. vbi plures allegat concordantes.

Amplia notabiliter istam cõclusionem: vt procedat nedum in ipso possessore: sed etiam in successore vniuersali vel singulari. Quia potest successor vniuersalis vel singularis allegare fuisse continuatam possessionem defuncti, vel autoris sui à quo causam habet: quem constat semel possedisse vsque ad mortem, vel vsque ad titulum habitum ab eo & traditionem sibi factã. ita tenet pulchrè Bar. in l. Pomponius. § fi. suprà tit. j. vbi dicit, quòd si probatur possessio autoris viij. an. & mea ij. vel iij. an. nec dicitur aliquid an sit continuata vel non, præsumitur in dubio continuata. Et sic vult Bar. quòd quando probatur de possessione autoris & successoris præsumitur continuata[b] possessio de vno in alium. & est singulare verbum secundum Areti. ibi: qui circa hoc dictũ latè insistit circa medi. commen. ver. & aduerte. & videtur tenere cõtra Bar. licet eius opi. sit communis: vt ibi attestatur do. Clau. Aquen. qui respondet motiuis Aret. Adde vltra Aret. & Modern. vbi suprà quòd conclusionẽ Bart. in d. l. Pomponius. §. fi. apertius firmat Panor. in d. c. cùm ad sedem. col. v. vers. ex his infertur. de resti. spo. vbi concludit: quòd si non viuit ille, qui possidet: pręsumitur vsque ad diem mortis possedisse, siue hæredes hoc asserant: siue negent: quòd est plus: quia ipsi non possunt declarare animum defuncti: vt notatur in l. Põponius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei ven. & per Bart. in l. inter stipulantẽ. §. j. infrà de ver. obli. Asserant enim hoc casu secundũ Pan. præsumptiones ſ. positę.

Quia mutatio voluntatis tanquàm accidens non præsumitur nec iactatio rerum suarum. Et allegat Panor. ita velle dominos de Rota sua decis. cxx. alias. cxxix. vbi dicunt, quòd si probetur aliquem possedisse beneficiū in vita sua: quod præsumitur vsq; ad mortem possedisse : quia mortuus non negat: & per alia: de quibus ibi per eum.

Quod dictum limita procedere : nisi constaret alium possedisse rem, seu occupasse possessionem medio tempore: quia tūc non præsumeretur continuata possessio vsque ad mortem defuncti, vel ad tempus tituli & traditionis: nisi probetur de posteriori possessione. Ita procedat dictum Barto. in l. fina. col. vlt. versic. si vero probat titulum. C de edic. diui. Adria. tol. quod in contrarium allegat Aretin. in d. l. Pomponius. §. fina. Et declarat do. Clau. ibi licet Bart. hoc non dicat apertè in d. l. fina. sed simpliciter quòd vbi dubitatur an defunctus possideret tempore mortis: non debet fieri missio ex beneficio illius l. fina. quia hæres non probat id quod est causa suæ intētionis: scilicet defunctum possedisse tempore mortis.

Sed hanc limitationem confirmo ex notatis per Dy. in c. sine possessione. col. ij. ver. sed dicas. de reg. iur. in vj. vbi expressè dicit, quòd si per alium possessio apprehenderetur: impediretur continuatio possessionis defuncti in hæredē licet præfati doct. non referant.

7 c † Primò limita prædictam conclusionem, quæ habet quòd possessio de præterito præsumitur vsque in præsens cōtinuata: vt probat quādo ille qui probat se olim possedisse puta decem annis elapsis est in possessione de præsenti. Nam tunc præsumitur continuata possessio. Secus si non possidet nunc : quia tunc ad probandum possessionem continuatam certi & limitati temporis necesse est, quòd probentur extrema hoc est initium & finis illius temporis. Ita pulchrè limitat & declarat Matthesi. in suis notabilib. fol. 5. col. ij. in notabili incip. no. mirabilē doctrinam præallegato. Refert & sequitur Alex. hic in apost. ad Bart. in apost. super verbo. alio modo. colum. penulti. Et satis colligitur ex mente Barto. hic.

Secundò limita vt procedat prædicta conclusio quæ habet quod possessio præsumitur cōtinuata ad commodum illius qui semel possedit: si ipse sic asserat: scilicet vsque ad decem annos & non vltra. Quia ciuilis possessio quæ retinetur animo, & quę sola sufficeret ad præscriptionem præsumitur durare vsque ad decem annos, & non vltra: nisi appareat de naturali possessione

rei.

rei. Ita expreſsè limitat & declarat Matthe. in loco prę allegato. & ſequitur hic Alex. in apoſt.

Hanc limitationem quòd poſſeſſio non præſumatur continuata niſi vſque ad decem annos, & non vltra: quia per decem annos inducitur negligentia & obliuio: ex qua præſumitur amiſſa ciuilis. vt eſt glo. ordi. in l. j. C. de ſer. fug. & notant Bart. & docto. in l. peregre. in princip. ſuprà titu. primo. firmat per plura do. Fran. Cur. conſi. xxiiij. ſuper eo quod quæritur. col. j. circa fi. & ſeq. vbi ad hoc allegat Bald. in pluribus locis. Sed nõ allegat Mattheſi. vbi ſuprà.

Et vltra ibi adducta eandem limitationem firmat Aret. in l. Pomponius. §. fin. circa med. commen. verſ. tu autem. ſuprà tit. j.

Ex quo infertur quòd prædicta concluſio quæ habet, quòd poſſeſſio præſumitur continuata in eo, qui ſemel poſſedit: locũ non habet: niſi vbi quis ſe fundat in præſcriptione longi temporis. Quia bene præſumitur continuata vſque ad decem annos: & non vltra. Secus vbi quis ſe fundaret in præſcriptione longiſſimi temporis triginta vel quadraginta annorum. Quia tunc oportet probari de poſſeſſione primorum decem: viginti: triginta & quadraginta annorum. Ita declarat Mattheſi. in præallegato notabili: & ſequitur Alex. hic in apo. ad Barto. col. pen.

8 Tertiò limita prædictam cõcluſionem vt procedat in rebus immobilibus. Secus vero in rebus mobilibus, † quia in illis nõ præſumitur poſſeſſionis continuatio ſecundum Specu. in titu. de emptio. & vend. §. j. verſi. ſed quid ſi ago. Sequitur Are. conſi. cxix. procedendo. licet contrarium teneat Panor. poſt Butr. in c. cum ad ſedem. col. vj. de reſtitut. ſpoliato. quos hic refert do. Claud. col. ix. qui ſequitur opin. Specu. motus. Quia perſeuerantia poſſeſſionis inſurgit ex continuatione animi, quæ præſumitur poſtquàm quis ſemel cœpit poſſidere: vt notatur in d. l. ſiue poſſidetis. & in l. j. in prin. & in d. l. ſi de eo. §. fin. & in l. ſi id quod. in fi. ſuprà titu. primo. Quæ ratio ceſſat in rebus mobilibus: in quibus non retinetur ciuilis poſſeſſio animo: ſed quatenus ſunt in conſpectu: vel ſub cuſtodia noſtra. Quia rerum mobilium vilis & abiecta eſt poſſeſſio: vt habetur in l. iij. §. Neracius. & §. Nerua filius. & in l. rem quæ nobis. & in l. ſi rem mobilem. ſuprà titulo primo.

Tamen pro cõcordia. dicit domi. Clau. poſſe diſtingui, quòd ſi probantur extrema poſſeſſionis præſumuntur media etiam in re mobili: per regulam ſuprà traditam quæ eſt generalis: & non videtur habere dubium. Sed ſi probatur principium tantũ

possidendi:procedat opi.Specu.

Quartò limita prædictam conclusionem vt procedat, dummodo ille qui olim possedit: alleget se continuò possedisse: & possessionem continuasse, vel possidere de præsenti. Nam ita demum præsumitur continuatio possessionis ad eius commodum, si ipse hoc alleget, vt colligitur ex verbis Bart.hic.col.pe. dum dicit, quòd semel possedit cum de suo commodo tractatur, si se asserit possidere, semper pręsumitur posſidere:nisi probetur contrarium &c.

Et idem voluit Barto.in l.siue posſidetis.versi.quæro quid in possesſione.C.de proba.& ita declarat Areti.in d.l.Pomponius. §.fina.circa med.commen.suprà tit.primo.

Et est ratio in promptu:quia ex quo ista est pręsumptio iuris de necesſitate debet allegari.l.si adulterium cum incestu.§.idē Pollioni.infrà de adul.& latè dixi suprà in iij.parte huius repe.

Quintò limita prædictam conclusionem, quòd præsumitur continuatio possesſionis in eo, qui semel possedit vt procedat quo ad commodum possessoris, ita asserentis:sed non ad eius incommodum, si alius hoc asserat, & ipse neget:quia tunc licet probetur, quòd olim possedit, nō præsumitur hodie posſidere, vel possesſionem fuisse continuatam ad incommodum suum.

Ista limitatio elicitur ex verbis Bart.hic relatis in præcedēti limitatione.Et ita concludunt glos.& docto.in d.l.siue possidetis.vbi Barto.post glo.versi.quæro quid in possesſione tradit doctrinam cum duabus fallen.& ibi notant Bal.col.j.in vlt.oppo. & Salic.col.ij.Et plenè notant Pan.& Cano.in d.c.cum ad sedē. col.v.de restit.spolia.Et hanc materiam latè ponit Bald.in l.nō ignorabit.per illum text.C.ad exhib.Not.Aret.præalleg. consi. cxix.Dic vt in his locis plenè habetur.

Et ex præmisſis remanet plenè declarata ista quotidiana materia: an possesſio de præterito præsumatur continuata in præsens?

Secundò principaliter circa istam quartam & vltimam partem huius repe.† quærit Barto.Qualiter debet formari articu-
9 lus:& testis deponere ad probandum præscriptionem?

Ista q.fuit necessaria.Quia si probo me ius habere in re:nunquàm præsumitur præscriptum nisi probetur.glo.est in l.si tibi. quam no.Bal.C.de seruit.& aqua.Et alleganti præscriptionem incumbit onus probandi, cum sit fundamentū suæ intentionis. iuxta doctrinam Bar.communiter approbatam in l.in illa.infrà de verb.obli.& in l.circa fi.infrà de except.Et oportet, quòd allegans

allegans præscriptionem probet omnia extrema requisita ad eam inducendam. vt notant Gemi.& do.Phil.Franc.in c.j.per illum text.de præscript. in vj. Quare operepretium est videre qualiter probetur præscriptio,& possessio cõtinua in rebus corporalibus.Et sic quomodo debent deponere testes in ista materia vt probent?Et Bart.tradit hic singularem & auream doctrinam ad quam in practica quotidie habetur recursus: & milies allegatur in anno:& est cõmuniter approbata per omnes Scrib. hic:& eam docto.vbique sequuntur maximè Bald.in l.indicia. circa fin.C.de rei vendi.& in l.fina.colum.vij.in xv.oppo.C.de edic.di.Adri.tol.vbi latius tradit qualiter probetur præscriptio, & continua possessio : & quid sit deducendum ad eam probandam.Et Alex.in plerisque consiliis infrà notatis.

Vnde ex his verbis Bartol.colligo infrascriptas peculiares conclusiones.

10 † Prima conclusio est, quòd si in articulo dicatur,quòd talis possedit à decem annis citra,& testis deponit contenta in articulo forè vera:vel per talia verba,non est probata possessio longi temporis:nec per consequens præscriptio. Quia potuit vna die possidere , & verificata est illa propositio secundum Hosti. quem Barto.refert.Et sic talis articulus & probatio nõ releuat: quia non concludit.c.in præsentia.cum ibi not.de probat.

Pro qua conclusione adducit Barto.hic bonum text.in l.j.§. quod autem.infrà de aqua.quoti.& æstiua.

Eandem conclusionem firmat ipse in l.si post acceptum.suprà de rei vendi.post Hostien.Ioan.And.& Cano.in c.licet causam.per illum text.vbi not.Feli.col.v.de proba.& sequitur Bal. in d.l.indicia.circa finem.C.de rei vendi.& in l.falsus.col.iij.C. de fur.vbi plenè tradit quid importet ista dictio,citra:cum concor.de quibus hic per Alexand.in apo.ad Barto.colum.vlti.super verbo.sed circa.& per Ias.post Bald.in l.transigere.col.fina. circa finem.C.de transactio.

Istam conclusionem firmat Alex.sequens doctrinam Barto. hic consi.cx.visis acutissimis.circa fin.j.vol.& consi.xlv.visis attestationibus.colum ij.& consil.cviij.in causa & lite.colum.ij. circa fin.versicu.secundus testis.& consi.cxviij.in causa & lite vertente.colum.fina.post princip.versicu.& similiter.ij.volu.& consi.xcvij.consideratis his.circa fin.v.volu.

Limitat Barto.hanc suam conclusionem vt procedat:nisi testis adiiciat aliquod verbum importantis temporis continuationem. Vt si dicat , quòd vidit possidere à decem annis citra

ſemper vel continuo &c. & dicetur in ſequentibus concluſionibus.

Et hanc doctrinam Bartol.& omnia eius dicta hîc & in ſequentibus refert & ſequitur Practi.Papien.in forma reſponſionis rei conuen.in verbo præſcriptionis.colum.v.verſi.quid autem ſi teſtis.vbi poſt Barto.hic tradit modum articulandi in iſta materia.Et Ange.Aret.inſtit.hoc eod.tit.in princip.colum. antepe.circa fi.& ſeq.

Secunda habetur concluſio ex dictis Bart.quòd ſi teſtis de-
d ponat quòd titius poſſedit [d] decem annis & citra reſultat concludens probatio continuæ poſſeſſionis,quia copula. Et multū operatur. Et ſenſus eſt.quòd initium poſſeſſionis fuit iam ſunt decem anni, & quòd poſtea hucúſque poſſedit vt probatur in c.veniens.de præſcri.& in c.licet cauſam.circa med.de proba. & ibi not.Hoſt.& Ioan.And.in nouel.ſuper verbo.& citra quos hic refert Bartol.

Iſtam concluſionem ſequitur Bald.in d.l.circa fin.& Practi. papien.vbi ſuprà.& Alex.in conſi.adductis in præcedēti cōclu.

Et eam ſequuntur domini de Rota ſua deci.xxxix.incip.itē ſi poſſeſſor.in nouis.vbi in ſpecie referunt dicta Bart.hic.& Io. And.in c.licet cauſam.per quæ determinant quòd ſi in actis dicitur.Titius appellauit à grauamine ſibi illato à decem diebus citra nō intelligitur appellaſſe infrà decennium:ſed poſt,& ſic nulliter.Secus ſi diceretur.A decē diebus,& citra : quia per copulam. Et denotatur continuatio temporis & dierum. Refert Feli.in c.quod ad conſultationem.colum.antepen.verſic.tertia concluſio.de re iudi.Et vltra eum hanc concluſionem ſequitur Lanfrancus de Oriano in repe.c.quoniam contra.col xxiiij.circa med.verſi.ſuper iſta continuatione.de proba.Idem Fel.in d. c.licet cauſam.colum.v.Iaſ.in l.tranſigere.col.fin.C.de tranſac. & in l.certum.col.j.C.vnde leg.

Et hæc concluſio ſingulariter notanda eſt, quia quotidiana in actu practico.

11 Tertia concluſio eſt † quòd ſi teſtis dicat, quòd Titius poſſedit iſtis decem annis proximis,nō concludit.Nam iſta propoſitio ſecundū Bar.verificatur etiā ſi vna die dicti tēporis poſſederit per text.in d.l.j.§.quod autem.infrà de aqua quoti.& æſti.

Vt igitur articulus & per conſequens dictū teſtis bene concludat ſic debet articulari ſecundum Bart.quòd talis poſſedit à decem annis citra, & per ipſum tēpus. Vel quòd poſſedit per tempus decem annorum proximè præteritorum. Hæc enim dictio,

ctio, Per: secundum Bart. perfectionem & continuationem totius tẽporis significat. l. vrbana familia. §. pernoctare. infrà de verb. signi. Istam not. conclusionem sequitur Bal. in d. l. iudicia. circa fi. C. de rei vendi. Prac. Papi. & do. Lanfran. vbi suprà. Ang. Aret. instit. hoc eo. tit. in princ. col. antepe. circa fin. & seq. Et do. Claud. istos non allegans hic addit Bart. in l. quinquaginta. suprà de excus. tuto. & in l. illud. suprà de offic. præsi. vbi tantum dicit quòd dictio per denotat perfectionem,

Addo melius eundem Bart. in l. si post acceptum. in princip. suprà de rei vendit. vbi tradit eandem practicam & doctrinam articulandi quam hic & in l. Labeo. col. penult. suprà de sup. legat. vbi in alia materia ponit similem modum articulandi.

Subdit Bar. quòd si testis deponat, quòd Titius possedit iam sunt x. anni, tale dictum concludit saltẽ præsumptiuè de possessione continua: sed non de necessitate: quia ipso allegante: præsumitur continuata possessio ciuilis: vt suprà dictum est. Et sequitur Bald. in d. l. fin. col. vij. in xv. oppo. C. de edict. di. Adria. tollend. licet contrarium quo ad hoc tenuerit ipse Bald. in d. l. iudicia. circa fi. & non bene vt hic dicit. do. Claud. Plus dicunt Bal. & Ange. suprà in prœ. digesto. in princip. quòd hoc casu dictum testis probat nedum præsumptiuè: vt dicit Bartol. sed de necessitate concludit: prout refert Alex. hic in apost. ad Bartol. super verbo. sed circa. in fin.

12 † Quarta habetur conclusio valde notabilis ex dictis Bart. quòd ad hoc vt resultet sufficiens & concludens probatio in ista materia: oportet quòd reus, qui inducit præscriptionẽ formet articulum & probet, quòd iste possedit per x. annos proximè lapsos finitos, in tali mense vel die: ita quòd includatur tẽpus decursum ante litis contestationem, vel ante litem motam. Nam si aliter formaretur articulus, & testis post litẽ contestatam simpliciter deponeret, quòd talis possedit per decem annos proximè lapsos, intelligeretur à die redditi testimonij. Et sic includeretur tempus, quod fluxit post litem contestatam. Nec esset sufficienter probata præscriptio longi temporis: quia diceretur interrupta per litis contestationem: debet ergo articulari & probari de tempore completo ante litem motam.

Eandem cõclusionem firmant Bart. & scriben. in l. si post acceptum. per illũ tex. suprà de rei vendi. in l. more. C. de rei vendi. & in l. nec bona. C. de præscrip. long. temp. Bal. & Ang. in l. super long. in fi. com. C. illo. eo. tit. & Bal. in d. l. fi. in xv. oppo. C. de edic.

edic.di. Adria.tol.vbi dicit quòd testes deponentes super præscriptione debent asserere tempus esse completum. Et est tex. licet ipse nō alleget:in l.vsucapionibus.suprà eo.cum concor. ibi signatis.& tex.in §.si quis per triginta.& ibi:not.do. Præpo. in ti.si de feu.fue.contro.vbi habetur quòd ad præscriptionem requiritur tempus completum.

Et hæc dicta Barto.refert & sequitur Prašti.Papi.in loco sæpius allegato.Aret.instit.hoc eo.ti.in princ.col.pen.Alex.consi. cviij.in causa & lite vertente.col.ij.circa princ.ij.volu.do.Petr. Philip.Cor.consil.cxlvij.viso processu agitato.pen.col.ij.volu. & do.Lanfran.in repet.c.quoniam contra.in verb.testium.col. xxiiij.de probat.

13 † Subdit Bal.in d.l.fi.in xv.oppo.quòd si testis deponat cum aliqua dictione diminutiua:vtputa, Ferè:vel, quasi nō concludit.Vt si dicat quòd Titius possedit, quasi, vel ferè decem annis.Idem est secundum do.Claud.hic col.pen.Si testis deponat per dictionē Circa.vt q; Titius possedit x.an.proximè præteritos ante litem inchoatā:quanquàm dictio,Circa,importet modicum tēpus.vt est casus in c.fi.& ibi no.omnes de desp.imp.& not.in authen.de mona.in princ.Not.Panor.in c.ex parte.col.j. de restit.spo.& plenius Alexan.in l.& si post tres.col.ij.suprà si quis cau.vbi etiam ponit quid si testis deponit per dictionem, Prope.& consil.cxx.omissis argumentis.circa med.ij.vol.Aret. in l.qui Romæ.§.duo fratres.col.vij.infrà de verb.oblig.

Quæ loca refert hic do.Claud.col.penul. Et vltra eum addo quòd istam conclusionem, quòd testis deponēs per dictionem Circa: non probet præscriptionem in terminis firmat do.Lanfran.in repet.d.c.quoniam contra.col.xxiiij.circa med.

Et ex hoc infert do.Claud.hic: quòd si testes deponerent de longe maiori tempore quàm requiratur ad præscriptionem:licet adiiciant aliquā ex prædictis dictionibus: nihilominus cōcludēt : quia detracto modico tempore adhuc remanebit probata intentio articulantis:per notata in locis præallegat.& per Bart.in l.de ætate.col.v.& vj.suprà de minori.Et intelligit ipse, quòd testis deponat de tanto tempore , quod excedat tempus requisitum ad præscriptionem in sexta parte.vt his latius per eum.col pen.qui tamen non adducit autoritatem in terminis.

Vnde verius puto , quòd relinquatur arbitrio iudicis vt habetur in locis præallegatis.

Sed in contrarium facit quod consuluit Alexā.consil.cxlix. viso processu causæ vertentis.vlti.col.v.volumi.vbi concludit, quòd

quòd quando testis deponit de tempore per dictionem Circa: nunquàm dicitur concludenter probare, vt probat secundum cum tex.not.in d.c.fi.de despon.impu.quem ibi notat But.in fi.

Sed potest responderi quòd Butr.& Alexand.non loquuntur quando testis deponeret de magno excessu temporis.

14 † Quinta habetur conclusio ex dictis Bartol.hic in vlti.col. quòd si testis dicat, quòd Titius possedit per decem annos & vltra: quòd illa adiectio nihil operatur in teste: cum sit incerta. Ideo non importat tempus litis motæ. Reprobata opin.Goffre. & Hostiens.tenentium oppositum: vt hic per Bartol.per l.cum furti.suprà de in lit.iuran.

Et propterea Bart.admonet aduocatum, quòd sit cautus aduocatus in formando articulum.

Eandem conclusionem firmat Bart.in d.l.cũ furti.cum concor.ibi adduc.per do.Alex.& in d.l.& si post tres.col.ij.& iij.suprà si quis cau.vbi latè examinat:& tandem post relatas varias opi.concludit opi.Bart.esse veram.

Et ante Bart.fuit opi.Guliel.de Cu.& Iac.de Aret.licet ipse non dicat: quos refert & sequitur Bald.in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.col.ij.suprà ex qui.caus.maio.

Et istam partem dicit communem Panor.in c.literæ.vbi bonus tex.de ista dictione,& vltra.& ibi not. Bal.col.j.& ij.de dilat.idem Panor.in c.cum causa quæ inter iconomum.de testi. vbi Bal.illum text.ad hoc notat dicens, esse ibi magis expressum, quàm alibi in iure:& ibi etiã not. Aret.col.j.Ias.in l.transigere.circa fi.com.C.de transact. Et opi.Bar.esse veram & communem attestatur Ias.in d.l.& si post tres.col.ij.circa fi.plenissimè examinans istum articulum in iij.& iiij.col.& pro communi opi.adducit not.regulam,quam tradit Bal.in l.ad probationẽ.la ij.C.de probat.quòd probatio nunquàm concludit per possibile:sed debet concludere per necesse,& per probabile.

Istam conclusionem:quòd istę adiectiones, Vltra, Plus & similes nihil importent in teste: firmat Alexã.consil.viij.videtur fortasse circa fi.iiij.vol.Et Bart.hic sequitur.do. Lanfran.in repet.c.quoniam contra.col.xxiiij.circa med.de probat.

Posset tamen opi.Goffr.& Ioan.And.communiter damnata saluari vno casu secundũ do.Claud.hic.vlt.col.videlicet, quãdo lis durasset modico tempore: puta tribus aut quatuor diebus: vel aliàs arbitrio iudicis: quia tũc istæ adiectiones Plus & Vltra, prolatæ à teste possent illud modicum tempus importare, per ea quæ dicta sunt in præcedenti cõclusione. Et quia sufficit

ficit dictum testis concludere præsumptiuè: vt per plura concludit Alex.in l.non hoc.C.vnde cogna.& in l.j.col.vlti.suprà si cert.pet.& consil.xc.aliàs.xcij.viso processu causæ.ij.& iij.col. iij.volu.& Roma.consil.xcj.visis ac percunctatis actis.col.ij.

Sed hæc saluatio moder.est contra mentē Bart.hic, qui dicit quòd licet ista dictio Vltra:referatur ad modicum tempus. ad l.hæc adiectio. Tamen cum sit incerta in teste:nihil operatur:quia reddit probationem dubiam.Et probatio debet de necessitate concludere.c.in præsentia.de proba.Vult ergo Bartol. quòd non concludat nec verè nec præsumptiuè, etiam respectu modici temporis propter incertitudinem. Et ita declarat Alex.post Bart.in d.l.cum furti.circa fi.

Addo vltra moder.quòd ista eorū.opi.fuit originaliter opin. gl.in terminis.in l.ab hostibus.§.sed quòd simpliciter.suprà ex quib.cau.ma.de qua ipsi non meminerunt:quæ dicit, ꝙ si testis deponat de aliquo tempore cū ista adiectione Plus: quod probat de modico tempore plus.Sed eā reprobant Guliel.de Cu.& Iac.de Are.quos ibi refert & sequitur Bal.col.ij.dicentes, quòd testis habet deponere sup certo.Ideo ista adiectio pluris, nihil operatur in teste.Refert etiā Bal.ibi opi. Cy.dicentis,quòd ista adiectio aliquid operatur ad arbitrium iudicis.argu.l.cū filius. §.pater.suprà de leg.ij.& quòd dictum testis debet interpretari in benigniorem partem:quando est dubiū. Et distinguebat Cy. an testis loquatur alternatiuè vel copulatiuè: vt latius refert Bal.vbi.suprà qui tādem firmat opi. Guliel.Iac.& Bar.hic:licet de Bar.mentionem non faciat:contra gl.& Cy.quòd ista adiectio nihil operetur etiam in modico.Et adducit aliā rationem: quia vbi est certum tempus probādum: debet deponi clare super tempore:licet sit secus: vbi certum tempus non est de substantia probationis.Gl.not.in l.ob carmen.§.fi.suprà de testi.& latius dicetur in seq.conclusione post Bart.

Et sic apparet hanc saluationē moder.non procedere,& non viderunt Bal.in d.§.sed quod simpliciter reprobantē in specie istam opi.quæ fuit gl.licet ipsi nō dicant. Et ista est communis opi.vt attestatur Ias.in d.l.& si post tres.col.iij.circa fi.

15 † Et sic stat cōclusio, ꝙ dictio Plus vel Vltra prolata à teste, nihil operatur. Sed hæc conclusio patitur plures limitationes.

Primò limita istam conclusionem,vt procedat, quādo agitur de probanda præscriptione.Secus est in interdicto retinendæ:quia vbi testes essent hincinde pares, & vterque probasset æqualiter de possessione paris temporis. Si testes vnius partis depo

deponant cum dictione Plus vel Vltra dicuntur melius probare. Et sic ille debet obtinere tanquàm probans de longiori & antiquiori possessione.c.licet causam.cum ibi nota.de probat. & plenè not.Bart.in l.si duo.in princ.col.vlti.infrà vti possi. Ita decidit pulchrè Bald.in d.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter. col.ij.ibi.sed in vno casu operatur,&c.suprà ex quib.cau.maio. vbi dicit, ꝙ licet regulariter ista adiectio Plus vel vltra nihil operetur in teste, Tamen vno casu operatur, scilicet, quando momentum temporis faceret præualere probationẽ.vt in quęstione de puncto.in l.Arethusa.suprà de sta.ho.& in interdicto vti possidetis, vt præualeat antiquior possessor.vt in d.ca.licet causam.Quòd dictũ refert & sequitur Arc.in c.cum causa quæ inter iconomũ.col.j.de testi.Idẽ firmat Bal.in d.l.& si post tres. in lec.& in repe.& ibi refert Ias.col.iij.vel iiij.vltra med.& Fel. in c.pastoralis.col.iij.in princip.de rescrip.

Secundò limita vt nõ procedat in casu l.ij.C.de rescin.vẽdi. Quando quis vellet rescindere venditionẽ tanquàm læsus vltra dimidiam iusti prætij.Quia si res valebat mille,& fuit vendita pro quingentis:& testes deponant, quòd valebat mille & vltra vel plus tempore vẽditionis: erit probatus excessus vltra dimidiã:adeo quòd erit locus remedio.d.l.ij.ita not.tenet Sali. in d.l.ij.col.pen.& sequitur Alex.in d.l.& si post tres.col.ij & latius Ias.col.iij.& iiij.qui opi.Sali.cõprobat per plura reprobata opi.Bal.& Imol.tenentium oppositum:& Feli.in d.c.pastoralis. col.iij.in princ.de rescrip.Et opi. Sali.videtur cõmunis & vera: quàmuis Alexã.sibi contrarius illam impugnet consil.cix.viso processu causæ vertentis.col.pen.in ij.dub.princ.j.volu.

16 † Tertiò limita quòd licet testis quãdo deponit per dictionem Plus vel Vltra: non probet,poterit tamen repeti per iudicem:vt dictum suum declaret ex quo obscure deposuit per regulam.§.illud.in authẽ.de testi.& c.cum clamor.de testi.cũ ibi notatis.ita not.limitat Rom.in d.l.& si post tres.col.ij.ad fi.Refert & sequitur Ias.ibi.col.iiij.in iij.limit.Et ex his habetur notabilis limitatio seu declaratio ad cõclusionem Bar.& doc.hic communiter à doc.approbatam,quòd dictio,& Plus vel Vltra: probata à teste nihil importat:quia verum est:quãdo agitur de probando aliquid certum & limitatum. Secus quando sufficeret probare aliquid incertum & indeterminatum:vt colligitur ex duobus exemplis.suprà positis:videlicet,in interdicto retinendæ:& in remedio d.l.ij.ita limitat & declarat Iaso.in d.l.& si post tres.col.iij.versic.ex prædictis,&c.

Quartò

Quartò limita prædictam conclusioné: vt procedat in dicto testis & in dispositione hominis: & sic vbi ista verba proferūtur ab homine: secus si proferantur à lege: & declarat Ias. in d.l. & si post tres colum.iij. referens Bal. & assignans rationem diuersitatis.

17 †Quid autem si testis non deponat per aduerbium: Plus vel Vltra: sed per nomen, vt si dicat, quòd Titius possedit decem annis, & pluribus? Bald. in d.l. & si post tres. colū. xj. not. determinat quòd tunc valet depositio, & intelligitur probatum de duodecim annis. Quia illud plurale nomen, & Pluribus verificatur in duobus l. vbi numerus. suprà de testi. & c. pluralis. de reg. iur. in vj.

Quod dictum simpliciter refert & sequitur ibi Alex. col. ij. Sed Ias. impugnat. col. iiij. versi. ij. limita. & decidit oppositum motus per text. in l. cùm furti. suprà. de in lit. iuran. vbi dictio Pluris, nihil importat. Cui respondeo sustinēdo opi. Bal. & Alexand. quod non procedit argumentum de aduerbio ad nomen. Inter, quæ Bald. & Alex. in hoc articulo constituunt expressam differentiam: ideo ex separatis non infertur. Et ratio diuersitatis est: licet ipsi non dicant. Quia plurale nomen habet de per se perfectum & certum significatum: vt numero duorum contineatur. d.l. vbi numerus. & d.c. pluralis. Et in terminis adduco gloss. not. in §. & sæpe. in verbo filiorum. in authen. de tri. & semiss. quam ibi not. Ang. quæ dicit quòd dictio Pluribus: intelligitur, de duobus. Sed dictio Plurimis: intelligitur, de tribus. Aduerbium vero, Pluris vel Plus: non habet de per se proprium & certum significatum: nisi aliter certificetur: quia potest verificari in modico, vel minimo indeterminato. d.l. hæc adiectio. infrà, de verborum significatione. Et sic est dictio omnino ambigua.

18 † Sexta elicitur conclusio ex dictis Barto. quòd ille qui allegat præscriptionem ad fundandam eius intentionem debet articulare, quòd possedit per decem annos finitos tali tempore, vel inchoatos tali tempore: vt sic se ad certum tempus referat. Alias si testes simpliciter dicerent, quòd viderunt talem possidere per tempus decem annorum: & non constaret de quibus annis in specie deponant: non probarent. Potuit enim esse dicit Barto. quòd testes senserunt de decem annis: qui antè fuerunt per plures annos. Non de proximis, vel quod vnus testis sensit de aliquibus decē annis. Alius de aliis x. Et sic probatio dubia non releuaret. c. in præsentia. de proba.

Est

Est alia melior ratio, licet Bar.non dicat:sed eam bene sentit. Quia nisi testes deponant de eodem tempore certo & limitato:dicuntur singulares, & ex consequēti non probant.c.licet causam.de proba.notatur plenè in l.testiū.de testi.cùm cōcor.

Et pro ista conclusione Bar. adduco in terminis glo.no.in l. ob carmen.§.fi.suprà de testi.quæ expressè dicit,quòd vbi agitur de probando certo & limitato tempore, vt in præscriptione:testes singulares non probant. Secus si inducantur ad probandum aliquid non limitatum certo tempore: vt si volo probare in genere : ꝙ possedi ad alium effectū quàm præscriptionis:vt ibi declarat Bar.approbans illā gl. quàm dicit esse mirabilem.Et idē tenuit Spec.in tit. de teste.§.j.ver. itē de tempore.

Istam conclusionem Bar.sequitur Bal.in l.fi.in xv.oppo.col. vij.circa fi.C.de edic.di. Adria. tol.dicens, quod testes inducti ad probandam præscriptionē debent deponere de eodem tempore in specie:& non in genere. Vnde si dicunt Titium possedisse x.an.& non dicunt de quibus:non probant: quia sicut testes singulares non probant:ita nec ibi,qui ita possunt esse singulares:sicut contestes. Sicut est hic.quia nescimus:an voluerint deponere de eisdē annis: an de aliis.vt iiij.q.viij.c.nihilominus.Et hoc tenet Bar.ff.de vsuc.l.Celsus.Hęc sunt verba Bal.

Eandem doctrinam & practicam. Bar.hic & in præcedentibus circa modum articulandi & probandi possessionem continuatam.Sequuntur Bald.& Ang.in l.super longi.circa fi.con. versi.dixi quarto. C.de præscrip.lon.tem. vbi simpliciter se remittunt ad Bartol.hîc dicentes, quòd eius doctrina est vera,& quòd bene locutus est circa hoc.

Hanc doctrinam refert & sequitur practi.Papi.in forma responsio.rei conuen.in verbo.præscriptionis.colū.v.vel vj.Aret. insti.de vsuc.in prin.col.pe.& Bald.in l.indicia.circa fi.C.de rei ven.licet Cuma. & Roma. hic referant Bald.ibi tenere contra Bart. & male:vt infrà dicam.

Eandem sequitur Aret.in l.j.§.si stipulanti. circa fi.con.ĵ.de ver.ob.& Alex.consi.lj.viso & discusso processu. ad fi.& consi. lxxij.inspecto diligenter processu.circa fi.j.col.j.volu.vbi concludit, quòd testes non probāt possessionem temporis requisiti ad complendam præscriptionem:nisi sint contestes de eodem tempore initij possessionis, & idemtitate temporis continuatæ possessionis.& idem Alex.consi.xcviij.in causa & lite. col.fi.in princ.vbi refert totam doctrinā Bart.hic:& consi.ccij. super causa & lite.circa med.ij.vo.

Sed inquantum Bart. dicit, quòd potest esse ꝙ testes senserunt de aliis x. an. & non de proximis. & sic vult, ꝙ non sufficit dicere in articulo: quòd talis possedit per xx. an. nisi dicatur de quibus xx. an. quia testes possent sentire de aliis xx. & per consequens dicerentur singulares & non probarent: vt prædictum est. Cuma. & Roma. hic referunt Bal. tenere contra Bart. in d. l. indicia. in fi. commen. quòd non est verum: quia Bal. ibi refert & declarat verba Bar. hic prout. suprà. Et subdit, quòd istud dictum Bar. est mirum. Cùm in dubio videatur intelligi de proximis. arg. l. eum qui calendis. in princ. infrà, de verb. oblig. Sed non firmat pedem. Et per istud motiuum Bal. Cuma. hic in vltimis verbis tenet contra Bar. Rom. autē dicit opiniones posse concordari hoc modo. quia aut testis est interrogatus super articulis partis concernētibus certum tempus: & tunc procedat opi. Bal. & Cuma. quia testis deponens simpliciter de tempore intelligitur se referre ad tempus: de quo in articulo per l. si defensor. §. qui interrogatus. & ibi not. Bal. suprà de inter. act. Aut articulus simpliciter est compositus, & nō se refert ad tempus certum, & determinatū: & tunc procedit opi. Bar. per rationem suam. Nō ob. d. l. eum qui calendis. in prin. quia loquitur in responsione partis: non in responsione testis secundum Rom.

39 † Et pro ista distinctione in primo membro facit secundum d. Clau. hic. col. vlt. quia dictum testis in dubio debet referri ad articulum secundum Bal. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ſ. de iureiur. & Are. in l. serui elect. §. j. circa fi. ſ. de leg. j.

Et ad hoc addo Alex. consil. lxxxviij. quoniam omne datum optimum. col. pe. circa prin. v. volu. vbi dicit, quòd verba testis dubia referuntur ad capitulum, quòd est clarum & certum: & secundùm illud interpretantur & declarātur. vt not. Bar. & Bal. in l. si quis intentione ambigua. in vlt. q. suprà de iudi. per d. l. si defensor. §. qui interrogatus.

Sed in contrariū adduco decisionem Bart. in l. j. in prin. ſ. de allegato. dicētis, quòd debet esse cautus iudex, vt faciat ꝙ testis deponat de loco & tempore: de quibus in accusatione vel inquisitione: super qua examinatur. Aliàs si simpliciter deponat non videtur se referre ad ibi contenta.

Sed istud dictū Bar. reprobat ibi Ale. in apost. allegans Bald. & alios concludentes contrarium.

Facit etiam in argumentum secundùm d. Clau. hic circa fi. commen. quòd no. vult Bart. in l. Labeo. col. pe. ſ. de sup. leg. vbi dicit, quòd in redditione rationis testis tempus & locus repetita

tita intelliguntur. Et ibi sequitur Alex.in apost.adducens plura: & consi.c.super primo casu.col.iij.versi. & q; tempus.j.vol.
10 †Facit etiam, quia dicta testium sunt interpretanda: & non cauillanda. vt eleganter dicit Bal.in c.causamque de rescri.relatus per do.Clau.hic in fin.

Vltra quem addo quòd idẽ dixit Bal.in l.de quibus.col.vlti suprà de legi.& in aliis pluribus locis addu.per Ias.in l.nõ hoc. col.iij.ver.ad idem facit.C.vnde leg.vbi dicit, quòd ratio testis est coadiuuanda: & non calumniãda. debet enim talis fieri interpretatio. vt nihil: vel quominus fieri possit: captiosa sint dicta testium. Ita not.dicit Ang.in l.ex militari.in princ.suprà de test.mili.& hanc conclusionem comprobat per plura. d.Franc. Cur.in suo tract.de testi.colũ.penult.conclu.lx.posito post eius scripta.

Sed contra prædictam conclusionem Bar. quæ habet: quòd testes non probant præscriptionem. nisi deponant de eodemmet tempore, & de eisdemmet annis: quia alias præsumuntur singulares vt suprà retuli fortiter vrget vltra Moder. hic quòd vult Bal.in l.de quibus.col.pe.suprà de legi.& Panor. in c.cùm Ioannes.circa.ij.col.de fide instr. vbi dicunt.q; in dubio testes præsumuntur contestes: & de eodem actu deponere. Et hoc dictum sequitur: & comprobat Alexã. in l.ij.ad fi.C.de bo.pos. secundùm tab. Istud etiam colligitur ex ibi notatis per Bal. & idem Alex.cõsi.xlvij.abundè per celeberrimos. col.ij.ver.non omitto.ij.vol. vbi confirmat hoc dictũ autoritate Inno. & Spe. quòd de directo est contra conclusionem Bar.

Vnde saluando hanc conclusionem Barto.communiter approbatam: dici potest, quòd decisio in contrarium allegata procedit circa singularitatem: quæ respicit actum: illa enim non præsumitur, in testibus. Imò in dubio intelliguntur de eodem actu deponere. Sed conclusio Bar.hic procedit: vbi potest resultare singularitas circa tempus: quo casu testes non præsumuntur contestes: sed potius singulares: nisi constet, quòd deponant de eodem tempore: vt vult Bart.

Ratio diuersitatis est: quia primo casu in dubio non præsumitur pluralitas actuum: vt dicit Alexand. in d.l.ij.circa fin. Sed bene præsumitur pluralitas temporis, & annorum ex cursu naturali: cùm quotidie currant: & defluant anni more labentis aquæ.

Et bene facit in argumentum regula quæ habet, quòd ille qui se fundat ex tẽpore: debet illud tempus probare in specie:

siue agat:siue excipiat:vt not.glo.& doct.in l.cum actum.suprà de neg.gest.glo.& Bal.in l.ij.C.de peti.hæred.cùm concord.de quibus per Ias. in rub.C.qui admit. col.ij.circa fi. & seq.

Facit etiam tex. in l.spadonem.§.qui absolutus.cùm ibi notatis.suprà.de excu.tuto.vbi habetur quòd plura mutantur ex cursu temporis.

Sed est notandum:quòd licet articulus non sit concludens:

21 tamen sufficit,quòd testes concludenter deponant. † quia articulus potest interpretari suum articulum secundùm probata & deposita per testes. Ita Alex.consil.cxxxiij. viso processu.ij. col.ij.volu.hic relatus per.d.Clau. Sed re vera istud ibi non dicit:& loquitur in aliis terminis:vt apparebit intuenti.

Tamen credo istud dictum verum alia ratione : quia valeret probatio facta absque articulis : tantomagis si fuerit facta super articulis non concludentibus:per regulam.l.j. in prin.C. de rei vxo.ac.& gl.in §.multis.insti.de libe.cùm cõcor. adduc. per Alex.& Moder.in l. vinum.suprà.si cer.pet.

Ex præmissis habetur modus & practica probandi continuam possessionem temporis requisiti ad præscriptionem.

Et pro condimento not. vltra Moder. quòd debet esse cautus ille,qui vult præscriptionem probare, vt semper se restringat ad tale tempus continuum:quòd sit exclusiuum omnis interruptionis naturalis & ciuilis : alias præscriptio non probaretur. Ita dicunt Bal.& Ang.in l.super longi.circa fi.versi. dixi quarto.C.de præscri. long.temp.

Et propterea.d.Panor.in c.auditis.col.vj.circa fi.de præscri. dicit quòd illa decretalis instruit nouos aduocatos, quòd non arctent se,vel clientulos habentes probare pręscriptionem solum ad tempus præscriptioni necessarium:puta xl.ann. contra ecclesiam. c.de quarta. & c.illud. de præscript. quia si sic se arctant : facile inuenietur aliquid interim occurrisse,quod fecit dormire præscriptionem:puta vacationem ecclesię:scisma vel hostilitatem:iuxta ea quæ habentur in c.ex transmissa.de præscrip. & plenè dixi in vlti.parte præcedentis tract.col.quo probato:inutilis esset hæc probatio.

Vnde secundum Pan. aduocati moderni sic formant articulos.Articulat Titius:& probare intendit, quòd possedit talem rem quadraginta vel quinquaginta , aut sexaginta annis : vel plus:& tãto tempore : cuius initij vel contrarij non est memoria. & sic testes deponent de qua remoto tempore nouerint, secundum Ioan.And.Et hæc dicit Pan.esse notãda in practica.

Et

Et no.Bu.añ.eum.in d.c.auditis.col.xij.& in c.licet causam. col.vij.de proba.qui etiam tradit modum & practicam articulandi,& sequitur dicta Bar. hic & ibi per Feli.col.v.

Et ex doctrina Bart.hic relata in præcedentibus conclusionibus adde illa verba continue, vel per ipsum tempus vt tollatur omnis dubitatio.

12 POstremo Bar.quærit hîc in fi. An sit necesse † quòd dicatur in articulo,quòd possedit per x.annos cõtinuos?Et respondet Bar. quòd non:quia præsumũtur cõtinuati:quia dictio per: importat continuationem:vt prædictum est. Tamen abundans cautela non nocet.l.testamenta omnia.C.de testa.

Sed vnum est in calce huius repe. pro complemento huius materiæ bene notandum,quòd non sufficit ad probãdam præscriptionem : si testes deponant, quòd Titius præscripsit : quia vidimus : nisi dicant se vidisse possidere per tempus à lege requisitum. Ita dixit pulchrè Bal.in l.solã.in iij.q.C.de testi.bene faciunt notata per Bar.in.l.qui testamento.§.fin. suprà de testa. vbi concludit,quòd testis semper debet testificari de eo,quod percipit sensu.Et ideo si deponat, quòd talis est dominus:non probat etiã si non fuerit interrogatus de causa:nisi reddat sufficientem rationẽ per sensum corporis : quia sic iudicat testis. Nec deponit quòd sensu percipit vt ibi latius per Bart.

Et per hæc altissimo bene fauente remanet expedita satis vtiliter: vt puto saltem ad iuuenum nouorumq; aduocatorum eruditionem repetitio huius famosæ & solennis. l. Celsus. & consequenter iuncto præcedenti tractatu : profunda ac quotidiana omnium præscriptionum materia ad laudem omnipotentis Dei, beatissimæq; virginis Mariæ,& totius curiæ cœlestis. In quibus si quid minus aptè minúsue sufficienter dictum reperietur,id meæ imbecilitati imputetur.Et partim me excuset causarum forensium,quotidianæq; lectionis assidua occupatio,& temporis angustia. Cum hoc opus nondũ lapso biennio adorsus fuerim : & in eo per aliquas duntaxat horas, quas mihi subtraxi vix diebus vacantibus,vacare potuerim.Si quid vero boni inueniatur Deo grates referantur , qui me per hoc vastum pelagus huius materiæ præscriptionum quasi per medium profundum euntem ad portum vsque sua benignitate perduxit. quæ omnia maiorum meorum & cuiuslibet rectius sentientis iudicio corrigenda subiicio.

ADDITIO.

a Adde Hostien.in summa de præscrip.§.quæ sunt necessaria.

columna secunda. circa fin. versic. quinto requiritur vbi ponit quinque requisita ad præscriptionem rerum corporalium: & ponit aliquos casus. in quibus perficitur præscriptio absque continuatione possessionis & inter quas personas continuetur possessio.

b Adde Hostien. in summa. de præscript. §. quę sunt necessaria. colum. fina. versi. fit autem.

c Adde Alexand. in consi. lxxxix. excellentissimi &c. in col. fi. in quinto volu.

d Adde an sufficiat ad probādum præscriptionem testimoniū de auditu Bald. in c. cum nobis ad fin. de præscript. vbi concludit quòd sic in præscriptione tanti temporis cuius initij &c.

Explicit profunda & vtilissima repetitio solēnis. l. Celsus. ff. de vsucap. edita vna cum præcedenti tractatu præscriptionum per præclarum vtriusque iuris doctorem dominum Ioannem Franciscum Balbum de Auilliania ciuem Taurini: in florenti studio Taurinensi lectionem iuris ciuilis vespertinam ordinariè interpretantem.

Autoris distichon.

Inuidus aut taceat nostri detractor honoris:
Aut aliud melius: si sapit: edat opus.

SVMMA

SVMMA DOMINI HOSTIENSIS SVPER TItulo de præſcriptionibus.

QVoniam in huius operis prœmio pollicitus ſum: vt antiquitati debitus honor deferatur: in calce eiuſdem operis inſerere ſcripta Reuerendiſſimi & ſummi vtriuſque cẽſurę Monarchæ domini Henrici olim Hoſtienſis Epiſcopi & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis ſupremi: qui fuit præceptor domini Guilielmi Durandi Speculatoris: vt dicit Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de offic. iudi. & de quo ſic loquitur ipſe Specu. in prœ. ſui operis. col. iij. nouiſſimè autem due ſtellæ lucidiſſimæ noſtris temporibus mirificè rutilarunt: videlicet ſanctiſſimæ recordationis do. Innoc. Papa quartus pater iuris: & Reuerendus pater dominus meus Henricus dei gratia Hoſtiẽſis Epiſcopus lumen iuris: quorum veneranda memoria fulget, vt ſplendor firmamenti perpetui: velut ſtellæ in æternitates perpetuas permanſurę cum cunctos incomparabiliter tranſcenderint, cuiuſque magnitudinem maiori excellentia obumbrantes, ſicut eorum opera iudicant euidenter. Quicquid namque alibi circa iuris theoricam quæritur in eorum ſcriptis perfectiſſimè reperitur. Hæc ſunt verba Specu.

Qui quidem Hoſti. oriundus fuit de Secuxia diocæſis Taurinenſis vt ipſe apertè profitetur in ſumma. in titu. de teſti. §. j. colum. ij. verſicu. quid de hermofrodito. Et idẽ atteſtatur Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de reſcript. vt refert do. Bapti. de ſancto Seue. in tract. de modo ſtuden. col. vj. vltra med. Sequuntur igitur dicta ipſius domini Hoſtien. in ſumma ſub titulo de præſcriptionibus.

De præſcriptionibus. Rubrica.

EX quo vidimus de exceptionibus in genere dicamus in ſpecie. & ſic apponamus rubricam de præſcriptionibus: & quia præſcriptionum alia vertitur circa res mobiles in ſpeciale nomen tranſiens, quæ dicitur vſucapio. Alia vero circa res

immobiles in nomine generali remanens & sic dicitur præscriptio. sicut not. infrà de cogna. lega. circa princip. Apponamus primò rubricam de prima. scilicet de vsucapione dicentes.

SVMMARIVM.

1 Vsucapio quid sit?
2 Vsucapio pro publica vtilitate dicitur introducta.
3 Vsucapere quis possit, vel non?
Vsucapere non potest qui non potest possidere.
4 Vsucapi possunt quæcunque possunt possidere.
5 Res furtiuæ vel vi possessæ an vsucapiantur?
6 Pupilli loco dominorum habentur.
7 Serui si surripiatur res peculiaris domino sciente, necesse est & domino sciente recuperari.
8 Res vsucapi propter delictum prohibetur.
9 Vsucapio qualiter impediatur?
Vbicunque prohibetur alienatio, prohibetur & vsucapio.
10 Emptæ bona fide an semper vsucapiantur?
11 Res mobiles ecclesiæ an possint vsucapi?
12 Publicæ functiones an vsucapi possint?
13 Subiectio an vsucapiatur?
14 Vsucapioni necessaria quæ sint?
15 Vsucapio requirit continuam & bonam fidem, aliàs nihil prodest.
16 Vsucapio alicuius rei requirit rem ipsam traditam, vel quasi.
17 Malæ fidei possessore alienante rem alienam quantò tempore spectetur illius rei præscriptio?
18 Vsucapio requirit continuationem & tempus completum.
19 Continuatio possessionis inter quos habeat fieri?
20 Vsucapio alicuius rei requirit titulũ verũ nõ putatiuũ, aut falsum.

De vsucapionibus. Rubrica.

QVid sit vsucapio. Quare fuerit introducta. Quis possit vsucapere. Quæ res possunt vsucapi. Quæ non. Quæ sunt necessaria in vsucapione. Quis sit effectus?

1 Quid sit vsucapio.† Adiectio, vel acquisitio dominij per continuationem possessionis tempore lege diffiniti. ff. de vsucap. l. tertia. Et ponitur hic vsucapionis nomẽ tam pro præscriptione rerum immobilium, quàm vsucapione mobilium. olim etiam res immobiles dicebantur vsucapi. ff. de vsucap. furtum. & l. quam rem.

Temporis lege diffiniti. ideo dicit, quia licet olim spatio vnius anni vsucaperentur res mobiles: immobiles vero in italico solo spatio biennij: & ideo dicebantur mancipi. in prouinciali

ciali vero non procedebat vſucapio,quia non erant prouinciales domini cum præſtarent tributa:& ideo dicebātur nec mancipi: tamen hodie ſine differentia mancipi: & nec mancipi in italici & prouincialis ſoli ſpectatur triēnium in rebus mobilibus.In immobilibus vero inter præſentes decēnium : inter abſentes vicennium ſecundum l.vnicā.C.de vſucap.transformāda.l.j.& inſtitu.de vſucap.reſpon.j.& §.j.& eſt vtrunque tempus continuum.ff.de vſucap.nunquàm.§.j.

2 Quare fuerit introducta † pro bono publico,ideſt, vtilitate publica contra æquitatem naturalem,ſecundum quam ſunt omnia communia.inſtit.de iure natu.gen.& ciuili.reſpon.j.ſicut & ſeruitutes contra eandem æquitatem,ſecundum quam ſunt omnia libera ſunt introductæ.prout colligitur.inſti.de ingenuis.§.j.& de libertinis.§.j.

Eſt autem vſucapionis introductionis duplex ratio.prima, ne dominia rerum ſint in incertū.ff.de vſuca.l.j.inſti.de vſuca. reſpon.j.Secunda,vt aliquis ſit litium finis.ff.pro ſuo.l.vlti.

3 Quis poſſit vſucapere † Et quidem paterfa.& filiusfa.& maximè miles:quod in caſtris acquiſiuit vſucapiet:ſed & pupillus etiam ſine tutoris autoritate,dum tamen habeat animum poſſidendi.Furioſus etiam quod ſanus poſſidere incæpit,vſucapit: licet non poſſit durante furore incipere:vt hæc probantur.ff.de vſucap.l.iij.§.j.ij.& iij.

Seruus autem cum nihil poſſit poſſidere,nihil vſucapit.ff.de vſucapioni.l.ſequitur.§.ſeruus.dominus tamen per ipſum ignorans,& etiam ſi infans ſit,vel furioſus quę peculiariter nactus, eſt ſeruus vſucapit.ff.de vſuc.Labeo.ff.pro ſoluto.l.ij.ff.de acquir.poſ.l.j.§.acquirimus. quàmuis etiam hæreditate iacente, ſiue vacante vſucapio non poſſit incipere, cæpta tamen continuatur.ff.de vſuc.vacuum tempus.& l.iuſto.§.nondum.& l.vlt. §.fina.ad hoc.infrà ne ſed.vacan.c.j.

4 Quæ poſſint vſucapi?† Et breuiter quæcunq; poſſunt poſſideri,exceptis prohibitis:ergo incorporalia non vſucapiuntur, cū non poſſideantur.ff.de acqui.re.do.ſeruus.§.incorporales.ff.de vſuc.ſequitur.§.ſi viam.ſed contra.ff.de vſucap.vſucapionem.

Dicunt quidā quòd aduerbiū,maximè,ibi poſitū ſuperabundat : Vel dic , quòd ſicut incorporalia non verè poſſidētur: ſed quaſi.non verè traduntur ſed quaſi,vt puta patientiam domini inducentis me in poſſeſſionem ſeruitutis viæ cauentis me ne impediat me venire.ff.de ſeruit.ruſti.prædi.l.j.§.vlti.ff.de act. emp.& ven.ratio.§.ſi iter.ff.de ſerui.quoties via.ſic non verè v-

a sucapiuntur, sed quasi vsucapiuntur. vnde & seruitutes [a] habentes continuam causam, sicut seruitus tigni immittendi, altius non tollendi, aqueductus, stillicidij recipiendi. quæ si semper non stillat, tamẽ cum ex naturali causa fiat ex cœlo aquam capiat, non ope humano perpetuò stillare intelligitur: tempore acquiritur. ff. de ser. vrb. præd. sed si inter. & l. foramen. C. de ser. l. ij. ff. de aqua plu. arc. l. ij. §. antepen.

Hæ igitur seruitutes quæ continuam habent causam spatio decennij inter præsentes: vicennij inter absentes: computãdi à tempore illo, quo vsucapiens incipit vti seruitute iure seruitutis, non vi, non clam, non præcario, vsucapiuntur: vel quasi. ff. quemadmo. serui. amit. l. fina.

Illa vero seruitus, quæ intermissionem habet, non causam continuam, sicut via: actus: iter, nõ acquiritur spatio temporis etiam xl. ann. acquiritur tamen spatio temporis, cuius non extat memoria secundũ Azo. ff. de serui. seruitutes. iiij. ff. de aqua plu. arc. in summa. §. idẽ Labeo. ff. de aqua quot. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ. sed & si iusta cum allegetur ad aquam probandam inducatur, & probatur patientia longi temporis iure constituta videtur. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. fi. & l. fi. ff. de vsur. cum de in rem verso. ff. si seruitus ven. si quis diuturno. secundũ Azo. & dominos legum. ad idem. xviij. q. ij. seruitium. j. q. iij. quartum. Quod mihi non placet, sed dic vt not. j. eo. sub rub. de præscri. rerum immobiliu. §. quæ res. sub. §. de quibusdã. versi. sed quare nõ sufficit. Sic ergo vsucapiũtur corporalia: quasi vsucapiũtur incorporalia: sicut ius eligẽdi, instituẽdi, & ecclesiastica, sacra-

b mẽta recipiẽdi iurisdictiones[b] quæ & p cõsue. præscriptã acquiruntur etiã spatio xl. ann. quicquid Azo notauerit. Et fortè illa est ratio: quia à cœlo videtur venire talia, sicut no. in seruitute stillicidij. suprà eod. §. responso. j. vnde in elect. facienda inuocatur spiritussancti gratia. de elect. cum terra. ad fin. & omnis potestas & iurisdictio à domino deo est. C. de præscript. long. tem. l. vlti. in fi. infrà eod. cum olim. §. vlti. ad hoc suprà de elect. quæ Surelam. & c. Cumana. & de causa pos. & proprie. cum ecclesia Sutrina. & c. cum olim. suprà de fo. cõpe. cum contingat infrà eo. olim. & c. veniens. C. de emancip. l. j. & fi. secus autem est in seruitutibus. & quæ sit ratio notaui. infrà. eod. sub rubr. de præscri. rerum immobilium. §. quæ res sub. §. de quibusdam. versicu. sed quare non sufficit.

Itẽ licet nõ vsucapiantur seruitutes per se: vsucapiũtur tamẽ cũ re cui accedunt, vnde vsucapitur domus, vel ager cũ seruitu-tibus

tibus debitis.ff.de vsuc.si aliena.§.j.sed & libertates omnium seruitutum vsucapiuntur.C.de præscrip.long.temp.l.fi.propriè tamen siue verius loquendo nō vsucapiuntur:sed per illius cui debentur negligentiam amittuntur.vt not.infrà eo.sub rub.de præscript.rerum immobilium.§.quæ res.sub.§.de quibusdam. versic.amittitur autem seruitus.

Verum propriè loquendo vsucapiuntur mobilia, vel se mouentia:sed immobilia præscribuntur.C.in quibus causis cessio. longi tempo.præscrip.l.ij.

5 Quæ non? † Et quidem res furtiuè c vel vi possesse non vsucapiuntur.insti.de vsuc.§.furtiuæ.& §.quod autem.quod intelligas de vi expulsiua sine ablatiua:nam aliud est in compulsiua C.quod metus causa.l.iij.in fi.secundum Azo.imo certè intelliguntur vi possessæ quo ad periculū animæ, siue violenter inuadantur siue scienter mala fide contra conscientiā detineantur,nec reddantur:vt suprà de restitut.spo.sæpe contingit.& de iudi.quia vt infrà de testa.filius xiiij.q.v.si quidem inuenisti.& ca.multi.xlvij.q.iiij.quicunque.& iunge quod not.infrà eo.sub rubri.de prescrip.rerum immobi.§.quæ res.versic.sed nunquid actio perimitur.& se.

Quòd autem dixi furtiuam & vi possessam rem vsucapi non posse,intelligas,nisi vitium purgatum sit:& intelligitur purgatum vitium,si res in potestatem domini scientis,non ignorantis reuertatur,ita quòd ab eo auelli nō possit.idem si existimationem rei scienter recepit.ff.de vsuc.sequitur.§.tunc potestatem.Sed & requiritur quòd dominus eā habeat eo modo, quo antea habebat: vt patet in his quæ not.infrà eodem versiculo, verum si seruus.

6 † Sed & si res pupilli surripiatur, sufficit quòd in domum suam reuertatur sciente tutore:idem in curatore furiosi.ff.de vsucap.sequitur.§.si pupilli res.Et est ratio, quia tales loco dominorum sunt ff.de fur.interdum.§.qui tutelam.hæc nisi tutor surripuerit & vendiderit: tunc enim non sufficit scientia tutoris.imo necesse est, quòd in potestate pupilli omnino reuertatur.ff.pro emptore.qui fundum.§.si tutor.idem ergo,& in prælato ecclesię:nam & talis procurator non est dominus.infrà de dona.fraternitatem.j.q.iij.saluator.

Si autem creditori surripiatur res obligata: & debitor qui dominus erat surripit, tunc non est res furtiua:nam reuersa est in domini potestatem:licet debitor teneatur creditori, ac furti:sed & si debitor alienā rem obligauit & postea surripuit necesse

cesse est quòd reuertatur in potestatẽ creditoris ad hoc vt vitium sit purgatum.ff.de vsucapio.sequitur.§.si rem pignori datam.ff.pro emptore.si rem.

Sed si alius & non debitor surripuit rem obligatam à vero domino, tunc debet reuerti in potestatem debitoris, qui verus est dominus.ff.de vsucap.sequitur.§.quod autẽ. ff.pro sol.l.vlti.

7 † Quid si seruo meo surripiatur res peculiaris me sciente: oportet, quòd & me sciente seruus rem recuperet: si me ignorante: & me ignorãte potest purgari vitium: nisi fortè in peculio ipsam esse volui: tũc enim oportet vt sciam. Vbi vero ab extraneo mihi res aliqua surripitur: non purgatur vitium nisi me sciente, in potestatem meam reuertatur: vel nisi fortè ipsam in peculio esse volui: tunc enim si me etiam ignorante ad seruum perueniat, purgatur vitium.ff.de vsucap.sequitur.§.Labeo.

Verum si seruus mihi surripiat rem dominicam: statim est furtiua: non tamen amitto possessionem, quandiu apud ipsum seruum est ipsa res. & hæc est etiam ratio: quare ipsum fugitiuum videor possidere: nam is quemadmodum aliarum rerum possessionem interuertere nõ potest: ita nec suam.ff.de acqui. pos.rem quæ.ff.de furt.l.serui.& filij.instit.de ob.quæ ex delic. nas.§.hi qui in parentum.

Exigitur ergo quòd purgetur vitium, vt ita incipiam rẽ habere, quemadmodũ habebam antequàm surrepta esset, ad hoc. C.de restit.spo. Pisanis.nisi cum rem scirem ipsam in peculio sibi concessi.ff.de vsuc.sequitur.§.Item si eam rem.

Sinautem seruus rem peculiarẽ mihi surripiat quandiu eam retinet, non mutatur rei conditio.sed si alij tradiderit: furtũ facit, & erit res furtiua.ff.de furt.interdum.§.cum autem. Et purgabitur vitiũ sicut.& suprà in re dominica notatur vers. verum si seruus. Et quod dictum est de rebus furtiuis: hoc idem intelligas de natis ex eis, & in partu ancillæ furtiuæ.de quo plenè not.infrà de furtis.§.inquantum.versi.quòd si ex re furtiua.

8 † Prohibetur etiam vsucapi res propter delictum personæ: vt est in re data præsidi contra l.Iul.repe.hæc enim non vsucapitur quousque in potestatem illius, à quo extorta est, vel hæredis eius reuersa fuerit.ff.ad l.Iul.repet.l.penulti.

Dicunt etiam quidam quòd res clandestinæ vel præcarium vsucapi non possunt.ar.C.de præscrip.xxx.ann.an malè agitur.

Quod non placet Azo.quia nec l.probatur: quinimo præcaria cum domini voluntate facta iusta est.ff.cõmuni.diui.l.condi.§.inter prædones. Licet etiam dicatur clandestina possessio: non

non tamen res propter hoc clandestina iudicatur vt subtiliter elici potest. ff. de acquir. pos. l. clam possidere. Nec litigiosa res quantum ad hoc dicitur vitiosa. C. de pręscrip. long. tēpo. l. j. secundum Azo. Sed breuiter cum mala fide nullus vsucapit: vt not. infrà sub rubrica de præscrip. rerum imo. §. quæ exigantur. sub §. verum quicquid dicant.

9 † Sed & impeditur vsucapio propter naturam [d] rei quæ non
d potest esse in alicuius dominio, puta, in libero homine.

Item propter fauorem religionis vt in rebus sacris, religiosis: vt instit. de vsucap. §. j. quod intelligas quantū ad laicos, qui talia possidere non possunt. vnde nec decimas vsucapiunt siue præscribunt. infrà eo. causam quæ. ad idem. xvj. q. vij. §. j. c. j. ij. & iij. Secus quātum ad clericos, qui ipsas etiam possidere & præscribere possunt. vt infrà. eo. & xvj. q. iij. quasi per totum.

Fauore etiam publici vsus impeditur, vt in Campo Marcio, & Theatro, & Arena ciuitatis Veronæ vel alterius. ff. de vsucap. vsucapione.

Sed & priuilegio personæ, puta, in re minoris xxv. an. Vel re dotali, regulariter enim vbicunq; prohibetur alienatio & vsucapio ad hoc. C. de fundo dotal. l. si fundum. ff. de admin. tu. lex quæ tutòres. & in quibus cau. resti. in integ. non est necesse. l. fi. & quibus non ob. long. tēp. præscr. non est. ff. de acqui. re. do. bo-
10 næ fidei. §. j. ff. de verb. sig. alienationis. † Idem pōt dici in rebus
e fiscalibus: [e] nisi fortè bona vacātia delata fuerint fisco: sed nōdum nuntiata: hic enim empta bona fide vsucapiuntur. insti. de vsuc. §. res fisci. Sed & si sine titulo incœpit quis tales res possidere tueri potest spacio xx. ann. si computet ab illo tēpore quo dicta bona cœperūt esse vacātia: sed si ab illo tēpore, quo nuntiatum fuit fisco cōputare velit, sufficit quadrieaniū. sic intellige. C. de quadri. præscr. l. j. ff. de iure fisci. l. j. §. diuus, & §. præscr. ff. de diuer. & tēp. pręscr. intra quatuor annos & iunge quod no. sub rubrica de præscr. rerum imo. §. quæ exigātur. sub §. verum
f quicquid. ver ego tamen. & seq. Quæ dicta sunt de rebus fiscalibus idē potest dici de rebus cuiuslibet ciuitatis. [f] licet nō sint in vsu publico hęc enim non vsucapiuntur minori tempore xl. xl. vel centū. an. C. de præscr. xxx. an. omnes. C. de sacrosanc. eccle. l. fi. Ea vero quæ sunt in vsu publico nullo tēpore vsucapiūtur. ff. de via pu. l. viam pu. vnde nec aquæductus vsucapitur. C. de aqueduc. diligenter lib. xj. & de fundis rei pri. & saltibus di-
11 uinæ domus l. vsus aquæ. lib. xj. † Quidā etiam voluerūt dice-
g re: ꝙ res mobiles ecclesiæ [g] nō vsucapiuntur, sicut nec fiscales.

vt

vt not.suprà eo.ver.idem poteſt dici.& eſt ar.pro ipſis.C.de ſac.
ſanc.l.vlti.Tu dic non ſic in rebus eccleſiaſticis:quæ ſi mobiles
ſint ſpacio triẽnij vſucapiũtur.C.de ſac.ſanc.eccle.authẽ.quas
actiones poſita.xvj.q.iij.§.vlti.Aliæ vero non minori ſpacio xl.
an.etiam ſi quis eis eccleſiis legatũ, vel hæreditatẽ reliquerit.
xvj.q.iiij.neque decennij.etiã ſi Imperator dederit rem eccle-
ſiæ.ꝭ.de re.ec.nõ alie.c.j.xij.q.ij.quicunq; militibus.quàmuis ſi
eſſent priuati res ab Imperatore datæ ſpacio quadriẽnij exclu-
h deretur ab omni petitione.C.de quadr.pręſcr.bene à Zenone.[h]
niſi in caſibus.vt no.ꝭ.eo.ſub rubrica de præſcr.rerũ imo.§.quæ
12 exigãtur. † Sed nec vſucapiũtur publicæ functiones.xvj.q.iij.
§.prodeſt.ad fi. Nec colonus feudũ quẽ colit vſucapit.C.de pꝫ-
ſcri.xxx.an.malè agitur.nec vaſallus feudũ.de hoc ꝭ.ſub rubri-
ca de præſcri.rerũ imo.§.quæ exigantur ſub.§.hoc quo ad res.
Nec inſignia à Romana eccleſia cõcedenda vſucapiuntur.xc-
iij.diſt.illud.& c.peruenit.ſuper quo vide ꝙ not.ſ̃.de vſu pal.§.
& quibus diebus.ver.& notandũ.Nec viſitatio,per conſequens
nec procuratio,quæ occaſione viſitationis debetur.ꝭ.eo.acce-
dẽs.cum ex officij.ſuper quo vide quod not.ſ̃.de offi. Archi.§.
quod ſit eius officiũ.ver.quare autem cõtra viſitationẽ, & præ-
13 cedẽ.† Sic nec ſubiectio vſucapitur.ꝭ.eo.cũ non liceat.Sed cõ-
tra.ꝭ.e.auditis.ꝭ.de capellis mona.c.ij.ꝭ.de priuil.cũ olim pro-
pter quæſtiones.ſ̃.de except.cũ venerabilis.in fi. So.ſecundum
Gof.ſubiectus per ſe tantũ nec obedientiã nec libertatem pręſ-
ſcribit contra ſubiectũ: ſed & ſi priuilegiũ libertatis conceda-
tur alicui in enormen læſionẽ illius, cui debetur ſubiectio im-
plorare poteſt læſus ꝙ priuilegiũ huiuſmodi reuocetur:arg.in-
frà de donat.apoſtolice.infrà de decimis.ſuggeſtum.infrà de
verb.ſig.quid per nouale.Hoc tamen ius implorãdi poteſt vſu-
capi à ſubiecto,& ad hanc ſubiectionẽ accedit.C.de fundo pa-
tri.l.vlt.lib.xj.& de quadri.præſcr.l.j.Vel licet ſubditus nomine
proprio nõ poſſit hanc libertatẽ præſcribere: poteſt tamen no-
mine illius,cui debitã eſſe prætendit:& cui tanto tẽpore ipſam
præſtitit: ſic videtur loqui.ꝭ.de priui.cũ olim.propter quæſtio-
nes. Poteſt etiã ſubditus aliqua præſcribere, quæ ad ſuperiorẽ
pertinent.vt patet.ꝭ.c.de quarta.& de iurepat.cũ ſecundũ Gof.
ſuper quo vide quod not.ꝭ.de ſepulturis.ſub.§.vetus.§.& quo-
ta ſit.ver.ſed nunquid præſcribi poteſt.Licet autẽ fines prędio-
rum vſucapiantur.ꝭ.eo.quia indicante.xvj.q.iiij.volumus.ſ̃.de
proba.ex literis.Fines tamen prouinciarum,vel diocæſum, vel
parochiarum non vſucapiuntur:nec quæ finibus,ſeu limitibus
adhæ

adhærent.s̃.de proba.cum causam.xvj.q.iij.licet.j̃.de parochi. super eo.& tangitur ratio.infrà de decimis.cum sint homines. in fi. Sed nec ius pignoris spacio triennij vsucapitur.quod dic
i vt not.infrà sub rubrica de præscriptio.rerum imo.§.fi.versicu. quæ est ergo ratio.[i]

14 k Quæ sunt necessaria vsucapioni. † & quidem multa.

Primò requiritur [k] quòd res nõ sit vitiosa: vel quasi alioquin non esset præscriptibilis: quòd dic vt plenè not.s̃.§.proximo.

Secundò vtile, qui vsucapit habeat bonam fidem.scilicet quòd credat distrahentem esse dominũ, vel habere ius distrahendi.ff.de verb.sig.bònæ fidei:quæ bona fides semper præsumitur adesse: nisi probetur mala secundum Azo.sicut & quilibet præsumitur ignorans, nisi probetur sciens.ff.de probatio. verius.& bonus nisi probetur malus.suprà de præsumptio.c.fi. ideo dolum ex perspicuis indiciis probari oportet.C.de dolo.l. dolum.ad hoc suprà de elec.dudum.j.in fi.

Est tamen contra.argu.suprà de elec.innotuit.§.parcentes. sed intelligitur secundum illam.dudum.& suprà de elec.cum terra.in fi.scilicet quando apparet vitium seu defectus & non adhibuerunt eligentes diligentiam quam potuerunt: & ideo imputatur, & præsumitur contra ipsos.ff.ad maced.l.penulti. de hoc tamen dic vt not.infrà de præscript.rerum imo.§.quæ exigantur.versic.bona fides.

l Præsumitur etiam mala fides [l] ratione denuntiationis factæ ne emat.C.de rei vendi.si fundum.

Vel quia contra l.mercatur quis.C.de agricolis & censitis, quemadmodum lib.vndecimo quòd in his quæ de iure communi competunt alicui potissimè potest exemplificari: vt not. infrà sub rubrica de præscript.rerum imo.§.quæ exigantur in præscriptio.sub §.hoc quo ad res.versic.vt tamen.

Vel quia emisti à procuratore meo per collusioné, vel quia emisti à luxurioso, quem sciebas protinus expẽsurum in scor-
m to pretium.ff.de vsucap.pro empto.qui sciens.& l.si quis.

Iuris autem ignorantia non prodest, vt videatur quis [m] bonæ fidei esse.vt ff.de vsucapionibus.nunquàm.ff.de vsucapionibus, pro empt.l.secunda, §.si à pupillo.secundum Azonum. ff.de iur.& facti ignoranti.l.iuris ignorantia.prima, & secunda, quod verum est in vsucapione nam in præscriptione prodest.vt patet.infrà de iurepatronatus cura secundum Goffred. quod mihi non placet.nec sic illam intelligo decret.quod dic vt not.j̃.de præscri.rerum imo.§.quæ exigantur.sub.§.hoc quo ad

ad res.ver.circa corporalia. ſed contra in eo quod no.infrà reſpon.j.pro donato.verſic. Item donatio inter virum:dic vt ibi. Exigitur hic bona fides tempore traditionis:non tempore contractus:niſi in emptione vbi & tempore cõtractus: & tempore traditionis requiritur ſecundùm Azo.quòd dic vt no.infrà eo. ſub rubricella.tit.pro ſoluto.

Sufficit autem, quòd hic habeatur bona fides in principio, nec interrumpitur ex poſteriore alienæ rei conſcientia. C.de vſuca.transfor.l.vnica.xvj.q.iij.§. poteſt hoc quo ad vſucapientem:vel vniuerſalem ſucceſſorẽ. ſecus in ſingulari. C.de vſuc. pro empto.diutina.ff.pro empto.ibi ij.§.ſi eã. Nec dicitur fieri furtum: vel res furtiua ex poſteriore ſcientia propter iuſtum initium quòd ſpectatur ſecundum Azo.C.de præſcrip.xxx.an. ſi quis emptionis.& in hoc etiam multi conueniunt canoniſtę.

15 † Mihi videtur, quòd continua bona fides requiritur: alioquin quicquid dicant leges vel alia iura:vel doctores vſucapio non procedit.vt expreſſim dicit concil.gene.infrà eo.quoniam omne quod non eſt ex fide peccatũ eſt.cui enim ita bene credam interpretatione peccati ſicut domino Papæ & concilio generali:& iunge quod not.ſuprà de offic.Archi.§.quod ſi eius officium.verſic.quare autem.& hoc teneas.quicquid.ſuprà vel infrà notetur.ſaluo quod not.infrà eo.ſub rubr.de præſcript.rerum imo.§.quæ exigantur.ſub §.hoc quo ad res.verſ.ſecundũ.

n Bona fides vero ementis ⁿ nomine ſuo exigitur: ſi vero nomine alieno emerit:puta,procurator vel ſeruus nomine domini. in ſeruo diſtingue vtrum nomine peculiari emerit.& tunc ſiue cum mandato ſiue ſine mandato: ſcientia & ignorantia ſerui tantum & non domini inſpicitur.ff.de edil.edicto.cum mancipium.ff.de lib.cauſa.immo.ff.de litigioſis.l.ij.reſpon.j.niſi fortè domino præſente & non contradicente ſeruus emerit: tunc enim in præiudicium domini ſcientia ſua inſpicitur.ff.de libe. cauſa.immo.§.planè ſi filius.ſed ſi præſens contradicere non poſſet:non obeſſet ei.ff.de contrahend.emptio.huius.

Sinautem ſeruus non nomine peculiari:ſed nomine domini & mandato ſuo emerit.ſi mandatum de incerto recipit.idẽ eſt quod ſuprà idem eſt & ſi ſine mandato emat domino ſeruum vitioſum.ff.de edil.edicto.cum mancipium.§.circa.

Sed ſi de cętero mandauit dominus: tũc inſpicitur ſua ſcientia,& non ſerui.ff.de libe.cau.immo etiam tunc.& l.in ſeruo.ff. de liti.l.ſecunda.reſpon.prima.ff.de contrahend.empt.& vend. ſed & ſi ſeruo.ff.de edilict.edicto cum mancipium.§.ſed & ſi

ſeruus

seruus. nec obst. quòd ibidem dicit cæterum incertum : quia refertur ad eum casum,quãdo emit nomine peculiari:& idem dicendum est in vsucapione.ff.pro empto.l.ij.§.si seruus.vsque ad §.si à pupillo.

Illud autem certum est,quòd quandoque quis emit vt procurator,vel nuntius,scientia vel ignorantia domini tantũ spectanda est:sed sicut distinxi in seruo & filiosa. distinguendum puto secundum Azo.

Quandoque tamen speciale est, vt quis cum consciẽtia rei alienæ;non dico cum mala conscientia remurmurante vsucapiat : vt si conueni te noxali actione pro seruo alieno, quem possides,& eum mihi pro noxa des.ff.de noxa.& generaliter. Sed certè autoritas iudicialis hoc facit. ff.de acquir.poss.in [illegible] possidet.ff.ne vis fiat ei qui in pos.mis.est.l.j.& ij.ff.de mino.[illegible]it prætor.ff.quòd cum falso tu. l.j.xvj.q.iij.placuit.vt quicunque. & autoritas iuris.infrà eo.c.j.xxiiij.q.iiij.qui peccat. & ne maleficia remaneant impunita. infrà,de senten. excom. cùm voluntate.& bonum iustitiæ, quod est summum.xij.q.ij.cùm deuotissimam.vnde propriè loquendo : & si scientiam rei alienæ habeat:non tamen conscientiam malam sed bonam:& sic bonam fidem:& iunge quod no.infrà eo.sub rubr.de præscri.rerũ immo.§.quæ exigantur.sub §.hoc quo ad res.versi.quandoque tamen minori spacio.

16 † Tertiò requiritur, quòd res tradatur vel quasi : puta,quia præsumitur tradita propter patientiam & scientiam & similia. ff.pro legato.l.pe.C.de acqui.pos.l.ij.& no.s.de causa posses. & proprie.§.qualiter acquiratur.idem est & vbi aliquis sine vitio suo nanciscitur possessionem,vt ibi pro derelicto.etiam si vsucapiens ignoret.ff.pro dereli.id quod pro derelicto.ergo si sine traditione vel quasi non procedit vsucapio, quia nec sine possessione. ff.de vsucap. sine pos.sed nec possessio acquiritur sine traditione:vel quasi.C.de pact.traditionibus.C.de rei ven.seruum emptum.insti.de rer.diui.§.per traditionem.

17 † Quartò vt distrahens & tradens bonam fidem habeant. nam si malæ fidei possessor alienauerit rem alienam spectatur præscriptio xxx.ann.si tamen dominus rei alienationẽ factam ignorauit. nam si sciuit imputetur ei,si intra sua tempora non fuerit cõtestata vt dis.in auth.vt sponsa.lar.§.rursus.col.ix. nec illud puto correctum per conciliũ,infrà eod.quoniã.quòd non loquitur, nisi de præscribẽte. sed in hoc casu præsumo bonam fidem ex quo constat de titulo : nisi contra probetur : vt suprà

cod. versicu. ij.

18 † Quintò requiritur continuatio possessionis, & temporis completi. vt not.suprà eo.ver.§.quid sit vsucapio.ergo si interrumpatur possessio siue naturaliter,puta,desiit vsucapiens possidere,siue ciuiliter, puta,quia cõuentus est coram iudice siue litem contest. non possunt continuari prima tempora cum sequentibus. imò requiritur spacium xxx.an.etiam si postea possessionem nanciscatur vsucapiens. vel xl. post litem contestatam,nisi in illo casu, quando possessionem recuperat, sit bonæ fidei: tunc enim fortè statuto tempore vsucapiet.ff.de vsucap. l.si is qui pro emptore.§.si quis bona.& l.naturaliter.C.de præscrip.xxx.an.l.fi.& C.de anna.excep.l.j.

Quandoque tamen & si possessio non sit continua, perficitur vsucapio.Nam inchoata à defuncto perficitur iacente hæreditate.ff.de vsuca.nunquam.§.vacuum. & l.iusto.§.nondum. & tamen primo non est in hæreditate. ff. si quis in testamen. liber esse iussus fuerit.l.j.§.Sequo.& est ar.quòd ecclesia vacãs præscribat, siue continuet præscriptionem cœptam à prælato defuncto:& tamen contra ipsum non præscribitur:vt no.infrà eo.sub rubri.de præscri.rerum immo.§.quæ res.ver.ad hoc autem & seq.

Idem est in vsucapione tegularum, vel columnarum: nam si x.dies superessent ad eam complendam: si aliquis in ædificium suum eas concesserit nihilominus eas vsucapiet si ędificium possederit. ff. de vsuca.rerum.§. Labeo. & tamen tegula vel columna posita in ædificio minimè possidetur.ff.de acqui. poss.qui vniuersas.ff.de vsuca.eum qui ædes.

Idem potest assignari in debitore:qui rem quàm cœpit vsucapere pignori dedit & tradidit creditori: vsucapit enim eam debitor,& si non ipse sed creditor ipsam possideat. ff.de acqui. poss.l.j.§.per seruum.& l.qui pignoris.ff.de vsuca.serui. secundum Azo.dic vt no.j.de pig.§.qualiter cõtrahãt.ver.sed quare.

19 † Fit autem continuatio possessionis inter hæredem & testatorem, & hæredem & hæreditatem. Item inter emptorem & venditorem.Item inter testatorem & legatarium.Item inter hæredem legatarium, & consimiles personas: sed hoc ita demum, si nullus alius medio tempore possederit. ff. de acquir. pos.Pomponius.mihi incipit: cùm lapides.§.quarũ.ff.de vsucap.possessio. & l.id tempus.§.fi.

Illud tamen no.est quòd tempus,quo venditor possedit antequàm rem venderet, & traderet tãtum prodest emptori:non illud

illud,quo postea possedit.ff.de vsuca.ad tempus. ff. de diuer.& tempo.præscri.l.pen.§.penult.

Sed & ita demum fit hæc continuatio, si res vitiosa non sit. nam nec vitiosa non vitiose accedit, vel econtra.ff.de acquir' posses.Pomponius.§.si.

Computatio autem triennij in vsucapione de momento ad momentum non fit:imò cum peruenit aliquis ad aliquam horam vltimi diei perfecta est vsucapio, ideoque qui hora sexta calendarum Ianuarij possidere cœpit hora sexta noctis pridie cal.Ian. reuoluto triennio perficiet vsucapionem. ff. de vsuca. in vsucapionibus.

20 † Sextò requiritur titulus verus , non putatiuus non falsus. ff.pro legato. l.ij. & iij. secundum Azo. vsucap. procedit. C.de vsuca.pro hærede.l.vlt.in prin.insti. de vsuc. §.error.ff.de vsuc. Celsus.per titulum autẽ accipe omnem actum,per quem solet transferri dominium.

Pro soluto. Pro emptore.Pro transacto. Pro hærede. Pro donato. Pro derelicto.Pro legato.Pro dote.Pro suo:de quibus omnibus tã in C.quàm in ff.speciales tractatus habentur. & nos etiam maxime. quia hac materia vtilis est & canonistis ignota , de his omnibus speciales rubricas ad maiorem euidentiam apponamus.

ADDITIO.

a De præscriptione seruitutis : vide late in ij.parte.iiij. princi. tract.præscrip.

b De præscriptione iurisdictionis vide plene.suprà in ij.parte. quinta prin.præscri.in j.ij.quæstio.

c Dixi latè in ij.parte.iij.prin.tract. præscrip.in vij.quæstio.

d De his omnibus vide plenè suprà per plures casus in j.parte vlt.prin.tract.præscri.vbi collegi omnes casus:quibus non currit præscri.vsque ad xxvij.& maximè de casibus hic notatis in xiij.casu.

e Vide latè in ij.parte.v.prin.dicti tract.

f Vide plene in iij.parte.v.prin.in præcedenti trac.& in j.parte.vj.princ.in v.quæstio.

g Vide in j.parte.v.prin.dicti tract.in ij.regula.

h Nota limitationem ad l.bene à Zenone : & dixi in ij. parte v.prin.prædicti trac.in viij.q.

De prædictis omnibus casibus : in quibus non currit

præscriptio:vide supra.l.j.j.parte.vj.princ.tra.præscri.& in locis ibi remissiue notatis.

k Vide in iij.parte prin.prędicti tract.per totam illam partem: quæ requirantur ad præscriptionem rerum corporalium. Et in prin.iiij prin.quantum tempus requiratur.

l Vide plenè suprà, in repe.l.celsus in iij. parte.

m Vide vbi suprà in notabilibus : & in iij.parte repet.

n Dixi in ij.parte.iij.prin. præcedentis tracta. in xviij.q.

o Vide in ij.parte.iij.princip.præcedentis tract.q.xix.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro soluto vbi locum habeat?*

2 *Iustus error quo casu titulum det præscribendi?*

3 *In certis causis solutionis tempus est inspiciendum.*

a Titulus pro soluto.[a] Rubricella.

1 ISte titulus locum habet † vbicunque credo me obligatum ex quacunque causa:& tu similiter putas tibi illud idem deberi:& si ego & tu falsum putemus hoc siue putem me obligatum ad equum album alienum quem possideo : & ideo ipsum tibi trado.siue ad certam quantitatem pecuniæ & equum tibi do insolutum:puta,credo me tibi debere x.lib.ex stipulatione, do tibi equum alienum , quem possideo insolutum pro his x.
2 libr.vtique hunc equum vsucapiens. vt ff.eod.l.j.& † sic iustus error dat titulum præscribendi : siue vsucapiendi. hoc tamen fallit in emptione.nam si ex causa emptionis,puto,me tibi teneri ad traditionem equi,& ideo trado,non habet locum vsucapio pro emptore:quia emptio non præcessit.neque pro soluto,cùm ex causa emptionis tradatur. Diuersitatis causa hæc
3 est : †quia in cæteris causis solutionis tempus inspicitur : nec enim interest cum stipulator alienum sciam esse : vel non id, quod stipulor. Sed sufficit me putare tuum esse cùm solueris: In emptione autem vtrunque tempus : scilicet, contractus & solutionis inspicitur.ff.e.tit. si existimās. ff.pro emp.l.ij.rñso.j.

ADDITIO.

a Not. quòd si datio in solutum excedat principale debitum vno nummo : vitiatur tota.Bart.& doct.in l. si non sortem. §.si centum.per illum tex.ff.de condi.inde.& ibi moder.Papi.quòd declarat:vt per Alexā.in l.iuste possidet. col.v.vel vj. ff.de acq. poss.

poss. & pulchrè Bald. consil. xc.j. vol. Et ideo tunc non præstare iustam causam præscribendi in prescriptione longi temporis: licet ille qui accipit putaret titulum validum ex quo errat in iure. l. nunquàm. in prin. ff. de vsuca. quòd declara: vt plenè dictum fuit. suprà in l. Celsus. super tex. in iiij. not.

SVMMARIVM.

1 *Titulo pro emptore quis possit vsucapere?*
2 *Res non empta an & quomodo vsucapiatur?*
3 *Dominium rei non transit per emptionem, nisi pretio soluto.*

Titulus pro emptore. Rubricella.

1 HOc titulo vsucapit, † qui in veritate emit rem alienam bona fide: & bona fide recipit vel emit à furioso, quem putabat sanæ mentis. ff. e. l. ij. §. si à pupillo. ff. de vsucap. pignori. §. j.

Item si procurator vel seruus meus, cui mandaueram rem emere, persuaserit mihi, quòd emit, & sic tradiderit, vsucapitur: vel pro soluto, vt dicunt quidam: vel pro emptore secundum Azo. vt titulo conueniat respõsio Affricani. ff. e. quod vulgo: & sic similiter erroneus titulus: dumtamen probabilis sit, dat causam vsucapiendi.

In hac tamen vsucapione multa requiruntur: scilicet vtroq; tempore bona fides: vt not. suprà proxi. rubricella. item quòd emptio sit pura non conditionalis. ff. eo. l. ij. §. si sub cõditione, nisi fortè cõditio extiterit. nec enim sufficit, quòd vsucapiens putet ipsam extitisse, cùm non extiterit, nam is similis est ei, qui putat se emisse. ff. eo. l. ij. §. idem est.

Item requiritur ad illa, quòd eadem res quæ empta est, tradatur. nam si alia pro alia traderetur non vsucaperetur. ff. eod. l. ij. §. cum Stichum.

2 † Quandoque tamen vsucapitur res & si empta non sit: vt no. suprà eo. ver. item si procurator, item si fundum emi & ampliores fines possederim bona fide: totam simul vsucapiam: quia non singulas res: sed totam vniuersitatem possideo. ff. eo. l. ij. §. sed si fundus. Si verò scienter pars alterius fundi adiiceretur, non vsucaperetur mala fide impediente. ff. eod. qui fundum. §. j.

3 † Item in emptione non transit dominium: nisi pretio soluto, vel alias satisfacto, aliàs tamen contrarium est: insti. de rerum di. §. venditæ. vnde videtur, quòd non vsucapiatur, nisi de pretio fuerit satisfactum.

Itẽ in re immobili aduocato pro salario data exigitur scriptura C.de suffragio.l.vnica.alias non videtur, quòd vsucapi possit: quòd idem videtur dicendum in aliis casibus, in quibus exigitur scriptura: vt no.suprà de fide instru.§.quid si instrumentum amissum.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro transacto quid operetur in vsucapione?*

a Titulus pro transacto. a Rubricella.

1 ISto titulo vsucapitur † res quæ relinquenti actionem, & recedenti à lite transactionis causa à non domino putante se dominum traditur: nec enim hoc titulo vsucapitur id, super quo trãsigitur, idest, res de qua litigabatur: sed id propter quod transigitur, idest, res propter quam à lite receditur: vt C.eo.cum ex causa.C.de transact.si pro fundo.& iunge ea quæ not.suprà de transact.§.quid sit transactio.

ADDITIO.

a An titulus transactionis sit sufficiens ad præscribẽdum, vide latè in v.q.j.partis.iij.princip.superioris tracta.col.iij.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro hærede an habeat locum suis hæredibus?*
2 *Iustus error seu probabilis titulum & causam dat præscribendi.*
Bona testatoris viuentis an possint pro hærede vsucapi?
3 *Extraneus alienam rem mala fide possidens, si hæredem instituat, qui non habeat conscientiam rei alienæ: an talis res possit vsucapi pro hærede?*
4 *Vitiorum genera quæ sint & quot?*
5 *Vsucapio pro hærede qualiter procedat?*

a Titulus pro hærede. a Rubricella.

1 HIc titulus in suis hæredibus † locum non habet. nam sui non videntur habere titulum plusquàm pater, vt pote, cũ eo viuente rerum hæreditariarum quodammodo domini æstimentur.ff.e.l.ij.§.filiũ.C.eo.nihil pro hærede.ff.de lib.& posth. in suis.& iunge ea quæ not.j.de consang.§.vsque ad quem gradum.versi.& est ratio. Si autem pater incœpisset aliquam rem pro hærede vsucapere: etiam ipsi filio proficere posset: vt patet in his quæ not.suprà eod.§.quæ sunt necessaria.versi.v.& versi. fit autem continuatio.idem est si filius emancipatus fuerit institutus: quamuis pater non possedisset pro hærede: nec aliquo alio titulo, & in his duobus casibus potest intelligi lex.ff.pro suo.l.penulti.§.penult.

Item

Item non habet locũ hoc.nisi vbi quis verè est hæres:hinc est quòd si institutus hæres non habet factiònem testamenti: puta persona indigna est,nec potest institui,non vsucapit pro hærede.ff.eo.l.fi.Item si is,qui verè est hæres:alij quem putat cohæredẽ suum cum non sit pro parte indiuisa tradat rem, non procedit vsucapio,nisi fortè fiat ex causa transactionis:si vero tradat pro parte diuisa procedit forsan vsucapio pro parte , quam vult trãsferre in cohæredem.licet non pro parte illa,quam putat esse cohæredis.ff.fami.erci.cum putarẽ.ff.de condi.ob cau. dat.l.iij.§.subtilius.nã cum de vsucapione quæritur verus titu-
2 lus denotatur.arg.C.eo.l.penult.† Veruntamen probabilis siue iustus error dat causam & titulum præscribendi.nam si quis iustam causam habeat existimandi se hæredem, vel bonorũ possessorem domino extitisse,fundũ pro hærede possidebit & vsucapit.ff.de vsuc.non solũ.§.quòd vulgo. Ergo nõ procedit vsucapio:nisi quis vere sit hæres: vel saltẽ iustè & probabiliter hoc putet:secus si quæratur vtrũ quis possit conueniri petitione hæreditatis:ibi enim sufficit possidere pro hærede:& si non hęres, sed prædo sit.ff.de peti.hære.l.pro hærede.Item ex bonis testatoris viuentis nihil potest vsucapi pro hærede : sed eo mortuo procedit vsucapio,quàmuis hominis viui sint bona, quæ vsucapiuntur:sic intellige.ff.eod.l.j.vbi dicit pro hærede viui hominis nihil vsucapi potest : & sic possessor mortui rem fuisse existimauerit:quamuis credat ipsum testatorem mortuum esse.

3 † Sed quid si quis extraneus alienam rem mala fide possidẽs me hæredem instituit : & ego non habeo cõscientiam rei alienæ:nunquid vsucapiam istam rem pro hærede. Quidam dicũt quòd sic:si ex persona mea volo incipere vsucapionem,secus si vellem vti accessione temporis illius cui successi.arg.C.de præscript.long.tempo.l.j.ff.de acquir.pos.l.Pomponius.

Hi etiam tali arg.vtuntur : ego sum hæres verè institutus & bonæ fidei : nec est res vitiosa: ergo vsucapere possum.Ioan.& Azo contra.quia lex interpretatur hæredẽ succedere in scientiam defuncti.C.de fruct.& lit.expen.l.ij.ff.de diuer.& tempo. præscri.cum hæres.& hæc opinio expressim cõprobatur.C.eo. l.fi.nam bona fides in initio exigitur:& illa sufficit.xvj.q.iij.§. quæ sunt necessaria.versic.sufficit autem.& si hoc est in vna & eadẽ persona non ficta:vt ibi:ergo idem debet esse in vna eadẽ persona ficta : puta, in defuncto & in hærede,qui duo fictione iuris eadem persona intelliguntur:vt in auth.de iureiur.quod à moriente præstatur.respon.j.collat.v.& arg.oppo.suprà de tẽp.

ordi.c.literas.hoc etiam ſatis comprobatur à deſtructione conſequentis.ff.de pub.ſi ego.§.idem Iulianus.ibi ex ea cauſa partum me vſucapere &c.ergo vt ibi innuit: ex qua cauſa nõ vſucapit quis partum apud ſe conceptum & editum: neque matrẽ ex illa vſucapione & ſi furtiua non ſit:ſed ibi hæres non vſucapit partum:ergo nec ex eadem cauſa vſucapiet matrẽ:& ſi non ſit furtiua : ſed tunc non obſtabit vitium rei,ſed tantum perſonæ.ſcilicet mala fides defuncti:vt ſi hæres non vſucapiet quaſi penes eum vitiũ remaneat : ergo obeſt hæredi mala fides defuncti.ad idem,quia dicit lex,quòd vitium nõ perſonale ſi purgatum ſit,non impedit vſucapi.ff.de vſuca.vbi.§.j.ergo à contrario ſenſu vitiũ perſonale quamuis etiã purgatũ ſit, impedit.

4 † De hac tamen materia ſic diſtingue.

Vitiorum alia ſunt rei:alia perſonæ.

Item ſucceſſorum alij iuris:alij ſpecialis.

Si quidem ſit vitium rei nõ diſtinguo vtrum ſit generalis an ſpecialis ſucceſſor : quia in neutro caſu vſucapere poteſt.ff.de pu.ſinautem.§.hæc actio.& l.ſi ego.§.partus.

Et hæc vera ſunt,ſi vitiũ rei interuenerit:vt puta res eſt furtiua:clandeſtina,vi poſſeſſa.

Idem eſt ſi res non ſit vitioſa:eſt tamen quaſi vitioſa:vt puta ſi res fiſci ſit.nam illa nullo tempore vſucapi poteſt:vt C.communia.de vſu.iampridem.& inſtit.de vſucap.§.res fiſci.

Vel ſi res pupilli ſit,vel data præſidi.contra legem Iuliam repe.vt ff.de acquir.re.do.bonæ fidei.

Sinautem ſit vitium perſonæ : tunc diſtingue vtrum ſit ſpecialis vel generalis ſucceſſor.

Vt ſi ſit generalis nunquàm poſſit vſucapere.vt ff.de pub.iudi.ſi ego.§.partus.& ff.de diuer.& tempo.præſcript.cũ hæres.

Sinautem ſit ſpecialis ſucceſſor:refert an velit vti acceſſione ſui autoris,vel non.Si velit vti:& ſic tempora ſui autoris cũ ſuis continuare,vtatur cum ſua cauſa, vt ff.de acquir.poſ.cum lapides.§.j.& ij.§.vlti.alias incipit.l.Pomponius. Sin vero tempora continuare nolit nec velit vti acceſſione ſui autoris : ibi poteſt vſucapere:quamuis autor ſuus nõ potuiſſet:vt ff.de pub.ſed & ſi res.§.in hac actione.& ff.de diuer.& tempo.præſcript.an vitium.& C.de præſcript.long.tempo.l.j.

Et hæc vera ſunt quantum ad publicianam vtendã ,vel vſucapionem complendam: Verum quantum ad hoc,vt doli exceptio obſit ſucceſſori,ſeu obiici poſſit:diſtinguitur an habeat lucratiuam cauſam,vel etiam propè lucratiuam ſecundum Ioannem : &

nem: & tunc obsit successori dolus auctoris: an non habeat lucratiuam causam nec propè: vt puta emit: tunc enim non obetit sibi dolus autoris sui nisi accessione autoris sui vti velit: tūc enim ei obesset secundum quòd hæc omnia distinguuntur. ff. de except. doli. apud Celsum. §. de actoris dolo. & §. si quis autē ex causa. & seq.

5 † Si quæras qualiter procedit hæc vsucapio: scilicet, pro hærede? respon. vbi defunctus possidebat aliquam rem alienam bona fide: sed titulum non habebat: hic enim extraneus institutus hæres cum hic titulum: scilicet pro hærede habeat rectè vsucapiet pro hærede: si putat rem ex hæreditate esse. ff. eo. l. penulti. dumtamen res non sit vitiosa: alioquin contra, sic intellige. C. eod. l. fina. Vel intelligitur in suis hæredibus: & accipe suū illum, non qui est in potestate, extraneum vero illum, qui non est in potestate quantuncunque alias sit propinquus. vt C. de iure dot. cum quidam. §. simili modo. & de rei vxo. act. l. vnica. §. accedit. in fine.

ADDITIO.

a An intellect. tit. C. pro hær. vide pulchrè Ang. in l. eum qui. §. in hac. ff. de pul. vbi ponit rationem ad l. nihil. C. eod. titu. quam limita vt per Alexan. in l. j. col. penul. C. qui admit. & in l. in suis. col. iiij. ff. de libe. & posthu. vt procedat: quando filius venit tanquàm suus: alias secus. & dicit glos. in l. j. ff. pro hære. quòd præscript. nunquam facit quem hæredem: qui non est. vnde dicit Bal. in l. j. col. vj. ver. quarto reuoco. C. quando non pet. per. quòd etiam mille annorum possessio facit non verum hæredem illū qui nō est nec posset cōuenire debitores hæreditarios eo quod prætenderet se factum hæredem præscriptione: refert Fel. in c. causam. col. iiij. versi. modo in proposito. & versi. seq. de præscri. vbi tradit an titulus putatiuus sufficiat ad prescribendum bona hæreditaria siue hæreditatem: & concludit quòd sic: respōdendo ad id quod suprà dictum est. Et vltra eum est glos. not. in l. hæreditatem. in glos. magna. circa med. C. in quib. cau. ces. lon. tempo. prescrip. Et dixi suprà in repet. l. Celsus. colum. tertia. in secunda amplia. vbi adduxi vnum consilium Paul. Et ibi dictis adde prædictum locum Feli.

SVMMARIVM.

1 *Titulo pro donato quis & qualis possit vsucapere?*
2 *Donatio inter virum & vxorem quo casu non teneat?*

Error iuris non prodest in vsucapione.
3 *Manumissio illa, vbi quis coepit seruum vsucapere pro donato & antè vsucapionem completam seruum manumisit an valeat?*
4 *Donatio rei alienæ quo casu teneat?*
5 *Aliena res donari nõ potest quo ad hoc vt statim dominium transferatur: nec valet talis donatio in præiudicium veri domini facta.*

Titulus pro donato. Rubricella.

1 HViusmodi titulo † vsucapit cui donata est res à non domino, & tradita est, nec sufficit opinari. immo donatum esse oportet bona fide. C. eod. l. vlti. & quòd donatio de iure teneat. nam & si pater filiofami. donauerit: postea decedat filius non vsucapit pro donato. quia donatio non valuit ratione patriæ potestatis. ff. eod. l. prima. respon. primo. & §. primo. ff. pro hærede. l. secunda. §. filium.

Sed si post donationem filium exhæredauerit: & filius hoc ratum habuerit ab eo tempore quo incœpit ratam habere donationem, vsucapio procedet. ff. eod. si pater. sed & si hæres ratam non habeat donationem, & si non pro donato saltem quasi pro legato secundum Azo. Vel saltem pro suo vt apparet in his quæ not. infrà in rub. titu. pro suo. versicu. item titulus iste vsucapiet donatione tacitè confirmata. quòd dic vt not. infrà de dona. inter vir. & vxo. sub rubrica de dona. simplicibus. § qualiter inutiles. & statim sequitur.

2 † Item donatio inter virum & vxorem facta non tenet. si tamen rem alienam dedit vir vxori putanti donationem valere, ex cuius donatione nõ sit factus pauperior: vxor vsucapiet pro donato. ff. eod. si vir & vxori. ff. de dona. inter virum & vxorem. Sed & si constante: nisi fortè tantum vsucapione completa: fiat diuortium. ff. eod. l. j. §. item si vir.

Sed nunquid est hic error iuris, qui non prodest in vsucapione: vt not. suprà eod. sub rubr. de vsucap. §. quæ sunt necessaria. versicu. iuris autem ignorantia. Ad hoc dic quòd speciale est in hoc casu, quòd error iuris prosit, cum nec aliter haberet bonã fidem. credit enim quòd vir sit dominus: & sic errat in facto, & ꝙ possit donare, sic errat in iure: & ideo cũ sit error mixtus non nocet error iuris. ar. de do. inter vir. & vxo. si spõsus. §. generaliter. Potest etiã hic reddi ratio specialitatis hæc: quia don. inter vi. & vxo. generaliter ꝓhibita est, in casibus tamẽ admittitur: & iste

iste est vnus de illis casibus, quia non sit vir pauperior. & hoc est quod dicit lex prædicta.si vir vxori litera quā quidā libri habēt in fi.quæ talis est quia ea donatio demum reuocatur, ex qua is qui donat est pauperior, si occasione rei remaneret: & qui accepit locupletior: fiat autē pauperior si occasione rei remaneret obligatus, puta, commodanti vel deponenti, quod tamen ignorabat, puta, habeat aliam rem huic similem, credidit dare suam, & dedit commodatam, & hoc casu non vsucapiet.ff.eo. l.j.§.item si vir.

3 † Vbi autem aliquis cœpit seruum vsucapere pro donato, & ante vsucapionem completam seruum manumisit, nō valet manumissio: sed possessionem amisit, & per consequens vsucapio.ff.eo.qui pro donato.

Sed & si is qui alienam rem dedit pœniteat: & etiam rem in iudicio vēdicet.nihilominus vsucapio currit.ff.e.si is qui alienam. Quòd si venditio causa dona. facta sit non pro emptore, sed pro donato res vsucapietur.ff.eo.l.fi.

4 † Igitur ex præmissis apparet donationem rei alienæ tenere quantum ad hoc, vt vsucapiendi iustus titulus transferatur: Nec obst.ff.de donat.in edibus.in fi.vbi dicit donari nō potest, nisi quod eius sit, cui donatur: quia exponi debet, nisi quod sit: id est, nisi agat quod eius sit, cui donatur: vel quod ad propositum donantis.ff.de publiciana.quæcunque.§.j.in fin.alioquin locum hæc vsucapio non haberet.secundum Azo.

5 † Vel sic aliena res donari non potest quo ad hoc, vt statim dominium trāsferatur, nec enim valet in præiudicium domini veri facta.C.eo.l.ij.quia quod quis nō habet transferre non potest.C.de dona.si filius.j.q.vij.Diabertum infrà de iurepatro. Quòd autem consul.ad fi.vel quo ad hoc, vt quis se de euictione obliget, ex quo bona fide fit.ff.de edil.edic.ad res donatas. & sic intelligas.d.l.edibus.sed bene potest donari, quo ad hoc, vt vsucapiatur. sicut suprà plenius cōprobatur.& infrà de donat.apostolicę.respon.j.ad fi.& infrà de iurepa.cura.& C.e.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Titulo pro derelicto quæ res & qualiter vsucapi possit?*
2 *Emens rem ab illo, qui cœpit possidere: quo titulo eam vsucapiat?*
3 *Rei partē habere pro derelicto nō potest cuius insolidū dominus est.*

Titulus pro derelicto. [a] Rubricella.

1 TItulo isto † vsucapitur res mea ab alio, qui credebatur dominus, possessa: & ab eodem pro derelicto habita ab illo,

illo, qui credebat illum dominum:& credens rem pro derelicto habitam ipsam possidere incœpit: quamuis ignoret à quo derelicta sit.ff.eo.ad quod pro derelicto:sed si non habetur pro derelicto: & sic falsum est quòd credebat illum dominũ, vsucapio non procedit.ff.eo.nemo potest.vnde nec merces ex naue iactatæ hoc titulo vsucapiuntur.ff.eod.l.penulti.licet fortè pro suo vsucaperentur:vt ff.pro suo.l.ij.

2 † Vbi verò quis emit eandem rem ab illo,qui eã cœpit possidere:non pro derelicto:sed pro emptore vsucapit ipsam,sicut & si eandem emisset à marito,cui vxor ipsam donauerat.ff.eo.l.si id quod.respons.j. nam quasi me volente,qui dominus sum: & rẽ pro derelicto habeo,id fieri videtur, vt ibi dicit.res enim pro derelicto habita quasi donata videtur.ff.de stipulat.seruo.quòd seruus.ff.de euic.l.vltim.quod si ego dominus rem propriam pro derelicto habeã non vsucapitur:sed occupanti conceditur,qui statim ex quo rem occupauerit dominus efficitur.ff.eo.l.j.& l.si id quod.§.id quod quis.ff.de acqui.rerum domi.qua ratione.§.hoc amplius.insti.de rerum diui.§.vlti.quamuis etiam ego rei propriæ pro derelicto habitę quàm cito,pro derelicto habeo statim dominus esse desinam : tamẽ nemini acquiritur,nec possessione apprehensa.ff.eod.l.ij.

3 † Nec possum rei partem habere pro derelicto, cuius insolidum dominus sum:licet hoc possem si pro parte tantũ quam pro derelicto habeo dominus existam.ff.eod.an pars.

ADDITIO.

a Adde text.in l.falsus.§.qui alienum.ff.de fur.& not.per Bartol.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.pos.

SVMMARIVM.

1 *Titulo pro legato quis poßit vsucapere?*
2 *Titulo pro legato non potest vsucapere nisi is, cum quo testamenti factio est.*
3 *Titulus quilibet an iusto errore interueniente præbeat iustam causam vsucapiendi?*

Titulus pro legato. Rubricella.

1 Titulo hoc † vsucapit is cui res aliena bona fide legata est,& nulliter. ff. eod. l.j. & l. alius pro legato j. in princip.nec sufficit opinari:imo necesse est, quòd in veritate legata sit:licet non iure:& quamuis legatum ademptum fuerit nihilominus vsucapio currit.vt ff.eo.l.ij.& l.vlti.

Quòd

Quòd intelligas quandocunque error probabilis excusat vsucapientem, puta, credit testamentum valere: non errando in iure: sed in facto, puta: quia credit testatorem sanæ mentis esse, cùm furiosus sit, vel ignorans legatum codicillis ademptum adesse. Idem est si in nomine probabiliter erretur: puta, legauit quis Titio: cum duo sint Titij: & quilibet de se sensit, cum tamen de illo non sensisset testator. ff. eo. pro legato. j.

Idem si vsucapiens putat mortuum testatorem: quamuis in veritate viuat, dũmodo legati nomine res tractata fuerit: vel etiam legatarius sine vitio possessionem rei legatæ adeptus sit. ff. eo. ea res. & l. seq. & l. penulti.

a † Sed nec potest vsucapere hoc titulo nisi is, cum quo testamenti factio est. ff. eo. nemo potest.

Patet ex præmissis, quòd titulus putatiuus, & si verus nõ sit, dumtamen probabilis error excuset, dat iustam causam vsucapiendi: vt not. suprà eo. versic. quòd intelligas. & sequenti. & in superioribus rubricellis.

Nunquid ergo idem est, vbicunque probabilis error excuset? Dixit Azo quòd non: quia regula est, quòd sine vero titulo non procedit vsucapio: vt not. suprà §. quę sunt necessaria: vers. sexto. cui stare vult exceptis casibus supradictis: & si qui similes in lege scripti reperiantur: qui cum speciales sint: non sunt trahendi ad consequẽtiam. ff. de reg. iur. quæ propter, & l. contra. † Martinus & alij quidã dicunt hoc ad quemlibet titulum vbicunque iustus error interuenerit extendendũ: quod verius puto quantum ad hoc, vt inde factum illius, qui allegatur saltem computat, titulus pro suo: vt apparet in his quæ not. infrà rubricella titulo pro suo. ver. item titulus iste: quia semper debet esse probabilis ignorantia excusata. ff. pro suo. l. fi. ff. de iur. & fac. igno. plurimum. & l. regula. suprà de or. ab episcopo qui resig. episcopa. c. ij. infrà de cle. excommuni. apostolicæ. & vbi eadem ratio idem ius. infrà de consangui. & affi. tua. C. de libe. præte. vel exhæreda. l. j. quis enim posset in omnibus supradictis casibus, & in aliis in iure expressis specialitatis reddere rationem? Et hoc maximè secũdum iura canonica locum habet: quia aut fit alienatio in casu concesso: & rite: & tunc non est necessaria vsucapio, aut minus iuste: & in hoc casu necesse est intelligi iura canonica de præscriptione tractantia: alioquin superflua essent & frustrà occuparentur membranæ. xix. dist. si Romanorum. ad hoc not. infrà. eo. rubricella de præscri. re. immobil. §. quæ exigantur. sub §. hoc quo ad res. versic. circa

corpo

corporalia vero.

Nec ob.regula supradicta: Quia quòd dicitur.C.pro hærede.l.vltim.vsucapio non præcedente vero titulo non procedit, subaudi, vel putatiuo errore facti probabili comprobante: & quod ibi dicit, intentio, subaudi, crassa, supina, erronea, non probabilis, vel quando res est vitiosa, vel quando sui hæredes & legitimi volunt vsucapere pro hærede, quod esse non potest. vt not.suprà.eo.in rubrica titulo pro hærede.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro dote locum habet vbi res aliena bona fide in dotem datur.*

2 *Res in dotem datæ si sint inæstimatæ quo titulo vsucapiantur?*

3 *Res in dotem datæ si sint æstimatæ an possint ante nuptias vsucapi?*

Titulus pro dote. Rubricella.

1 Locum habet hîc titulus † quando res aliena bona fide in dotem datur. vnde & si duę filiæ patri hæredes extiterint, & res alienas quas pater bona fide possidebat in dotem dederint: & sic à maritis vsucapiantur, soluto matrimonio ipsas inter se diuident.ff.eo.l.vlti. Tamen circa hanc materiam sic distingue. Cum res in dotē dantur aut æstimatæ aut inæstimatæ.
2 † Item si inæstimatæ aut eo animo vt statim fiant accipientis: quod semper in dubio præsumendū est: vt ff.de iur.dotium. dotis fructus.in fin.& l.seq.aut non eo animo, si eo animo ante nupt.habet locum titulus pro suo: post nuptias vero pro dote: vt ff.eo.l.j.hoc si de iure & de facto tenuit matrimonium.nam si de facto tantū habet locū pro suo.vt ff.de iure do. Proculus.

Alij dicunt: quod si iustus error interuenerit in matrimonio habet locum pro dote.

3 † Si vero res æstimatæ dētur, dicūt quidam quòd ante nuptias non vsucapiuntur.arg.ff.eod.l.ij.secutis nuptiis, vsucapiuntur pro emptore: quia æstimatio similis est emptioni.ff.pro emptore.l.j.& l.litis.

Rogerius vero distinguit vbi etiam ęstimatæ dantur, vtrum eo animo dentur vt statim fiant accipientis: & tunc ante nuptias vsucapiantur pro suo: secutis vero nuptiis pro emptore: vt suprà dictum est.

Aut eo animo vt fiant accipientis secutis demum nuptiis, & tunc ante nuptias non vsucapiuntur: vt ff.eo.l.secunda, & ff. pro suo.l.prima.

Nec

Nec obst. si dicas æstimationem tacitam conditionem habere, hanc: scilicet si matrimonium secutum fuerit: quia talis conditio non facit æstimationem cōditionalem. arg. ff. de condit. & demon. conditiones extrinsecas.

Alij dicunt: quòd æstimatio habet tacitam prædictam conditionem. vt ff. de iure dotium. plurimumque. §. si ante. & ideo ante nuptias vsucapi non potest. tamen cum conditione impendenti sic: vt ff. pro emptore. l. si super condi. secundum Bo.

SVMMARIVM.

1 *Verba pro suo quot modis accipiantur?*

2 *Titulus pro suo quomodo dicatur generalis quo ad alios titulos?*

3 *Traditione rei facta cum bona fide an obsiet falsa causa?*

4 *Titulus pro suo quæ res & qualiter possideri possint?*

5 *Natura pronominum correlatiuorum meus, tuus, suus, noster, & vester.*

6 *Titulus pro suo nunquam dat causam præscribendi, nisi aliquis superiorum prætendatur.*

7 *Possidens ex conducto quamuis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei intelligitur possidere.*

8 *Effectus vsucapionis quis sit?*

Titulus pro suo [a] Rubricella.

AD euidentiam huius tituli notare debes: † hoc quòd dico pro suo, duobus modis accipitur. scilicet: verè & similitudinarie: Verè sumitur cum dicitur pro suo ad differentiam eius: quod alienum est. Vnde verus dominus rem propriam, & quam scit suam esse, nec erat: pro suo possidet. sic pōt intelligi. ff. e. l. ij. Et dicitur hoc ad differentiam creditoris vel commodatarij qui non pro suo possidet: & sic hoc quod dico pro suo non est titulus vsucapiendi: alioquin quilibet vsucaperet rem suam propriam.

Similitudinarie accipitur quando ponitur pro titulo, puta, cum is qui possidet credit se dominū esse ex aliqua iusta causa cum non sit: & hoc habet fieri duobus modis. scilicet communiter & specialiter. Communiter accipitur quando concurrit cum alio titulo, vt statim exēplificatur infrà eo. ver. titulus iste generalis est. Specialiter accipitur quando cōpetit alio quolibet titulo deficiente: vt not. infrà eod. versicu. Item titulus iste. & ver. si. † Debes ergo scire quod titulus iste generalis est ad alios titulos supradictos: nā & qui pro emptore, & qui pro donato. & sic de aliis possidet dummodo se credat dominū & pro suo possi

possidet & vsucapit siue emptum vel donatum sit.ff.eo. l.j.siue non.ff.de vsucap.Celsus.dummodo probabilis error excuset.

Sed & ex quacunq; causa credat quis se dominũ & sibi vel patri suo traditum fuisse,pro suo vsucapiet. ff.e.l.vlt.ff.pro dote.l.j.ver.ante nuptias.auth.sed & id quod ex hęreditate ad me peruenit vsucapiã.nam vsucapio pro suo procedit in his rebus, quæ aliena in bonis patris inueniantur. ff.eo. si ancillam.§.pe.

3 †Nec obest falsa causa dũmodo traditio facta sit.ff.eodem. si ancilla.§.fi.& dummodo bonam fidem habeamus, alioquin contra.ff.eo.hominem.

Inde est quod si ancillam furtiuã bona fide emero, partum eius titulo pro suo vsucapio, etiam si ante completam vsuca. ancillam furtiuam esse sciuero: dũtamen eius dominum certificauero,si possum.si non possum, excusatus sum.sed si possum & non certifico, clam videor possidere:& sic possidere titulo pro suo,clam non possum,propter malam fidem per consequens nec vsucapere.ff.eo.si ancillam.

4 † Hoc titulo possidẽtur omnia,quæ mari terra:cœloque capimus:aut quæ alluuione fluminum nostra fiunt:& quæ ex rebus alieno nomine possessis id est ex quibus alium autoré habemus sic.ff.de his quæ not.infa.furti.§.si quæ nata sunt possidemus: veluti partum ancillę hæreditariæ vel vẽditæ similiter fructus rei venditæ vel donatæ: ad quem cum non extendatur titulus specialis,quia qui vendit rẽ vel donauit non vendit vel donauit specialiter fructus futuros, necesse est ad hunc titulũ recurrere generalem,vt omnia hæc probantur.ff.eo.l.ij.

5 † Et not.quòd is qui pro suo vsucepit: & si per plures nõ sit, potest dicere,pro meo vsucepi: & si per plures sunt possum dicere,pro nostro:vt subtiliter probatur.ff.eod.est species ibi pro suo.& ibi pro nostro.& bene potest dicere titulo, qui dicit pro suo possideo:vel vsucepi. vt probatur.ff.eod.l.prima.& ibi pro emptore pro suo possideo.&c.

Potest dici quod ibi loquitur Vlpianus magistraliter,Paulus vero l.se[illegible].propriè:nam si rem meam dicam suam,impropriè loquor cum eadem res non possit esse duorum dominorum insolidum.ff.commodati.si vt certo.§.si duobus vehiculum. nam meus,& tuus,& suus,noster,& vester,correlatiua sunt:quorum hæc est natura: quod vnum non est reliquum.vt ff.de rerũ permu.l.j.ergo propriè loquendo sicut ille pro suo possidet: sic & tu pro tuo possides:sic & ego pro meo possideo.

Hic igitur titulus sicut videtur petitionem hæreditatis non excludet

excludet: nisi aliqua alia iusta causa & vera prætendatur.arg. ff.de petitio.hæred.pro hærede.alias quilibet posset dicere pro meo possideo.& sic nunquam magis hęc actio locum haberet.

† Item titulus iste nunquàm dat causam præscribendi, nisi aliquis superiorum prætēdatur.ff.dę vsucap.Celsus, vel aliqua alia iusta causa pone occupationis:puta, inuenit quis margaritam alienam ad littus maris: quam credit in nullius bonis esse, vel alluuionis vel accessionis ad rem emptam, vel donatam.ff.eo.l.ij.& l.si ancillam.respon.j. Vel stipulationis.ff.eod. hominem:Vel diuisionis rerum hęreditariarum à parte factæ: & sic vicem emptionis obtinet.C.communia vtriusq; iudi. l.j. sic intellige.ff.eo.si ancillam.§.si pater.alias contradiceret illi. l.ff.pro dona.l.j.§.si pater. Posset tamen dici quòd l. scilicet in proxi. §. si pater. & si deficiat titulus pro donato. habet locum titulus pro suo:vt in l.si ancillam.ergo si ex causa diuisionis ad alterum fratrem perueniat res aliqua vsucapio locum habet: vel ex causa successionis, vel cuiuslibet alterius.ff.eod.l.vlti.& sic titulus iste in omnibus iustis causis possessionis, per quas consueuit acquiri dominium deficientibus aliis specialibus titulis, locum habet:sed bene iusto titulo siue causa:solus tem poris cursus non sufficit.Ç.de præscri.long. tēp.nec petentem. & l.præce.aliàs quilibet & malęfidei possessor & sine titulo vsu caperet dicens:ego credebam rem meam esse,sic vsucœpi pro meo:quod esset absurdum.arg.insti.vi bo.rap.§.sed nedum talia.& suprà,de rescrip. nonnulli.infrà.de accu. qualiter primò.

† Illud autem sciendum est:quòd qui ex conducto possidet: quamuis corporaliter teneat: non tamen sibi sed domino rei intelligitur possidere. suprà de restitu.spol.cùm venissent.ergo nec pro suo vsucapiet.C.communia:de vsucap.l.j.

Item si non fide bona non procedit vsucapio.C.communia. de vsucap.l.fi.

Nec res vitiosa, vel quasi vsucapitur.C.communia.de vsuca.l.penul.

Nec rem propriã vsucapere possumus: quia quòd nostrum est nequit iterum nostrum fieri, nisi desinat esse nostrum. ff.de acquir.posses.possideri.§.ex pluribus. instit.de act.§. sic itaque discretis. suprà de fide instrumen. inter di.§.instrumen. versic. cæterum.in fi.vnde hæc duo præponēs scilicet,rem suam esse, & vsucœpisse, seipsum videtur excludere.vt infrà eo.veniens. §.fin.

Quod est ergo dictum, vsucepit pro suo,hoc quia tanquàm

suum quia hoc credebat legitimo tempore re sibi tradita & ex iusta causa & probabili, quãuis falsa possedit, & sic vsucœpit.

Sed & potest dici iustus titulus pro iudicato: res enim iudicata spacio x. dierum vsucapitur. quòd dic vt not. infrà de sen. & re iudi. §. quot sint. versi. quo ad temporalia. & sequen.

8 Quid sit eius effectus? † Et quidem vsucapionis effectus in rebus mobilibus & se mouentibus is est secundum omnes vt rei vsucœptæ directum dominium acquiratur. C. de pact. traditionibus. ff. de vsuca. l. j. & iij. ff. pro suo. l. fi. ff. de pig. l. j. §. cùm prædium. in rebus verò immobilibus dissensio est: vt not. infrà eo. sub rubri. proxi. seq. §. quis sit eius effectus.

Ex quo plenè expediuimus tractatum præscriptionis, siue vsucapionis circa res mobiles & se mouentes: in quo etiam aliqua interseruimus ad res immobiles pertinentia: videamus de præscriptione rerum immobilium, interserentes etiam aliqua ad res mobiles vel etiam incorporales pertinentia: & sic apponamus rubricam.

ADDITIO.

a Ad materiam tituli pro suo: vide quæ dixi in tractatu in j. parte. iij. prin. in xij. q. & in repet. l. Celsus. col. xiiij. in prin. item not. quòd licet quis probet per testes quòd possidet aliquam rem pro sua & tanquàm suam per talem probationem non resultat probatio alicuius dominij vel tituli secundum Bar. in l. j. circa fin. ff. pro suo. & sequitur Alex. consil. lxxxix. col. ij. circa medi. v. volu.

De præscriptione rerum immobilium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio multipliciter diffinitur.*

2 *Species præscriptionis quot sint?*

3 *Appellari potest infrà x dies in præscriptione decem dierum: & sententiæ arbitri contradici.*

4 *Quæstio mota iudici post depositum officium infrà quantum tempus sit terminanda?*

5 *Creditor si scripsit sibi solutum esse, & velit contrarium dicere, an & infrà quòd tempus audiendus sit?*

6 *Bonorum possessionem petenti quantum tempus ad hoc sit concedendum?*

7 Præ

7 *Præscriptionum perpetuarum species quot sint?*
8 *Præscriptio longi temporis quæ requirat?*
9 *Sine titulo non currit longi temporis præscriptio.*
10 *In præscriptione longi temporis necessaria est continuatio temporis?*
11 *Præscriptio longi temporis qua de causa cessare dicatur?*
12 *Longissima præscriptio quibus casibus cessat?*
13 *Tempora interruptionem præcedentia an prosunt præscribenti?*
14 *Peccata sunt tanto graviora, quanto diutius animam detinent alligatam.*
15 *Ecclesia an possit ratione peccati leges corrigere, aut causas audire & diffinire?*
16 *Bonā fidem habens an cùm scientia rei alienæ possit præscribere?*
17 *Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum.*
18 *Rem alienam donare ius est principis.*
19 *Præscriptionis privilegium non debet reportare ex eo, ex quo puniri debeat.*
20 *Peccatum alicui actui annexum ipsum actum impedire censetur.*
21 *Imperator an possit rem ecclesiæ donare, aut in præiudicium illius constitutionem facere.*
22 *Imperator qua ratione possit rem alienam donare?*
23 *Præscriptio cum mala fide quo casu valeat?*
24 *Res laicorum quo pacto præscribantur?*
25 *Res laicorum debent continue, & usque ad legitimum tempus completum possideri ad hoc ut præscribantur?*
26 *Ecclesia quanto tempore præscribat contra laicum? & nume. sequenti.*
28 *Contra Romanam ecclesiam an & quanto tempore præscribatur?*
29 *Triplici ratione titulus requiritur in præscriptione rerum ecclesiasticarum.*
30 *Inveniens aliquid nec restituens furtum committit, vel rapinam.*
31 *Res aliqua duabus ex causis non potest insolidum acquiri.*
32 *Donatio episcopi sine consensu capituli an plenum ius transferat?*
33 *Bona fides cum præscriptione xxx. an. an sufficiat ad possidendum res temporales laicorum, vel patrimoniales clericorum sine titulo.*
34 *Subditus laici facilius præscribitur quàm subditus prælati.*
35 *Res laicorum facilius alienantur quàm ecclesiarum.*
36 *Titulum probare qualiter quis non teneatur?*
37 *Quæ res præscribi possint?*
38 *Iura canonica non habent actionem in personalibus, sed tantum in*

realibus locum habent.

39 *Ecclesia vacante an currat eius præscriptio.*

40 *Tempora quibus casibus de præscriptione subducantur de medio?*

41 *Præscriptio non currit debitori nisi adueniente die, vel conditione existente.*

42 *Præscriptio non currit vbi agi non potest.*

43 *Actio confessoria aut negatoria quæ sit? & num. seq.*

45 *Fragilitas sexus, vel fauor militiæ vel absentia an prosint quo minus non currat præscriptio?*

46 *Actiones quæ & an tempore tollantur?*

47 *Admitti non debet in electione nisi qui ius habeat.*

48 *In actione fami. ercis. an currat præscriptio?*

49 *Actio pignoratitia quanto tempore tollatur?*

50 *Præscriptio quot modis interrumpatur?*

51 *Per litis contest. ipso iure interrumpitur præscriptio.*

52 *Solutione eius quod debetur tollitur obligatio.*

53 *Præscribens aliquam rem bona fide xxx. an. an habeat vtilem rei vendica. contra quemlibet possessorem?*

54 *Mobilia facilius mutantur quàm immobilia.*

55 *Per præscriptionem acquiritur exceptio quæ omnem exceptionem excludit.*

56 *Cui datur actio multo fortius exceptio.*

57 *Natura vsucapionis quæ sit?*

HIc videndum est.

Quid sit præscriptio. Quot sint eius species. Quæ exigantur in præscriptione. Quæ res præscribi possunt. Quibus modis interrumpitur præscriptio. Quis sit eius effectus.

1 Quid sit præscriptio? †Et quidem ius quoddam ex tempore causam trahens, id est, firmitatem capiens secundum Da.

Alij dicunt: quòd præscriptio est ex tẽpore causam trahẽs.

Tu dic; præscriptio est exceptio ius quoddam ex tempore continuæ possessionis rerum immobilium aliquando dominij vtilis: aliquando actionis vtilis: aliquando legitimæ exceptionis causam tribuens. xvj. q. iij. §. potest. C. de præscript. xxx. ann. si quis emptionis. infrà eod. c. j. & per totum. & in his quæ not. infrà eo. §. fin. plenius apparebit.

2 Quot sint eius species? † In primis scire debes: quòd exceptio quæ circa iudicia plerunque opponitur, & si dilatoria sit aliquoties abusiuè vocatur præscriptio: sic. C. de testi. nullum. C. de excep. l. fin.

Præscr

Præſcriptionum tamen de quibus ſpecialiter tractare intendimus duæ ſunt ſpecies. omnis enim præſcriptio aut temporalis eſt, aut perpetua.

Temporalium præſcriptionum.

Alia eſt vnius horæ: vt ſi clericus deficiat vna hora, quòd non interſit diuinis: vt ar. xij. diſt. c. quòd tamen qualiter intelligatur no. infrà de cle. non reſi. Vel quando illud apud acta lata ſententia appellandum eſt. ff. de appel. l. j. §. fi. & not. infrà de appel. §. qualiter. ſub. §. vbi verò. Alia vnius diei. nam eo die duntaxat quò iudex tulit ſententiam: ſi quidem defuerit circa fructus acceſsiones vel expenſas ſupplere poteſt. ff. de re iud. Paul. Alia duorum dierum ſcilicet olim in cauſa propria. Alia trium dierum olim in aliena cauſa. ij. q. vj. §. biduum. Item circa reuocationem erroris aduocati. C. de errore aduocato. l. iij. & ſi iudex recuſetur ſecundum legem antiquam. C. de iud. cùm ſpecialis. & ſi quis iuſſit exire religioſum poſt pubertatem in religione completam. infrà de regularibus. ad noſtram. Alia quatuor dierũ in examinatione clericorum ordinandorũ. xxiiij. diſt. quando. ſed certè ibi non loquitur de præſcriptione. Alia quinque dierum. infra quos olim debebant peti apoſtoli. ij. q. vj. ab eo. hodie verò infra xxx. C. de appel. quoniam. Item inuenitur præſcriptio quatuor vel quinque dierum. ff. ſi quis cautio. & ſi poſt res. Alia ſex dierum quibus ſcilicet operari permittitur: ſed ſeptima ceſſandum eſt. ſuprà de fer. cap. j. & ij. Alia ſeptem dierum: vt qui cadauer tetigerit, ſeptem diebus immundus erit. de conſecr. diſtinct. iiij. nequaquàm. Alia octo dierum, quibus feſtum dedicationis eccleſiæ celebratur. de conſecr. diſtin. j. ſolennitates. & idem intelligas in omni feſto habente ſolennes octauas. ſuprà de fer. capellanus. Alia eſt nouem dierum à morte defuncti numerandorum, infra quos hęres non poterit conueniri. C. de ſepul. vio. l. fin. & authen. ibi ſigna.

3 † Alia x. dierum infra quos hodie appellandum eſt. ij. q. vj. anteriorum. Vel ſententiæ arbitri contradicendum. C. de arbi. l. pe. & in cõſtitutione pec. ff. de con. pecu. promiſſor Stichi. §. j. item in alio caſu. iij. q. iij. authen. quod fieri. Alia. vij. alia. xiiij. alia xvj. alia xviij. alia xix. dierum. vt v. qu. ij. præſenti. alia xv. dierum. vltra quos non detinetur teſtis inuitus. C. de teſtibus. ſi quando. Alia xx. dierum qui dantur ad deliberandum. iij. q. iij. offerãtur. aliquando plus, aliquando minus: vt no. ſuprà de dila. §. quot ſint dilationum ſpecies. ver. aliæ debitatoriæ.

† Item quæstio mota iudici post depositum officiũ infrà xx. dies terminanda est, quamuis teneatur expectare. per l. vt. C. vt omnes tam ciuilis quàm mil. iudices. l. vnica. §. fina. respon. j. in auth. vt iu. sine quoquo suffra. glo. §. necessitatem. col. ij. in auth. de collatoribus. §. fina. col. ix. Item habes præscriptionem xx. dierum. infrà de cri. fal. dura. §. fina. & de cleri. excom. mi. illud. Alia xx. dierum. nã si per tres hebdomadas presbyter ab ecclesia sua defuerit, remouendus est. xvij. q. j. si quis in clero. Alia xxix. dierum, qui dantur antequàm exequatur infrà quos, nisi occurrerit episcopus accusatus suspenditur. iiij. quæstio. quinta quisquis.

† Alia triginta dierum qui dantur antequam exequatur sententia lata à principe super animaduersione. xj. q. iij. cùm apud. Item si creditor scripsit sibi solutum esse, & velit contrariũ dicere infrà xxx. dies tantum auditur. C. de non nume. pec. in contractibus. Item apostoli infrà xxx. dies petendi sunt: vt infrà de appel. §. qualiter. sub §. vbi vero. versic. iudex autem. Item pœna commissi pupillo remittetur si infrà xxx. dies soluerit fisco. ff. de pu. & vectigal. Imperator. Alia xl. dierum quibus debet pœnitere is, qui à domino compulsus deierauit. cum vij. tamẽ sequentibus annis. xxij. q. v. c. j. ad idem. infrà de sponsa. duorum accepisti. infrà de accu. accusasti. Alia. 50. dierũ. vt no. suprà eo. versi. Alia xx. ibi. Item quæstio mota &c. Item contra tutorem, vel curatorem se excusare volentem. vt insti. de excu. tut. §. qui autem. Alia lx. dierum infrà quos debet inuentarium compleri C. de iure delib. scimus. §. sin autem dubius. Item si dictum non sit infrà quod tempus possit redhiberi res empta, si displiceat. quadraginta dies dantur. ff. de redhibito. act. quòd si nolit. §. pe. Item aibi. iiij. q. iiij. §. aliquando. versi. libellum.

† Alia centum dierum, qui dantur petenti bonorum possessionem. C. qui admit. ad bono. pos. l. ij. Alia vnius mensis. iiij. q. v. quisquis. Alia duorum mensium: vt quando necessitas excusat accusatum. v. q. iij. si ægrotans. Alia trium mensium vt ibidem, & quando iudæus emit seruum causa mercimonij. liiij. dist. fraternitatem. infrà de iudæis. c. fin. versic. si infrà tres menses. Alia iiij. mensiũ, infrà quos debet in personalibus executioni mandari sententia. ff. de offic. deleg. quærenti. Alia quinque mensiũ, infrà quos debet electus consecrari. c. distin. quoniam hodie dantur sex menses. suprà de translat. episcopi. inter corporalia. sed neque: quod dic vt no. suprà de elect. §. quo tempore. vers. hinc non. Alia sex mensium, qui dantur in redhibitoria actione. ff.

ne.ff.de edil.edict.redhibi.& quantò mino.l.ſciendum.§.fin.& alibi.tertia quæſtione de induciis.Alia.vij.menſium.ff.de ſtatu homi.ſeptimo.Alia viij.mēſium.xviij.diſt.propter.Alia.ix.menſium.iij.q.iij.§.ſpatium.Alia decem menſium.in auth.de reſtit. & ea quæ pa.in x.menſe.§.fina.colum.iiij.Alia vnius anni.lxiij.diſtin.ſi ſeruus.xj.q.iij.rurſus. Alia vnius anni & diei.xx.q.ij.puella.Alia vnius anni & dimidij.iij.q.iij.de induciis.Alia biennij.xix.q.iij.monaſteriis.Alia triennij.xviij.q.ij.ſi quis incognitus.Alia quadriennij.xvj.q.iij.quas auth.C.de quadri.præſcrip. bene à Zenone.Alia quinquennij.C.ne de ſtatu defunct.l.j.& l.ſi pater.Alia vj.annorum diſt.vj.§.j.ibi ſi emeris ſeruū &c.Alia vij.anno.C.de iure delibe.ſi infanti.Alia ix.an.ff.de ali.& cibar. Mela.Alia x.anno.xvj.q.iij.§.poteſt.ij.Alia xj.anno.vt infrà de deſpon.impu.ſi puella.Alia.xij.an.in auth.de tempore non ſolutæ pec.ſuper dotem.§.& ſi quid inter ætatē collat.vij. Alia xiij. an.C.de ſilentiariis.l.iij.lib.xij.Alia xiiij.anno.infrà de deſpon. impu.ex literis de illis.Alia xv.anno.C.de operi.pu.omnes qui xx.q.ij.illud. Alia xvij.anno.§.tria.ff.de poſtulando.l. prima.§. pueritiam. Alia xviij.ann.xxviij.diſt.de his.& infrà de regula. quia in illis Alia xx.anno.C.de falſis.quærelam.Alia xxv.anno. C.de in integrum reſtitu.mili.ſi minorem.xx.queſtione prima. virgines. Sed perpetuarum.

7 † Alia xxx.anno.xvj.q.iij.§.poteſt. Alia.xl.anno.infrà eo.de quarta.xx.q.j.ſanctimonialis.Alia quinquaginta an.vt l.greca alearum ludus.Alia lx.anno.xx.q.j.iuuenculus. Alia c.ann.xxj. q.tertia. nemo.infrà eodem ad audientiam.cum nobis. ſi diligenti.in fi.

8 Quæ exigantur in præſcriptione, † Et quidem ſecundum l.in præſcript.longi temporis bona fides & iuſtus titulus, & continua poſſeſſio,& quòd res ſit præſcriptibilis exiguntur.

Bona fides autem ementis,vel ex alio iuſto titulo accipientis exigitur: vt C.de præſcriptio.longi tempo.diuina.& l.ſeq.& l.ſi fraude.& l.penulti.& licet proxima lex dicat poſſeſſorē debere probare bonam fidem.Azo tamen not.quod probatur eo ipſo,quòd non probatur contrarium.argu.C.qui mi.non poſ.l. penulti.& not.ſuprà ſub rubri.de vſucap.§.quæ ſunt neceſſaria. verſi.ij.Vel dic quòd præſumitur contra poſſidentem,niſi titulum probet:ſed eo probato præſumitur præſumptione iuris: & ſic probatur per conſequens bona fides:& ſic potes intelligere. d.l.ſicut ex lectione ipſarum colligi poteſt.& eſt argu.quòd in rebus eccleſiaſticis,in quibus bona fides requiritur, requiren-

dus & allegandus est titulus & probandus: Vel melius aut possidens suspectus est ex aliqua causa probabili: & sic requiritur, quòd probet titulum: per quem præsumatur bonæ fidei: aut nulla præsumptio est contra ipsum, & tunc præsumitur bonæ fidei. & sic l.penult.C.de præscriptio.longi tem.potest intelligi quando præsumitur cõtra possidentẽ ex aliqua iusta causa: & iunge quòd not.infrà eod.sub.§.quartum.& seq.

Sed neque consueuit nocere mala fides tradẽtis.ff.de diuer. & temp.præscript.an vitium.& instit.de vsucap.§.quòd autem. nisi recipiens vti vellet accessione malæ fidei possessoris.vt C. de præscriptio.longi.tempo.l.j.ff.de acquiren.posses. Pomponius.§.cum quis.

Sed hodie malæ fidei possessore alienante ignorante rei domino spectatur præscriptio triginta anno.ipso autem domino sciente si non fuerit contestatus, sufficiunt decẽ ann.inter præsentes.xx.inter absentes.in auth.vt spon.lar.§.rursus. col.ix.& not.suprà de vsucap.§.quæ sunt necessaria.suprà quarto.

9 † Titulus vero requiritur: quia sine eo non currit longi temporis prescriptio: vt C.de prescriptio.longi temporis.diutina.& l.nec petente.& l.si is.nisi in casu: vt not.suprà sub rubrica de vsucap.§.quæ sunt necessaria.versicu. quandoque tamen speciale est.

10 † In hac etiam præscriptione longi temporis necessaria est continuatio longi temporis, scilicet decem anno.inter præsentes.xx.anno.inter absentes.Et intelligitur præsens quo ad hoc pertinet qui est in eadem prouincia vbicunque res sita sit.nam ius vendicationis incorporale est: & vbique potest exerceri, sicut & quælibet actio personalis.sunt enim actiones quædam diuino motu, & animo subtilissimo constitutæ.C.de præscript. longi.tempo.l.vlti.

Quòd si præscripsi rem tuam te presente per v.ann.demum te absente per v.ann.nunquid completa est præscriptio? non.immo sicut duplicatur decennium vbi nullo tempore fuisti præsens: sic debet quicquid de decennio te absente currerit, duplicari: vt in auth.vt spon.lar.§.de præscriptione.

Sin autem præscriptio fuerit interrupta præscriptio impeditur: vt not.infrà eod.§.quibus modis.

In præscriptione vero longissima scilicet triginta anno.non requiritur nisi continuatio possessionis & habet locum præscri. secũdum l.vbicunque cessat præscriptio longi temporis: quod dic vt not.infrà sub.§.verum quicquid & se.

Cessat

† Cessat autem præscriptio longi temporis ratione personæ puta, minor est xxv.ann.cuius res præscribitur.ff.de acquiren. possessio.bonæ fidei.C.in quib.cau.restitutio.in integrum non est ne.l.vlti.

Exinde quinquennalem præscriptionem:quæ tuetur statum defuncti.hæc enim currit contra minorem, nec restituitur.C. ne de statu defun.si mater.

Item in dote cauta non numerata, quandoque currit minori & restituitur.quandoque non vt consueuit, no.C.de temp.resti.in integ.auth.si minor.

Item cessat propter qualitatem rei:vt quia religiosa, vel est sacra & in re vitiosa,& deficiente bona fide,vel iusto titulo, vt patet in his quæ not.suprà de vsucap.§.quæ non.& §.seq.

Itẽ in omnibus personalibus actionibus.C.quibus nõ obiici. lon.tempo.præ.neque mutui.

Item in omnibus mobilibus.C.in quib.cau.cessat long.tempo.præscript.l.ij.

Item in omnibus mixtis actionibus.C.in quib.cau.ces.long. temp.præscript.l.vnus indiuiduum,excipitur hæreditatis petitio:quæ quandoque suos excedit terminos:quandoque exceditur à suis terminis:vt not.C.de pet.hæred.l.hæreditatis petitio.

Quãdoque etiam verè currit:sed effectu caret:quod accidit propter iustam & probabilem,& necessariam personę absentiã restitutionem petentis : quod in militibus, & eorum vxoribus circa expeditionem occupatis : & in medicis & in absentibus causa reipu.& in captis ab hostibus,& postli.reuer.vel in absentibus casu fortuito,locum habet:vt C.quibus non ob.long.tẽp. præscript.l.j.ij.& iij.& vj.& vlti.super quo vide quod not.infrà eo.§.quæ res.versi.sed & si quis de mandato domini Papæ.

† In illis autem casibus,in quibus cessat longi temporis præscriptio:vt not.suprà eod.versicu.cessat & se.præscriptio lõgissima.scilicet xxx.an.succedit:vnde non respuit vitiosam rem.& est ratio:quia hæc præscriptio longissima non in fauorem præscribentium:immo in odium non petentium:sed ius suum prosequi negligentium,est inducta.C.de anna.excep.l.vlt.in fi.ar. C.de edict.diui Adri.tollen.l.fi.in fi.quod Ephesinus legislator primus constituit infrà eod.vigilanti.

Igitur secundum leges quęcunque sit actio,siue in rem,siue in personã,siue mixta quantuncunque possessor habeat malam fidem spatio xxx.an.regulariter concluditur.C.de præscri.xxx. ann.sicut in rem.&,l.si quis emptionis.xvj.q.iij.§.potest.versi.ꝙ

si mala fide.in hac enim mensura omnes personales actiones positæ sunt.C.de consti.pec.l.ij.C.de præscri.xxx.an.l.vlti.quòd verum est de perpetuis:secus de temporalibus,quæ minori spatio temporis concluduntur,sicut redhibitoria: & quantò minoris, & similes.C.eod.sicut in rem.respon.j.& §.sed si aqua.& §.hoc autem.& insti.de perpe.& temp.act.respon.j.Nec dicas correctas leges,quæ volũt quòd cum mala fide quis possit præscribere per decre.infrà eod.quoniam quod enim ibi dicit tam canonica,quàm ciuilis exponi debet.i.tã de re speciali,quàm ciuili.ecclesiastica tamen secundum Ber.quod mihi non placet: vt no.infrà eod.sub.§.verũ quicquid.quod enim est mortale in foro canonico:est mortale & in ciuili:& illud intendit remouere,& leges ipsum fouentes corrigere:vt patet ibi cum generali &c.Et no.ꝙ ibi cautè dicit derogandum:quasi dicat non intendimus leges abrogare, sed eis inquantum peccatũ mortale fouet, derogare igitur inquantum volunt quòd cum mala fide possit quis præscribere,non sunt tenendæ.

Sed quo ad alia in sua remanẽt firmitate:vt patet in his,quę no.j̃.e.§.fi.ver.sed secũdũ cano.& sic nõ abrogãtur,sed eis derogatur.ff.de verb.sig.derogatur.oportet autẽ ꝙ præscribẽs rem xxx.an.continuè ipsam possideat iure suo.nec enim illos appellari cõuenit possessores:qui ita tenẽt,nõ ob.hic solitã debeant præstare mercedẽ alioquin malè ageretur dominis prædiorũ: quia cogerẽtur quod locauerũt amittere:aut vtiles cõditiones excludere: aut anno quolibet de suo dominio protestari.C.de

13 præscri.xxx.an.l.ij.† Itẽ oportet ꝙ quis possiderit sine interruptione,quod dic vt not.j̃.eo.§.qui.mo.alioquin tempora interruptionem præcedentia non prosunt.C.de præscr.lon.temp.l.j.& C.de præscri.xxx.ann.cũ notissimi.respon.j.In actione vero vel iure personali nõ requiritur vera possessio,sed quasi possessio,quia nec aliter dici potest.ff.de peti.hæred.regulariter & l.etiã.§.vlt.Verum quicquid dicant Legistę,& aliqui magistri.vt no.s̃.eo.versi.igitur nullus potest per præscriptionẽ rẽ alienam corporalem acquirere : nisi habeat bonam fidem atque continuari:super quo vide quod no j̃.eo.§.quæ res.sicut enim continuationem possessionis requiro,sic & bonæ fidei vt infrà eo.vigilanti.xxxiiij.q.ij.si virgo.& hoc est,quod expresè determinat cõcilium generale.infrà eo.quoniam.quod diuiditur inter partes.In prima parte reddit causam cõstitutionis:& corriguntur iura præscriptionum cum mala fide admittentia in vtroq; foro canonico & ciuili: & durat vsque ibi.cum generaliter &c.

Ibi

Ibi vero incipit secunda pars.& in illa secunda parte reddit rationem, quare dicta iura corriguntur scilicet quia sine peccato mortali seruari nõ possunt: & durat vsque ibi: vnde oportet,&c. In tertia vero parte concludit cõprobando principium decre. cui standum est, ex quo de peccato agitur, non obstantibus legibus cõtrariis, vel opinionibus quibuscunque: vt patet in his quæ not. suprà de offic. Archid. §. quod sit eius officium. versic. quare autem.& istud videtur expresse cõprobari. in authen. vt eccle. Ro. c. an priuilegio gau. post medium. ibi: sed vel seruetur innocens: qui reuera innoxius,&c.

14 † In hoc concordant Ioan.& G. nec ob. lapsus temporis, imo tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicẽ animam detinent alligatã. suprà de consue. suprà fi. infrà de eo qui duxit in matri. cum haberet. in fi.& c. seq. xxxiij. q. v. quod deo patri.& quod alienum scis reddere debes. xiiij. q. v. si quod inuenisti.& c. multi. alias furtum & rapina committitur: vt ibi dicit Ang.& Iero.& iunge quod not. suprà eo sub. de vsuca. §. quæ sunt necessaria. versic. mihi videtur.

15 † Igitur ratione peccati potest ecclesia leges corrigere, & causas audire,& diffinire. suprà de iudi. nouit. sic. suprà de restit. spo. sæpe contingit.& iunge quod not. infrà qui filij sint legi. §. qualiter & à quo.& suprà de consti. §. qualiter constitutionibus: nisi inuenias alias remissiones. Et est consideranda conscientia prçscribentis non alienantis: sicut enim per propriam fidem nõ per alienam quisque saluatur, ex quo ætatem habet. de consecra. dist. iiij. cum pro paruul. sic per propriã fidem non per alienã præscribit: quia nec debet quis alieno odio prægrauari. C. de inoffic. test. si quis suo testamento. ff. de dolo. l. j.

16 † Aliquoties etiam præscribit quis cum rei scientia aliena, sed tamẽ bonam fidem habere debet. vt not. suprà eo. in rubrica de vsucap. §. quæ sint necessaria. versic. quandoque tamen.

Quid si quis dubitat an res sua sit: & habet iustã causam dubitationis, adhuc debet habere bonã fidẽ, & vtetur fructibus. ff. de vsuris qui sit. §. bonæ fidei.& sic præscribi debet tamen ab aliis inquirere hæreditatẽ: vt sic ad eam perueniat. arg. xxxvij. q. vlti. occidit. Quid si prælatus [a] habet sciẽtiam rei alienæ: sed ecclesia habet bonã fidem? dicũt quidam ꝙ tenetur denuntiare ei, quem credit dominum,& sic purgabit conscientiam. nec videtur fraudẽ facere. arg. ff. de nego. gest. at qui natura. §. cum me absente. ff. man. Quintus:& melius in authen. vt spon. lar. §. rursus. col. ix. Sed nũquid in hoc casu tenetur defendere ecclesiam?

siam?& dicunt quòd sic.sed nõ oberit cõfessio sua ecclesiæ.nisi vbi de facto suo ageretur.arg.xxvj.q.ij.postquàm.infrà de exces.prælato.inter dilectos.§.præterea.ff.de iur.& fac.ign.plurimum.Mihi videtur ꝙ cautè faciet, si habeat cõsilium capituli sui, & aliorum proborũ: si qui sunt, qui melius nouerint veritatem: quia ab aliis quærendum est.suprà de iura.cal.in pertractãdis.suprà de elec.scriptũ.§.j.suprà de testi.licet ex quadam. & si habito consilio inuenerit ꝙ aliena sit res, ipsam restituat. arg.infrà de symo.tuas.liiij.di.generalis in fi.imputandũ enim esset ei, si supernacuã litem exerceret.ff.de admi.tu.quoti.§.sicut autẽ.& sicut per se nõ debet hoc facere: ita nec per alium. arg.j.de pecul.cle.c.pen.xlvj.di.sicut nõ suo.nec debet fraudẽ adhibere contractibus suis.j.de do.per tuas.nec laqueũ iniicere.xxvij.q.j.de viduis.ij.nec contra conscientiã agere.vt not.s. eo.§.sub §.j.respon.j.& ad hoc.C.de aduo.fisci.l.pen.& de iud. rem non nouam. Quid si prælatus conscientiã læsam habuerit capitulum vero bonã: dicat prælatus defendatis vos prout melius poteritis? arg.l.proxi.in ductę.xvj.q.vij.filiis.j.de reb.eccl. non alie.si quis presbyterorũ.ad fi.à sanguine autẽ huius causę
17 volo ꝙ mundę sint manus meę.ar.xl.dist.Ephesus.†Sed quid b
b si iam completa præscriptione conscientiã rei alienæ incipiat habere puta, audiuit & pro certo quòd hæ res: quas pręscripsit: erant Martini.nunquid ipsas debet reddere Martino? theologi dicunt ꝙ sic, & facit pro eis: quia nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ.xiij.q.vj.si res.j.de vsur.cũcta.§.super his.ad fin.& nullus numerus annorũ defendit.xxxiiij.q.ij.si virgo. & not.s.§.proximo.Magistri canonum cõmuniter contradicunt: quia completa præscriptione tutus est: qui præscripsit secundũ vtrunque ius.vt j.eo.c.j.& c.de quarta.& c.ad aures.xvj.q.iij.c. j.& ij.& c.dilecto.talis enim iure: id est autoritate iuris possidet si iure: ergo iuste, si iuste: ergo bene secundum Ang.xiiij.q. iiij.quid dicam.Alanus volens concordare Theologos & magistros distinxit, vtrum ex causa lucratiua is qui præscri.causam habuerit, & tunc est vera sententia Theologorũ.arg.ff.de his quę in frau.cre.quòd autẽ.§.sed ꝙ cũm pupillo.vel ex causa onerosa, & tunc nõ tenetur reddere.& sic est vera sententia magistrorum.arg.xiiij.q.j.quòd debetur.C.de iure delibe.sancimus.§.sed si legatarij.C.de codicillis.l.fi.§.pen.in fi.Hæc opi. reprobatur.C.de præscri.long.tẽp.l.pen.& j.de dona.apostolicæ.respon.j.ad fi. Gof.dixit ꝙ sentẽtia Theologorũ consilium est nõ necessitas: acquiescere ergo eorũ sententiæ arbitrarium est,

est, non necessarium. xiiij. q. j. quod præcipitur. ff. mand. l. j. in fi. sed & quàmuis non sit necessarium sequi consilium: si tamen consilio vti volueris, minus boni adipiscens: tamen nihil mali perpetrabis. xiiij. q. j. quisquis. Mihi videtur, quòd in hac q. cõscientia Theologorũ est nimis angelica, sicut & sententia Legistarum in materia de qua not. s̃. eo. sub §. verũ. quicquid dicant Legistæ est nimis sensualis: vt patet in his quæ not. j̃. eod. ver. sed nunquid maius peccatũ. In vtraque ergo dico standum esse canonibus sequẽtibus rationẽ, quòd dic vt not. j̃. de clan. despon. §. quare prohibeãt. nec enim leges vel Legistę possunt homines bonæ fidei facere: si cõscientia contraria sit, & si contraria est edificata ad gehennam. j̃. eo. c. fi. xxiiij. q. j. §. ex his. s̃. de restit. spol. literas. §. porro. s̃. de seru. in or. fa. c. j. & licet erronea sit, tamen ad consiliũ prælati deponenda est. si tamen deponi non potest veniens contra sententiam periculum nõ euadit. j̃. de sent. excom. inquisitioni. j̃. de simo. per tuas. ij. igitur si quis credit peccare mortaliter retinendo rem præscriptam legitimè: ipsum non Theologum iudicio, sed fraudulosum: cum id timeat: quòd nulla suspitione est dignum. C. de iure delibe. sancimus. §. ex omnibus. C. de fide instrumẽtorum. l. vltima. in fi. j̃. de symo. & si quæstiones circa prin. si tamẽ eius conscientia ratificari non potest, reddat rem & sequatur conscientiam: nam aliter: vt s̃. proxi. not. periculum nõ euadet. Ego tamen de illis non sum: quia non video rationem nisi contrariam. nã ex quo præscripsi aliquam rem, dominium acquisiui. vt not. j̃. eo. §. quis sit eius effectus. & hoc autoritate iuris: quòd cũ essent omnia communia: etiam per violentiam ab initio res diuisit: vt instit. de iure natu. respon. j. §. ius autem gẽtium. & fecit per certos modos hoc meũ, & hoc tuum. viij. dist. quo iure. & iunge quod not. j̃. de sent. & re iudi. §. quot sint. sub §. sed nunquid. hoc est simpliciter verum quo ad temporalia & sequentibus. Nec mireris: si acquiritur ius per præscriptionem longam vel longissimam. nam & secundum legem diuinam præscriptione anni vnius acquiritur res in casu, & omne ius tollitur. vt legitur Leuiti. xxv. c. vt dicit, si nõ redemerit: & anni circulus fuerit euolutus emptor possidebit eã: & posteri eius imperpetuũ, & redimi non poterit etiam in iubileo. nam sicut ibi procedit in anno iubileo: regulariter omnis venditio redibat ad dominum, & ad possessorem pristinum excipitur domus vẽdita infra vrbem: quæ spacio vnius anni præscribitur: vt prædixi.

Nunquid ergo si per præscriptionem legitimã rem alienam acquisi

acquisiui: habeo decætero rei conscientiam alienæ:absit.imo meæ,quia & mea facta est, vnde & autoritate iuris, necessitate famis instãte possum rem alterius occupare sine pœna furti, & comedere.infrà de fur.si quis pro necessitate quamuis aliqua pœna imponatur: vt ibi dicit.& equum meum pabulare: vt in constit.feu.de pace tuẽda.§.vlti.qui incipit.quicunque per terram trãsiens.Sic & si princeps mihi rem alienam dederit: non habeo rei alienæ conscientiã sed meæ:quia hoc facere potest, cum sit mundi dominus.viij.dist.quo iure.ff.ad l.rhodi.de iac. deprecatio.alias incipit domine imperator.ff.de euic. Lucius.

18 † Sed nunquid maius peccatum est rem alienam conferre, quàm quòd etiam cũ mala fide per xxx.ann.præscribatur constituere? respon.nec maius nec minus: quia primum nullum peccatum.nam hoc est ius principis:quod potest rem alienam donare:quia quãtuncunque aliena sit,ipse tamen est dominus, vt patet in his quæ not.infrà eo.versi.item hoc intelligas.& s. eo.ver.proxi.Et licet aliqui intelligãt,quòd omnia sint principis quo ad iurisdictionis tuitionem,& defensionem.verius est tamen: quòd etiam quo ad proprietatem,& maius dominium vt in aliũ dñium possit transferre, nõ solũ quo ad vtilitatẽ vel fructuum perceptionẽ, ideo potius videtur dare suam, quam alienam. Itẽ illi cuius res erat: datur regressus aduersus fiscũ: vt infrà eo.versic.ergo imperator.& sic imputet sibi si nõ agit. nam princeps hoc habet priuilegium.& sic nemini facit iniuriam, si vtitur iure suo suprà de elec.cum ecclesia Vulterana. per consequens nec recipiens peccat nec fraudem committit: & sic intellige quòd not.infrà qui filij sint legiti.§.qualiter & a quo sub §.salua reuerentia.versic.quamuis ergo imperator.& seq.sed qui præscribit mala fide fraudulenter agit: cum sciat alienum quod possidet:& sic conscientia semper remurmurat,
19 dum est in præscribendo. † Ideoque si primo anno, quo venit ad pœnitentiam:quod debet facere: quod licet anno semel ad minus:vt infrà de pœnitẽ.omnis.non denudat hìc in pœnitentia non verè cõfitetur, & sic quolibet anno mortaliter peccat, si denudat & iniungetur ei: quòd rem reddat:& si hoc non facit mortaliter peccat:similiter.sic ergo semper viuit periculose & in mortali peccato.vnde cum ex hoc puniri debeat, non potest ex eodem præscriptionis priuilegium reportare.arg.infrà de donat.inter virum & vxor.& si necesse.ff.de nego.gest. siue hæreditaria.& hoc est quod not.iura signata.suprà eo.sub §.respon.ibi.sicut enim continuationem, &c.& versic.mihi videtur

detur quòd in hac quæstione.

10 † Sic diceré & in Papa. quòd bene posset mihi conferre aliquam ecclesiã alienæ prouinciæ, siue episcopatus, & ego cum sana conscientia ipsam reciperem: & tenerem. ix. q. iij. cuncta per mundum. & c. per principalem. vel aliquam eximere: sed non posset facere, quòd aliquam cum mala fide ope exceptionis præscriberem, vel ecclesiam alienam propter mortale peccatum annexũ vt dixi: secus in personalibus actionibus. quod dic vt not. infrà eo. sub §. quæ res. versic. sed nunquid.

11 † Ergo imperator potest conferre rem alienam excipe rem ecclesiæ quam non potest donare. vt infrà de re. eccle. nõ alie. c. ij. & xvj. q. j. in canonibus. nec in præiudicium ipsius cõstitutionem facere: vt not. infrà de immu. eccle. §. inquantum. §. sed nec illam rem auté priuati secularis & laico potest donare vt dictum est. suprà versic. sic & princeps. & probatur. viij. di. quo iure. instit. de vsucap. §. vlt. & pen. C. de præscript. quadri. bene à Zenone. c nã vt ibi dicit. siue imperator: siue Augusta: siue procurator principis. epistalmate tamen interueniente id est, scriptura cum signo & sigillo: quo imperator cõsueuit vti, ré alienam quocunque titulo alienationis in alium transtulit, ipsius est scilicet recipientis, licet dominus rei possit eũ pro æstimatione rei. ĩ. quadrienniũ conuenire. sic intelligitur C. de quadr. præscr. l. j. ij. & iij. sic corrigitur q legitur. C. si aduersus fiscũ edicto. & insti. de vsuc. §. fi. Hoc auté intelligendũ est, quando vnã rem alienauit, vel plures singulares. sicut si vniuersitaté, puta, hæreditaté alicuius. ratio em̃ est cõuenitur recipiẽs à creditoribus hæreditariis, & etiã à vero hærede petitione hæreditatis vtilis. C. de hære. vel ac. vẽ. l. j. ff. de peti. hære. nulla alias incipit

12 etiã. §. item si quis à fisco. † Ité hoc intelligas, qñ tanquàm suã illa ratione: quia dñs est omniũ, alienauit. secus si tanquã alienã: quia fortè tributa nõ soluebãtur. vel quia cẽsus aliarũ functionũ publicarũ. s. annuarũ exactionum soluta nõ sunt, siue in vestibus, siue in auro, vel argento, vel ad refectioné pontiũ, vel viarũ pertinẽtibus consistãt. vt sic omniũ possidentiũ terras fiat collatio. pro quorũ solutione siue in totũ, siue in parté cessatũ fuerit, procurator fisci prædia vendere põt. C. si propter publicã functioné. l. j. C. de distrac. pig. quãdiu. vnde. propter reliqua dicitur fieri vẽditio. i. propter illud, q restat ad soluendũ. sed omnia significare põt reliquorũ præstatio. ff. de verb. sig. cæterorũ. Hic autẽ necesse est, q iusto prætio fiat venditio: quòd res præconizetur, & subhastetur, & quòd adsit autoritas prædis. & quòd

bona

bona fide comparetur.C.si propter publicam functionem. l.ij. & quòd interueniat autoritas tutoris, vel curatoris illius, cuius prædium distrahendum est. & si aliquod istorum defuerit non tenet contractus.C.si propter pub.fun.l.pe. & fi. Si quæras quanto tempore debemus expectare soluentem antequàm distrahatur non plenè exprimitur lege. dixit tamen Azo quòd satis potest dici vt per biennium expectetur, sicut dicitur in simplici colono priuati.ff.loca. quæro.§.inter locatorem. & in emphyteoticario ecclesiæ. infrà de loca.c.pen.& vlt.

Vel potest dici ex quo infra terminum statutum non soluit: nec postea videns distractionem imminere, antequàm fiat, vult morem purgare. arg. in proxi.decre. & ff.de iure delib.l.j. §.ait prætor.suprà de offi.deleg. de causis.& de transac. c.fi.ad fin.& infrà de vita & ho.cleri.à crapula.in fi.infrà de clandesti. despon.cum inhibitio.& similibus.

Hoc etiam intelligas, vbi fiscus non vendidit bona vacãtia tanquàm sibi delata,tũc enim distingue vt not.s̃.rub.de vsu.§.
23 que non.ver.idẽ potest dici in rebus fiscalibus.† Nunquid etiã si princeps vel Lateranẽ.concil.vel tẽpus,cuius non extat memoria mihi cõcedit, ꝙ de alieno accipiã nomine pedagij,nisi aliud obuiet,habeo rei cõscientiam alienæ?nequaquàm vt infrà de verb.sig.super quibusdã.§.prætera.Aliqui tamen dicunt quòd valet pręscriptio,etiã cum mala fide.& si vis hoc fouere potes dicere,ꝙ valet, quo ad exceptionẽ acquirendam: quam dominus amittit per negligentiã suam : vt not.s̃.c.§.ver.igitur secundum leges procedit, nõ quo ad actionem acquirendam, si fortè in acquirendo quis à possessione cadat: & sic potest intelligi.j̃.eo.quoniam.quod mihi nõ placet:sed dic vt not.j̃.eo.
24 §.quæ res.versic.sed nunquid.† Hoc quo ad res laicorũ in quibus hæc tria tantũdẽ requiro.Primũ est quod bona fide possideantur:& not.ꝙ si quis per xxx.an.rẽ aliquã,vt feudũ possederit,& seruitiũ domino feudi exhibuerit, & si inuestitus nõ fuerit,defendatur tamen pręscriptione.vt in consti.feu.si de feudo
d vas.ab aliquo interpella.fu.c.si quis per xxx.[d] ann.Sed hodie videtur ꝙ nulla obstet præscriptio:vt in consti.feu.de feu.nõ ali. sine cõsensu ma.l.imperialẽ.§.nos autem.super quo vide quod no.j̃.de immu.eccl.§.à quibus muneribus.ver.ab angariis vero
25 & seq.†Secũdum exigitur.s.ꝙ cõtinuè possideatur vsq; ad legitimũ tẽpus cõpletũ.vt no.s̃.eo.sub.§.verũ.quicquid dicãt Legistæ.Aliqui tamen dicunt,ꝙ si ante completam præscriptionem habuit quis malam fidem,postea incipiat habere bonam: & sic

compleat

compleat præſcriptionem, non videtur fuiſſe interrupta præſcriptio.ar.xj.q.iij.cui eſt illata:ſed expreſſim contradicit.j.eo. quoniam.in fi.ibi : nulla temporis parte, & c.penul. ad fi.ibi ſi vero nondum, &c.nã vt ibi probatur : & præcedentibus ſi quis præſcriptionem non obeſt poſtea mala fides:ſed obeſt contrarius actus.ſi verò eſt in præſcribendo,ſuperueniente mala fide præſcribere non poteſt:nec poteſt dici fuiſſe erronea:quia aut petens probabit ſe dominum:& ſic non errabat in hoc, ꝙ rem putabat alienã:aut non probabit : & ſic non eſt neceſſaria probatio præſcriptionis.C.de rei vendi.l.vlli.ſic videtur ꝙ hæc interruptio naturalis ſit:quia omnibus prodeſt:vt & plenè innuitur.xxxiiij.q.ij.ſi virgo. Non tamen intelligas,ꝙ præſcribens teneatur probare hanc cõtinuationem [e] poſſeſſionis:quia hoc impoſſibile eſſet : ſed ſufficit ꝙ probet ſe poſſediſſe in principio temporis, medio:& in fi.ar.C.ne de ſta.defunct.ſi mater.ad fi.C.de apoc.quicunque.libr.x.ff.de leg.j.ſi ſeruus plurium.§.ſi numerus.ſecundum Ioan.

26 †Tertium etiã requiritur.ſ.ꝙ res ſit præſcriptibilis alias contra:vt patet in his quæ not.j.ſub rub.de vſuc.§.quæ nõ.& idem intelligas in rebus patrimonialibus clericorũ, in quibus xxx. an.ſufficiunt.xvj.q.iij.c.j.& ij.placuit quicunq;.ſecundum hoc quod dicitur.j.eo.ſanctorũ pertinentes:ſubaudi ſpe.j.de pecu. cleri.per totũ:Vel dic pertinẽtes ſicut creditor:puta, quia emerunt clerici à nõ domino bona fide:quãuis ipſe qui vendiderit habuerit malam fidẽ:& tunc ſic ordinabis literam.Pertinentes perpetuo teneantur ſubaudi ab his fratribus veſtris, à quibus per xxx.an. &c. & tunc eſt caſus ꝙ eccleſia præſcribit contra laicum ſpacio xxx.ann. & de hoc no.j.eo.verſic.proxi.nec mirum:quia & laicus contra laicum ſic præſcribit.C.de præſcrip. lon.tẽp.l.j. & auth.ibi ſignato : & in his caſibus poteſt intelligi decre.j.eod.ſanctorum. quam alij dicunt correctã per illam.j. eo.illud.Vel aliter.vt no.ſ.eo.§.quando conſtitutio.ſub §.licet autem.verſi.ſi in fauorẽ eccleſiarũ. in rebus autem eccleſiaſticis hæc eadem tria quæ ſ.proxi.non requirũtur,& maius tempus.ſ.centũ annorum ſecundum iura antiqua.C.de ſacro.ſanc. eccle.l.fi.in auth.vt ecc.Ro.c.an habeat pręſcriptionem.col.ij. hodie verò præſcriptio xl.ann.currit,& obſtat eccleſiæ [f] regulariter : nec minor ſufficit : nec maior exigitur quo ad res immobiles.in authẽ.hæc conſtitutio innouat conſtitutionem.§.j. col.viij.& de eccleſiaſticis titulis.§ pro temporalibus.col.ix.j. eo.de quarta.& c.ad aures.& c.illud.& c.audiuis.ſuprà de elec.

Cumana.§.pe.& fi.s̃.de cau.pos.cum ecclesia Sutrina.& c.cum olim.infrà de censi. olim causam.

27 †Nunquid ergo ecclesia potest res laicorũ præscribere spacio x.an.inter pręsentes:vel xx.inter absentes?nõ videtur,quia quod quisq; iuris &c.ff.quod quisq; iuris.l.j.suprà de consti. cũ omnes.§.cùm igitur.Dic cõtra:quia proprio motu non per impetrationem cõcessum est hoc priuilegiũ:sicut distinctionem. ff.quod quisq; iuris.l.iij.& ideo quod fauore &c.C.de leg.quod fauore.sic sola quadragenaria præscriptio currit ecclesiæ.Hæc enim pręscriptio omne ius extinguit siue priuatum siue publicum.C.de præscri.xxx.an.omnes. Quandoq; tamen minori spacio præscribitur res ecclesiastica etiam cũ scientia rei alienæ.& est ratio:vt no.sub rubri.de vsuca.§.quæ sunt necessaria. versic.quandoque tamen speciale est.& accidit hoc quando.s. aliquis prælatus negligens est circa hæresim alicuius loci sibi commissi extirpandam, & alius in cuius per prædicationem ipsum locũ ad fidem Christi conuertis, & triennium pacifice possidẽdo dictũ locũ pręscripserit.vt j.e.c.j.subaudi.& vj.menses.vt xvj.q.iij.placuit.ij.rñ.j. Item res mobiles ecclesiæ,sicut & cæteræ spacio triennij vsucapiuntur.vt not.suprà in rubr.de vsu.§.quæ non.versic.quidam etiam. Item priuilegia spacio xxx.an.vel x.vel actu cõtrario admittuntur:quod dic vt no.suprà de cõsti.§.quãdo constitutio.sub §.licet autẽ.& dist.ibi seq.

Item præscriptio annalis currit contra ecclesiã. suprà vt lit. non contest.quoniã frequẽter.§.in aliis.& suprà de resti.spoliatorum.& c.plerunq;.& alia exempla poteris inuenire.suprà eo.§. quot sint eius species.Sed & tẽporales iudiciales contra ecclesiam currũt.s̃.de excep.pastoralis.iij.q.iij.§.spaciũ.& auth.offe.

Potestas etiã ecclesiastica quandoq; minori spacio concluditur,quo ad actum de quo agitur:& si hi qui debuerũt eligere infra tres menses, vel vj. non elegerunt. suprà de elect.ne pro defectu. & de sup.negli. præla.c.ij.

Sunt & multi alij casus canonici, in quibus certis ex causis à potestate sua,vel per ius, vel per superiorem suspẽditur quis ad tempus, quos per se potest colligere diligens studiosus: tamen regulariter non obstat in ecclesiasticis quo ad ecclesias aliqua præscriptio minor xl.an.

Hæc autem quadragenaria præscriptio spectatur & hypothecaria præscriptio. C.eo.cum notissimi.

Hic tamen dist. quia aut res obligata possidetur à debitore vel hærede suo, vel alio vniuersali successore : & tunc spectatur

tur pręſcriptio ad xl.an.vt in d.l.cū notiſſimi.rñ.j.Aut ab extraneo:& tūc habet cauſam à fiſco:& ſic ſpectatur pręſcriptio.iiij.an.C.de quadri.præſcrip.l.j.& ij. Aut ab exactore tributorū: & tunc ſpectatur præſcriptio vj.menſiū.C.de cēſi.l.vlt.lib.xj. Aut ab aliquo priuato:& tūc aut habet bonā fidem:& ſic ſpectatur præſcriptio longi tēpo.C.ſi aduer.credi.l.j.& ij. Sed nunquid hic, & in rebus mobilibus locum habet, & fertur dominū Yr. id negaſſe,dominus Azo.cōtra putauit: nec enim neceſſe debuit eſſe præſcribēti cū minori tēpore x.an.factus ſit dominus. ff.de cap.& poſtli.reuer.l.in bello.§.ſi quis ſeruū.ergo aut titulus & bona fides vtriuſq; concurrūt: & ſic habet locū præſcriptio xxx.an.lōgi tēporis vt dictū eſt:aut alterū deficit:& ſic ſpectatur præſcriptio lōg.temp.xxx. an.ſicut in rē.ſecundū l.C.de præſcrip.xxx.an.ſicut in rē.& de præſcrip.lōg.tēp.l.j.& auth.ibi ſignato. Nec obſt.ff.de vſuca. ſi quis fundū.§.vlt.vbi videtur ſufficere longum tēpus etiā ſi mala fides abſit ex parte diſtrahentis: quia illud intelligitur quo ad proprietatem:nō quo ad hypothecariam:& illud etiā hodie immutatur in authē. ſuprà proxi.allegato. Item non obſt. ff.de dam.infect. cum poſtulaſſet.§.ſi. nam ibi non ſoluitur quæſtio:ſed mouetur ſecūdum Hoſtien.Bo.& Azo.quicquid dicatur nihil cum mala fide præſcribitur.vt no.ſuprà eo.ſub §.quicquid verùm. Habet etiam locū hæc quadragenaria præſcriptio in actionibus:quarū præſcriptio per lit.cōteſta.eſt interrupta.C.de præſcrip.xxx.an.l.ſi.

28 †Quandoque etiā præſcriptio vltra xl.an. extenditur: puta ſi de conditione curialium, vel exactore tributorū quæratur. vt C.de præſcri.xxx.an.poſſeſſionē. & l.competit. niſi quis impetrauerit: vt dempto canone rem poſſideat per priuilegium ſpeciale.vt C.de fun.patri.l.fin.lib.xj. Sed & contra Romanam eccleſiam nō currit pręſcriptio minor.100. an.vt infrà eo.cùm nobis. & c.ad audientiam. & c.ſi diligenti.in fi. de confir. vti. cum dilecta.§.quia verò.xvj.q.iij.nemo.in auth.vt ro.ecc.c.an. gaudeat priuilegio. in rubro & nigro. col.ij. & ſic poteſt intelligi.C.de ſacroſan.eccl.vt inter diuinum.

Res etiā dominicæ,id eſt,principis,vel reip.vel templorum nullo longitudine temporis præſcriptione obſtante reſtitui iubentur:ita quòd nec pretium pro eis datum iniquis comparationibus reſtituetur: licet de euictione ſibi cauere fecerint, cum emerint, contra legem aliàs agere poſſent. C.de euictionibus ſi fundum.nec reſcriptis per obreptionem obtentis poterunt te tueri, vt omnia hæc probantur. C. ne rei dominicæ

vel templorum vendicatio temporis except. submoueatur in ipsa rubri. & l.j. ij. & iij. Sed nunquid tempore illarum legum præscript.lõgissima saltem xl.an.prodesse poterat? ita videtur. C.de præscr.xxx.an.omnes.sed alia.l.Iusti.exigit.c.an.C.de sacrosan.ec.absurdum enim esset ciuitatem,de qua ibi loquitur maioris priuilegij esse, quàm princeps, vel templum, siue ecclesia: vt in eadem l. innuitur. Igitur cùm præscriptio quæ contra ecclesias currit,sit in xl.an.coartata.vt not.s̃.eo.versi.in rebus autem ecclesiasticis. multomagis & quo ad ciuitatem intelligitur coartata secundum Ioan.& Azonem,Romanæ tamen reipublicæ minores præscriptiones, siue temporales non currunt.ff.de diuer.& tẽpo.præscri.in omnibus. Item ecclesia restituitur in integrũ,sicut respublica,sed infrà quadriennium tantum.quòd dic vt no.s̃.de resti.in integ.§.cui.ver.item restituitur respublica & se. vnde cõpleta præscriptione contra ecclesiam, videtur quòd infrà quadriennium possit petere restitutionem à completæ præscriptionis tempore computandum. quod dic vt no.suprà de resti.in integ.§.quandoque.ver.vlt.

29 QVartum † etiam requiritur in præscriptione rerum ecclesiasticarum.s.titulus vt expressim legitur.j̃.eo.si diligenti.ad fin.j̃.de decimis. dudum.§.j. & s̃.de probat. licet.§.ex præmissis. & videtur esse triplex ratio.

Prima est; quia tempus non est modus tollendæ obligationis. ff.de actionibus & obligationibus.§. placet. multominus. inducendæ:cùm fauorabilius sit tollere quàm inducere: sicut absoluere fauorabilius est, quàm cõdẽnare.ff.de actio.& obli. Arrianus. & cui damus actionem multofortius exceptionem. ff.de superficiebus.l.j.§.quòd ait prætor. vnde cẽsus sine causa præstitus nullus est.infrà de censi.peruenit.

Secunda:quia secundum leges vbicunque requiritur bona fides,requiritur & iustus titulus:vt apparet in his quæ no.s̃.eo. §.respon.j. & ver.sequen.& in rubrica de vsucap.§.quę sunt necessaria.versi.ij.& versi.vj.& in sequen.rubrice.l.s. pro soluto:& aliis omnibus.sed secundum Cano.nulla præscriptio valet saltem in rebus ecclesiæ sine bona fide:ergo secundum l.nec sine titulo inspecta natura iuris canonici, quid saltem in ecclesiasticis sequi debemus. Tertia:quia mala fides præsumitur,nisi quis per probationem tituli releuetur: vt satis conuincitur.C. de præscrip.long.temp.l.si plenè quòd dic vt no.s̃.eo §.respõ.j. ver.bona fide. & est fortè illa ratio: quia omnes scire debent, quod suum non est hoc ad alios modis omnibus pertinere. C. vnde

vnde vi.l.fi.† ideo si quid inuenisti reddere debes. aliàs furtum committis, vel rapinã. vt not.s̃.eod.sub §.verũ.sed contra: quia nemo cogitur dicere titulũ suæ possessionis: nisi conueniatur petitione hæredi.C.de pe.hær.cog.ij.q.v.§.j. nam & bona fides quæ semper præsumitur: vt no.secũdum Azo.s̃. sub rubrica.de vsucap.§.quæ sunt necessaria.ver.ij.cum cõtinuatione temporis sufficere videtur: vt j̃.eod.de quarta.& c.vigilanti.& c.quoniam.& quasi per totũ, in quibus nihil dicitur de titulo.ad idẽ. suprà de proba. ex literis. xviij.q.ij.seruitium.j.q.iij.quæsitum. C.de præscrip.xxx.ann.comperit.& quasi per totum.

31 † Item si iustus titulus requiritur & probatur: ergo nõ est locus præscriptioni, cum res ex duabus causis non possit acquiri insolidũ: vt patet.j̃.eo.veniens.§.vlti.& not.s̃.e.sub rubrica pro suo.ver.nec rem propriam.

Præterea si quis fundet intentionem suam, de iure communi, petens vineam, vel fundum: qui situs est infrà territorium alicuius castri; quis probabit qualiter ipse vel pater suus ipsum acquisiuit, cùm fortè non extet memoria: quia genus suum semper tenuit: quilibet exhæredari poterit hoc prætextu, quod esset iniquũ, nec ob. ff.de offi.præfe.vr.l.j.§.j.initio vel similia, quia intelligi possunt non quo ad proprietatẽ: sed quo ad iurisdictionẽ. Circa hanc materiã multi multa dixerunt. Io.not.ꝙ circa corporalia non est necesse titulũ allegare. suprà de causa posses.& propric.cũ ecclesia Sutrina.C.de agri.& censi.litibus.lib.xj.secundũ Ioã.& de hoc not.j̃. de censibus. §.quis cẽsus.ver.sic ergo in cẽsibus: sed hoc videtur reprobari. suprà de elect.consti. vbi agitur de iure eligẽdi: & sic in corporali. & tamen monachi iussi sunt exprimere titulũ, & allegauerunt ineptum, vnde succubuerunt, & intellexit Gof.ꝙ illud monasteriũ fiscanũ immediate subesset domino Papæ sicut apparet in integra. vnde non valuit concessio illa facta sine consensu Papæ cũ esset quasi quædam seruitus.ar. de resti. in integ.cùm venissent.in fin.j̃.de sentent.& re iudi.sub [illegible]a.vel illa concessio nõ est extendẽda ad electionẽ: quia odiosa est: vnde est restringẽda.j̃.de deci.tua.j̃.de consan.& affi.quod [illegible]ctio.

Neutra solutio mihi placet: quia hæc non est seruitus per quam Papæ fiat præiudicium. nec est odiosa concessio: imò fauorabilis, quòd religiosi ad electionem vocentur: Ideo dic quòd ibi fiebat concessio, vt abbates illi de quibus ibi loquitur, haberent vocem in capitulo, subaudi, tanquam monachi: ita quòd monachi & fratres eius monasterij rem alie-

nient contra consilium.infrà de relig.dom.c.fi.vers.tamen cum præscriptio completa eis prodesset.vt suprà de elect.Cumana. & de cau.pos.cum ecclesia.& c.cum olim.Sic videtur quòd in corporalibus tantum faciat vsus cum præscriptione, quantum in incorporalibus titulus cum præscriptione:& sic in consuetudine allegatur vsus loco tituli.& tẽpus pro præscriptione:vnde cõsuetudo nil aliud videtur sonare, vel esse quàm vsus præscriptus.secũdum hoc intelligi possunt iura inducta suprà.in rub. de vsucap.§.quæ res.ver.illa vero.& se.& iunge quod no.suprà de consuet.§.qualiter probari.versi.sequitur.in descriptione.& se.& §.fina.sub § extra summam.versi.tertia.

32 † Circa corporalia non requiritur titulus iustus secundũ Io. & legitimus & verus:sed putatiuus,& erroneus:vt quia episcopus dedit sine consensu capituli:quæ donatio non transfert plenũm ius:vt infrà de dona pastoralis:in fi.transfert tamen causam præscribendi.vt patet infrà de dona.apostolicæ. respõ.j.ad fi.& sic potest intelligi.infrà de iurepatr.cura.nam & potest credi,quòd episcopus consensum capituli habeat infrà de his quę fiunt à præla.sine consensu.capi.ea noscitur.& licet erret in facto, nihilominus intelligitur habere bonam fidem.ff.de verb. sign.bonæfidei, & sic verus titulus,quamuis erroneus dat causam præscribendi,infrà de contrahen.emptio.peruenit.& not. suprà titu.pro legato.vt patet ex præmissis. Sed & præsumptus dat causam præscribendi:puta,quando episcopus negligẽs est circa petitionem quartæ decimarum sibi debitæ.& sic præsumitur ipsam concedere possidenti.vnde ex tali titulo præsumpto pręscribitur,infrà eod.de quarta.secundum Ioan.Idẽ sensit Guil.naso. vt not.suprà de restitu.in integ.§.quando versi.caue tamen tibi.

Lau.& Tan.differunt quòd sufficit bona fides:nec requiritur titulus,nisi quando præsumptio est contra possidẽtem.ar.infrà de reli.do.c.pe.§.fi.& pe.Gof.hoc idem dicit,nisi quis sponte alleget.infrà de deci.dudum.vel nisi pro hærede vel possessore possidet.C.de peti.hære.cog.

B.dixit quòd vbi est talis res:quæ de iure communi possideri potest,sicut vinea vel fundus,sufficit bona fides.vbi verò talis est,quòd non potest possideri de iure communi:sicut ecclesia,vel decima detenta à laico,quamuis religioso, tunc requiritur titulus.& sic loquitur infrà de deci.dudum.

Indistinctè sustineri potest & probabiliter,ꝙ in omni pręscriptione excepta illa,cuius non extat memoria:exigitur secũdũ

Cano.quòd allegetur titulus,& probetur alioquin possidẽs con demnabitur.vt probant iura inducta.s̃.eo.ver.quantum.& seq. vsque ad vers.sed contra.nec ob.iura contraria.nemo enim cogitur dicere titulum suæ possessionis &c.verũ est ab initio ante litem contest.nec etiam post,actore non probante.nam reus & si nil præstiterit,absoluetur.C.de rei ven.l.vlt.vj.q.vlti.actor. porrò actore probãte intentionem suam,vel per testes, vel per violentam & sufficientem præsumptionem:debet reus nisi titulum allegauerit:& probauerit condemnari.C.de proba.siue.

Item nõ ob.iura quæ non videntur exigere nisi bonã fidem: quia quod minus dicunt de titulo, supplendum est per alia quę titulum exigunt & requirunt.ff.de legi.non est nouum.ꝙ enim primum ius dubiè vel semiplenè dicit, sequens declarat & supplet.ff.de publi.de prætio.s̃.de cõsti.c.fi.s̃.de offi.deleg.super q. j.de symo.per tuas.j.de sen.excom.inter alia.Nec mirum,quia & per iudicem supplendum est.ff.de testi.quasitum scio.

Sed nec obst.quod no.suprà eo.versi.item si iustus titulus:vt apparet in his quæ no.suprà.eod.versi.circa corporalia.

Nec obst.etiam quod no.suprà eo.versi.præterea si quis fundũ.quia illud excipitur.vt no.s̃.eo.ver.indistinctè.Vt tamẽ non omnino ab opinionibus maiorum videar recedere, sic videtur tenendum:quòd vbicunque intentio actoris de iure communi fundatur in rebus ecclesiasticis.i.spiritualibus : puta episcopus petit ecclesiam , vel portionem canonicam infra suam diœcesim:& exigitur,quòd per eum contra quẽ agitur,titulus allegetur,& probetur sic c.di.cõtra morem.& sic manifestè loquitur. infrà de deci.quoniam.& c.dudum.versi.non sponte.sicut quidam intelligunt fuit titulus allegatus imo præscriptio.vt patet in § j.ibi præscriptionem allegans.no.quòd non dicit titulum, sed præscri.& statim sequitur,quòd Papa mandauit vt præscriptionis titulum:quem allegauit probaret.& tamen non allegauerat titulum:vt dixi.vnde potius debuisset dicere pręscriptionem:quã allegauerat.Sed ideo dixit,cauè de titulo : quia alias inutilis esset præscriptio.vnde quod ibi dicit:allegauit.expone idest tacitè præsumitur allegasse:& sic vt probatu.est præscriptio,siue cursus tẽporis sine titulo , nõ prodest.& est ratio:quia in tali casu.s.quando actor fundat intẽtionẽ suam de iure communi:aut præscribens sciebat ius:& sic cũ malæ fidei esset præscribere non potuit.aut ius ignorabat,& talis ignorantia non profuit:vt no.s̃.in rub.de vsuca.§.quæ sunt necessaria.vers.iuris autem ignorãtia.maximè in tali iure quod quasi naturale est:

& q; omnes tenentur scire.ar.xciij.dist.nulla ratione.j.de pœn. omnis.sicut nec in iure cõsimili,alias excusat.C.de in ius voc. l.ij.Et idẽ videtur si quis fundet intẽtionem,de cõsuetudine: vt patet.s̃.de offi.Archi.c.fi.respon.j.& §.fi.Idẽ est si agatur de rebus tẽporalibus ecclesiasticis,& contra possidentẽ ex causa aliqua præsumatur:& sic apertè loquitur.j.co.si diligenti.& s̃.de proba.licet.Vbi vero nulla præsumptio est contra possidẽtem, absoluitur,& si nihil præstiterit quod dic vt no.j.vt benefi.eccl.
33 §.datur hic & alia regula.† In rebus vero tẽporalibus laicorũ, vel patrimonialibus clericorum etiam si de iure communi petatur res,sufficit bona fides cum præscri.xxx.an.completa:nec exigitur titulus,maximè propter defectum probationis arg.C. de re.credi.& iureiuran.generaliter.respon.j. alias absurditas posset sequi:vt no.suprà eo.versi.præterea.si quis fundet.sic intellige.C.de præscrip.xxx.ann.omnes.& per totum.& licet illa iura velint,q; cum mala fide possit quis præscribere: tamẽ hoc non est eis credendum:vt patet in his quę no.s̃.eo.sub §.verum præscribere.quicquid dicant Legistæ.& seq.Si vero præscriptio completa non sit,succumbet possidens, nisi titulum probet.C. de proba.siue quantuncunque habeat bonam fidem.vt patet in his quæ no.s̃.eo.ver.j.qui incipit bona fides:& titulus pro suo.
34 versi.itẽ titulus iste.† Sic notabis & elicies ex prædictis, quòd subditus laici facilius pręscribitur,quàm subditus pręlati.& est
35 ratio quadruplex. † Prima quia facilius alienatur res laicorũ, quàm ecclesiarũ:vt patet in his quæ no.j.de re.eccle.nõ alie.§. quæ sit forma.vnde & in Leui.xxv.c.legitur sic:ędes Leuitarũ, quæ in vrbibus sunt,semper possunt redimi:secus in domibus laicorum venditis infra vrbem, quæ spatio vnius anni sine spe recuperationis præscribuntur, vt ibi præcedit.& etiam ibi arg. quod cũ conscientia rei alienæ possit quis præscribere:vt tamẽ cum mala fide cum ibi interueniat autoritas illius,qui peccare non potest.j.de p[illegible]dist.ij.§.charitas.super quo vide quod no.s̃. de vsucap.§.qu[illegible] sunt necessaria.ver.quandoq; tamen speciale est.item Le[illegible].xxvij.c.omne quod domino cõsecratur siue homo fuerit[illegible] animal,siue ager non vendetur:nec redimi poterit:qui[illegible]id semel fuerit consecratum:sanctum sanctorũ erit domino:secus de possessionibus laicorum vt ibidem.Secunda, quia & personæ laicorum facilius alienantur quàm clericorũ: vt patet j.de parochi[illegible].c.j.suprà de foro compe.significasti.

Tertia quia spiritualia non acquiruntur nisi iusto titulo interueniente,& autoritate episcopi regulariter: vt not.infrà de consti.

conſt.§.qualiter.Quarta,quia prælati & clerici nihil proprium intelliguntur habere.xvj.q.j.quoniam.infrà de præb.c.iij.vnde nec ſunt domini.infrà de dona.fraternitatē.& ideo in eo, quod poſſident verſatur & conſideratur vtilitas publica & communis,non ſic in laicis,qui proprium habent:& omnia priuatæ vtilitati appropriare intendunt.ideo non eſt mirum, ſi publica & communis vtilitas plus habeat priuilegij , quàm priuata.ſuprà de poſtu.præla.bonæ.j.vij.q.j.ſcias.C.de cad.tol.l.vnica.§.fin.C. de primipil.vtilitas publica.lib.xij.in auth.de reſtitu.& ea quæ parit in vndecimo menſe.§.licet ibi:ea enim quæ communiter &c.collatione iiij. & iungè quod not.infrà de cenſibus.§.quis cenſus.& ſuprà de conſuetu.§. & de virtute ipſius.ſub §.extra ſumma.verſicu.tertio.

36 † Sed qualiter non tenetur quis probare titulum , quando dominus ſecularis fundat intentionem ſuam de iure communi : ſicut quando fundat epiſcopus intentionem ſuam de iure communi:vt innuitur.ſuprà eo.verſic.vt tamen non omnino.& verſi.præterea ſi fundet.maximè cū & in ſingularibus videatur titulus requirendus.vt viij.diſt.quo iure.tamen fortè fauor religionis,& fidei hoc faciat.ar.ff.de relig.& ſump.fune.ſunt perſonæ:& quia ſpiritualia digniora & fortiora ſunt ſuprà de trāſlat. epiſcopi.inter corporalia.& quia circa maiora periculum vertitur.xlij.diſt.quieſcamus.& ne detur materia ingerendi ſe.temporalia enim tota die acquirūtur in multis caſibus iuſtè etiam autoritate iudicis ſecularis:non ſic in ſpiritualibus: ad hoc ſuprà de elect.qualiter.& de renun.admonet cum ſimilibus.imo eſt fortè melior ratio:ſcilicet,quia in ipſo quæritur quod facis, falſum inducis: nec enim eſt aliquod ius commune ſcriptum, quod regna vel principatus diuidat ſeculares : ergo non poteſt ius commune quod non eſt allegari: ſecus in epiſcopalibus & parochiis,vt probatur infrà de his quæ fiunt à præla.paſtoralis. xiij.q.j.eccleſiaſticas.vnde nec diuidūtur:nec vſurpantur: quia nec ſine ſuperioris autoritate &c.infrà de præbend.maioribus. infrà de rerum permuta.quæſitum.& ſunt adeo limites eccleſiarum firmi, & ſtabiles,quod nec præſcribi poſſunt.vt not.ſuprà eod.ſub rubri.de vſucap.§.quæ non.verſicu.vlti.ſecus in limitibus ſecularium principum,qui tota die mutantur, & diuiduntur,& in feudalibus, quicquid prohibeat conſtitutio Federici de nō ali.feud.ſine conſenſu maio.imperialem.§.præterea ij.& vſurpantur violenter de iure.inſtitu.de iure natura.§.ius autem gentium.tertia queſtione prima,nulli dubium.ideo nec

iudices ecclesiastici debent recurrere ad limites laicorum.vt xvj.quæstione quinta,possessio.& sic intelligitur.infrà de relig. do.c.j.Sed viri,& limites,ac iura ecclesiastica dicuntur immutabilia permanere.argu.institu.de iure natu.§.sed naturalia.nõ est ergo mirum si ius ecclesiasticum, quod in hac parte quasi immutabile est,requirat titulum & non humanum.ar.ij.de sacrosan.eccle.vt inter diuinum.& de veteri iure enuclean.l.ij.§. sed quia diuinæ.in auth.de non alie.aut permu.rebus eccle.§.si minus.colla.ij ad hoc xvj.q.iij.licet in regulis.& §.potest.& aliter distinguit.tertia quęstione sexta,hęc æquipa.ad fin.c.distin. peruenit.quadragesima dist.Imperatorum.& per totũ.ad quod pertinet quod no.suprà de iureiu.§.quomodo.sub.§.cui.versic. clerici.ergo & sc. Legistæ tamen volunt,quòd seculares principes fundent intentionem suam de iure communi vtẽtes quibusdam arg.quibus facile est respondere.

Quæ res præscribi possunt? Et quidem tam res corporales
73 quàm incorporales, secundum † quod no.suprà in rubrica de vsucap.§.quæ res omnes.etiam actiones siue in rẽ,siue in personam, siue mixtæ limitatæ sunt.vt suprà scilicet infrà triginta vel quadraginta annos ad plus regulariter moueantur.C.de præscriptio.triginta ann.sicut in rem.& l.omnes nunquid:ergo leges illæ corriguntur indistinctè. Nunquid si debeo tibi centum, & tu non agis infra tua tempora, amittes ius tuum per negligentiam tuam? & nunquid debes tibi imputare, in cuius potestate est agere.ff.de exceptio.doli.l.pure.in fin.& non tamen, cum in inuitum reddatur iudicium.ff.de verbor.obliga. inter stipulantem.quid enim si fortè ego solui tibi, nec recuperaui instrumentum, nec de solutione instrumentum recepi, vel ipsum fortè amisi: & tu nunc conuenis me vel hæredem meum elapsis [triginta] vel quadraginta, vel pluribus annis, nunquid iniqu[um] n esset,quòd bis idem exigeretur.ff.de re.iud. bonæ fidei.It[em] quid de actionibus temporalibus sicut de dolo, quod [m]etus causa, redhibitoria,& quantò minoris,& aliis simili[bus],de quibus traditur,insti.de perpet.& tempo.act & ff. de d[iue]r.& tempo.præscri.& de act.& obli.tam in textu quàm in [gl]ossis,nunquid hæc omnia corriguntur? non putò.ideo dic quod res immobiles non præscribuntur cum mala fide:vt not. suprà eod.sub §.verum quicquid.

38 † Actiones verò personales amittuntur suo tempore,& quo ad hoc non derogatur.ll.antiquis.nam & iura canonica.j.eod.

vigilanti

vigilanti.& c.quoniam.xxxiiij.q.ij.si virgo nō in personalibus, sed tantum in realibus locum habent: vt ex ipsorum lectione patet.vnde in illis scilicet realibus considerat ius canonicum malam fidem rei possidētis contra conscientiā rem possessam & non negligentiam nō petentis,quam leges considerant,non curantes de peccato:vt innuit infrà eo.vigilāti.& ideo propter periculum animę nō præscribit in realibus aliquis:in personalibus vero non potest cōsiderari mala fides circa rē possessam, cum nulla possideatur, sed potius considerāda est negligentia non agentis:nec enim mortaliter pecco,si tibi nō soluo, dummodo te inuito non retineam,maximè si ignoro. Et sic corporalis rem cū mala fide nō præscribitur.Sed nunquid actio perimitur? nō:quia cōnexa sunt:si enim dominus remaneo nō obstante tali præscriptione,ergo & ipsam rem potero vendicare. ff.de rei vendi.in rem. Oppono tamen.nā in reali actione non est persona obligata,quæ tenet, sed tātum ratione detentionis conueniri potest,qui possidet.ff.de rei vendi.officium.suprà de iud.examinata.in personali vero sicut in emptione,locatione: commodato.& similibus persona obligata est: quare ergo magis tenetur obseruare reus bonā fidem circa reales actiones, quàm personales, maximè cū personales pro magna parte bonæ fidei sunt:reales vero stricti iuris sunt:vt patet instit.de act. §.actionum.quare in personalibus exuberātior fides exigitur. C.de act.empt.& vēdi.l.ij? Respon.nullus regulariter personaliter obligatur nisi consensus interueniat.C.de act.& obli.sicut initio.vnde si vendis mihi rem pretio xl.vel mutuas decē, vel ipsas ab initio de consensu tuo habeo:& ipsis expensis nō possum ipsas contra voluntatem tuam decætero contractare,possum etiā de facili tradere obliuioni, quòd ipsas tibi debeam, & etiā si recordor præsumere possum, quòd ex quo ipsas non repetis,vel vis donare:vel quia non indiges temporis gratiam facere.arg.infrà de commo.c.vnico.infrà de v[illegible].cōsuluit. Sic ergo nec pecco,nec habeo malam fidem:& pauci sunt qui tam longo tempore omittant repetere quod debent:& hoc facit, quis merito propter maius periculū:quia potest esse, quòd solutum sit suæ negligētiæ imputatur.igitur si reperitur [illegible] debitor soluere tenetur,quāuis fortè propter potentiam vel malitiam suam non vocetur in iudiciū.super quo vide quod not. infrà eo.§.quibus versi.item personalem imperpetuū non pręscriber:vt patet in his quæ not.suprà eo.sub §.verum.versic.sed nunquid,quia eadem ratio est,ergo idem ius.sic bonam fidem

conside

considerare in omni casu æquum est.vt de act.& obli.bonam fidem:quia graue est ipsam fallere.ff.de constit.pe.l.j.respon.j. sic non interpellat dies pro homine quo ad peccatum mortale committẽdum:licet hoc faciam quo ad moram vt patet.infrà de locat.c.fi.§.vnico.nisi fortè iuramentum interuenerit.suprà de iureiuran.debitores.c.vnico.

Res verè non nisi iustis titulis & traditionibus acquiruntur C.de pac.traditionibus.& pro magna parte ab initio cõtra dominorum voluntatem vsurpãtur: vt patet in his quæ not.suprà eo.§.proxi.ver.vlti.vnde & si res mobiles tractẽtur contra voluntatem domini proprie furtum committitur.vt instit.de ob. quæ ex delic.nas.§.furtũ.& de vsucap.§.quod autem.j.Imo verò quo ad ius canonicũ propter mortale peccatũ vitiosè redduntur:vnde hæc duo æquiparantur scienter detinere, vel inuadere alienum.suprà de restit.spolia.sæpe cõtingit:ergo aliena res mala fide possessa tanquàm vitiosa vsucapi non potest: vt not.eo.c.sub rubrica de vsucap.§.quæ non.respon.j. Et hoc fortè respiciebant hi,qui dixerunt fundi locive furium fieri.q. d.sicut res mobilis furtiua vsucapi nõ potest: sic nec immobilis contra voluntatẽ domini mala fide detẽta, & sic quasi contractata, secundum hunc intellectum resuscitatur per ius canonicum opinio vera,quæ per.ll.alias abolita reputatur.instit. de vsucap.§.quod autem.ij.remurmurat enim conscientia, super quo vide quod suprà eo.sub §.verũ quicquid.ver.sed nunquid maius peccatũ.sic ergo in realibus nullus præscribit,cum rei mala conscientia:& idem videtur de actionibus personalibus in rem scriptis,& de mixtis.de quibus habes instit.de act. §.j.& ij.& §.sic itaque discretis.& §.quædam actiones.de quibusdam tamen ex his tractatur specialiter.infrà eo.sub §.item non currit.& sub §.seq.dic vt ibi not.

39 † Ad hoc autem vt hæc præscriptio locũ habeat, necesse est quod is cui competit actio ipsam mouere possit, alioquin non
g currit præscriptio ideoque vacante ecclesia nõ currit præscriptio.infrà eo.c.j.& c.de quarta.infrà ne sede vacã.c.c.j.ij.& iij. ipsa continuat præscript.à prælato defuncto inceptam.vt not. suprà eo.sub rub.de vsucap.§.quæ sunt necessaria.versic.quandoque & si possessio.

Vel tempore hostilitatis.infrà eod.ex transmissa. xvj.q.iij. prima actione.& c.porro.

Nec tempore prelati hæretici, contra quem quis præscribere intendit.infrà eo.c.j.in fi.

Vel

Vel ſciſmatici.ſuprà de elec.quia diligentia.ĩ.eo.cũ nobis.
Vel ſuſpenſi.infrà de conceſ.præbend.quia diuerſitatem.

† In his tamen caſibus ſubducuntur tẽpora de præſcriptione de medio,itaquòd prima, & vltima & alia, quæ his ſubductis remanet computentur vt infrà eo.auditis.§.quòd ſi abbas. & c.cum nobis.& c.de q̃uarta.

Et adde infrà eo.verſi.ſed & ſi quis.ergo hæc interruptio ſimilis eſt pupillari, de qua dic vt not.infrà eod.ſub §.item non currit.verſic.differt autem.

Vel nullius,id eſt,qui nil habet nõ audet viuere vel mori ſecundum d. Philip.Aquen.Archiepiſcopũ.vnde perinde eſt ac ſi eccleſia nullum haberet.ſuprà de tranſ.epiſcopi inter corporalia.§.ſed nec.arg.ff.de excuſa.tut.nulla differentia,nõ eſt tamen expreſſum in iure quod tempore talis prælati non currat præſcrip. Vel in vita prælati malè alienantis,quo ad rem malè alienatam.xvj.q.iij.ſi ſacerdotes.

Nec tempore minoris ætatis.C.in quib.cauſ.reſtit.in integ. non eſt neceſſaria.l.vlti.ſecundum Goſ.Tu excipe pupillarem ætatem.C.de præſcrip.xxx.ann.ſicut in rem.

Vel patriæ poteſtatis.C.de bonis quæ libe.quicunque.C.de bonis ma.l.j.in fi.& authen.ibi poſita C.de anna.except.l.j.in fi.

Vel tempore matrimonij,quo ad vxorẽ, quæ agere non poteſt.C.de iure do.in rebus.§.non omnis.niſi forte marito vergente ad inopiam.vt ibi.& eo.tit.l.vbi.

Sed & ſi quis de mandato domini Papæ proſiciſcatur, vel alias cõtra Saracenos,ſeu qualitercũque cauſa repiublicæ ſub ducendũ eſt de præſcriptione tẽpus illud,quod in abſentia fluxit, ſit primũ medium vltimúmve & hoc per reſtitutionem in integ.vt ſic nõ proſit nec obſit quod euenit.ff.ex quibus cauſis maio.in integrũ reſtituantur.l.j.in princ.vnde & ſine præſentia illius,qui rediit cõpleatur vſucapio, adhuc poteſt conſiderari, quòd ſubducatur tẽpus, quod in abſentia fluxit & ſi pluribus vicibus quis abſuerit omniũ abſentiarũ tempora ſubducuntur ſecundum quoſdã, quæ ſententia æquitatẽ habet, & comprobatur.C.de reſti.mili.quod tẽpore militiæ.& ff.ex qui.cauſ.ma. necnon.§.ſi quis ſæpius.C.de temp.reſti.in integ.l.fi.C.quibus non obiicitur long.tẽp.præſcrip.l.præſcriptio. Alij dicunt tunc demum debere reſtitui aliquem,& tẽpora ſubduci. quando in abſentia ſua cõpleta eſt præſcriptio, vel parũ poſt reuerſionem ſuam.& hoc eliciũt ex verbis prætoris dicentis.ſi quid ex bonis abſentis cauſa reipu.præſcriptum fuerit, cũ is qui abeſſet

poſt

postea restituam, quod verbũ, Postea, ad modicum tempus refertur scilicet dum quis post reuersionẽ suam conducit hospitium, disponit sarcinulas, quærit aduocatũ. hæc enim modica præsentia pro absentia reputatur. ff. qui. ex cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. arg. de verb. sig. hęc adiectio. sed secundum Azo. & si prior sententia æquior sit, vltima tamẽ securior est secundum l. Quod autem dixi absenti currere præscriptionem, intelligas ex quo veniens nõ fuit admissus vel suspicatus est, se posse repelli, vel alias amisit possessionẽ: sicut not. suprà de causa pos. §. & qualiter amittatur. nã si adhuc retineret possessionem non curreret cõtra ipsum præscriptio secun-
41 dum Azo. † Itẽ non currit præscriptio debitori: nisi adueniente die, vel existente conditione debiti. C. de præscrip. xxx. ann. cũ notissimi. §. illud autẽ. Quid ergo dices in annuis vel mensibus debitis, vel alterius temporis singularis? & quidem secundum l. currit præscriptio non ab exordio obligationis: sed ab initio cuiuscunque anni, vel mẽsis, vel alterius temporis: vt in d. l. cum notissimi. §. in his. quod quidam sic interpretantur, vt tot oporteat currere præscriptiones, quot debent esse solutiones: vt sic quantuncunque tẽporis fluxerit, semper remaneant xxxix. anni præteriti, pro quibus possit agi: & semper pro futuro tempore secundũ. M. & P. quibus d. l. fauere videtur. Bul. vero intelligit nullo modo posse agi transacti? xxx. ann. computandis ab initio cuiuscũque temporis, quo erat solutio facienda. sed cessatum est in solutione. C. de vsuris. cam. respon. j.

Sed. M. respondet quòd ibi loquitur in accessoria obligatione vsurarum: quæ solutio secundum l. nulla est, cum extincta principali obligatione nihilominus vsura per stipulationẽ debita peti possit. ff. de eo quod cer. loco. l ij. §. item Iulianus. & l. centum & bene adaptatur præscriptio solutioni, quia qui præscribit similis est soluenti. ff. de admi. tut. si pupillus. & põt reddi illa ratio: quia vt in singulos annos aliquid est premissum vna est actio. ff. de dona. causa mortis senatus. §. fi. nec ob. ff. de verb. ob. [illegible]rib'. §. j. vlt. char. quia ibi recitatur op. Paul. & Van. quæ tenenda nõ est secundum Bul. Vel distingue vtrum nominentur anni, puta, cũ dicitur annua bina trina die, & tũc erunt tot stipulationes, quot anni: an generaliter dicatur singulis annis, & tunc erit vna stipulatio: arg. ff. de verb. obli. quod dicitur. & s. de elec. in genesi. hac ergo actione semel per præscriptionẽ elisa: præ nimia verecundia suæ frontis iam non audet erigere telum: quam rationem multum approbauit. R. Si quæras quæ

quæ est ergo dubitatio? Respon. magna. nã quia debitor agnouerat debitum putabatur eum decætero contra creditorẽ præscribere nõ posse: quod falsum est. Iob & Azó distingunt inter legata & promissa. in legatis enim, quia tot sunt actiones quot debita, tot eadem ratione oportet currere præscriptiones. ff. de dona. caus. mor. senatus. §. fi. ff. de annuis. leg. l. cũ in annos. ideo tale legatum non vtendo amitti non potest. ff. quib. mo. vsusfr. amit. si vsusfructus alterius. ff. de no. oper. nunc. de pupillo. §. fi. & l. qui viã. & in his vera est sentẽtia. M. in stipulationibus autem vera est sententia Bul. Quòd sic est intelligendum. debes mihi annua legata, soluisti p duos annos legata, cessasti postea per tres xxx. postea elapsis legatũ tertij anni est præscriptum: adde vnum annum, legatum quarti anni est præscriptũ: adde alium annũ legatum quinti anni est præscriptũ. & sic de singulis. In stipulationibus vero aliud est: quia si per duos, vel tres an. decẽ quæ debebas ex stipulatione soluisti: & postea cessare cœpisti. xxx. ann. elapsis nil possum petere. quare? quia vna est actio & obligatio quæ spacio tanti tẽporis est sublata secundũ Azo. Nec ob. l. cũ notissimi. quæ legata & promissa æquiparare videtur. dicit enim quantũ ad hoc paria sunt: quia nõ ab exordio obligationis: sed ex eo tẽpore, quo cessatum est currit præscriptio vt suprà not. & probatur. C. de præscrip. xxx. ann. si quis emptionis. §. fin. ergo si potest agere, currit præscriptio, si non potest, agere non currit. vt not. suprà eodem. §. versicu. ad hoc autem. & sequent. Quamuis autem in supradictis domi. B. Iob & Azo. quo ad rigorem iuris ciuilis subtilius moueãtur. M. tamen & Pla. æquius, & verius quo ad ius cano. Sed in omnibus superioribus & inferioribus puto nõ esse veniendũ cõtra conscientiam: vt patet in his quæ not. s̃. eo. §. versi. sed nunquid. nec rigorem iuris ciuilis: sed veritatem & simplicitatẽ tenendam, & sequendam esse. vt s̃. de iud. dilecti. & de dolo & cõtuma. c. j.

42 † Illud etiã teneas ꝙ vbi agi non potest, non currit præscriptio, quicquid. j. sequatur ar. j. de elec. c. fi. & infra de cocessio. præben. vel eccle. non vac. quia diuersitatem. §. si tamen. & seq.

Videtur tamen quòd in actione confessoria currat præscriptio, & si quis nequeat vti seruitute, vel agere, puta: quia fons exsiccatus est: vnde nõ potuit is cui seruitus debebatur aquã ducere. ff. de ser. rusti. præd. Attilicinus. sed fortè in rusticis seruitutibus speciale est, vt amittãtur eoipso, ꝙ quis nõ vtitur, non distincto vtrũ potuerit vti. vt ff. quẽadmodũ seruit⁹ amit. si partẽ. §. si p fundũ. secus. in vrbanis. vt ff. de ser. vrb. præd. hoc autẽ.

Quia

43 Quia verò legere & nõ intelligere negligere eſt: † ſcire de-
h bes quid ſit confeſſoria [h] & negatoria actio, & quidem confeſ-
ſoria eſt quædam actio, quæ datur domino fundi cui ſeruitus
debetur. ff. ſi ſeruitus ven. l. ij. §. hoc autem. ſed & non domino:
puta creditori ſuperficiario: ſed & publiciana datur ei, cui con
ſtituta eſt ſeruitus à non domino fundi. ff. de remiſ. l. j. §. idem
Iulia. ff. de ſuperficiebus. l. j. §. fi. ff. de vſuf. pe. l. j. reſpõ. j. item da
tur contra poſſidentem fundum. qui ſeruitutẽ debet. ff. ſi vſuc.
l. vti frui. §. vtrum. vel quaſi poſſidet. ff. ſi vſusfr. pen. l. fi.

Negatoria verò datur domino fundi, qui negat ſeruitutem
deberi: & vtilis datur non domino, puta vſufructuario. ff. ſi ſer-
uitus ven. l. ij. & l. ſiculi. Ratione etiam poſſeſſionis intenta-
tur contra eum, qui rem poſſidet ratione vſusfructus. ff. de acq.
poſ. naturaliter. & quia actiones iſtæ dantur domino, & quaſi
domino contra illũ, qui poſſidet: & quaſi poſſidet: ſicut rei ven-
dicatio, & publiciana, quæ reales ſunt, ideo dicuntur in rem
eſſe: vt inſtit. de ac. §. iſtæ quoque actiones. Datur autẽ confeſ-
ſoria, & ſi nulla fuerit ſeruitus, licet Pla. dixerit eã ita demum
dari ſi ſeruitus amiſſa fuerit, quæ prius fuerat conſtituta: ſed
reprobatur. ff. ſi ſeruitus vendi. loci. §. competit. & l. fiſtulas. ſe-
44 cundum Azo. † Dicitur autem ideo actio cõfeſſoria, quia ad
hoc datur, vt is qui negat ſeruitutẽ deberi confiteatur quòd
debetur: negatoria quod negatur. ad hoc inſtitut. de ac. §. j. ij. &
iij. ff. ſi ſeruitus vẽdi. l. ij. Has autem ſeruitutes dominus fundi
conſtituit, & ſi plures ſint, vtriuſque cõſenſus requiritur, ſed &
licet is qui pro ſocio conſtituit mihi ſeruitutem nõ poſſit me
prohibere vtentem: tamen quouſque ſocius ſuus mihi conceſ-
ſit primo quæ cõceſſit viuente domino prædij perdurante: non
mihi ſeruitus acquiſita: quòd ſi is qui primo conceſſerat mo-
riatur, vel partem quam alienauerat antequàm ſocius mihi cõ-
ceſſit, requiritur conſenſus hæredis, vel illius. cui partem ſuam
alienauit, alias conceſſio ſocij nihil firmaret. vt hæc probãtur.
ff. de ſeruitu. l. ſecunda. ff. ſi ſerui. prædi. per fundum. ff. commu-
nia prædiorum. l. fina.

Conſtituitur autẽ pactionibus: ſtipulationibus: & teſtamen-
tis: inſti. de ſerui. §. penulti. & ſi. requiritur etiam expreſſus con-
ſenſus domini: alias & ſi non contradicat ipſum inuitum iudi-
camus: & ideo ſeruitus non valebit. ff. de ſerui. vrb. præd. inuitũ:
nec prodeſt tempus, quia ſeruitutes nec vſucapiuntur. ff. de ſer
ui. ſeruitutes. iiij. vt & quod not. ſuprà ſub rubr. de vſuca. §. quæ
res. & infrà eod. ſub §. de quibuſdam. Si tamen via publica im-
petu

petum fluminis amittatur proximus vicinus viā præstare cogitur.sed & fortè cōmunitas debet iustū pretiū refundere.arg. ff.de relig.& sump.fune.si quis sepulchrum.ff.de incē.rui.nau. nequi ff.ad sil.se.con.domino.C.pro quib.cau.serui.pro pręmi. acci.lib.l.ij. Amittitur autē seruitus si non habet interualla, vel habet interualla dierū,vel noctiū tantū,vel breuioris temporis spacio x.an. inter præsentes xx.inter absentes.si autē habet interualla annorū, vel mensiū tempus requiritur duplicatum.ff.quemadmodū seruit.amit.si sic.& hoc dico quòd is cui seruitus debetur, amittit ius suum per negligentiā,sicut not.in personalibus actionibus.s̃. eod.§.rñ.j.& ver.se.C.de serui.l.vlt.

Patet ex prædictis ꝙ illi,qui agere nō potest,nō currit præscriptio. vbi autem potest aliquis agere:licet difficulter currit præscriptio : sed si iustū sit impedimentū datur restitutio. ff.de offi.præsi.se.cō.ff.ex quib⁹ causis ma.in integrū resti.l.j. ij.& iij.

45 † Sed nec fragilitas sexus, vel fauor militiæ vel absentia prodest,quo minus currat præscriptio xxx.an.excipitur pupillaris ætas : siue præscriptio incœperit à prædecessore impuberis, siue ab impubere , aduenientc tamen pubertate statim incipit currere,& continuabitur cum tempore præcedenti.C.de

i præscrip.xxx.an.sicut in rem.§.j.ad fi. C.si maior factus ratam al.habuit. [i] l.fi. Differt autē hæc interruptio,quæ fit per pupillarem ætatem ab aliis interruptionibus.nam si aliàs fiat interruptio,nihil confert priori:vt C.de præscrip. longi temp.l.j.sed in hac cōtrarium est: & sic vt alludā vocabulo proprie dicitur hæc interruptio : sed aliàs in medio prorsus rumpit,sic vbi ecclesia vacat, vel prælatus hæreticus est,vel excommunicatus, vel suspensus:vt no.s̃.eo.§.ver.ad hoc autē.& se.& versi.vel su-

46 spensi. † De quibusdam autem actionibus dubitatur quanto

k tempore tollatur. puta de negatoria, famil.erciscundæ, communi diuidūdo,pignoratitia. Videtur enim,quòd negatoria [k] spacio xxx.an.tollatur:vt C.de præscript.xxx.an.sicut in rem. & de annali excep. l.j.sed cōtra:quia si iui per fundum tuum per xxx.an. & post xxx.an. me volentē vti seruitute prohibere velis,non potes:ergo videor eam acquisiuisse spacio xxx.an. ꝙ si est contra,dicunt iura,quæ volunt seruitutē non posse acquiri nisi tempore, cuius non extat memoria : licet si aliquis vtatur longo tēpore constituta prædicta ex illa causa quæ prætenditur pręcessisse.ff.de aqua plu.arcen.l.j.§.fi.& l.ij.respon.j.& §.j. & §. idem Labeo ait. Ad hoc dicendum est seruitutem non esse quæsitam spacio xxx.an. Sed tamen tu propter negligen-

tiam tuam non potes prohibere quo minus seruitute vt arg.ff. de ser.rusti.præd.per fundum.suprà de elect. bonæ memo. §.fi.

Vel dic negatoriam posse intētari etiam elapsis xxx.an.non ex præterita itione.i.ea quæ facta fuit iam sunt xxx. an.sed ex sequenti, vel præsentibus, nec enim itio ista est illa, vel ecōtrario.ff.de verb.sign.sic nec enim vnius itio ad aliam.ff.de serui. l.seruitu.iiij. Hoc autē assignari non potest in possessione rei meæ, quam possedisti: per xxx.an.super quā non es postea conueniendus: hic vna & eadem est possessio propter continuationem & huic scientiæ nihil obiici potest: vt quia mirum videtur, quod tot sint actiones, quot sunt itiones.

Potest & illud dici, quod licet vere plures sint actiones, causa tamen minuendarum litium vna tātum potest actio intentari propter diuersas itiones, sicut & de pluribus hęreditatibus sufficit vna actio familiæ erciscundæ. & in pluribus societatibus vna actio pro socio.ff.fami.erciscū.hæredes.§.de pluribus. ff.pro socio. cū duobus.§. si plures. & secūdum hoc si actio ista intentatur propter vnam itionem absoluaris: & iterum te ex alienatione conueniam non obstabit exceptio sicut & in rei vendicatione. Non obstat si ex vna possessione agatur: te prius absoluto. quia non possidebas.C.ad exhi.neque.

Puto considerata mente iuris canonici, semper potest intentari negatoria cū effectu, nisi fortè post tempus, cuius non extat memoria. nam ibi propter difficultatem pro bonis seruitutis constitutæ aliud iudicarem: si fortè reus diceret seruitutē constitutam fuisse à vero domino: ad quòd probandum induceret patientiam temporis: vt probant iura inducta. suprà eod. versi. videtur enim. Caueat tamen sibi excipiēs de conscientia. vt no.infrà de censib.§. quis census.

Sed quare non sufficit spacium xl.annorū, cum sufficiat quo ad ius eligendi acquirēdum. vt suprà de elect. venerabilem.§. penult.& c.Cumana. & de causa poss.& propric.cùm ecclesia Sutrin. & c.cùm olim.Respon.multi vtuntur seruitute, qui non habent ius vtendi, nec sciente nec vidente domino, quàm res tangit: vel per violētiam.& ideo nec dominus præsumitur concedere seruitutem, nisi expressim consentiat. vt not.suprà eo versi.constituitur. Vnde quandiu allegatur tempus memoriæ semper requiro probationē propter periculum cōscientiæ: quamuis Legistæ dicant sufficere longum tempus.

47 † In electione autem nullus consueuit admitti nisi ius habeat, & nisi scientibus & videntibus his, ad quos spectat, quare

semper

semper præsumitur consentire, quod admisso acquiratur ius,
nisi fiat pro testamẽto: & probatur quod de gratia admittatur.
suprà de postu. præla.bonæ.ij.respon.j.& arg.s̃.de elec. cũ Vin-
ton.& c.Cumana.& ideo sufficit probare vsum cũ præscriptio-
ne completa, nisi aliud apponatur, cùm iam appareat, vel sal-
tem præsumatur probabiliter de consensu.Itẽ quia pręscriptio
est odiosa:electio fauorabilis.ff.de libe. & posthu. cũ quidam.
& hæc ratio ad iurisdictionẽ extẽditur, quæ & tẽpore acquiri-
tur.s̃.de fo.cõpe.cũ contingat.& iũge quòd not.sub rubrica de
8 vsuca.§.quæ res.versi.sic ergo vsucapiũtur.† In actione autem
fami.ercis.vel cõmuni diui.dixit Pla. non currere præscriptio-
nem interim dũ ambo domini simul vtũtur & possident,& fru-
ctus percipiũt. Certè dominus Pla.nec post diuisionẽ quandiu
durauerat rei conscientia alienæ. Mar. verò eas dixit nasci
ex volũtate.i.ex quo volũt à cõmunione discedere.ff.fa.erc.l.j.
Lex tamen dicit eã nasci ex quasi cõtractu.insti.de obl.quæ
ex quasi contractu nasc.potuit ergo intentari cum effectu non
ob.exceptione à tempore cõmunionis:igitur ab eo tẽpore de-
bet currere præscriptio, secundũ Azo.C.de anna.excep.l.j.§.ad
hoc.nec obst.quòd dixit secus, possidere & fructus percipere,
quia non præscribitur domino, vel possessioni, vel diuisioni, ne
præiudicium fiat secundũ Azo. sed certè cũ neuter in præscri-
bendo bonã fidem habeat secundum ius canon. Verior est sen-
tentia Pla.quã no.s̃.co.versi. in ac.authẽ. & idem in cõmodati
actione cui pręscribitur, ex quo potuit intẽtari.nõ ita in rei vẽ-
dicatione, quæ datur cõtra cõmodatariũ, cui non præscribitur
interim, dum dominus retinet per se ciuilem, & commoda-
tarium, naturalem possessionem, sicut dicitur in colonis.C.de
præscrip.xxx.an.male. Ideóque dici debẽt in locati act.quòd
dictum est in cõmodati ac.& rei vendi.& hæc opinio secundũ
Azo.licet Pla.dixerit nõ currere præscriptionẽ personali actio-
ni cũ curreret rei vẽdica.& hæc opin.secundũ ius cano. verior
est propter connexitatẽ, vt patet in his quæ no.s̃.eod.versi. sed
9 nunquid acti. † Pignoratitia verò actio tollitur xxx.an. com-
putandis. [1] tamen tempore illo, quo nata est, potuit intentari:
quod tunc demũ est, cum soluta est pecunia, vel oblata, & con-
signata, & deposita.ff.de pigno. act.si rem alienam.§.omnis.
Sed quid si debitor stetit per xxx. ann. ꝙ neq; obtulit, nun-
quid præscriptum est iuri offerẽdi? dixit. P.quòd non, sicut nec
præscribitur iuri eundi ad ecclesiã, vel sanctum Iacobum, vel
per viam publicam.argumen.ff.de vsucapio.sequitur.§.si viam

habeam.ff.de via pub. ma. nec ob.C.de do.præscript.xxx.ann. omnes.quod enim dicit omne ius tolli spacio xl.ann, intelligi debet de iure agẽdi,non de iure excipiẽdi.ar.ff.de excep.doli. pure.§.fi. & hoc teneas secundũ ius cano.quicquid alij dicant.

Sed secundum Bar. ius offerẽdi tollitur, quando qui potest facere non possit agere pignoratitia soluendo. s.iam intelligitur posse agere. ff.de re iudic. qui potest. & ideo debet ei præscribi:& sic præscribitur creditori secundo cõtra primum: vel primo contra secundum.C.de præscrip.xxx.an.cùm notissimi. §.sed cum illud.

m Quibus modis interrũpatur[m] præscriptio † & quidem duobus modis generaliter:scilicet naturaliter & ciuiliter.Naturaliter interrumpitur per inundationem maris, vel fluminis,vel quando aliquis per latrones, vel alios de possessione violenter eiicitur.ff.de bonis auth. tu.pos.cũ vnius.§.fi.ff.de acq. pos.qui vniuersas.§.itẽ quod Labeo. Item si quis lõgo tempore desiit possidere. secundũ Io.ff.de vsuca. furtũ ad fi.itẽ qualitercunq; amittatur possessio secundũ Azo.quod quot modis accidat, vi de suprà de causa pos. §. & qualiter amittatur. & hæc interruptio prodest omnibus habentibus ius in re.ff.de vsuca.naturaliter. Est & fortè quasi naturalis. secundũ cano.quãdo s.præscribẽs in aliqua parte tẽporis habuit malam fidẽ:vt not.suprà eo.ver.quæ exigantur. sub §.hoc quo ad res.ver.secundum.

50

Sed & pupillari ætate interueniente interrumpitur præscriptio naturaliter,qualiter intelligi debet not.suprà e.§.quæ res. sub §.itẽ non currit.versi.sed nec fragilitas.& seq. Sed & naturalis videtur illa, de qua no.infrà eo.versi. itẽ si is cõtra quẽ.

Ciuiliter autẽ interrumpitur multis modis. Primò per litis contest.C.de præsc.lõg.tẽp.nec bona.C.de præscrip.xxx.an. cum notissimi.§.immò & illud proculdubio;in fin.xvj.q.iij.§.potest. ver.is autẽ coram suo iudice factam, quæ de statu defunctorum.l.pen.& tunc perpetuatur actio vsq; ad xl.an. tamen ei tantum prodesse videtur, qui eo animo contestatur litẽ vt causam ducat vsq; ad fin. Sed impeditur propter casus fortuitos, alias non prodest,arg.à cõtrario sensu.C.de præscr.xxx.an.l.fi. & de anna.exce.l.j.§.j.& in auth.de liti.& §.omnẽ verò.col.vij.

Secundò per quasi contestationem,puta, denuntiationẽ factam colono in iudicio vocato.C.vbi in rem act.l.ij.suprà vt li. non contest.quoniam frequenter.§.quod si super rebus,vel solam executoris conuentionem.C.de præscrip.xxx.an.cum notissimi:respon.id est, quæ quasi contestatio dicitur.ff.de act. & obli.

obli.constitutionibus.& quasi interruptio.sed litera est voluenda.suprà de offi.ordi. pastoralis.§.fi.

Item per solam precum principi factam oblationem, & ad eas quod in annalibus & prætoriis actionibus locum habet. ff. quando li.princ. da.li.con. fa. l.j. & ij. C.de anna. exceptio. vt perfectius.

Item per solam libelli oblationem coram quocunque iudice, vel si non habetur copia iudicis coram personis publicis & honestis, quibuscunque factam, quando aduersarium meum conuenire non possum in quatuor casibus, vel quia infans est, vel furiosus, vel in dignitate constitutus: vel quia absens. C.de anna.excep.vt perfectius. & videtur requirere hoc lex ꝙ contestatio fiat apud domicilium possidentis. & idem legitur xvj. q.iij.§.potest.ver.is autem.

Idem videtur & in quinto casu quando, id est vultus aduersari terribilis est, non propter dignitatem: sed propter diuitias suas, vel aliam potentiam, & malitiam, qui forte statim interficeret conquerentem. ar.infrà de app. si iustus metus.C.de re. cre.generaliter.§.sinautem.versi.ipse autem. C.de his qui propter me.iu.non.ap.l.ij. Lex tamen videtur velle, ꝙ in hoc casu contestetur lis.& sic perpetuatur vsq; ad xl.ann.l.fi.Potest dici, quòd & si currat actio, tamen restitutio competit.vt not.ff.eo. §.proxi.sub §.itē non currit. ver.vt autē.nam in casu adeo possum timere litē contestari, sicut & prosequi : ergo hoc arbitrabitur bonus iudex: vt patet in his quæ no.suprà quòd met.cau. §.qualiter distinguatur.l.sed hoc à iudice.hūc tamen quintum casum non notauerūt doctores: sed eadem videtur ratio : ergo idem ius: Personæ autem coram quibus fit contestatio debent esse publicę & honestæ.suprà de offi.ord.pastoralis.§.fi.ergo in spiritualibus non erit ad laicos, sed clericos [illegible]currendum.arg. suprà de elect.Massana.& de arbi.contingit & de iudi.decernimus.& de ordi.cogni.tuā, sed in secularibus potest bene haberi recursus ad episcopū vt C.de ann.excep. vt perfectius.§.j. C.de epis.audi.episcopale iudicium.& auth.ibi posi.

Item fit per synodalem proclamationem.infrà eo.[illegible]torū. item per sacrum oraculum principi oblatum secuta post modum conuentione per executorem. C.de præscri.xxx.an. sicut in rem.

Item per debiti agnitionem, secundam cautionem, & vsurarum solutiones. C.de præscri.xxx.an. cùm notissimi.§.sed &. l.si quis emptionis.§.fi.

Item si is, contra quē præscribitur rei quæ præscribitur nanciscatur possessionem. & hæc interruptio litis contestationem imitatur. C. de præscrip. xxx. anno. cum notissimi. §. immo. & illud certè & naturalis videtur, & magis operatur. vt no: in d. §.

51 † Illud no. dignum quòd per litis contestationem interrumpitur præscri. ipso iure: vt patet. suprà eo. versic. j. per litis contestationem secus in vsuca. triennij: quæ nihilominus currit contra actorem. licet iudicis officio ei probanti intentionem suam restituatur res vsucapta. ff. de vsuca. pro emptore. l. ij. §. fin. ff. de rei vendi. si post acceptum.

In quatuor tamen casibus interrumpitur vsucapio ipso iure sola libelli oblatione. scilicet cum reus est infans, vel furiosus, vel in dignitate constitutus: vel secundum Azo. C. de anna. excep. l. penul. Fortè & in quinto sicut de his casibus no. suprà eo. versi. item per solam. & per eadem iura hoc comprobatur. sunt & casus in quibus non currit præscriptio: sed dormit: quos not. suprà eo. §. quæ res. versic. ad hoc autem. & seq. Sed & alij sunt in quibus nunquàm currit: quia natura rerum nō patitur quòd aliquo tempore præscribantur. quod dic vt not. suprà de vsucap. §. quæ non.

Nec illud omittendum est, quòd licet naturalis interruptio omnibus prosit: vt no. suprà eo. versi. itē qualitercunque ciuilis tamen non prodest, nisi illi, per quem fit. nec obest nisi illi contra quem fit: vt ff. de diuer. & tempo. præscript. intra quatuor. & ne de statu defunct. l. ij. §. præscript.

52 Quis sit eius effectus? † Et quidem quo ad personales actiones iste est effectus vt omnino perimantur elapso tempore: extinguuntur enim & vltra viuere nō possunt, quod sic probatur solutione eius quod debetur omnis obligatio tollitur: vt instit. quib. mod. tol. obl[illegible]ed qui præscribit similis est soluenti siue satisfacienti. vt ff. d[illegible]admi. tut. si pupillus. ergo per præscriptionē, sicut & per sol[illegible]onem extinguitur, quia de similibus idem est iudicium su[illegible] de præscript. inter cæteras & non est vtendū argumento[illegible]quia expressum est. C de præscrip. xxx. anno. sicut in rem. &[illegible]nnes ergo in perpetuum non reuiuiscunt semel extinct[illegible]ff. de sol. qui res. §. aream. Hoc autem non ipso iure intelligas: sed ope exceptionis coram iudice oppositæ & probatæ: & innuit lex illa sicut in rem post princ. ibi: sed si qua res &c. & ar. s. de præscri. si autem. & c. plerunque. alioquin quilibet posset agenti illudere & dicere. Respondere nō teneor iam præscripsi & ideo vltra xxx. ann. non viuunt, sed extinguuntur: vt dicit. l. si

quis

quis in rem. Intelligas quo ad effectum alias tempus non est modus tollendæ obligationis.de actio.& obli.l.obligationum.
8 §.placet.† Quo autem ad res corporales volũt leges. vt si quis præscripsit aliquam rem bona fide xxx.ann.habeat vtilem rei vendicationẽ contra quemlibet possessorem:præterquàm contra dominum.& hoc est quòd innuitur.C.de præscri.xxx.ann.l. penulti.§.si vero mala fide ibi ita tamen &c.secundum Azo.licet Pla.contra senserit dicens, quòd etiam contra dominũ datur:& faciunt pro ipsa iura inducta infrà eod.versi.præscri.Sed opi.Azo.iuuatur.suprà de ordi.cogni.cum dif.§.verum. primo versicu.vnde versus dominus &c.

Sinautem mala fide secundum easdem.ll.habet exceptionem tantum & non act.nisi contra eũ,qui sibi abstulit,vel subripuit:vel nisi contra eum,qui propter contumaciam eiusdẽ præscriptoris & possessoris positus est in pos.cau.rei ser.tunc enim præscriptor infrà annũ se offerens & satisdans iudicio sisti possessionem recuperabit.C.de præscript.xxx.ann.si quis emptionis xvj.q.iij.præscriptionum.

Sed secũdum cano.quo ad laicos,vel res patrimoniales clericorum effectus tricẽnariæ præscriptionis bona fide cõtinuatæ talis est,qualis secundum l.vt no.suprà eod.versicu.quo autem ad res.& seq.vt tamen intelligas hoc quod dicit de mala fide correctum.sicut no.suprà eod.§.quæ exigantur.versicu.igitur secundum l.& sub.§.verum.quicquid quo autem ad ecclesias & ecclesiastica negotia: effectus quadrigenariæ præscriptionis videtur esse talis,qualis est secundũ leges effectus longè præscriptionis:quia sicut lex in longa pręscriptione requirit bonam fidem & iustum titulum.& quòd res præscriptibilis sit, & continuationem possessionis:sic & canones in longissima:vt patet in his,quæ not.suprà eo.§.quæ exigantur.ergo effectus is est vt acquiratur exceptio cõtra dominum rei, vel creditorem habentem eandem rem obligatam.C.de præscript.xxx.anno.si quis emptionis in prin.& de act.& obli.l.fi.igitur cum exceptio sit actionis exclusio.ff.de excep.l.ij.apparet, quod dominus antiquus actionem habet,ergo rem poterit vendicare à quolibet possessore:pręterquàm ab illo,quo præscripsit,vel ab eo, qui ab eodem causam habet,& sic intellige infrà de dona.apostolicæ respon.prima.ad fin.

Præscriptor autem habet vtile dominium.C.de bo.mat.l.j.& auth.ibi signato.nisi tricennale.quæ elicitur ex auth.de nup.§. si vero expectet.in fin.col.iiij.habet ergo vtilem rei vẽdicatio-

nem etiam cõtra dominum:nam lex dicit per præſcriptionem mutari dominium.ff.de vſucap.eum qui hæredes:& ad idem inſtitu.de vſucap.§.j.per quæ iura.M.no. dominium directum acquiri.certè pro ipſo potiora ſunt iura : quia nec in textu:vt puta de vtili dominio ad expreſsè dictum poterit reperire, niſi in conſti.feu.de feu.non alie.ſine conſenſu ma.d.in rubro & nigro.& ſecundum hoc ſequentes deficiunt rationes.

Sed cum per vſum acquiratur directum dominium.vt not. ſuprà in rubrica de vſucap.rerum pro ſuo.§.quis ſit eius effectus.quare non acquiratur per præſ.long.tempo.idem directũ dominium : ſed tantum vtile , cum eadem requirantur in longa præſcriptione.quæ in vſucapione.& etiam maius tempus.

54 † Rñ.per vſuca.acquiruntur mobilia per præſcrip.immobilia:ſed mobilia facilius mutantur & tranſeunt,quàm immobilia.vt innuit ſignificatio vocabulorum:& probatur.ff.de acqui. poſ.ſi rem mobilem.

Quæ eſt ergo ratio quòd per præſcriptionem tollitur hypotecaria.C.de præſcrip.xxx.anno.ſi quis emptio.& non per vſucap.vt ff.de pigno.l.ij.§.cum prædium.j.& de vſuc.iuſto.§.non
55 mutat.& C.de pigno.vſuc.reſpon.† quia per præſcript.acquiritur exceptio,quæ omnem actionem excludit infrà eod.ad aures.ſed per vſucapionem dominium, cuius dominij intẽtio eſt à quæſtione pignoris ſeparata : vt in d.§.cum prædium.ſecundum Iob Azo.ſed certè & per vſuc.dicitur exceptio acquiri.C. de iure do.in rebus.§.omnis autẽ.nec obſt.ſi dicat dominium acquiri per vſuc.vt not.ſuprà nec enim abſurdum eſt,quòd ra-
56 tione proprietatis acquiſitæ excipiam.† nam cui damus actionem multò fortius except.ff.de ſuperfi.l.j.§.quòd ait prætor.& ad idem.C.de rei vendi.l.fina.& de prob.ſiue poſſidetis:dabitur ergo ratione vſucapionis & præſcriptionis legitimè actio ſi nõ poſſideat : & exceptio ſi poſſideat, ſicut ait M.& probatur in l. quam alij pro ſe adducunt.C.de præſcrip.xxx.ann.ſi quis empt. Si dicis qualiter dabitur exceptio domino quæ eſt actionis excluſio:& ſic non videtur,quòd alius cõtra dominum habeat rei vendicationem? reſpon.dic actionis,ideſt,intentionis ſecundũ M.vel actionis.ſcilicet verè vel putatiuè,quod puto menti iuris canonici conuenire.Si quęras ergo quare aliud eſt in vſucapione.& aliud in præſcriptione longi tempo.reſpon. prolixius
57 tempus hoc facit.& quod dicit.l.ff.de pigno.l.j.†.quòd quæſtio pignoris eſt ab intentione dominij ſeparata: nam ob.q.d.vſucapionis natura hæc eſt,vt per ipſam dominiũ ſiue proprietas rei acquira

acquiratur, non quòd obligatio pignoris perimatur: vel quod dicit separata, verum est in casu illo, de quo ibi loquitur. nec enim sequitur, quòd is qui est dominus prædij sit dominus fructuum consumptorum, nec quòd is qui prædium obligatum etiam consumptos fructus habeat obligatos. & ideo quamuis prædij dominus fructus futuros intendat obligare: tamen non tenet obligatio in cõsumptis, sicut tenetur in prædio: quia nunquam fuerunt sui, sicut prædium. quare creditor non potest de ipsis referre quæstionẽ, sicut de prædio obligato: & iungè quod no. infrà de pig. sub. §. si consistet. §. [illegible] versi. vsusf. etiam amittitur, non vtendo & sequen.

ADDITIO.

Vide in ij. parte. iij. prin. tract. præscri. col. liiij. in xv. q.

Istam q. vide plenè examinatam in ix. q. ij. partis. iij. prin. trac. præscript.

Hic tangit Hosti. intellec. l. bene à Zenone. quem vide plenè discussum in tract. præscri. in ij. parte. v. princip. col. iiij. & seq. in octaua quæstione.

Vide plenè in prædicto tracta. in iiij. parte. iiij. prin. col. xlij. cũ pluribus. q. vbi latè examinatur materia præscriptionis feudalis.

Dixi plenè in repet. l. Celsus. in quarta parte.

Dixi plenè in prima parte. v. princip. vbi ponitur materia præscriptionis ecclesiasticæ & canonicæ.

Vide plenè in quibus casibus præscriptio nõ currat ab initio: vel dormiat ex post facto. in j. ij. part. vj. partis principa. tracta. præscript. vbi distinctè examinantur omnes casus hic notati.

De materia confessoriè & negatoriè, & de præscriptione seruitutum vide plenè in prædicto tracta. princ[illegible]

Dixi plenè in prima parte. v. princip. tracta. præscript. in xxiij. casu col. xiij. cum pluribus sequenti.

Dixi in ij. parte. iij. princip. tracta. præscript. in vij. q.

De præscript. pignoratitiæ & iure offerendi dixi plenè in iiij. parte. v. partis. princip. in ij. q. tracta. præscrip.

Materiam interruptionis vide plenè in tertia parte vj. partis princip. tract. præscript.

TRACTATVS VSVCAPIONVM ET PRAESCRIPTIONVM TEMPORA BREuiter & dilucidè explicans, authore Ioan. Oldendorpio Iurisconsulto

[redacted] autoris damnati, i. permisso.

SVMMARIVM.

1 *Temporis obseruatio quàm sit omnibus in rebus necessaria.*
2 *Opportunitatis imago qualis apud antiquos fuerit, & quã ob causam ab illis depicta proponeretur?*
3 *Interpretatio verborum etsi prior est, rerum tamen potior est.*
Vsucapio vnde dicta?
Pignoris captionem veteres dicebant pignoris ablationem.
4 *Præscriptio Iurisconsultis quid significet? & sub nume. 6.*
5 *Vsucapionem a præscriptione rectè ne distinxerint hactenus iuris interpretes?*
6 *Vsucapio ex propria significatione refertur ad acquisitionem rerum mobilium & immobilium.*
7 *Vsucapionis diffinitio.*
8 *Dominium per quod vsucapionẽ adijcitur, sit ne directũ an vtile?*
9 *Vsucapio sine possessione non procedit.*
Continua possessio quæ dicatur?
10 *Possessio authoris accedit successori.*
11 *Hæreditas non adita personam defuncti sustinet: ac propterea vsucapionem a defuncto captam complet.*
12 *Possessio quæ vsucapionem inducit, iusta esse debet.*
13 *Titulus quid sit, & vnde dicatur?*
14 *Possessio sine titulo vsucapionem non parit.*
15 *Titulus (pro suo) generalis est ad dominij acquirendi causas.*
16 *Vsucapio bonam fidem possidentis exigit. & nu. 20.*
17 *Bona fides, quod attinet ad vsucapionem, quid sit?*
Titulum habens, non semper bonam fidem habet: nec econtrario.
18 *Bona fides sine titulo ad vsucapionem non prodest.*
19 *Error alieni facti non etiam proprij bonæfidei possessorem excusat.*
20 *Error iuris vsucapienti semper nocet.*
21 *Authoris mala fides noceat necne successori bonafidei?*
22 *Mala fides defuncti nocet heredi etiam bona fide possidenti.*

Dies

3 *Dies cæptus habetur pro completo, quòd attinet ad vsucapionem.*
4 *Vsucapionis rerum mobilium & immobilium tempus.*
5 *Præscriptionis diffinitio.*
6 *Actio omnis præscriptione xxx. vel xl. anno. tollitur.*
7 *Præscriptionis longissimè effectus.*
8 *Possessor bonæ fidei re ad verum dominum reuersa post completam vsucapionem, possit ne aduersus eum agere?*

QVòd in omnibus rebus bene feliciterque constituẽdis, plurimum referat † temporis habere rationem, natura satis manifestũ est. Attamen plerique, cum id nõ credant, coguntur experiri, atque stultorum magistro exitu tãdem bellissimè docentur. Nemo enim commodum voti sui successum sperabit, qui tempestiuitatem aut ignorat, aut contemnit. Quis non videt agricülturã, sationes, messes, vindemias, insitiones, propagationes, in tempore vtiliter exerceri: at cõtra neglecta opportunitate, omnia ista, aut calore, aut gelatione prorsus interire? Quorum existimabis sine periculo nauigaturum, nullo temporis discrimine obseruato: An non palam constat, vsum optimarum herbarum, adde etiam quotidiani cibi, prorsus nihil prodesse nobis, aut etiam nocere, nisi in tẽpore sumamus? Quis item princeps feliciter adiuerit extra tempestiuitatem? sicut Horatius, mittens olim Augusto Cæsari librum, diligenter monebat portitorem, vt tẽpestiuiter adiret, ac mollissima fandi tẽpora obseruaret. Quò ferè pertinet, quod Imperatores in l. ciuitas. C. de of. recto. prouin. Ciuitas (inquiunt) Rhodiorum iniuriam suã non tam decenter, quam serò conquesta est.

In summa, omnis humana actio, suam exposcit tẽpestiuam occasionem: quàm nisi mordicus retineamus, res ipsa vnumquemque docebit, quam verum sit, quod dici solet: nosce tempus: post festum venire miserrimum est.

Alioqui videbimus, quam sæpe nobis ex lucro damnum, ex voluptate molestiam, ex amicitia simultatem adferat neglecta tempestiuitas: vt mihi insanire videantur, qui nihil referre putant in rebus publicis ac priuatis, quid quoquo tempore fiat.

Quocirca rectissimè veteres † opportunitatis velut imaginem multis in locis depictam habebant, quo magis admonerentur vel ipso aspectu. Pinnis enim insistentem expresserunt, quòd semper voluatur, & certo loco stare nequeat: Talaria pedibus gestantẽ: quia volucris sit: facie crinibus tecta, qđ agnosci nolit, nisi à diligentissimo obseruatore. Occipiti caluo, ne teneatur

teneatur fugiens:nouaculam dextra tenentem, vt elapſa præ-ſcindat omnẽ ſpem: pediſſequam habentẽ pœnitentiam:ſcilicet, quæ neglectæ occaſionis exigat pœna, hæc ferè Eraſmus.

Cæterum, iuris ciuilis conſultiſſimi authores, tam variis rerum omnium exemplis permoti, exiſtimauerunt, in ciuilibus quoque commertiis, cum ad acquirenda dominia, tum ad reliquas negotiorum expeditiones tempora quædam, velut repagula, conſtitui oportere: vt vnuſquiſque ſciret, quando, & quandiu aliquid facere aut non facere liceret: de quibus hoc libello differere, operæ prætium exiſtimaui, ad retinendam in republica gerendarum rerum opportunitatem.

Principio: videamus quid ſignificent hæc verba, vſucapio, & præſcriptio, quorum mentionem in titulo fecimus. Quippe,
3 verborum† prior, rerum potior eſt interpretatio, exemplo Vlpiani in l.j.ff.ſi cert.pet.

Vſucapio itaque inde dicta eſt, quod per vſum aliquid capit & aufert. Vſus enim per lapſum temporis adimit res corporales & incorporales priori domino, & transfert in alium. Sic pignoris capionem olim dicebant, quam nunc captionẽ, & ablationem pignorum nuncupamus. Gellius lib.vij.exiſtimat vſucapionem, & pignoris capionem, duplicatis ex integro vocabulis, dici oportere. Interdum tamen extra compoſitionem, interiecta qualibet voce profertur, vt eſt apud Paulũ in l.nunquam §.vlt.ff.de vſucap.ſi defunctus (inquit) emit, hæres autem putat eum ex donationis cauſa poſſediſſe: vſu eum captum, Iulianus ait.

4 † Præſcriptio, apud Iuriſconſultos, pro exceptione accipitur. Nã præſcribere, ſignificat ſtatuere aliquid, & certo ordine concipere. Vnde actiones præſcriptis verbis appellatæ ſunt, quod generali quadam verborum ſerie, vt variis cauſarum figuris pro re nata commode deſeruirent, concipiebantur: cum interim aliæ actiones ſpecialem & nominatam formulam haberent. Cæterum exceptiones quoque reorum, ne pro arbitrio paſſim extra rem proponerentur (vt nunc ſæpe fit) olim, ad inſtar actionum, certis formulis cõſtitutæ fuerant. Igitur merito præſcriptiones nuncupatæ ſunt, ſiue ex longa poſſeſſione, ſiue ex aliis diuerſis temporũ definitionibus eſſent productæ, vt eſt tit.ff.de diuerſ.tempo.præſcriptio. Modeſtinus in l.nihil, in princi.ff.de inoffic.teſta. Vtrobique enim (inquit) præſcriptione ſubmouebitur. & in l.qui agnitis.ff.de except.ſeu præſcriptioni.nõ ſemel exceptionem rei iudicatæ, vocat præſcriptionem.

ptionem. Qua ratione iungebatur datiuo caſui, vt, præſcribo tibi, prǽſcribo illi. Marcellus in l.iij.in princip.ff.de præuaricato. Nam ſi reus (ait) accuſatori publico iudicio ideo præſcribat, quod dicat ſe eodem crimine ab alio accuſatum, & abſolutum: &c. Papinianus in l.intra quatuor annos.in princip.ff.de diuerſ.tempo.præſcript. Poſt quatuor annos (inquit) ſecundo delatori venienti, prior nunciatio, quominus præſcriptione temporis ſubmoueatur, non proderit.

Recentiores † vero legũ interpretes, neglecta romani ſermonis puritate: vſucapionem & præſcriptionem in ſignificatione confundunt, in qua vtique diſcrimẽ eſt: rurſus in re ipſa ſæpe differentiam conſtituunt, cum nulla ſit. Primum enim, vtrunque verbum iungunt accuſatiuo, vt vſucapio domũ, præſcribo domum, veſtem, fundum: non animaduertentes, quod præſcribendi ſignificatio, magis ad exceptionem pertineat, etiam ſi effectus retinendi dominij plerunque ſequatur. Deinde vſucapionem trahunt ad res mobiles, præſcriptionẽ ad res immobiles, per l.ij.C.in quib.cauſ.ceſ.long.tempo.præſcrip.in ſeruorum (ait) proprietatis negotio, cũ vſucapio locum habeat ad quæſtionem longi temporis præſcriptionem ſuperfluo peruenitur. Ex quo loco veriſimile eſt natum hunc errorem, cum tamen ex diametro probet diuerſum. Nam Imperatores ibi præſcriptionem ſeu exceptionem longi tẽporis appellant, cum tamen tractetur ſolum de proprietate ſeruorum, & ſic rerum mobilium. Ergo præſcriptio non pertinet duntaxat ad res immobiles, ſicut nec vſucapio ſemper ad res mobiles. Paulus in l.furtum.& l.quare.ff.de vſucap.loquens de fundo alieno ſine vi poſſeſſo. Quare ipſe quidem (inquit, non poteſt vſucapere.& in l.nunquam in vſucapionibus.in princip.ff.eo.titu.ſic dicit: vel poſt longum tempus venditionis contractum vſucapi non poſſe, quia iuris error ſit.

Obſeruãdum igitur ſummatim ſic fuerit: vſucapionem referri † genuina ſignificationis vi ad acquiſitionem rerum mobilium vel immobilium. Quam ob cauſam tit.ff.de vſucap.eſt in lib. Pandectarum tertio qui tractat de acquirendis rerũ dominiis. Præſcriptio autem, ad ius excipiendi principaliter pertinet. Vnde tit.de diuerſis tempor.præſcrip.lib.vj.poſt reliquas exceptionũ ſpecies, generaliter ſubiungitur. Latius igitur patet ſignificatio præſcriptionis, quam vſucapionis. Omnis enim ratio temporis (quæ vt opportunitas ſeruetur, exceptionẽ ſeu defenſionem alicui parat) rectè dicitur præſcriptio, non item

vſuca

vſucapio. Vnde nihil vetat præſcriptionem triennij, nuncupari exceptionem, quam poſſeſſor bonæ fidei in rebus mobilibus acquirit, quanquam & rectè agat.

Hæc omnia manifeſtiſſimè apparent ex §. & cum hoc. inſti. de vſucapio. vt res quidem (inquit Iuſtinianus) mobiles, per triennium: immobiles vero per longi temporis poſſeſſionem (id eſt, inter præſentes decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiantur. Enim vero quòd Accurſius ibi comminiſcitur de propria & impropria ſignificatione vanum eſt.

Poſt interpretationem verborum, videamus nunc res ipſas.
7 Vſucapio † itaque, eſt adiectio dominij, per continuationem poſſeſsionis temporis lege diffiniti authore Modeſtino in l. iij. ff. de vſucap. quod autem Paulus ille Caſtrenſis aduerſus hanc diffinitionem rixatur, nihil moror, explicaturus quam poſſum craſsiſsimè mentem & conſilium Iuriſcõſulti. Nam ſi ſummo iure, & ad nornam (vt ſic dixerim) mathematicam rem exigamus, quis ignorat omnem definitionẽ in iure periculoſam: rarumque eſſe in tam magnam negotiorum varietate, vt non ſubuerti poſsit. l. omnis definitio. ff. de reg. iur.

Duxit autem Modeſtinus hãc definitionem ab officio vſucapionis, cuius exitus & proprium eſt, vt per eam acquiratur dominium, quod alioqui in rebus bona fide traditis nunquam certo conſtare poſſet: quia propter infinitã rerum varietatem incertum eſt plerunque, vtrum tradens ſit dominus, an non ſit. Repetamus autem Modeſtini verba propter commodiorem interpretationem.

Dominij. In hoc articulo ſuborta eſt diſputatio inter do-
8 ctores iuris ciuilis, vtrum dominium † directum videatur adiici, an vtile? Tametſi vero in re ipſa non ita magnus ſit fructus, maluerunt tamen diſſentire. Martinus gloſſator dixit directum dominij non acquiri longo tẽpore. Accurſius vtile tantum concessit. Bartol. in authen. niſi. C. de bon. mater. ſequitur Accurſiũ, vel l. j. §. vlt. ff. de aqua & aquę plu. arcen. quẽ locũ pro ſummatione ſuæ opinionis adfert: de quo mox videbimus.

Cæterum, ſententiam Martini veriſſimam eſſe probabunt ea fore omnia, quæ de ratione temporis infrà tractabimus. Interim, quod alij verba legum, quę acquiſiti per longã poſſeſsionem dominij mentionem faciunt, interpretantur de vtili dominio, caret ratione & authoritatis exemplo, vt in l. traditionibus. C. de pact. quid enim vrget ibi & in hac definitione, non proprie intelligi verba dominij?

Imo

Imo & d.l.j.§.vlti.aduersatur Accursio, tantum abest quod eius errorem confirmet. Quare verba ipsa Vlpiani sunt nobis excutienda: Eritque ista (inquit) quasi seruitus, in quam rem vtilem actionem habemus, vel interdictū. Certè hæc clausula, non pertinet ad ea, quæ superius de vetustate dixit, sed potius ad præcedentem clausulam de seruitute naturali. Ea enim seruitus, quæ ab inferiore agro superiori debetur natura, quasi seruitus erit, & vendicabitur vtili in rem confessoria actione. Verum illa, quæ per vetustatem acquiritur, est directa, quòd satis superque ostendunt verba (velut iure impositam seruitutem.) Nam significant proprietatem, & referuntur necessario ad materiam vetustatis, quam ibi quoque tractat Vlpianus. Vt interim videas, quam periculosum sit, nō satis perspecta lege, statim pronunciare.

Et medius fidius, qui tā faciliter loquuntur de ratione temporis, hi non perpendunt vim eius, nec vident quā facile multa possint euerti, summo totius reipublicæ incommodo, nisi tempori plurimū tribuamus, accedēte iuris authoritate. Porro, si regna mutat, adeoque totū orbē in alios atq; alios mores transformat successus temporis: cur nō etiam priuatarum rerum dominia pleno iure possit adiicere? Proinde facessant disputationes otiosæ, adhæreamus (quando euidens ratio diuersum non posit) verbis legislatorū. Sicut enim omniū rerum, ita & directorum dominiorū per vsucapionem vicissitudo est.

9 Per continuationem possessionis. Ecce, primum omniū requiritur possessio, ac illa quidem continua. Nam † satis constat, sine possessione vsucapionem nō procedere, Licinio Rufino authore in l. sine possessione. ff. de vsucap. rursus nō potest vera atque probabilis censeri possessio, nisi sit continua: quoniam per intercapedinem possessionis, fere semper incidere solet conscientia rei alienæ, quæ impedit ius vsucapiendi.

Continua autem possessio dicitur, non solum quæ penes vnum atque eundem semper est, verum etiam quæ ab vno ad
10 alium legitimè trāslata fuerit. Etenim tempora † possessionis, quibus authores bona fide posséderunt, merito debent prodesse & reputari ad complendam vsucapionem is, qui in locum eorū succedunt, siue ex cōtractu, siue ex vltima voluntate. Puta hæredibus accedit possessio testatoris, & emptor vtitur tempore vēditoris, nec solū immediati, sed etiā vlterioris. Nisi fortè medius aliquis ex authoribus nō possedisset: quia tūc nō posset per rerum naturā censeri coniuncta seu cōtinua possessio.

Scæuola

Scæuola in l.de accesſionibus.in princi. Venuleius in l.in vſucapione.§.j.ff.de diuer.tempo præſcript.

11 His nihil obſtat, quod hæreditas † iacens nec dum adita, complet cœptam à defuncto vſucapionem: quaſi hinc effici poſsit, etiam ſine poſſeſſione vſucapionē procedere: quia hæreditas antea quam adeatur, repræſentat perſonam defuncti. Neratius in l.cœptam.ff.de vſucap. Hermogenianus in l.hæreditas.ff.de acqui.rer.domi.hæreditas (inquit) in multis partibus iuris pro domino habetur.ideoque hæreditati quoque vt domino per ſeruum hæreditarium acquiritur.

12 Cæterum, poſſeſsionē † hic iuſtam quoque intelligi oportet:quoniam verba definitionis cum effectu ſunt accipienda. Itaque poſſeſsio vt ſuam vim ac poteſtatem habeat, poſsitque ſuppeditare conditionem vſucapiendi, requirit legitimum titulum, & bonam fidem:denique & rem quæ vſucapionem admittat:quæ qualia ſint videamus.

13 Titulus, eſt † per quem indicatur nobis aliqua poſſidendi legitima cauſa, ſufficiens ad dominium acquirendum vel directo & immediate, vel ſaltem mediante vſucapione, de qua nunc tractamus. Dicitur enim titulus à tuendo, quod factum authoris tueatur, indicans veritatem cuiuſlibet rei: vt ſi quis alterius fortè generis quicquam eſſe contendat, recurratur ad titulum. Tales in iure tituli ſunt:pro ſoluto:pro emptore: pro hærede: pro donato: pro derelicto: pro legato: pro dote: his enim titulis indicantur legitimæ cauſæ ſeu formulæ per iuris authoritatem confirmatæ ad acquirendam poſſeſsionem, & proinde ex poſſeſſione, aliàs dominium, alias vſucapiendi conditionem, de quibus tractatur lib.Pandectarum iij. vt ecce, ſi quis impugnet poſſeſſionem vel vſucapionem meam, quaſi iniuſta ſit, mox recurro ad titulum, & indico mihi talem rem ex contractu, puta, emptionis & venditionis, fuiſſe traditam. Certè hæc demonſtratio tuebitur me, alioqui iure ſuccumbētem.

14 Adeò † ſine his titulis nulla poſſeſſio, nulla vſucapio, bonum initium & fœlicem exitum habere poteſt. Neq; enim ex omni cauſa licere debuit vnumquemque ſibi pro inſatiabili affectu, poſſeſſionem aſſerere, & ſic vſucapere rem alienam:ſed oportebat cum primis dominij transferēdi rationem (quæ maximam inter mortales diſſentionem parere ſolet) certò & immutabili ordine conſtare. Quo pertinet quod Paulus in l.ij §.j.ff.pro hære.quod vulgo (inquit) reſpondetur, cauſam poſſeſſionis neminem ſibi mutare poſſe:ſic accipiendum eſt, vt poſſeſſio non ſolum

ſolum ciuilis ſed etiam naturalis intelligatur. Et propterea reſponſum eſt: neque colonum, neq; eum, apud quem res eſt depoſita, aut cui commodata eſt, lucri faciẽdi cauſa pro hærede vſucapere poſſe. & in l.non ſolum. §.j.ff.de vſucapio. ſic itaque cõſtat, quod traditio ex legitima cauſa ſeu titulo producit poſſeſsionem: & rurſus poſſeſsio, producit vſucapionem & dominium. Quæ omnia ſic cohærẽt, vt intellectu iuris ſeparari non poſsint, ſi cõſtare debeat vſucapio. l.traditio. in fi.ff.de acquir. rer.dom. Falſum eſt enim Accurſij commentum, quod verba (per hanc) non referãtur ad poſſeſsionem. Vnde fit quod alias dicitur titulus poſſeſsionis, alias titulus vſucapionis. Vlpianus l.j.in prin.ff.pro dot. aliàs deniq;. ſpecies poſſeſsionis, vt in l.ij.
5 in prin.ff. pro ſuo. Eſt præterea † titulus quidam generalis, videlicet: pro ſuo, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea cauſa poſsidemus, ex qua acquiri ſolet, ſiue iure gentium, ſiue iure ciuili. Qua ratione & ante vſucapionẽ cenſetur quis pro ſuo poſsidere. Comprehendit enim hic titulus generaliter omnes dominij acquirẽdi cauſas, vt quoties dico rem meam eſſe, nec addo cauſam ſpecialem, videor omnes cauſas dicere. Cócurrit etiam cum titulo ſpeciali. Nam ex cauſa emptionis, & pro emptore, & pro ſuo poſsideo. Idem in re legata, vel donata, vel aliis quibuſcunque modis legitime tradita, Vlpianus in l.j.ff.pro ſuo. Paulus in l.poſsideri autem. §. genera poſſeſsionum.ff.de acquir. vel amitten. poſſeſsio.

6 Bona fides † quoq; neceſſario requiritur in traditione, & cũ poſſeſsione continua eſſe debet, vt procedat vſucapio. Iulia. in l.qui fundũ. §.qui bona fide.ff.pro emptor. Neque enim vſucapiendi conditio, ad defendendam hominum malitiam introducta eſt, vt alter alterius res vtcunq; nactus, ſciens retineat & contractet: verũ ad tuendam innocentiam pertinet eorum, qui ignorantes nanciſcuntur ex legitima cauſa poſſeſsionem alienæ rei: quod frequentiſsimè accidere poteſt & toleratur, ſcilicet ne quis ſub bona fide damnum incurrat. Vnde etiam
7 publiciana in rem actio proficiſcitur. Bona fides autem † eſt ſyncera conſcientia, vnumquenq; certo excuſans de ignorantia rei alienæ: quam vel tradit alij, vel accipit ab alio. Nemo ſanè conſcientiam ſuam velut mille teſtes, fallere poteſt, ſi vtcunque aduerſario vel iudici imponat. Eadem ratione mala fides, eſt læſa conſcientia, quæ accuſat & conuincit aliquem non ignorare rem alienam eſſe, quàm per fraudem, vel tradit, vel accipit, hanc igitur bonam fidem, cauſam eſſe ſeparatam

aliis, facile vel hinc apparet: quia non rectè consequitur, eum habere bonā fidem, qui titulum habet seu possessionem. Et ex diuerso qui bonā fidem habet, is per hoc titulum & possessionem non probat. Sicut qui sciens alienam rem emit, verè quidem emisse dicitur, & speciosum in hoc titulo prætextum possidendi habet: attamen non vsucapiet in æternū: quia bona fide
18 caret, & læsa conscientia possidet. Ex contrario † si quis bona fide existimet se rem emptionis titulo possidere, falsa tamen opinione per errorem concepta, vt cum nulla vnquam emptio intercesserit: ei certè nihil proderit bona fides: quia in facto circa titulum errat. Vlpianus in l. Celsus. ff. de vsuca. Paulus in l. ij. in prin. ff. pro empto. & in l. j. in prin. ff. pro dona. Nisi tamen iustam erroris causam habuerit ex alieno facto. Africanus in l. quod vulgo. ff. pro empto. Neratius in l. vlti. ff. pro suo. Solus
19 † enim error alieni facti, non etiam proprij, excusat bonę fidei possessorem. Error vero iuris, semper nocet ei, nec finit procedere vsucapionē. Puta, si emptio quidem verè facta sit, sed iure non valeat: quia à pupillo sit emptum sine authoritate tutoris. Pōponius in l. vbi lex. ff. de vsucap. vbi lex (inquit) inhibet vsucapionem, bona fides possidēdi nihil prodest. Paulus in l. nunquam. in prin. ff. eo. tit. cuius diuersitatis rationē eleganter tractat Neratius in l. in omni. ff. de iur. & fac. ign. Cū ius (inquiés) finitum esse & possit & debeat: facti interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallat. Et hæc quidē omnia sic habent
20 de bona fide ipsius possessoris † quæ continua esse debet vsq; ad exitum vsucapionis, præsertim apud nos hodie, qui charitatis arctissimam vim, Deo authore agnoscimus, quam gētes olim sub vmbra naturalis rationis videbant, inter prima iuris præcepta recēsentes, ne quem lædamus calumniosè. Innocentius Romanus Pontifex in c. vlti. de præscript. quoniam omne (inquit) quod non ex fide, peccatum est. Et paulo infrà: vnde oportet, quod qui præscribit, in nulla tēporis parte, rei habeat conscientiam alienæ. Vlpianus in l. sed & si lege. §. de eod. ff. de petitio. hæred. de eo autem (ait) loquitur Senatus, qui ab initio mente prędonis res hæreditarias apprehēdit. Quod si ab initio quidem iustam causam habuit adipiscēdæ possessionis, postea verò cōscius, ad se nihil hæreditatē pertinere, prædonis more versari cœpit: quamuis nihil Senatus de eo locutus est, puto tamen & ad eum mentem senatusconsulti pertinere. Parui etenim refert, ab initio quis dolosè in hæreditate sit versatus, an postea hoc facere cœperit. Et hactenus quidem de bona fide possessor

possessoris. Sed quid dicemus de mala fide authoris † qui rem alienam sciens tradit, nec dixit accipienti, an noceat possessori, cum sit bonæ fidei? In hoc apud veteres nonnihil variatum est Iurisconsulti Romani quoniam frequentissimè accidebat, res à malæ fidei possessoribus tradi, cum id accipiens diuinare non posset, existimabāt fraudē authoris nihil obesse successori, qui ex titulo particulari rem accepisset, nec vellet vti accessione authoris. Vlpianus in l. an vitium. in princ. ff. de diuer. tempo. præscrip. & in l. apud Celsum. §. de authoris. ff. de dol. & met. exceptio. De authoris (inquit) dolo exceptio emptori nō obiicietur. Si autem authoris accessione vtitur: æquissimum visum est, eum, qui ex persona authoris vtitur accessione, pati dolum authoris. Et per hoc æque traditur, rei quidem cohærentem exceptionem etiā emptori nocere: eam autē, quę ex delicto personæ oritur nocere nō oportere. Et hoc in titulo particulari. In titulo † autem vniuersali, perfidia testatoris nocebat, & nunc quoque nocet hæredi. Iulianus in l. cum hæres. ff. de diuer. temp. præscrip. Cum enim hæres (inquit) in ius omne defuncti succedit: ignoratione sua defuncti vitia non excludit. Hodie verò mala fides authoris, nocet omnibus successoribus, etiā particularibus quantumuis bonę fidei, vsq; ad xxx. annos, scilicet cū verus dominus ignorat rei suæ alienationem factam, quod si intellexerit quocunq; modo, nec voluerit persequi ius suum, sufficit longum tempus ad defendendum bonæ fidei possessorem, nec obstat. authoris vitium. auth. malæ fidei. C. de præscrip. lon. tempor. Constituit hoc Iustinianus respiciens ad puritatem Christianæ religionis, quæ non admittit vllo modo iacturam proximi ignorātis. Quod tamen quomodo intelligēdum sit, inferius apparebit. Interim videamus quanto tempore debeat esse cōtinua bonæ fidei possessio.

Temporis lege diffiniti. Variis autem modis ab olim diffinita sunt tempora ad vsucapiēdum, aliis aliam diuturnitatem ipsis dominis vt res suas inquirerent, sufficere existimantibus. In hoc tamen consenserunt omnes, quod tempus diffinitum continuo numerari oporteret. Paulus in l. nunquam. §. & Caius in l. naturaliter. ff. de vsucap. quod vtique non tam dura interpretatione accipiendū est vt à momento ad momentum tempus computandum esse credamus: sed ita † quod dies cœptus, habeatur pro completo. Vlpian. in l. in vsucapionibus. cum l. sequen. ff. eod. titu.

Sed quantum ad diffinitionem temporis attinet, cuius hîc

fit mentio, veteres olim ad vsucapionem rerũ mobilium, vbi-
que annum constituebant, immobilium vero biennium: sed in
Italico duntaxat solo. Noluerunt enim in prouinciis itidem
procedere vsucapiones rerum immobilium: sicut & ius patriæ
potestatis, proprium erat ciuium Romanorum. §. ius autem.
24 institutionum de patr. potesta. Iustinianus verò † sublata
locorum differentia, cõstituit, vt res mobiles triennio, immo-
biles autem longi temporis possessione, id est, inter præsentes
decennio, inter absentes xx. ann. vsucapiantur. insti. de vsucap.
in prin. l. j. C. de vsucap. transforman. Vnde constat, apud vete-
res dictam fuisse lõgam possessionem, duorum annorũ, quam
nunc x. & xx. ann. appellamus. Et hactenus de vsucapionibus,
quæ ad acquirendum dominium principaliter pertinent.

Præscriptiones verò quæ alio spectant quàm ad rerum do-
minia, de quibus etiam in hoc libello tractaturi sumus, hoc
25 modo licebit describere. Præscriptio † est legitima diffinitio
temporis, ideo cõstituta, vt in omnibus negotiis opportunitas
cum trãquillitate retineatur. Nec sanè opus est hic superuaca-
nea declaratione. Nemo enim non videt has omnes præscri-
ptionum species eo pertinere, ne quid in republica, vel tardius
vel præmaturius fieret, quàm æquum & bonũ videretur. Porrò,
in rebus tractandis, alias ad diligentiam exercendam, alias
ad præcipitationem euitandam, vrgendi sumus præfixis tem-
porum metis. Vt ecce, præscriptiones xxx. & xl. ann. prima-
rio respectu ad acquirendum dominium non sunt introductæ,
cum x. & xx. annorum sufficerent: nec igitur ad hoc principa-
liter spectant. Veruntamen si quis tanto tempore possederit,
ex iusta causa & bona fide, haud dubiè vsucapiet. Quid si xx.
anni sufficiunt? multo magis sufficiunt xxx. & xl. Iustin. in l. si
quis emptionis. in princ. C. de præscrip. xxx. ann.

Quorsum igitur respiciunt istæ præscriptiones longissimi
temporis? Ad hoc nimirum introductæ sunt, vt esset aliquis
extremus litium terminus inter homines quomodocunq; pos-
sidentes, ne propter paucos malos, omnia dominia prorsus
perpetuo essent incerta. l. cum notissimi. in princ. C. dic. tit. per-
speximus (inquit Iustinianus) hoc quoq; emendare, ne posses-
sores eiusmodi prope immortali timore teneantur. Erant au-
tem huiusmodi longissimæ præscriptiones antiquis legislato-
ribus incognitæ, quòd proculdubio lites non tam essent fre-
quentes, quàm posterioribus seculis in maiorem semper di-
scordiam degenerantibus, omnia tribunalia rixis scatere cœ-
perunt.

perunt. Itaque mens Imperatorum non fuit: per diffinitionem longissimi temporis, calumniam malæ fidei possessorũ defendere, aut dominos facere eos, qui iure fieri nõ possent propter læsam alienæ rei conscientiam: sed quod esset semel finis litium, ne post tantum tempus admitteretur vllus actor ad disputandum de bona aut mala fide possessoris. Neque enim credendum fuit, omnes homines fraudulentos fore. Quod si vtcunque vnus aut alter futurus esset, certè non debuit idcirco vniuersa respublica æternis litibus conquassari, & sub incerto relinqui, num quis secure res suas possideret. Proinde, ob pu-
16 blicam † tranquillitatem constitutũ est, omnes actiones tam in rem quàm in personam, speciales iuxta & vniuersales, præscriptione xxx. an. eleuari posse. Et generaliter, cuilibet iuri, priuato vel publico, saltẽ xl. annis præscribi, vt possessor qualiscunque possit longissimi tẽporis exceptionem, vel ante, vel post litem contestatam opponere. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. xxx. anno. Effectus ergo longissimæ præscriptionis est
17 † vt & ipsa bonę fidei possessori, multo magis quàm lõgi temporis vsucapio, ex legitima causa procedens, pręstet actionem & exceptionem. Actionẽ, si possessionem amiserit, vt repetat: exceptionem, si alius aduersus eũ egerit, vt se defendat. Alioqui, malę fidei possessor, exceptionẽ duntaxat habet: non quod lex eius dolum probet aut defendat, sed vt sit finis litium. d. l. si quis emptionis. §. j. porrò istę regulæ iuris naturalis: nõ concupisces rem alienam: malæ fidei possessor nunquàm vsucapit, in suo perdurant ordine, non refutantur à iure ciuili. Deute. v. & c. vigilanti. c. vlti. de præscrip. quare vnumquenq; oportet examinare seipsum, qua fide possideat, sciturus, in speciem nihil ad se pertinere longissimi tẽporis exceptionem: quia vitiosam possessionem nõ iustificat, multo minus t[...]c dat dominium: sed duntaxat generaliter omnibus controu[...]siis post tantum tempus præcludit viam. Vnde Imperator in [...]§. j. indignum præsidio iuris pronũtiat malæ fidei possessorem. Sed agétne
18 † bonę fidei possessor post completam vsucapionem aduersus verum dominũ: ad quẽ fortè peruenit possessio? R̃ndet[...]tique agere potest, sicut Accursius in l. si quis emptionis. in p[...]c. C. de præscript. xxx. ann. rectè probat secundum Ioannem, [...]onis rationibus. Quia si vsucapio transfert dominium à domino, cur non etiam ius agendi, in bonæ fidei possessorem? l. eum qui ædes. ff. de vsucap. itẽm si ante completam vsucapionem habet ius agendi, cur non postea plus iuris habuerit?

SVMMARIVM.

1 *Res nostræ ad alium sine facto nostro transferri non potest.*
2 *Tempus obligationem nec constituit nec tollit.*
3 *Locupletior fieri nemo debet cum aliena iactura.*
4 *Traditione non semper transfertur dominium: sed ita demum, si tradens est dominus.*
5 *Regula inferior superiori regulæ cedere debet.*
6 *Alienandi rem suam affectum quodammodo habere videtur, qui eam longo tempore negligit.*
7 *Præscriptio ob publicam pacem est introducta: ac proinde priuatis commodis præferenda.*

QVo magis intelligatur vis simulátque vtilitas vsucapionis & præscriptionis, exerceamus hic æquitatis inuestigationem, re in vtranque partem expensa, iurisconsultorum exemplo in l.j.§.quæsitum est.ff.quor.lega.& l.j.§.accusationẽ. ff.ad senatusconsul.Turpilia.

In primis itaque videri posset alicui, vsucapionẽ & præscri-
1 ptionem iniquam esse. Est enim iustissima regula: id † quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. Pomponius in l.id quod nostrũ.ff.de reg.iur.& propterea Labeo in l.in omnibus.ff.de act.& obli.in omnibus (inquit) quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex vtraque parte contrahentium. Sed in vsucapione & præscriptione, regulariter nullum factum, nullus affectus domini interuenit. Ergo fuerit iniustum, auferri ab eo dominium.

2 Præterea: tempus† neque constituere potest, neque tollere obligationem.l.obligationum ferè.l.placet.ff.de act.& obliga. Dominium autem maius est obligatione. Igitur absurdum videtur, per tempus tolli dominium, cum id quod minus est, videlicet obligatio tolli non possit.

3 Denique natura æquum est neminem † cum alterius detrimento locupletiorem fieri debere.l.nam hoc natura.& l.hæc conditio.ff.de condit.indeb.l.rerum quidem.in fi.ff.de act.rer. amot.l.si pupilli.§.sed & si quis.ff.de neg.gest.l.iure naturæ.ff. de reg.iur.& l.si quis.§.vlti.ff.de insti.act. cum autem vsucapio & præscriptio adiiciat dominium alienæ rei, certè locupletari videtur possessor cum aliena iactura: refragante æquitate.

His atq; aliis id genus primo aspectu speciosis rationibus, incautior quis facile falli possit, nisi alteram quoque partẽ ocu

latus

latus inſpiciat, vt certè pleriſque erroris anſam præbuit, quod rem vſucapionis ad veram normã æquitatis nõ ſatis exegerũt.

Itaque neminem latet: alienationes inter homines frequentiſſimas eſſe, cùm per contractus, tum per vltimas voluntates. Quid enim frequẽtius eſt, quam quod res quibus indigemus, ab vno transferantur ad alium, propter vſum tranſigendæ vitæ neceſſarium: arg. l. vlti. ff. de legi. iam nemo factum alterius ſcire poteſt, vtrum tradens ſit dominus, an non ſit. Proinde † ſi dominus eſt, dominium tradendo transfert. Si non eſt dominus, nihil ad eum qui accipit, transfertur. Vlpianus in l. traditio. in princip. ff. de acquir. rer. domi. ſi igitur liceret priori domino quocunque tempore venienti, petere rem à poſſeſſore, ſequeretur ferè neminem aliquid ſecurè poſſidere: cum poſſeſſor nollet petitori, nec petitor poſſidenti cedere, concurrentibus ad rixas cognatis vtriuſque partis, non poſſet conſtare vlla in republica tranquillitatis ſcintilla.

Itaque extrema rerum neceſſitas, & publica ſalus exigebat, temporum diffinitionibus & vſucapionum modis, dirimi infinitas controuerſias hominum, quas auaritia omnium malorũ radix, ſæpè ſuppeditat. §. conſiderauimus. ad fin. in auth. vt iud. ſine quo. ſuffra. Habes igitur ineuitabilem cauſam introducendæ vſucapionis & præſcriptionis: reſtat, vt obiecta declaremus potius quam refellamus: quia non refragantur, ſi rectè percipias.

Principio, non oportet ignorare, gradus quoſdam eſſe in colligendo iure & æquitate. Nam ſicut in rerum natura aliud alio melius & deterius eſt, vt dicit Vlpianus in l. vbi autem non apparet. in princip. ff. de verb. oblig. ita inter iuris & æquitatis regulas, alia ſuperior eſt, alia inferior, ſiue de negotiis, ſiue de delictis tractetur. † Conueniẽs autem eſt, inferiorem regulam, ſuperiori cedere. arg. l. j. §. vlti. ff. de aqua pluu. ar. ſi tamen (inquit Vlpianus) lex non ſit agro dicta, agri naturam eſſe ſeruandã, & ſemper inferiorem ſuperiori ſeruire, atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à ſuperiore. Inferior æquitatis regula eſt: ea quæ ſemel placuerunt, eſſe ſeruanda. Vlpianus in l. prima. in princip. ff. de pact. ſuperior regula eſt. Pacta quæ turpem cauſam continent, non ſunt obſeruanda. Paulus in l. ſi vnus. §. pacta. ff. eod. titu. hæc enim ad publicam vtilitatem, illa ad priuatam refertur.

In re propoſita igitur, cũ ea quæ ſuperius allegata ſunt, pertinent ad priuatum commodum, vel incommodum, & vnius vel

alterius personam solum respiciunt: vsucapio autem & præscriptio publicam vtilitatem, atque (vt verè dixerim) statum reipublicæ concernunt. Ergo quæ diuersis rationibus sic generaliter discreta sunt, ea certè nihil repugnant. Videmus tamen in specie, quomodo non aduersentur vsucapioni & prescriptioni.

Primum argumentum ductum ex regula: id quod nostrũ est, sine facto nostro ad aliũ transferri non potest: nihil prorsus ob-
6 stat. Quia vtique † in vsucapione & præscriptione quodammodo adfectus alienandi dominij interuenire censetur, cum quis tanto tempore rem non persequitur & negligit, iuxta l. alienationis. ff. de verb. signi. Quanquam si donemus exempli causa, rem alicui post tanta temporum interualla propter publicam pacem planè auferri, non tamen id fuerit iniustum: quandoquidem propter vtilitatem publicam, vt boni sint quieti, & mali terreantur, permissum est, vel vltimo supplicio, vel alio modo ipsam quoque personam sceleritati hominis è medio tollere, quæ nullis vtique bonis æstimanda fuerit.

Secunda verò obiectio, quæ à similitudine obligationis colligitur, multò minus quicquam efficit. Quia non loquitur allegata. l. obligationum. de tempore vsucapionis vel præscriptionis: sed de tempore opportuno à cõtrahentibus diffinito, quod ipso quidem iure, neque constituit, neque adimit obligationẽ: veruntamen per exceptionem tollit. §. at si ita. instit. de verbor. obligat. l. iij. ff. de seruit. proinde, neque hic, cum de vsucapione tractatur, dicimus sufficere tempus nudum: sed exigitur ex legitima causa traditio: ex traditione possessio bonę fidei: postremò vsus tanti temporis. Manca igitur collectio est: tempus nõ producit obligationẽ: vsucapio fundatur in tempore: ergo vsucapio est iniusta.

Tertia denique obiectio, quæ ducitur ex l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. non solum non impugnat, verumetiam efficacissimè defendit vsucapionẽ. Nam potius is, qui post tãta temporis interualla non petit rem, afficere vult possessorem detrimẽto, hoc est, iactura rei, vel ęstimationis. Ille vero, qui pro suo, bona conscientia rem diffinito tempore possidet, iure suo vtitur, nec vlli facit iniuriam.

Vides, quam summa æquitate constent vsucapiones & præscriptiones? quam longè referat publicam vtilitatem præferri priuatis commodis? Vt interim indubitatum sit, tota via errare illos, qui præscriptiones distinguunt in fauorabiles, odiosas, rigorosas, & mixtas: ex quorum numero Gratianus quoque est, salua

ſalua viri reuerentia.xvj.q.iij.§.præſcriptionum. Reſpexerunt enim duntaxat ad priuatorum vtilitatem, cum (vt iam probatum eſt) omnes vſucapiones & præſcriptiones, à breuiſſima vſque ad longiſſimam, ex eadem cauſa ſint, videlicet, publicæ ſalutis & tranquillitatis.

7 Sic † ergo colligendum eſt: quicquid publicæ prodeſt, ſummo fauore dignum cenſetur: omnis præſcriptio ſeu diffinitio temporis, ad retinendam opportunitatem & concordiam, publicè prodeſt: ergo fauorabilis eſt cenſenda. Maiorem elegāter probat Cicero libro officiorum primo & de ſenectute diſſerēs, refert Quint. Fabium Maximum, cum augur eſſet, dicere ſolitum: optimis auſpiciis ea geri, quæ pro reipublicæ ſalute fierent: quæ contra rempublicam ferrentur, contra auſpicia fieri. Iuſtinianus in l.prima.§.vltimo.C.de cad.tollen.& in authen. de hæredib.& falci.in princip. Pomponius in l.j.ff.ſoluto matrimo.dotium cauſa (inquit) ſemper & vbique præcipua eſt. Nam & publicæ intereſt, dotes mulieribus conſeruari. Sunt id genus infinitæ ſententiæ in legibus. Minorem verò tradunt Caius in l.prima.ff.de vſucapio. Neratius in l.vlti.ff.pro ſuo. Quinimo, ex his quæ dicta ſunt conſtant: quòd vſucapiones introductæ ſint, etiam illorum ipſorum intereſſe, quorum res vſucapiuntur. Nam ſi eis permitteretur, nulla temporis ratione habita, in rem agere: poſſent & alij ſimili iure aduerſus eos vti: futurúmque eſſet, quod nihil ſecurè poſſiderent, ſicut Imperatores grauiter reſcripſerunt quibuſdam, poſtulantibus reſcindi contractum emptionis & vēditionis, in l.ratas manere. C.de reſcinden.venditio.iungè l.cum notiſſimi.in princi.C.de præſcriptio.triginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Malæ fidei poſſeſſor non vſucapit.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei in materia vſucapionis quis dicatur?*
3 *Contractus bonæ fidei quamobrem ſic dicti?*
4 *Vſucapione completa ſi cognouerit poſſeſſor rē vſucaptam eſſe alienam, teneaturne eam reſtituere?*
5 *Bona fide poſſidere in dubio quiuis præſumitur.*
6 *Præſcriptio non admittitur aduerſus leges humanas, multò minus aduerſus diuinas aut naturales.*
7 *Error iuris naturalis veniam non meretur.*

Dispensatio aduersus ius naturale non admittitur.

8 *Præscriptione temporis non iuuantur qui alieno nomine possident.*

9 *Magistratus obedientiam subditi detrectare non possunt prætextu longi temporis præscriptionis.*

10 *Furtiuæ res vel vi possessæ vsu non capiuntur ab ijs etiam, qui eas bona fide acceperint.*

11 *Præscriptio triginta ann. locum habet etiam in rebus furtiuis vel vi possessis.*

12 *Vsucapio locum non habet in rebus sacris, sanctis, aut publicis.*
Dotales res ante solutum matrimonium vsu non capiuntur.

13 *Iudex vsucapere non potest, quod turpiter ac contra legem Iuliam repetundarum accepit.*
Magistratum oportet in primis ab omni auaritia alienum esse.

14 *Seruitutes discontinuæ vsu non capiuntur.*

15 *Seruitutes continuæ vsucapi possunt.*

16 *Seruitutes discontinuæ vsucapi possunt per lapsum eius temporis, cuius initium memoriam hominum exceait.*

17 *Præscriptio temporalis an & quibus in causis minoribus opponi possit?*

18 *Præscriptio non currit ei, qui impeditus est quo minus agat.*
Filiofamilias in potestate patris existenti non currit præscriptio.

19 *Præscriptiones tempore bellorum cessant: quod etiam ad tempus pestis quidam extendunt.*

20 *Hæreditati iacenti non currit præscriptio.*

21 *Vsucapio nonnunquàm impeditur per interruptionem.*
Vsurpatio iurisconsultis quid significet, quid item rhetoribus?

22 *Interruptio vsucapionis duplex.*
Interruptio naturalis qua ratione contingat?

23 *Interruptio ciuilis quomodo fiat?*

24 *Interruptio naturalis à ciuili quid differat?*

25 *Vsucapio triennalis qua ratione interrumpatur?*

26 *Vsucapio longi temporis quomodo interrumpatur?*

27 *Præscriptiones longissimi temporis per solam in ius vocationem interpellantur.*

28 *Præscriptiones tēporales actionibus criminalibus opponi solitæ quomodo interpellantur.*

29 *Vsucapio rerum incorporalium quomodo interrumpatur?*

30 *Potentia vel absentia vsucapientis impediente litis contestationem, qua ratione consulatur ei, qui vsucapionem vult interrumpere?*

Quanquam

QVanquam autem vtilis adeoque necessaria res sit vsucapio & præscriptio, non tamen tam indiscriminatim procedit, ne aliquando propter varias rerum ac personarum circunstantias deneganda sit.

1 In primis itaque malæfidei possessor † non vsucapit, nec vllo temporis lapsu rem alienam acquirere potest, vt supra probatum est. Modestinus in l.bonæ fidei.ff.de verbo.signifi.bonæ fidei emptor (inquit) esse videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum, qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse.

2 Sed quare in materia vsucapionis præcipuè bonæ fidei possessor † significat eum, qui rem à non domino accepit: cum in omni cõtractu oporteat interuenire bonam fidem, alioqui ex dolo malo præcedente aut incidente, irritum fit quod agitur: Vlpianus in l.eleganter.in princi.ff.de dolo malo? Respondeo: ius & conditio vsucapiendi: principaliter dependet ex bona fide, hoc est, ex iusta ignorãtia rei alienæ. Ergo appositissimè is, qui per vsum tẽporis rem suam facit, bonæ fidei possessor nuncupatur: quia lex illam bonam fidem agnoscit, supplet, tuetur: Per hoc tamen nemini permittitur mala fides, & dolus in aliis
3 negotiis. Quemadmodum † enim contractus bonæ fidei dicuntur, in quibus per legitimam interpretationem veniunt etiam ea, quæ contrahentes fortè ob simplicitatem non satis expresserunt, ad differentiam cõtractuum stricti iuris, in quibus non habetur ratio nisi eorum, quæ verè sunt & nominatim acta, non autem ad differentiam cõtractuum ex calliditate & dolo malo procedentium: ita bonæ fidei possessores appellantur, ad differentiam eorum, qui ratione veri dominij, quod à domino in eos translatum est, possident: in qua possessione nulla interpretatione aut supplemento legis opus est: non autem ad differentiam illorum, qui per fraudem vel rapinam possidens, quos nunquam vsucapere expeditum est.

4 Quid autem dicemus † post completam vsucapionem seu præscriptionem, si mala fides, & conscientia rei alienę incidat, num restituere vero domino debeat? Panor.secundum glo.in c. vigilanti.de præscrip.argumentatur summo iure.nunquam esse restituendam rem semel vsucaptã. Mihi vero Alani sententia videtur æquior, vt distinguamus inter titulum seu causam possessionis onerosam & lucratiuam. Nam qui ex causa onerosa, vt pote emptionis, rẽ possedit & vsucepit, is cum detrimento suo non videtur teneri ad restituendam eam, vtut rescieuerit

ſciuerit alienam eſſe.Iuſtè enim poſſidet,qui authore prætore, aut lege poſſidet.l.qui prætore.ff.de acqui.poſ.Auguſt.viij.diſt. quo iure.Si vero ex cauſa lucratiua,ſcilicet donationis, rẽ habeat,debet eam vero domino , etiam poſt vſucapionem reſtituere.Nullum enim in hoc patitur damnum , exemplo.l.quòd autem.§.ſimili modo.ff.quæ in fraud.credit.nec videtur (inquit Vlpianus) iniuria affici is,qui ignorauit:cum lucrum extorqueatur,non damnum infligatur.Hic enim obſtant naturalia & diuina præcepta : non furaberis , non concupiſces rem alienam.

5 Illud ignorandum † non eſt, quod in dubio præſumitur bona fides,niſi probetur cõtrarium.Qui enim dolum ſeu malam fidem allegat , agendo vel excipiẽdo,probare debet.l.quoties. §.qui dolo.ff.de probat.l.ſuper ſeruis.in princip.C.qui milita. poſſ.vel non.libro xij. Licere dominis (ait Iuſtinianus) adire competentem iudicem,& ſuam ignorantiam,eo quod contrarium minimè probatur,oſtendere.

6 Aduerſus leges † humanas,nulla annorum præſcriptio admittitur.l.vbi lex.ff.de vſucap.vbi lex (inquit Pomponius) inhibet vſucapionem,bona fides poſſidenti nihil prodeſt. Multo minus ergo aduerſus diuinas & naturales leges valebit vllum longum tẽpus. Quia diuina & naturalia iura,ſemper manent firma atque immutabilia.§.ſed naturalia.inſtitut.de iur.natu.
7 genti.& ciui.Adeo , vt nullus error † iuris naturalis veniã mereatur.l.venia.C.de in ius vo.Alioqui & furta , homicidia , rapinæ,ac alia id genus delicta,per tẽpus excuſari poſſent : quoniã his (authore Sathana) nihil in mundo antiquius eſt. Accedit quod Romanus põtifex, negat vllam hominis diſpenſationem admitti aduerſus ius naturale & diuinum.c.literas.de reſtit.ſpol.c.vlti.de præſcript.

8 Coloni † precario poſſidentes , vſufructuarij , creditores, commodatarij, depoſitarij,emphyteutę, vaſalli,ſuperficiarij, item generaliter omnes , qui alieno nomine poſſident aduerſus eum à quo poſſeſsionem habent, nullo temporis prætextu iuuantur:quia bona fide carent , ſcientes proprietatem rei ad alios pertinere:quanquam & ipſi ius in ea habent.l.ſecunda.C. de præſcriptio.triginta anno.§.vſufructuarius.inſtitu.per quas perſonas nob.acquirat. l.non ſolum.§.qui pignori.ff.de vſucapio.l.nec creditores.C.de pignor.actio.vnde nihil huic refragatur id quod dicitur , in §.ſi quis per triginta annos.ſi de feu. defunct.conten.ſit inter domi.& agna.vaſal.in vſib.feud.quia non

non præſcribit domino in proprietate: ſed ſolum in eo, quod inueſtitus videatur vaſallus poſt tantum tempus, etiam ſi reuera non ſit, vnquam ei tradita poſſeſsio, quæ propriè eſt inueſtitura.c.j.in princip.quid ſit inueſtitu.ibidem.

Huc pertinet, quod Vlpianus in l.nunquam.ff.de vſucap. nunquam (inquit) ſuperficies ſine ſolo capi longo tempore poteſt, quaſi dicat: aduerſus dominum ipſum cuius ſolum eſt, non poteſt vſucapio procedere. Ius autem ſuperficiei, vtique per tempus acquiritur.l.cum ſponſus.§.in vectigalibus. ff.de public.Adde.l.generaliter.ff.de acquirend.poſſeſ.

9 Subditi † aduerſus legitimam obedientiam magiſtratus, nullam præſcriptionem allegare poſſunt.Enimuero iure diuino & humano talis obedientia præcipitur. Apoſtolus Romano.decimotertio, & in authentic.vt om.obedien.iudicib.prouincia. in principio §.primo & ſecundo.ſi quis autem voluerit eximi iudicum poteſtati, faciat id quod bonum,& non timebit magiſtratum.

10 Res mobiles † furtiuæ,vel immobiles vi poſſeſſæ, vſu non capiuntur,etiam ab his qui bona fide eas acceperint: propter vitium furti & violentiæ, quod ſequitur res ipſas, quocunque peruenerint, excepto domino apud quē purgatur hoc vitium. §.furtiuæ.inſtitutio.de vſucapio.Paulus in l.quarta.§.quod autem.& §.tunc in poteſtatem.ff.eod.titu.

Sed hic fortè dubitauerit aliquis. Si vitium ſequitur rem quoquo verſus, quomodo locum habebit vſucapio? Nam primum alienans rem, vtique intellexit alienam eſſe. Ergo furtum fecit alienando,iuxta vulgatam regulam? Reſpondet Iuſtinianus in §.ſed tamen.inſtitutio.de vſucap. Paulus in l.poteſt pluribus.ff.eod.titul.poteſt (inquit) pluribus modis accidere, vt quis rem alienam, aliquo errore deceptus, tanquam ſuam vendat fortè, aut donet.& ob id à bonæ fidei poſſeſſore res vſucapi poſsit: veluti ſi hæres rē defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe,alienauerit.Item, ſi quis aliqua exiſtimatione deceptus,crediderit ad ſe hæreditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat, & rem hæreditariam alienauerit: His caſibus nullum contrahitur in re vitium: furtum enim ſine affectu furandi non committitur.Ergo nihil eſt, quod vſucapionem impediat.Paulus in l.furtum.in princip.ff.eo.tit.& in hoc nihil mutatum eſt hodie.

In rebus autem immobilibus expeditior olim erat vſucapiendi

capiendi causa: quoniam furtum earum non committebatur, abolita quorundam veterum sententia. Vnde, si quis sine vi nanſciſcebatur, alieni fundi poſſeſsionem, quæ vacaret, vel negligentia domini, vel quia dominus sine succeſſore deceſsiſſet, vel quod hæres poſſeſsionem non apprehendiſſet, vel quia dominus tam diu abfuiſſet. vt veriſimile videretur eum dereliquiſſe poſſeſsionem. his speciebus: ipſe quidem primus poſſeſſor vſucapere non poterat: quoniam intelligebat ſe alienum poſsidere, & ob id mala fide poſsidebat. Sed ſi alij bona fide accipienti tradidiſſet, is vſucapiebat. §. quod autem. inſtit. de vſucap. l. quare ipſe. ff. eod. titu.

Iuſtinianus vero non ab re conſtituit, eos qui vacuam poſſeſſionē alienę rei propria authoritate occupant, ſi fures ſubtilitate iuris videri non poſſunt, certè prædones cenſendos eſſe. Ideoque nullam hodie vſucapiendi cōditionem, ex delicto poſſunt aliis vtut bona fide accipientibus, adferre. l. vltima. C. vnde vi. Ridiculum etenim eſt (inquit) dicere vel audire, quod per ignorātiam alienam rem aliquis quaſi propriam occuparit. Omnes autem ſcire debent, quod non ſuum eſt, hoc etiam ad alios modis omnibus pertinere.

11 † Præſcriptio tamen triginta annorum locum habet: non, quia lex probet huiuſmodi poſſeſsionem, multo minus quod dominium eum per vſucapionem faciat: ſed quia generaliter neminem vult audiri poſt tanta tempora, non vult turbari publicam tranquillitatem eternis litibus, propter alios quoque poſſeſſores longiſsimi temporis, qui vtique boni viri ſunt, & res ſine fraude habent.

12 Res ſacræ † ſanctæ, publicæ, tributa, & id genus res Ciuitatum, nullam admittunt vſucapionem. Caius in l. vſucapionem. ff. de vſucapionibus. §. res fiſci. inſtitutio. eodem titulo, l. competit. C. de præſcriptio. triginta annorum. l. via publica. ff. de via publica. Multo minus ea quæ ſupremæ poteſtati reſeruata ſunt, tolluntur vllo tempore, vt vulgo appellant Regalia: de quibus in titu. quæ ſint regalia. in vſib. feud. Huc pertinet titul. C. ne rei domi. vel templo.

Dos ante ſolutum matrimonium, à præſcriptione exempta eſt. Triphonius in l. ſi fundum. ff. de fund. dotal. l. in rebus. §. vltimo. C. de iure dotium.

13 Quòd contra legem Iuliam † repetundarum turpiter † datum eſt iudici, cuius & manus & oculos innocentes eſſe oportet, nulla vſucapione acquiritur illi, vel hæredibus eius. Idem

dicendum

dicendum est de venditionibus aut locationibus, pluris minorisve eo nomine factis: quoniam irritæ sunt, nec vllo tempore confirmantur. Paulus in l. quod contra. ff. ad l. Iul. repetun. l. bonæ fidei. in princip. ff. de acquirend. rer. domi. quare autem leges tam vehementer execrentur corruptum animi iudicium in magistratibus, eleganter tractat Iustinianus in nouel. vt iudic. sine quo. suffrag. §. tametsi enim. Et profecto (inquiens) quod sacra docent eloquia, admiratione dignum simul & verissimum est, nempe auaritiam omnium malorum, matrem existere: & maximè, cum animis non priuatorum, sed magistratuum innascitur. Quis enim absque metu periculi non furetur, quis non securè latrocinetur, conuersis ad magistratum oculis, vidensque, illum omnia auro habere vænalia. confidens forè, vt nihil tam turpè admittat, quod non data pecunia possit redimere?

14 Seruitutes † quæ continuum vsum non recipiunt, vsu quoque non capiuntur, vt sunt ferè seruitutes vrbanæ & rusticæ. Paulus in l. seruitutes prædio. secunda, in princip. ff. de seruitu. Nemo enim (ait) tam perpetuo, tamque continentur ire potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. Verumtamen, cum prædiis ipsis, quibus debentur, vsu captis, simul etiam ad bonæ fidei possessores perueniunt, & quantum ad effectum rei attinet, quodammodo vsucapi videntur. Sic accipe Vlpianum in l. si aliena. §. primo. ff. de vsucapio. & Paulum in l. quædam Caium. in l. seruus, qui bona fide. §. incorporales. ff. de acquirendo rerum dominio. Et ibi Accursius tra-
15 ctat. Cæterum, seruitutes † quæ continuam causam habent, sicut aquam ducere, tignum immissum habere, vsu rectè capi ad instar rerum immobilium decem annis inter præsentes, & viginti, inter absentes, absolutum est, in l. si quis diuturno. in princip. ff. si seruitutis vendicetur. l. si aquam per possessionem. C. de seruitut. & aqua. Nec in his requiritur titulus, sed satis est annos probare, qui incipiunt à die, quo vsus est quasi possessor seruitute, scilicet non vi, non precario. dicta l. si quis. in princip. Paulus in l. vlti. seruitute (inquit) vsus non videtur, nisi is qui suo iure vti se credidit. Vlpianus in l. j. §. Iulianus ait. ff. de itinere, actuque priua.

16 Quod autem paulo ante dictum est, seruitutes † quæ continuam causam non habent, nō vsucapi, intelligendum est de tempore x. xx. xxx. & xl. an. non de eo tempore cuius non extat memoria apud homines viuentes, quādo cœperit. Vlpianus in

l. j.

l.j.§.vlti.ff.de aqua plu.arcen. si tamen (ait) agri lex non inueniatur: vetustatem vicem legis tenere. Paulus ibidem in l.ij.§. idem Labeo. Planè(inquit) si fossam iure factã, aut cuius memoria non extat: agi tecum posse aquæ pluuiæ arcendæ, vt reficias. & in §.seq. pulchrè declarat quomodo probetur, non extare memoriã. Vlpianus in l.hoc iure.ff.de aqua quoti. & æsti. Ductus aquæ(ait) cuius origo memoriam excesserit, iure constituti loco habetur. Quæ iurisconsultorũ responsa, si diligenter conferas, videbis quantam vim habeat tempus in vicissitudine rerum mortalium. Est enim vice legis, est vice constituti, est loco consensus: breuiter, nihil non potest mutare, vt desinant quidam mirari, quomodo directum dominium tribuat. Sic etiam, vbi interdicitur vsucapionibus, ibi vtique tam infinitum tempus locum habet. Quod nota diligenter ad stabiliendam omnium rerum præsentem politiam, qua cõtenti esse debemus, & non ita faciliter ad innouationes externarum rerum moueri, sicut nunc plerique suadent.

17 Minoribus † xxv. annis, quibus olim per restitutionem in integrum subueniebatur, hodie nulla præscriptio opponi potest ipso iure. Iustinianus in l. vlti. C. in quib. caus. in integ. resti. non est neces. Melius etenim est (inquit) intacta eorum iura seruari, quam post causam vulneratam remedium quærere. Tritum addagium est apud Suidam: satius est initiis mederi, quam fini.

Sæpe tamen præscriptio currit minori, aduersus quam restituitur, si petat. Primum, præscriptiones temporales statutorum, vbi de damno minoris euitando tractatur, nõ procedunt ipso iure aduersus eum. In lucris vero captandis, minori præscribitur, sed restitutio non est denegãda. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. deinde præscriptiones testamentariæ, hoc est: quas testator diffiniuit agendis negotiis, minori obstãt, sed tamen resti. in integ. Vlp. in l. iij. §. & si. ff. de mino. Et si (inquit) hæres sit institutus, si à patre in diebus centum emãcipatus sit, moxque patrem debuerit certiorare, nec fecerit.

Ad hæc, præscriptiones temporales in iudiciis obseruandæ per authoritatẽ legis vel iudicis, veluti de prosequenda causa, de exhibendis instrumentis, de appellationibus, & cæteræ id genus, tenent minorem, nisi restitutionem impetrent. Vlp. in l. ait prætor. §. vlt. ff. de mino. item (ait) in eremodiciis eis subuenitur. Eremodicia, pro eo dixit quod est, desertis causis nõ prosequi iudiciũ. & abesse. Deniq; præscriptiones tẽporales quibus

contrahentes

contrahentes ex placito vtuntur, puta de ſoluendo intra certum tempus pretio, vel de tradenda re, nocent ſimiliter minoribus. Paulus in l. Aemilius Larianus. ff. de mino. Bar. in l. j. ff. ex quib. cauſ. maio. Adde quòd præſcriptio aduerſus exceptionẽ non nume. pec. currit minori. verum reſtituendus eſt. l. ſi intra. C. de non nume. pecu.

Sunt tamen quædam præſcriptiones, ſine vlla ſpe reſtituendi, procedentes aduerſus minorem, vt ſunt accuſationes iniuriarum, & accuſatio iure mariti: item cauſa ſtatus defuncti, & non numeratæ dotis. Triphonius in l. auxilium. ff. de mino. Papinianus in l. ij. ff. ne de ſta. defunc. Nec in ea re (inquit) quæ publicam tutelam meruerit, pupillis agentibus reſtitutionis auxilium tribuendum eſt. l. ſi mater. C. eo. tit. & nouel. de temp. non ſolu. pec. ſuper dot. §. ſi autem neque.

18 Aduerſus eum † qui legitimè impeditus eſt quo minus agat, æquum eſt nullam præſcriptionem temporis procedere, durante impedimento. l. j. §. dies autem. ff. quand. appel. ſit. l. contra maiores. C. de inofficioſo teſtamento.

Filiofamilias dum in poteſtate patris eſt, nulla præſcriptio nocet, quin aliquando ius ſuum perſequi poſsit: quoniam ſub poteſtate (etiam ſi vellet) agere non poteſt: ideóque nihil eſt quod ei imputetur, quare non agat. l. j. §. vlti. C. de annal. excep. l. quencunque. in fi. C. de bo. quæ lib.

19 Tempore bellorum † præſcriptiones ceſſant, donec finiantur tumultus. l. ab hoſtibus. C. quib. non obiici. long. temp. præſcripti. Idem ſentiunt iuriſperiti de magna peſte. Bart. in l. naturaliter. ff. de vſucap. per l. vlt. C. de fundis limitrophis. lib. xj. & ſi ab aliis (inquiunt Imperatores) poſſidentur, cuiuſlibet ſpatij temporis præſcriptione ceſſante, ab vniuerſis detentatoribus vendicandos. Erant autem huiuſmodi fundi ad hoc deputati, vt annona inde prouenieus duceretur in caſtra militum limitaneorum, id eſt, qui in limitibus imperij excubant aduerſus incurſionem Barbarorum.

20 Quo tempore † iacet hæreditas, præſcriptiones ceſſant, & certè æquum eſt hoc tempus immune conſeruari, vt tractant doct. in l. licet. de iur. delib.

21 Per interruptionem quoque impediuntur † vſucapiones & præſcriptiones. Paulus in l. ij. ff. de vſucapio. Vſurpatio (inquit) eſt vſucapionis interruptio. Oratores autem vſurpationem frequentem vſum vocant. Itaque ſecũdum ſubiectam materiam oportet interpretari hoc verbum, vt cum de iure vſucapiendi

tractatur, accipiamus vsurpationem, pro interruptione, sicut in l.naturaliter. ff. dict. titu. cum verò alibi incidit eius mentio, intelligamus vsum frequentem, & nonnunquam Tyrannum illum, morem. Vlpianus in l. iniuriarum actio. §. vlti. ff. de iniur. Vsurpatum tamen, (inquit) & hoc est (tametsi nullo iure) vt quis prohiberi possit ante ædes meas, vel prætorium meum piscari.

22 Est autem duplex † interruptio: naturalis & ciuilis, sicut & possessio bifariam consideratur. Naturalis contingit extinctis his, quæ ad substantiam vsucapionis naturali ratione requiruntur, vt sunt, possessio, titulus, bona fides, & res ipsa non vitiosa. De possessione loquitur Caius in l. naturaliter. ff. de vsucapio. Naturaliter (inquiens) interrumpitur possessio, cum quis de possessione vi deiicitur, vel alicui res eripitur. Quo casu non aduersus eum tantum qui vi eripit, interrumpitur possessio, sed aduersus omnes. Accursius voluit emendare verba Iurisconsulti, nec percepit hanc phrasim. Loquitur enim Iurisconsultus de interruptione possessionis, per quam vsucapio procedebat aduersus omnes. Ergo interrumpitur aduersus omnes, hoc est, omnes vti possunt beneficio interruptionis. Adde l.cum notissi. §. imo & illud. C. de præscriptionibus, triginta annorum, de titulo tractat Vlpianus in l.Pomponius. §. quæsitum. ff. de acquirenda possessione. Et quidem (ait) in emptoribus possessio interrumpitur, videlicet, si alius acquisiuerit rem. Marcellus in l. qui bona fide. in principio. ff. eodem titulo, qui bona fide (ait) fundum alienum emit, eundem à domino conduxit. quæritur, vtrum desinat possidere, an non? Respondit: In promptu est vt desierit possidere. Paulus eleganter in lege secunda. §. vltimo. ff. pro empto. De bona fide autem, superius dictum est, quòd incidente quandocunque mala fide vsucapio non procedat, iuxta illud: Non concupisces rem alienam. De re denique, aut prorsus interempta, aut ad aliud corpus translata, adi Paulum in l. qui vniuersas. §. j. de acquirenda possessione. Et Pomponium in l. rerum mistura. ff. de vsucapionibus, vbi tria corporum genera eleganter distinguit ac declarat, quatenus mistura eorum interrumpat vsucapionem.

23 Ciuilis interruptio est, † quæ per authoritatem iuris impedit vsucapionem, etiam si prædicta ad naturam eius requisita non deficiant, veluti, per vocationem in ius, per litis contesta

testationem, vel si aliquo facto interpelletur præscriptio, vt si debitor præscripturus iam actioni, tradat pignus, vel aliam cautionem, vel soluat vsuras creditori: ipse enim aduersus se vsurpat præscriptionem ciuiliter. l. cum notissimi. §. imo & illud. C. de præscrip. xxx. anno.

24 Differentiam inter † naturalem & ciuilem interruptionem suprà tetigimus. Nam naturalis tam latè patet, vt exinde nulla præscriptio, siue aduersus interrumpentem, siue aduersus quemcunque alium procedere possit, nisi denuo cœpta & continuata. l. naturaliter. ff. de vsucapio. Ciuilis verò, soli interpellanti prodest, aduersus alios interim nihilominus procedente præscriptione. Papinianus in l. intra quatuor. ff. de diuersis temporalibus præscriptionibus. Et hæc quidem generaliter dicta sint. Videamus autem proprius & in speciem, quomodo interrumpantur vsucapiones, & præscriptiones, & in primis rerum corporalium.

25 Vsucapio triennij † non nisi per sententiam iudicis interrumpitur. Quare ad complendam quidem vsucapionem, nihil nocet possidenti, si in ius vocatus, aut litem contestatus cum aduersario fuerit. Caius in l. si post acceptum. ff. de rei vendicatione. Paulus in lege secunda. §. vltimo. ff. pro emptor. Si rem alienam (inquit) emerim, & cum vsucaperem, eandem rem dominus à me petierit: non interpellari vsucapionem meam litis contestatione.

26 Vsucapio longi temporis, † litis contestatione interrumpitur, sed non sola citatione, Vt ecce, possides bona fide rem alienam. Petiturus eam, vocat te in ius: adhuc non interpellatur tua possessio ad complendam vsucapionem. Contestatur aduersarius litem tecum. Iam incipit deficere vsucapio, nec procedit tibi etiam si per moram sequentis iudicij compleas vsucapiendi tempus. Respicitur enim retro ad litis contestationem. Sic intellige l. more litis. C. de rei vendicatione. Et semper esto memor æquitatis, quæ dictat vtique, rem alienam post contestatam litem vsucaptam, restitui oportere, ne actori totis viribus ad recuperandam rem suam incumbenti, obsit tempus iudicij, quod ad iuuandam vniuscuiusque iustam causam non ad nocendum est introductum. Et hic est verus sensus l. si post acceptum. ff. de rei vendicatione.

27 Præscriptiones † longissimi temporis xxx. & xl. ann. per so-

lam in ius vocationem interpellantur: multo magis ergo per litis conteſtationem & ſententiam iudicis.l.ſicut. §.quæ ergo. & l.cum notiſſimi.C.de præſcriptio.xxx.ann.Hæc de ciuilibus cauſis.

28 Præſcriptiones temporales † quæ actionibus ex delictis obſtare ſolent,per ſolum libellum, qui iudici olim non ab re primum omnium exhiberi ſolebat,interrumpuntur. Igitur haud dubiè etiam per vocationem in ius & per litis cōteſtationem. l.mariti.§.quinquennium.& §.ſeq.ff.ad l.Iul.de adul.

Præſcriptiones denique abſolutæ(vt ſic dicam) quæ ad acquiſitionem dominij non pertinent, ſed alio modo obſtant facientibus aliquid, aut præmaturius, aut tardius quàm par eſt, interrumpuntur omnibus prædictis modis:& præterea libello ſupplicatorio principi porrecto , qui in hoc articulo vim iudicialis libelli habet. l.j. & ij.C.quand.libel.princi.datur. Idem dicendum de annalibus prætoriis præſcriptionibus , hoc eſt, quæ ex ſtatutis municipalibus deſcendunt. Hæc de rebus corporalibus.

29 Incorporalium † verò rerũ vſucapiones, veluti ſeruitutum, libertatis,& aliorum iurium,ſic interpellantur.Primum,amiſſa poſſeſſione prędij cui debetur ſeruitus,vel cuius libertatem erat vſucapturus,ſi ad tempus ſtatutum,puta x.ann.inter præſentes,aut xx.inter abſentes, poſſediſſet continuo, ceſſat vſucapio.l.ſi edes.in fi.ff.de ſeruitu.vrba.prædi. Natura enim (ait Iulianus)ſeruitutum ea eſt,vt poſſideri non poſſint : ſed intelligatur poſſeſſionem earum habere,qui edes poſſidet.Deinde, ſi impediatur vſus illius ſeruitutis vel cuiuſlibet iuris. Quia cùm patientia illius , cui præſcribitur, ſit de ſubſtantia vſucapiendæ ſeruitutis: ceſſante ea , non procedit vſucapio ſeu præſcriptio. Denique per litis conteſtationem interpellatur vſucapio iurium , ſicut ſuperius de rebus corporalibus dictum eſt.

30 Sed quid † ſi propter aduerſarij potentiam , vel abſentiam, vel aliud impedimentum : non liceat eum in ius vocare, multo minus cum eo litem conteſtari? Reſpondeo : ſufficere proteſtationem apud iudicem factam ſecundum formam l. vt perfectius. C. de annal. exceptio. & xvj. quæſtio. §. iij. poteſt. Quod ſi neque proteſtandi fuerit copia , ſufficit publica inſinuatio.

De

DE HORA, DIE, MENSE, ET anno, quatenus ad ius attinet.

SVMMARIVM.

1 *Dies variè apud varias gentes distinctus.*
2 *Annua, bima, trima die, quam significationem habeat apud iuriſconſultos?*
3 *Dies in iure ciuili quomodo intelligendus?*
4 *Hebdomadæ quomodo accipiantur?*
5 *Mensis in iure ciuili quot dierum ſit constituendus?*
6 *Anni apud Romanos varia obſeruatio.*
7 *Biſextilis annus quis ſit & vnde?*
8 *Anni initium varie apud antiquos conſtitutum.*
9 *Annus duplex, continuus ſcilicet & vtilis.*
10 *Annum pro competenti tempore legislatores nonnunquã ſumunt.*
11 *Statutum neceſſitatem imponẽs vnicuique intra annum & diem ius ſuum, perſequi, ſitne validum?*
12 *Vſucapionem tegularum, aut columnarum perfici non impedit miſtura.*
13 *Poſſeſſorem viæ, vel itineris, aut alterius iuris tuetur prætor, ſi modo. xxx. diebus in eo anno ſit vſus eo iure.*
14 *Vſucapionem rerum mobilium triẽnio perficit bonæ fidei poſſeſſor.*
15 *Vſucapio bonorum vacantium quadriennio contra fiſcum perficitur, atque inibi ex quo tempore quadriennium numeretur?*
16 *Vſucapio bonorum immobilium perficitur à bonæ fidei poſſeſſore decem annis inter præſentes. xx. annis inter abſentes.*
17 *Libertas xx. annis vſucapitur: licet contra eam nullo tempore præſcribatur.*
18 *Præſentes qui dicantur, qui item abſentes quod ad vſucapionem attinet?*

HOræ vocantur partes in quas diſtinguitur dies. Hæ principio duodecim inſtitutæ ſunt qui numerus longo tempore cuſtoditus eſt, donec in xxiiij. horas dies apud Romanos diuideretur.

1 Dies itaq; † apud varias gẽtes variè accipiebatur. Nã apud Romanos à media nocte ad mediã noctẽ ſequentẽ, finiebatur, vt in l. more. ff. de feri. more Romano (inquit Paulus) dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Ita quicquid in his xxiiij. horis, id eſt, duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum eſt: perinde eſt quaſi qualibet hora lucis actum eſſet. Apud Aegyptios ſimili modo obſeruabatur.

Apud Athenienses totum id tempus quod ab occasu ad occasum est, dies habebatur. Nunc ab ortu, ad occasum solis, vulgò nuncupamus diem, more (vt paulò antè dictum est) vetustissimo, quo dies primū in xij. horas est diuisus. Vnde Christus seruator noster Ioan. xj. Nonne (inquit) xij. sunt horæ diei? Et Genesis j. Et diuisit lucem à tenebris, appellauítque lucem dies, & tenebras noctem. Quo respexit Proculus in l. hæc verba. ff. de verb. signifi. Disiunctiuum est (inquit) veluti cum dicimus, Aut dies aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterū. Et Claudius Saturnius in l. aut facta. ff. de pœnis. Tempus (ait) discernit emansorem à fugitiuo: & effractorem, vel furē diurnum, à nocturno.

Præterea, dies accipitur pro tempore interminato, ídque fœmineo genere, vt longa dies nihil non in aliam transfert faciē.
2 Vnde est ista locutio. † Promittis annua, bima, trima die, hoc est, tempore vnius, duorum, trium annorum, dare decem? Vlp. in l. tertia. ff. de ann. lega. si legatum (inquit) sit relictum, annua, bima, trima die (triginta fortè) dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum, æquis pensionibus. Et probat ibi Vlpianus, idem ius esse, si testator decem, trima die legauerit, quod nota.

3 Quomodo igitur (dices) intelligēdus fuerit † dies in iure ciuili? Respondeo: subiectam materiam esse respiciēdam. Nam cū aliquid tractatur, quod aliam rationem in luce, aliam in tenebris habet, antiquissima & vulgaris diei appellatio retinenda est. Sin autē quæratur de continuo tēporis successu, sequi oportet Romanam institutionem, vt in materia præscriptionum. Nam tempus ita noctu procedit, ac die, ad complendam vsucapionem. Vlp. in l. in vsucapionibus. & l. seq. ff. de vsucap. Ideóq; (inquit) qui hora sexta diei calendarum Ianuariarum possidere cœperit: hora sexta noctis pridie calendas Ianuarias implet vsucapionem.

4 Hebdomadæ, † quas latini septimanas appellāt, septem dierum hic intelliguntur, secundum communem vsum. Alibi tamen de septenario numero quaruncunque rerū dicuntur, vnde Leui. xxv. numerabis quoque tibi (inquit dominus ad Moysen) septem hebdomadas annorum, id est, septies septem annos. Quod autem Iustinianus in l. iij. §. quod cælesti. C. de veter. iur. enucle. de numero septenario scribit, quasi naturam & artē numerorum in se contineat, nihil moror, multò minus quod Accursius ibi adiicit de trinitate, & numero quaternario: Vnde credo

credo ſumptam diſtinctionem inter naturalem & artificialem diem, quam cum anxiè tractent plerique, nihil planè ad vſum forenſem reſpiciunt, quorſum pertineat, nec admodum probari poteſt.

Menſes autem anni diuiſionem conſtituunt, ſicut horæ diei. menſium verò alij ſunt xxxj. alij xxx. dierũ. Februarius xxviij.
5 dies habet. quot igitur † dierum accipiemus menſem cũ eius mentio inciderit? Iuriſperiti rectè tradunt, appellationẽ mẽſis ſic interpretandam vt inciderit quo tempore vertitur controuerſia, teſte Barto. in l. cum biſextus. ff. de verb. ſigni. vt ecce: ſi diffinitum fuerit tempus alicui, vel deſignatus terminus ſub Iunio, computabuntur. xxx. dies. ſi ſub Iulio, numerandi ſunt xxxj. niſi tamen circunſtantia cauſæ deſideret diuerſum.

6 Annus deniq; † apud Romanos variè obſeruabatur, vſq; ad tempora Caij Iulij Cæſaris, qui omnem rationem temporũ vagam adhuc atque incertam, ordine diffiniuit, Suetonio & Plinio authoribus. Nam annum in ccclxv. dies extendit Iulianus in l. ſi ita vulneratus. §. j. ff. ad leg. Aquil. Nam qui prior (ait) vulnerauit, tantũ pręſtabit, quãti anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentis, ſexagintaquinq; diebus.

7 Reſpexit autem Cæſar ad curſum ſolis, qui totidem diebus & quadrante, curſum ſuum conficit. Et ne huic † dierum numero ad annum conſtituendum quadrans deeſſet, voluit, vt quarto ſemper anno, ſacerdotes qui mẽſibus ac diebus faſtis & nefaſtis præerant, vnum intercalerent ſeu interponerent diem, videlicet eodem tempore, quo antea totus menſis intercalari ſolebat, hoc eſt, ante quinque vltimos dies mẽſis Februarij, idq; biſextum appellari iuſſit: vnde iam nunc quartum quenq; annum dicimus biſextilem: quia duobus continuis diebus his dicimus: ſexto calendas martias, duos dies pro vno computãtes, vt ſit biſextum quaſi bis ſextum: cuius meminit Celſus in l. cũ bis ſexto. ff. de verb. ſigni. cum his ſexto (inquit) calendas eſt: nihil refert vtrum priore, an poſteriore die quis natus ſit. Nam id biduum pro vno die habetur, ſed poſterior dies intercalatur, non prior.

8 Initium † verò anni Romulus olim martio dabat, cuius menſis prima die ignem nouum incendens, annum auſpicabatur: deinde Numa Pompilius, adiectis duobus mẽſibus, Ianuario & Februario, Ianuarium tanquàm bicipitis Dei reſpicientis tranſacti anni finem, & proſpicientis principium futuri, primũ eſſe voluit, ſicut & nunc eſt.

Hæbræi, in mense nouarum frugum annum initiabantur. Exo.xiij.Hodie (inquit Moyses) egredimini mense nouarum frugum.Et ibidem cap.xij.mensis iste(ait) vobis principiũ mensium,primus erit in mensibus anni.

Nos hodie principium anni non ab re tribuimus natiuitati beatissimæ seruatoris nostri Iesu Christi,vt ab illo die supputemus annum.Enimuero cum hæc scriberem,annus fuit à Christo nato millesimus quingentesimus trigesimusoctauus.

9 Annus † autem alia inspectione est duplex:videlicet continuus & vtilis. Continuus est,in quo dies ad momentum repu-tãtur, nullis agẽdi obstaculis interim exceptis,vt in vsucapio. l.namque.§.j.ff.de vsucap.vtilis autẽ annus, constat ex eo tempore,quo licet agere:quia adest reus, item & iudex.l.j.ff.de diuer.& tempo.præscript.quam differentiam hodie quoque seruamus,præterquàm in integrum restitutione.

10 Illud sanè non est prætereundum,quòd † cùm annus omnes menses semel cõcludat,tempus censetur omnibus rebus agendis aptum & sufficiens:vnde legislatores plerunque appellationem competentis temporis,de anno interpretari solent, vt est videre in l.fortissimi.C.de erogatio. milita.ann.lib.xij.quod & prouerbialis hyperbole ostendit.Nam cum moram longam significamus,solemus dicere:annus est.Teren.Et nostin(inquit) mores mulierum? dum moliuntur,dum comuntur, annus est. Non est proinde vlla in iure,annali præscriptione frequentior. Et pleręque ciuitates, ad omnia passim negotia anni tempus diffiniunt.Quod tamẽ nimis durum existimo,propter immensam rerum varietatem : certè non potest illa qualiscunque obseruantia,ad absentes pertinere & aduenas.

11 Tractant igitur iurisperiti hanc quæstionem : vtrum † valet statutum ciuitatis:quod nisi quis intra annũ & diem persequatur ius suum,exinde non admittatur? Bart.in l.omnes populi.ff. de iust.& iur.videlicet in repetitione videtur sentire, quòd hoc statutum non valeat,cui subscribit Anton.de Butri.in c.vlti.de præscript.Ioan.Andr.in c.secundo.de exceptio.libro sexto.sed idem Bartol.in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsucapio.& in l.cũ notissimi.C.de præscriptio.triginta annor.aliisque locis contrarium diffinit. Accedit glos.in c.j.§.porrò.qualit.olim poter.feu. alienari quam Bald.ibi & probat & commendat.Angel.in l.ij.ff. de vsufruct.ear.rer.quæ vsu consumun.Ias.instit.de act.in prin. Et hæc posterior Bar.sententia.quod tale statutum valeat,iure est verissima: quoniam proprius accedit ad dirimendas lites

hominum

hominum in eadem ciuitate,& (vt dici solet) naui,vitã agentium,inter quas perniciosæ sunt discordiæ. Hactenus de explicatione vsucapionum,& prescriptionum generaliter diximus: reliquum est,vt exempla in speciem videamus.

Decem dierum.

12 Si † is cui ad tegularum,vel columnarum vsucapionem decem dies superessent, in ædificium eas coniecisset : nihilominus cum vsucapturum si ædificium possedisset,Pomponius secundum Labeonem probat, in l.rerum mistura.§.Labeo.ff.de vsucapio.

Triginta dierum.

13 Eum qui † viæ,itineris,vel alterius iuris quasi possessionem habet, prætor tuetur, modo eo anno sit vsus tali iure, saltem modico tempore, hoc est triginta diebus.l.prima.§.hoc interdicto.ff.de itiner.actu.priua.

Trium annorum.

14 Possessor † bonæ fidei triennio vsucapit res mobiles, & acquirit directum dominium.insti.de vsucap.in princip.olim annus dabatur.

Quatuor annorum.

15 Bona fisco† vacantia,si ab aliis possideri cœperint, quatuor annis vsucapiuntur: numerabitur autem quadriennium ab eo die,quo denunciatum est procuratori fiscali bona vacare, puniendo certe ob negligentiam suam.l.prima.§.diuus Pius.ff.de iur.fisc.l.prima.C.de quadrien.præscrip.tractatur in l.secunda. C.commu.de vsucap.

Decem annorum.

16 Res immobilis † cum titulo indicante iustam causam possidendi, hoc est, formulam acquirendi dominij iure probatam decem annis inter præsentes vsucapiuntur.instit.de vsucap.in princip.l.j.C.de vsucap.transfor.

Viginti annorum.

Inter absentes acquiruntur res immobiles viginti annis, vt probatur in locis iam allegatis.Et hoc tempus nunc vocatur longum, scilicet decem & viginti annorum.l.si quis emptoris. C.de præscript.triginta anno.

17 Eodem † tempore viginti annorum, defenditur libertas. l. secunda. C. de præscriptio. longi temporis, quæ pro liberta. sed ex diuerso, contra libertatem non opponitur hæc præscriptio, id est, in homine libero non acquiritur hoc tempore seruitus, & ne quidem sexaginta annis. l. vltima. C. de præscriptionibus triginta annorum. l. vltima. C. vbi cauſ. ſtat. ag. deb. libertas enim omnibus rebus fauorabilior est, dicente Caio. ff. de regulis iuris.

18 Sed qui † sunt accipiendi præsentes, & qui absentes? Iustinianus in l. vlti. C. de pręscriptio. longi tempo. diffinit absentes eos intelligi, qui nõ in eodem loco, id est, in diuersis prouinciis domicilium habent. præsentes autem, qui eiusdem prouinciæ habitatores sunt, itaque locum domicilij, non de eadem ciuitate, vt alibi, sed de eadem prouincia vult intelligi.

De exceptionibus, ex lapsu temporis competentibus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor qui spe futuræ solutionis, quæ tamen non sequitur, debitorem liberauit, intra triginta dies exceptionem non numeratæ pecuniæ potest proponere.*

2 *Confessus in instrumẽto seu publico seu priuato debere se pecuniam spe futuræ numerationis, exceptionem nõ numeratæ pecuniæ intra biennium potest opponere.*

3 *Dotis non numeratæ exceptio intra tres menses à die soluti matrimonij opponenda est, siquidem matrimonium non minus biennio durauerit: alias intra annum obijci poterit.*

4 *Exceptio triginta annorum tuetur possessorẽ etiã sine titulo & causa aduersus quoscunque actores.*

5 *Exceptio xl. anno. omnes omnino actiones perimit.*

6 *Vsucapiendi species efficacissima est, cum possessionis initium memoriam hominum excedit.*

Triginta dierum.

1 CReditor † qui per chyrographum suum fatetur debitum se recepisse, aut circunducit instrumentum debiti, vel etiam reddit debitori, spe futuræ solutionis, quæ tamen non

sequitur

sequitur, habet triginta dies ad proponendam apud iudicem exceptionem non numeratæ pecuniæ.l.in contractibus.§.super cæteris.C.de non nume.pecu.

Duorum annorum.

2 Si vero debitor † chirographo suo, aut instrumento publico fateatur se debere, numeratámque esse talem pecuniam, puta decem, conceditur ei biennium ad intendendam querelam, seu exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam numeratum sibi creditorem omnino sperauerat, siue ex mutuo, siue ex aliis quibuslibet contractibus. Nam non pertinet exceptio non numeratæ pecuniæ ad mutuum, duntaxat sicut prima facie videntur indicare verba: verumetiam si debitor traditionem rei ex alio contractu bona spe confiteatur, potest excipere intra hoc tempus, non esse secutam.l.in contractibus. in princip.C.de non nume.pecu.

Trium mensium.

3 Si dos † cauta & instrumento comprehensa, nõ tamen numerata, & matrimonium intra biennium solutum non fuerit: tunc oportet maritum, vel eius hæredem intra tres menses à die soluti matrimonij, opponere exceptionem non numeratæ dotis.authen.quod locum.C.de dot.non numerata.

Vnius anni.

Maritus legitimæ ætatis, soluto intra biennium matrimonio, habet annum ad excipiendum de dote cauta non numerata: postea minimè audiendus.hæredes quoque eius debent quæri intra annum à die mortis.l.vlti.in fi.& authen.quod locum.C.de dot.cau.non nume.

Triginta annorum.

4 Vt semel † esset inter homines terminus & finis litiũ quarumcunque, optima ratione introductum est, vt possessio triginta annorum omnibus præstet securitatem. Habent enim saltem exceptionem tam longæui possessores, qua se tueantur aduersus omnes actores, etiam si titulum & causam suæ possessionis probare non possint. Nam & si titulum ostendere, & bonam fidem syncera conscientia profiteri possunt: haud dubiè datur eis & actio, nedum exceptio. l.si quis emptionis.§. quod si quis.C.de præscript xxx.anno.

Quadra

Quadraginta annorum.

5 Sunt quædam † actiones, quas præcedente temporis diffinitione tolli non oportet: eas igitur xl. annis omnibus modis tolli voluerunt Imperatores. exemplum est de actione hypothecaria in l. cum notissimi. in princip. & §. j. iuncta l. omnes. C. de præscript. triginta ann. Et sicut tempus viginti annorum dicitur longum: ita triginta annorum nuncupatur longissimum, quod diligenter obserua.

Tempus quod excedit hominum memoriam.

6 Cum cœptæ † possessionis nulla prorsus apud homines viuentes extat memoria, vsucapiendi species est omnium efficacissima. post tantum enim seculum, nullo probationis genere homini possibile est, aut defendere, aut impugnare fidem possidētis: quamobrem cessat tunc necessariò omnis disputatio de iure possessionis, vel alterius rei: & hæc est ratio, quare tam immenso tempore id acquiri permittatur, quod alioqui nullam supradicti temporis vsucapionem admittit, vt tractat Bartol. cum aliis in l. si publicanus. §. vlti. ff. de publica. & vectigali. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. vlti. ff. de aqua plu. arc. Iaso. in l. is qui putat. ff. de acquir. possess.

Quomodo autem probari debeat, memoriam non extare, nemo melius quàm Paulus ipse tradit in l. penulti. ff. de probat. & in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcend. his verbis: idem Labeo ait, cum quæritur, an memoria extat facto opere: non diem & consulem ad liquidum exquirendum, sed sufficere si quis sciat factum, hoc est, si factum esse non ambigatur. Nec vtique necesse esse, superesse, qui meminerint: verumetiam si qui audierint eos, qui memoria tenuerint, plura hac de re scribenda viderentur, nisi temporum duntaxat rationem obiter tractandam suscepimus.

De actionibus, intra certum tempus exercendis.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitoriam actionem intra quantum tempus permittat lex exerceri? & nume. 4.*

2 *Redhibitoriæ actioni præstitutum à lege tempus potest pacto contrahentium prorogari.*

3 *Redimendi pactum in venditionibus redituum apponi solitum iure subsistit.*

5 *Nunciationis noui operis causa intra tres menses terminanda.*

Nunciatione noui operis non obstante potest ædificans opus perficere,

cere, præstita cautione de restituendo opere, si nō rectè ædificatum apparuerit.

6 *Redhibitoria actio super eo quod interest intra sex menses est proponenda.*

7 *Actio quanto minoris pro animali vitioso ignoranter empto intra annum est intendenda.*

8 *Actio deiecti vel effusi quanto tempore duret?*

9 *Actio de dolo intra biennium à tempore doli mali, & intendi & terminari debet.*

10 *Damni æstimatio in actione legis Aquiliæ ex quo tempore fiat?*

11 *Peculatus accusatio intra quinque annos est proponenda, atque inibi cuiusmodi sit crimen peculatus, qualisque sit eius pœna?*

12 *Iniuriarum actio est annalis.*

13 *Christiano homini non licet iram in crastinum producere.*

14 *Prætoriæ actiones vt plurimum sunt annales.*

15 *Accusatore litem intermittente, ac proinde eo abolitionem postulante, potest alius intra dies xxx. rerum repetere.*

16 *Litigiosam rem alienans, vt actor potentiorem aduersarium habeat, ad id quod actoris interest intra annum conueniri potest.*

17 *Calumniator pecuniam accipiens vt alij negotium faciat, vel non faciat, in quadruplum intra annum conuenitur, post in simplum. Negotium facere quis dicatur?*

18 *Vim faciens intra annum conuenitur, & si nihil ex violentia ad eum peruenit.*

Sexaginta dierum.

1 IS qui † emit iumentum ornatum, quod deinde sine ornamentis traditur, potest emptor aduersus venditorem redhibitoria actione, vt ornamenta quoque tradat, intra lx. dies experiri. l. ediles. ij. in princip. ff. de edil. edic.

Sexaginta dierum.

Si quis ita emat vt nisi res empta placuerit, redhibeatur, nullo tamen adiecto tēpore licebit redhibere intra lx. dies vtiles, postea nō audietur. l. qđ si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edic.

2 Sed quid † si paciscantur contrahentes, vt semper liceat ad nutum emptoris redhibere? Respondeo, valere pactum. Vlpianus in d. §. si quid ita. ff. de edil. edi. si vero (inquit) conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat: puto & hanc conuentionem valere. Item si tempus sexaginta dierum præfinitū redhibitioni præterierit: causa cognita iudicium dabitur. Ex quo † loco

3 haud dubiè probatur, pactum redimēdi (vt vulgo nuncupamus) in contractibus redditUum, bono iure censeri validum.

Quod

Quod cum nonnulli putent vsurarium, insinuant sese nescire quid sit vsura, & qualis sit emptorum reddituum contractus, de quo alias, interim, redhibere est facere, vt rursus habeat venditor, quod habuerat. Et quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio.l.redhibere.in princip. ff.de edil.edic.

Duorum mensium.

4 Venditor † debet certiorē facere emptorem, quid morbi vitiíve in re vendita sit. Quod nisi faciat, datur aduersus eum intra duos menses iudicium redhibitorium.l.j.§.aiunt ediles. & l.si venditor.ff.de edil.edic.

Trium mensium.

5 Nuncians † alicui nouum opus, debet eam causam quam primum liceat, prosequi:ne cessans à cœpto ędificio, & temporis,& sumptus, iacturā patiatur. vnde iudex tenebitur hanc controuersiam intra tres menses diffinire. quod si qualitas negotij longius tempus requirat, potest is cui nūciatum est, cautionem fideiussoriam exponere, videlicet demoliturū se opus suis sumptibus, si non rectè ędificatum esse, pronunciatū fuerit. Sic enim & ędificanti, & nuncianti satis consulitur. Vlpianus in l.de pupillo.§.si is cui.& in l.stipulatio.§.si quis autē.ff. de oper.noui nuncia.l.j.C.eo.tit. Accedit l.vlti.C.de edi.priua. quam tamen citra necessitatem, in varios sensus retorquent.

Sex mensium.

6 Actionem † redhibitoriam ad id quod interest actoris, intra sex menses intendere oportet. Vlpianus in l.sciendum.§.vltim. Papinianus in l.cum sex.ff.de edil.edic. cum sex menses (inquit) vtiles, quibus experiundi potestas fuit, redhibitoriæ actioni præstantur, licet non videbitur potestatem experiundi habuisse, qui vitium fugitiui latens ignorauit. Item adde l.ij. C.de edil.actio.

Vnius anni.

7 Actio quanto † minoris prætoria, competens ei, qui vitiosum animal ignorans emit anno finitur.l.sciendum.§.vltimo.ff.de edil.edic.l.ij.in fi.C.de edil.actio.

Vnius anni.

8 Cum per † deiectionem vel effusionem, liber homo perimitur, actio deiecti annalis est. in aliis vero casibus perpetua. l.si vero plures.§.hęc autem actio.ff.de his qui deic.vel effude.

Duorum annorum.

9 Actio † de dolo malo, hodie durat biennio continuo, à die admissi

admiſſi doli,ſiue adſunt ſiue abſit dolum paſſus. Adeóque tota cauſa debet intra biennium diffiniri.l.vlti.C.de dol.malo.vbi doctores admonent lectorem, quàm ſpeciale ſit in hoc iudicio, quod doli mali perſecutio non perpetuatur litis conteſtatione, quæ vtique omnes actiones temporales, ſolet facere perpetuas.

Vnius anni.

10 Aeſtimatio † quadrupedis in iudicio legis Aquiliæ, ex primo capite,fit quanti in eo anno plurimi fuerit.l.ij.in princip.& l.in lege Aquilia.ff.ad leg. Aquil.ex tertio autem capite de ruptis,fractis,exuſtis rebus,fit æſtimatio,quanti ea res in diebus triginta proximis fuerit.l.ſi ſeruus.§.iij.cap.ff.ad leg.Aquil.

Quinque annorum.

11 Accuſatio † peculatus quinque annorũ eſt.l.peculatus crimen.ff.ad leg. Iul.pecul.peculatus autem crimen eſt, cum intercipitur pecunia deſtinata, vel religioni, vel vſui publico. Pœna eius,eſt deportatio.l.j.ij.& iij.ff.dict.titu.

Vnius anni.

12 Omnis actio † iniuriarum annalis eſt, quicquid nonnulli diſputent diuerſum eſſe de iniuria (vt ipſi vocãt) reali.l.ſi non conuitij.C.de iniur.hęc enim interpretatio, vt poſt annum non detur ob contumeliam actio, propius accedit ad manſuetudinem, quàm charitas à nobis exigit: videlicet vt ad remittendam,non ad perſequendam iniuriam ſimus propenſi.Et profecto,grauiſſima pœna afficitur aduerſarius, cum iniuriæ nobis illatæ obliuiſcimus,iuxta illud:mihi vindictam, & ego retribuam illis.

Vnius diei.

13 Si inter Chriſtianos † fratres (loquor de vniuerſa republica) ſuboriatur diſſentio:eam iubet Apoſtolus eodem die,ante ſolis occaſum dirimi, ne latius ſerpat ad omnia mala: Epheſiorum quarto:iraſcimini (ait) & non peccetis.ſol ne occidat ſuper iram veſtram.

Hanc catholicæ præſcriptionis ſpeciem ideò inſerui, vt videres, bone lector,longe admodum præſtare in materia iniuriarum, ferre legem obliuionis, quàm iudiciariæ perſecutionis.Et tutiſſimam eſſe interpretationem ſemper,quę tendit ad præripiendam litium occaſionem.

Vnius anni.

14 Actiones † quæ ex Romani prætoris iuriſdictione proficiſcuntur, plerunque intra annum exerceri poſſunt, ſiquidem & ipſius

ipsius prætoris apud Romanos, intra annum erat Imperium. institut.de perpe.& tempora actio.in princip.

Ciuitates Germaniæ, multum imitantur prætorem Romanum, & ferè in statutis suis semper vtuntur annali præscriptione, vt suprà dictum est.

Triginta dierum.

15 Si accusator fuerit † impeditus legitimè, aut mortuus, potest quidem accusatus petere aboleri nomen suum, hoc est absolui se à iudicio: attamen permittitur ipsi accusatori cessante impedimento, vel hæredi eius, intra xxx. dies vtiles, repetere ex integro reum, & de eodem crimine denuo accusare.l.iij.§. vlti.& l.hi tamen.ff.de accusa.

Triginta dierum.

Ei qui criminaliter accusatus olim de vna prouincia ad aliam exhibendus erat, vt ab eo iudice damnaretur, triginta dies dari solebant ad componendas res suas.l.secunda, C.de exiben.& transmitten.reis.hodie vero istæ transmissiones non sunt in vsu.

Vnius anni.

16 Is qui rem † litigiosam alienat in hoc, vt actor duriorem habeat aduersarium: intra annum de eo quod interest actoris, conueniri potest.l.vel post annum.ff.de aliena.iudici.mutan. caus.fact.

Vnius anni.

17 Qui pecuniam † accepisse dicitur, vt alij negotium faceret, vel non faceret, is intra annum in quadruplum, postea in simplum, actione in factum conueniri potest.l.prima.ff.de calumniato.

Negotium autem facit, qui per calumniam fingit litem, cum iure nullam habeat, vel eam quam exercere debeat, dissimulat in detrimentum alterius, vtroque casu corruptus pecunia. Vlpianus in dicta l.prima.vocat sordidam concussionem, quæ à transactionis officio longè distat.transactio enim quærit pacem, & finem litium: calumnia discordiam parit & dispendium.transactio ex bona fide procedit: calumnia ex dolo malo: tantóque magis nocet, quanto latentius procedit ad nocendum. de calumniatoribus alibi scribendum fuerit.

Vnius anni.

18 Is qui vim † fecit, intra annum vtilē rectè conuenitur, tametsi nihil ad eum peruenit.l.secunda.C.vnde vi.

De exceptio

De exceptionibus temporalibus circa iudicia.

SVMMARIVM.

1 *Iudice recusato litigantes arbitrum intra triduum eligere necesse habent.*
2 *Iudices post depositum magistratum quinquaginta diebus in prouincijs, quibus præfuerunt, commorari debent, & quàm ob causam id fuerit constitutum?*
3 *Actor libellum exhibiturus satisdat de contestanda lite cum aduersario intra duos menses.*
4 *Actore post tria edicta contumaciter absente iudex anno elapso sententiam proferre potest.*
5 *Litigatorũ altero in causa concludẽte, quot & cuiusmodi dilationes alteri dentur, qui se adhuc habere contendit quod proponat.*
6 *Dilationem petenti ad producendos testes, vel instrumenta quantum temporis concedatur?*
7 *Criminales causæ intra biennium terminari debent.*
8 *Causæ ciuiles intra triennium terminari debent.*
9 *Condemnatus ad soluendũ olim duos menses, nunc quatuor habet.*
Mensium duorum appellatione quot dies contineantur?
10 *Sententiam à iudice per sordes latam retractari petere potest alter litigantium intra decem menses.*
Iudex ecclesiasticus per gratiam, aut sordes iudicans, per annum vnum suspendendus est ab officio.
11 *Iudex sententiam suam emendare, vel supplere in his quæ accessoria sunt, eodem die potest.*
12 *Contumax aduersus quem pronunciatum est, eodem die iudicem sedente veniens restituitur ad causam.*
13 *Testes non habentes domicilium in loco iudicij non sunt vltra xv. dies retinendi.*
14 *Interrogatoria, super quibus sunt examinandi testes, intra quantum tempus sint exhibenda?*
15 *Appellatio an & quando sine scripto interponi possit?*
16 *Appellationis interponendæ tempus cuiusmodi fuerit olim, & cuiusmodi sit hodie.*
17 *Appellationem emendare, vel etiam in totum reuocare intra decem dies appellanti licet.*
18 *Appellatio possitne per statutum tolli?*
19 *Apostoli, seu libelli dimissorij intra quantum tempus petendi?*
20 *Appellans à sentẽtia parium curiæ habet vj. hebdomadas ad prosequendam appellationem.*

21 *Appellans apud notarium absente iudice, appellationem suam iudici insinuare debet intra triginta dies.*

22 *Appellans, cuius appellatio reiecta est, hoc ipsum intra quantum tempus apud superiorem conqueri debet?*

23 *Appellationis causa intra annum est prosequēda: aut etiam intra biennium, si appellans fuerit impeditus.*

Trium dierum.

1 CVm recusatur iudex † ob quancunque causam, oportet litigatores intra tres dies eligere arbitros, de recusatione & tota causa cognituros. l. vlti. C. de iudi. illico autem (inquit Iustinianus) id est, intra triduū proximum, sine vlla dilatione compelli arbitrum vel arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & datus iudex remoueatur, & alter non eligatur.

Quinquaginta dierum.

2 Iudices † olim functi officio suo tenebantur in eadem prouincia vel ciuitate cui præfuissent, quinquaginta diebus palam commorari, vt de culpa fraudibusque, si quas admisissent, conuenirentur, ac rationem redderent: id quod vulgo subire syndicatum, latine autem causam dicere, & causæ dicēdæ obnoxium esse, nuncupamus. l. j. C. vt omn. iudi. tam ciuili. quàm milita. Idem obseruabatur de assessoribus & consiliariis iudicum. l. iij. C. de assessor. consiliarios iudicum (inquiunt Imperatores) & cancellarios, & eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositā administrationem quinquaginta dies in prouinciis residere præcipimus: in Italia apud Bononienses vidi huius syndicatus vestigia obseruari in potestate (vt ipsi vocant) & iudice, qui ne ciuibus suspectus sit, ex aliena republica solet accersiri solenniter.

Viginti dierum.

Iudices obnoxij causæ dicendę, vel syndicatui, vt dictū est, cum conueniebantur: ne forte innocentes iniqua dilatione grauarentur intra xx. dies, aut absoluendi, aut condemnandi erant. l. j. §. vlti. C. vt omni iudi. tam ciuil. quam milit.

Duorum mensium.

3 Actor † olim antea quam libellum iudici exhiberet, satisdare tenebatur cōtestaturum se intra duos menses litem cum aduersario. Quod si sua culpa secus contingeret, restiturum ei duplum totius damni. authen. libellum. C. de lite. contesta. Bart. & alij dicunt, hoc ius in desuetudinem abiisse: sed nescio

quam

quàm feliciter, adeo nunc ſcatent omnia tribunalia calumniis litigatorum, præſertim in deferendis controuerſiis: bonos viros ſemper excipio.

Vnius anni.

4 Actori † poſt tria citatoria edicta contumaci, datur annus: quo elapſo, iudex cognita cauſa proferre debet ſententiam. nouel. de litigioſ. §. porro. inquit Iuſtinianus, cum omnes controuerſias præciſis ambagibus volumus ad finem decurrere: illorum etiam verſutiis aduerſamur, qui actiones tantummodo proponunt, nolunt autem eas ad terminum vſque litis perſequi, dicentes legem eſſe, quæ vetet, ne quis proprias actiones exercere compellatur inuitus. Quæ verba propterea addidi, vt videas inſigne exemplum acribodicei ac iniqui interpretis, cuius alibi mentionem fecimus.

Trium menſium.

5 Altero † litigatorum concludendæ in cauſa, ſi aliter (forte per calumniam, differendæ litis gratia) dicat ſe habere quòd adhuc proponat cauſæ ſuæ deſeruiens: debet iudex tribus temporibus dilationẽ ei concedere xxx. dierum, qui ſunt tres menſes: vt omnem malitiã eius ſuperet. deinde omnino proferet ſententiam, vt probatur. nouel. vt cùm de appel. cogno. §. ſed præſenti. intellige autem quod ſingulis temporibus interueniat edictum (vt dicunt) citatorium, ne non vocato litigatore videatur dicta ſententia.

Trium menſium.

6 Is qui † petit dilationem ad producendos teſtes, vel inſtrumenta, tres menſes ad ſummum impetrabit: ſcilicet cum teſtes vel inſtrumẽta in eadem prouincia ſunt, in qua lis agitur. l. j. C. de dila.

Nouem menſium.

Si teſtes vel inſtrumenta quibus litigatores ad inſtruendam cauſam ſuam vti volunt, fuerint in tranſmarina prouincia: dantur eis ad productionem, nouem menſes. d. l j. C. de dilatio. quòd ita iudicantes conſtitutum (inquiunt Imperatores) ſentire debebunt, vt in hac ratione non ſibi conceſſum intelligant dandæ dilationis arbitrium: ſed eandem dilationem ſi rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit non facile amplius, quam ſemel, nec vlla trahendi arte, ſciant eſſe tribuendam.

Sex mensium.

Quod si ex vicina prouincia, non tamen transmarina, fuerint exhibendæ probationes litigatorum: tunc sex menses concedentur. ead. l. j. *Duorum annorum.*

7 Omnes causæ † criminales, intra biēnium diffiniri debent, & hæc est instantia, hoc est, tempus exercendi iudicij, videlicet à litis contestatione, ad sententiam vsque, in causis criminum. l. vlti. C. vt int. cer. tēp. crimi. quęstio termine. neque enim expedit criminales quæstiones cum acerbitate litigātium diu suspendi. quapropter Iustinianus ibi addit pœnam aduersus negligentes iudices. *Trium annorum.*

8 Instantiæ † causarum ciuilium, præfinitur tempus triennij, post quod Iustianus vetat vllam in iudicio causam prorogari. l. properandum. in prin. C. de iudi. ne lites (inquit) fiant penè immortales, & vitæ hominum excedat modum.

Cæterum, neutram præscriptionem in exercendis iudiciis corruptum hoc seculũ seruat: sed ferè in arbitrio litigantium est, quando tempore maluerint causas prorogare, immemores planè iurisiurandi aduersus calumniam præstiti: vnde tandem sumptuum & molestiæ pertesi tenuiores, iuri suo plerunque cum lachrymis cedere cogũtur. huius autem grauaminis culpam Imperator in d. l. vlti. reiicit in iudices. hoc enim (inquiés) iudicialis magis esse potestatis nemo est qui ignoret. Nam si ipsi maluerint, nullus tam audax inuenitur, qui possit inuito iudice litem protelare.

Sed vt in hoc genere, magistratuum nostrorum vltro suscipiam patrociniũ, ego certè puto hodie culpam immortalium litium magis in procuratores ignauos (absit verbo iniuria) reiiciendam esse, qui tam sursum ac deorsum circumuoluunt causas, vt iudices planè scopum rei non possint percipere. de qua re in formula scripsi.

Quatuor mensium.

9 Condemnatus † per sententiam iudicis ad soluendum olim habebat duos menses iure ciuili: nunc quatuor habet. Callistratus in l. debitoribus. ff. de re iudi. l. ij. & iij. C. de vsur. rei iud. quod tempus tamen breuius statui solet multis in locis.

Illud quoque nullo modo prætereundum est: quod appellatio quidem duorum mensium, continetur lx. diebus; legislatores tamen humanitatis causa quoniam multa sæpe inter os & offam solent incidere, quibus distrahamur inuiti ab instituto nostro: adiecerunt vnum diem, vt qui lxj. die venerit, audiatur.

diatur.l.vbi lex.ff.de regu.iur.simili gratia receptum est quod dicimus, annum & diem concedi his, qui intra annale tempus aliquid dare aut facere debent, vt vel hinc videas, quàm sint humanitatis plenæ leges Romanorum, quas insulsissimis plerunque disputationem næniis dilaceramus.

Decem mensium.

10 Si quis † post latam sententiã, intra x.menses probare possit aduersarium suum dedisse aliquid, aut promisisse iudici, audietur ad rettactandum sententjam, quę alioqui iure non subsistit, propter enormitatem criminis, vt est videre. nouel.vt litigan.iur.in exord.lit.§.si quis autem litigantium. Idem est de arbitriis. Vlpianus in l.ita demum.ff.de recep.arbi.& ideo (inquit) siue arbitrũ quis corrupit vel pecunia, vel ambitione, vel aduocatum diuersæ partis; vel aliquem ex his, quibus causam suam commiserat: ex doli clausula poterit conueniri. accedit l.vænales.C.quan.prouoca. non est neces.

Vnius anni.

Iudicem ecclesiasticum, qui per gratiam, vel per sordes aduersus iustitiã pronũciat: suspendẽdum esse per annum vnum ab officio suo, Romanus Pontifex iubet, in c.j.§.si quietem. de senten. & re iudi.lib.vj.

Vnius diei.

11 Iudex † potest emendare sententiam à se dictam, vel etiam supplere in his; quæ ad consequentiam eius pertinent, seu accessoria sunt, videlicet eodẽ die quo lata est. Paulus in l.acta. Hermogenianus in l.actorum. ff.de re iudi.Sed totam prorsus mutare sententiam & denuo iudicare non potest. Alfenus in l. cum quærebatur. Vlpianus in l.iudex postea quam.ff.eo.tit.semel enim (inquit) male seu bene functus est officio, vtrunque declaratur in l.Paulus respondit rescindere.ff.dict.titu.

Vnius diei.

12 Contumax † aduersus quem pronunciatum est in iudicio, veniens confestim, hoc est, eodem die, iudice adhuc pro tribunali sedente, restituitur ad causam. l.diuus Antonius. ff.de in integ.resti. & obserua hic quam interpretationẽ admittant: illico, confestim, & id genus alia.

DE TESTIBVS.

Quindecim dierum.

13 Testes † quidem inuiti coguntur ad perhibendum veritatis testimonium: si tamen nõ in ioco iudicij domicilium habent, non sunt retinẽdi vltra xv.dies, ne nimis grauẽtur. postea vero

fine permissu iudicis impunè discedunt, ne deinceps inuiti ad testificandum iure vocantur. l. si quando C. de testib.

Duorum dierum.

14 Interrogatoria † (vt nunc dicimus) secundum quæ examinandi sunt testes aduersarij, exhibenda sunt iudici intra duos dies, hoc est, toto eo die quo iudici producuntur, & sequente. sic enim accipiendum est, cum iudices designant ad hoc terminum iuris. Specu. in tit. de teste. §. item de interrogatoriis.

De appellationibus.

Vnius diei.

15 Litigatoribus † permittitur ex non scripto prouocare à sententia iudicis, modo fiat illico, hoc est, eodem die, antea, quam iudex & litigatores ad alios actus diuertant. Macer. in l. ij. ff. de appel. Sed si (inquit) apud acta quis ipso die voce appellauerit: satis erit, si dicat: appello. accedit. l. litigatoribus. C. eod. titu.

Duorum dierum.

Ei qui † suã causam agebat, nisi statim appellasset (vt iá dictũ est) dabantur olim in causis propriis duo dies ad prouocandũ. l. j. §. biduum. ff. quan. appel. sit. & l. qui suspectum. ff. de appellat.

Trium dierum.

In causis alienis dabantur tres dies ad appellandũ à sententia iudicis. l. eos. §. si autem. C. de appel.

Decem dierum.

Appellatio a sententia iudicis, post biduum, quoque & triduum, hodie admittitur intra decẽ dies. Quod tempus ei, qui vel per se, vel per procuratorem defensus est, continuo die sententiæ reputatur. Absenti verò citra cõtumaciam nec defenso, currunt decem dies à tempore quo resciuerit sententiam aduersus se dictam esse. auth. hodie autem. C. de appel. l. ab eo. C. quomodo & quando iudi. & nouel. de appella. in princi. nec est prætereundum quod in d. l. ab eo. Imperator dicit (illico) significans tamen decem dies, qui hodie cõceduntur appellantibus, vt Accursius quoq; rectè intelligit. Proinde, obserua quam variis modis accipiantur hæc verba: illico, statim, mox, item longum tempus, & cætera huiusmodi.

Decem dierum

17 Cum appellatum † est, habetur etiam humanæ fragilitatis ratio, quæ facit, vt concedantur decem dies ad emãdandã appellationem, si forte ad alium iudicem appellari debuisset (quippe obseruandi sunt gradus magistratuum in prouocationibus) aut si

aut si totius appellationis eum pœniteat, quandoquidem sæpe non nisi Cadmeam victoriam reportant prouocantes; hoc est, plus impendunt quàm tota lis sit. l. si quis. C. de appellat. si quis (inquiunt Imperatores) libellos appellatorios ingesserit: sciat se habere licentiam arbitrium commutandi & suos libellos recuperandi, ne iustè pœnitudinis humanitas amputetur.

18 Sed hic meritò quis hesitauerit: an nõ liceat † magistratibus cuiuslibet loci aliter statuere, aut etiã prorsus adimere prouocationis formam & tempus? Respondeo: breuius quidem tempus statui posse, sicut in multis ciuitatibus obseruatur triduum antiquitus cõcessum, sed aboleri planè per desuetudinem, aut tolli per authoritatem beneficium appellandi, minimè gentiũ licet. Non desunt tamen qui & hic disputant, ad dissentiendũ potius quam ad docendum studiosi: nec desunt ciuitates, quæ statutum sub interminatione, & obseruant, ne extra muros (vt dicunt ipsi) appelletur. verum littus arant, tentantes rem illicitam, quæ nullo diuino aut humano iure defendi potest: vt rectissimè sentit Barto. cum aliis plerisque in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. primum enim, est contra naturalem defensionem, deinde, iuri ciuili prorsus refragatur, denique occasionẽ dat grauissimè delinquendi. Quid enim aliud dicit aut cogitat is qui non vult appellari à sua sententia, quam hoc: nolo exigi iudicium meum ad iustitiæ regulas: volo obseruari decretum meum, siue iustum sit, siue iniquum? Quid sequitur? nempe istud: sic volo, sic iubeo sit pro ratione voluntas. Cur non audendum, cum nemo sit meæ sententiæ futurus censor? Hinc vides, bone lector, non tam facilè censeri rem, quam verba ipsa præ se ferre videntur: cum quis dicit aut statuit, ne à sententia sua appelletur, sicut alia plura de hoc scribemus. interim admonendi sumus, licere & ipsis litigatoribus conuenire de tempore prouocationis expediendæ apud iudicem appellatũ, imo & consentire inter se possunt litigatores, vt tota causa ad cognitionem superioris iudicis perducatur sine vlla appellandi solennitate: quoniam nullus in hoc grauatur, cum ipsi consentiunt. Et ita vidi in Cæsareo tribunali causam fuisse admissam ex ducatu Megelburgensi.

Triginta dierum.

19 Appellans † à sententia diffinitiua, habet triginta dies ad petendum Apostolos, hoc est, literas dimissorias, numerabuntur hi dies à dicta iudicis sententia, non ab interposita appellatio-

ne:in quo articulo plerique errant. Et iudex tenetur intra hoc tempus dare apostolos, alioqui cum officialibus suis puniédus l.quoniam iudices.& l.iudicibus.C.de appella.hoc tempus vulgo nuncupant terminum iuris ad dandum apostolos: quorum significationem eleganter tractat Marcel.in l.vnica.ff.de libel. dimissori.post appellationem (inquiens) interpositam, literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium: quas literas, dimissorias, siue apostolos appellant. sensus autem literarum talis est: appellasse (puta) Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est, ad l.eos.§.vltimo C.de appellatio.

Sex hebdomadarum.

20 Appellanti † à sententia parium curiæ, dantur. sex hebdomadæ ad prosequendam appellationẽ.c.sancimus.quo temp.mili. inuestitu.pete.deb.in vsib.feudor.interim vasallus non est, priuandus possessione feudi sui: quia pendet adhuc appellationis causa, iuxta l.iij.C.de appel.

Triginta dierum.

21 Qui absente † iudice apud notarium appellauit, is debet intra triginta dies scriptũ appellationis insinuare iudici, quod si non fecerit, præsumitur ei renunciasse, vt tractatur in l.iudicibus.C.de appellat.

Quatuor mensium.

22 Si iudex delegatus † noluerit dare apostolos, reiiciens planè appellationem, conceduntur prouocanti quatuor menses, vt hac de re apud delegantem magistratum quæratur.l.si appellationem.in fin.C.de appel.alioqui, regulariter non oportet apostolos denegare, saltem refutatorios, hoc est, quibus declaret inferior iudex non admissam fuisse appellationem ex tali causa.solẽt etiam acta iudiciaria nonnunquàm loco apostolorum designari. Nam satis est appellanti, quod testimonium habeat qualecunque videlicet, prouocationem interpositam, & iudici insinuatam fuisse: vnde notarius quoque (si vtcunque iudex temere noluerit) potest apostolos testimoniales dare.

Sex mensium.

Regulariter appellanti à quocunque ordinario iudice, si nõ admittatur prouocatio, aut non dentur apostoli, sex mẽses præstantur, vt interim ad superiorem iudicem de hoc quærelam perferat.l.si appellationem.C.de appel.

Vnius

Vnius anni.

3 Appellans † debet proſequi cauſam appellationis intra annum: quo elapſo, prior ſententia rata manet, niſi longius tempus impetratum fuerit. auth. ei qui. C. de temp. appel.

Duorum annorum.

Appellantibus ex legitima cauſa, ne ius ſuum perſequerentur impeditis, indulgetur biennium. d. auth. ei qui.

Circa appellationem itaq;, principaliter tria obſeruabis tempora: primum, interponendæ: ſecundum, inſinuandæ: tertium, proſequendæ appellationis.

De dilationibus iudiciorum & contractuum.

SVMMARIVM.

1 *Promittens aliquid dare aut facere in diebus, non adijciens quibus tenetur post biẽnum.*
2 *Dies omiſſio per errorem vitiat contractum.*
3 *Actor forum rei ſequi debet, ceſſantibus antiquis exhibitionibus.*
Reus accepto actoris libello viginti dies habet ad deliberandum cedere ne an contendere debeat.
4 *Fiſci debitoribus tempus ad ſoluendum petentibus cuiuſmodi dilatio detur?*
Minores ſummæ pecuniarum quæ dicantur?
Compenſationem fiſco opponens quam dilationem habeat ad probandum debitum?
5 *Fideiuſſor iudicio ſiſti poſt quantum tempus liberetur etiam ſi non ſteterit.*
6 *Clericorum cauſa intra duos menſes terminanda.*
Clerici abſentes ſi tribus edictis vocati intra ſex menſes non venerint, priuandi ſunt beneficijs.
7 *Fideiuſſor ſiſtendi cauſa acceptus poteſt moram rei intra ſex menſes purgare.*
8 *Legatione publica functi vacationem à muneribus habebat toto anno ſequenti.*
9 *Dotem quam promiſit, non ſoluens intra biennium, ad emolumentum illius tenetur.*
10 *Conductor ceſſans toto biennio in ſolutione penſionis, poteſt expelli.*
11 *Emphyteuta ceſſans toto triẽnio in ſolutione penſionis, poteſt expelli à prædio emphyteutico.*
Emphyteuſis quid ſit?

12 Honores olim qui gessisset, toto triennio sequenti immunitatem consequebatur.
13 Scholaris quinquennio literas non exercens amittit priuilegia.
14 Aduocatum oportet quinquennio iuri operam dedisse.

Duorum dierum.

1 Qui promittit † pecuniam, aut factũ in diebus, non adiiciés quibus: is post biduum tenetur. l. inter illam. ff. de verbo. signifi. ita datam conditionem (inquit Iabolenus) illud facito in diebus: si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo conditioné impleri oportet. Accursius rectè notat idem dicendũ esse, si promittat quis se daturum, aut facturũ in annis. Nam de duobus proximis intelligendum est. l. libertas. §. vlti. ff. de manumis. testa. quod non est contemnendum, propter varios contractus, in
2 quibus non conuenit de certo tempore. alioqui † cum placuerit contrahentibus certum tempus adiici, & per errorem omissum est, nihil agitur: quando de grauamine eius tractatur, qui non obseruat diem: vt est accipienda. l. ita stipulatus sum te. in princip. de verbo. obliga.

Decem dierum.

Si quis petiisset aduersarium suum de vna prouincia ad aliá exhiberi, & in ius trahi: actor contumax olim expectabatur x. diebus, quibus elapsis, absoluto reo condemnabatur in expésis & damnis, vt est videre nouel. de exhib. & introdu. reis in prin. Sed hodie tales exhibitiones sunt abolitæ, vt supra quoque di-
3 ximus. actor † enim sequitur forum rei. l. ij. & l. in criminali. C. de iurisdi. om. iudi.

Viginti dierum.

Reus conuentus accepto libello per quem edita est actio, habet inducias xx. dierum, vt deliberet, vtrum contendere velit an cedere in iudicio. authen. offeratur. C. de iudic. Cæterum iudex potest pro qualitate rerum ac personarum, breuiores aut prolixiores inducias concedere: debet quoque spectari locorum consuetudo. l. præsides. & l. oratione. ff. de feri. quo pertinet quòd Vlpianus in l. non quemquam. ff. de iudi. & in l. ij. ff. de re iud. qui pro tribunali (inquit) cognoscit, non semper tempus iudicati seruat: sed nonnunquam prorogatur, nõnunquam arctat, pro causæ qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia.

Duorum

Duorum mensium.

Debitoribus fisci † petentibus dilationem ad soluendam pecuniam fisco debitam duo menses indulgendi sunt in minoribus pecuniarum summis.l.in fraudem.§. fiscalibus.ff.de iur.fisc.

Sed quæ sunt minores summæ pecuniarum: tractatur hoc in l.prima.C.de defensori.ciuita.in minoribus (inquit) causis, id est vsque ad quinquaginta solidorum summam acta iudicialia conficiat.quo loco solidi, pro aureis nõ aliter accipiuntur, quàm in §.vlti.institutio.de pen.temera.liganti.alio modo intelligendus est solidus in l.si libertus.ff.de in ius vocand.

Duorum mensium.

Is qui compensationẽ opponit fisco.debet intra duos menses probare debitum, postea non admittitur compensatio.l.aufertur.§.qui compensationem.ff.de iur.fisc.

Trium mensium.

Si debitores fisci non habeant pecuniam, quam statim soluant, dilationem humanitatis gratia, trium mensium obtinebunt in maioribus pecuniarum summis l.in fraudem.§.fiscalibus debitoribus.ff.de iure fisc.quæ autem censeri debeant maiores summæ, facile patet ex his, quæ de minoribus summis diximus.

Duorum mensium.

Fideiussores † qui promittunt reum iudicio sisti: liberantur post duos menses, si actor inter ea non fuerit litem contestatus: quia differens tamdiu iudicium, censetur à lite velle discedere: nisi fortè vel ex scripto solenni, vel ad certum tempus, vel in causa publica fideiusserit.l.si fideiussor.§.sancimus itaque.C.de fideiussoribus & mandatori.quo loco iurisperiti scribunt, eum quoque videri ex scripto: seu in scriptis fideiusisse, qui apud notarium post fideiussionem confitetur se promisisse iudicio sisti.quod diligenter obserua, vt scias qui nam dicendi sint contractus scripti: & quomodo scriptum contractum facias, nulla initio interueniente scriptura.

Duorum mensium.

Causa clericorum † præcisis dilationibus, intra duos menses diffinienda est, ne à diuini cultu officiis, quibus addicti

sunt,

ſunt,diu diſtrahantur, nouel.vt cle.apud pro.epi.§.ſi vero aut propter.& §.ſi tamen de criminibus.

Sex menſium.

Clerici abſentes, quorum præſentia in eccleſiis deſideratur vocandi ſunt per tria dicta publicè propoſita.deinde, ſi intra ſex menſes non venerint,priuandi ſunt beneficiis.c.ex tuę. de cleri.non reſidenti.

Sex menſium.

7 Fideiuſſores † Iudicio ſiſtendi cauſa dati, poſſunt intra ſex menſes purgare morā rei principalis, videlicet,allegatis cauſis probabilibus, quare die præfinito ad iudicem non venit.l. ſancimus.C.de fideiuſſori.

Vnius anni.

8 Legatione † publica functi habebant olim quaſi pro beneficio viciſſim,vacationem ab honoribus vnius anni, Modeſtinus in l.non ſolum.in princip.& §.annus.ff.de excuſatio.tuto. annus autem (inquit) continuorum dierum ſcrutabitur, ex quo quis reuerſus eſt, rectam viam dirigens vel dirigere debens,non eam quæ eſt ex circuitibus.Quod argumentum non contemne aduerſus eos, qui cum per compendia rerum aliquid agere poſſent ipſi ſibi ſunt cauſa differendi negotij: cur enim his ſubueniendum fuerit obſerua etiam hîc quanti olim apud Romanos erat excuſari ab honoribus, vel vno anno: & ſimili propemodum ratione magnum immunitatis beneficium exiſtimabant excuſari à tutela & curatione minorum. ſunt hoc ſeculo,qui ambiunt vtrunque,tantum abeſt quod velint excuſari.

Duorum annorum.

9 Qui dotem † promiſit ni ſoluat intra biennium tenetur poſtea ad emolumentum eius.l.vlti.§.vlti.C.de iur.dot.

Duorum annorum.

10 Si quis † in longum tempus conducta domo, vel fundo diſtulerit toto biennio penſionem ſoluere, is poteſt iuris remedio expelli non obſtante conuentione.l.quæro.§.inter locatorem.ff.locat.

Trium annorum.

11 Emphyteuta triennio † differens annuæ penſionis ſolutione poteſt per dominum prædij poſſeſſione deſtitui. Iuſtinianus in l.ij.§.ſin.autem nihil.C.de iure emphyteu.volenti (ait) ei licere cum prædiis emphytheuticariis repellere. Quæ verba nonnulli interpretantur nimis dure de violentia annorum priuata.

priuata.hinc nemo non habet in ore, Dominus fundi potest emphyteutam triennio non soluētem propria authoritate expellere. Rogo quid aliud hoc est, quàm suppeditare occasionem rixarum & armorum. Quid enim si emphytheuta nolit expelli,& opponat vim: Rectius igitur ex æquo & bono sic accipies Iustinianum, sicut in præfatione institutionum dicit vt per legitimos tramittes expellat calumniantem emphyteutam. Nunquam enim permittitur vis,nisi nominatim & secundum naturam permittatur: vt ibi vim vi moderata tutela repellere licet.

Emphytheosis autem,vel (vt quidam rectius dici probant) emphytheusis contractus est inter emptionem & venditionem. Item locationem & conductionem medius & specialis, de quo tractatur in titu.C.de iur.emphytheu.& in §.adeo autem.institut.de locationi.& conductio.

Trium annorum.

2 Qui honores † olim gessisset ei concedebatur immunitas vt intra triennum non vocaretur ad alia id genus munera.l.ab honoribus.C.de muneri & ho.lib.x.

Quinque annorum.

3 Scholaris † qui bonas literas quinquennio non exercet, amittit priuilegia iuris, quæ sunt in auth.habita.C.ne fili.pro pat.non enim videtur animum discendi habere,qui præclaras disciplinas tanto tempore negligit. argu.l.peu.C.de commea. lib.xij.quod nota propter exemplum aliorum absentium.

Quinque annorum.

Ad disciplinam iuris ciuilis quinquennium diffinit Iustinianus in præfatione Pandectarũ.§.& quod iam primis. Quo-
4 circa & hoc † statutum est, quod ante quinquennium nemini prorsus liceat patronum causarum in iudiciis agere.l. petitiones.C.de aduoca.diuerso.iudic.nec de cætero (inquit) quenquam antequàm per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse supradicto consortio sociari. Vtinam hoc seculo nostri magistratus vellent eam constitutionem mordicus obseruari ab omnibus causidicis.

Aetates hominis & earum tempora.

SVMMARIVM.

1 *Infantia in septimum annum producitur.*
2 *Infans ex delicto culpam non admittit.*

Impubes

2 *Impubes vsque ad annum decimum & dimidiatum infanti similis habetur: ab eo tempore vsque ad decimumquartũ annum proximus pubertati ac proinde doli capax censetur.*
3 *Fœmina impubes dicitur vsque ad duodecimum annum, proinde nec matrimonium contrahere, nec testari intra illud tempus potest.*
4 *Pubertatis ratio ex quo tempore habeatur?*
5 *Venia ætatis quoto anno impetrari soleat?*
6 *Alimenta vsque ad pubertatem relicta ad quotum vsque annum debeantur?*
7 *Minor rei immobilis donatæ repetitionem habet intra annos viginti.*
8 *Testis in causa criminali non recipitur nisi qui xx.ann.attigerit, in causa ciuili post decimumquartum annum admittitur.*
9 *Legitimam ætatem attigisse quis dicatur?*
10 *Minor ann.xx.iudex esse lege Iulia prohibetur.*
11 *Minor ann.xxv.procurator ad iudicia constitui non potest.*
12 *Parochi & presbyteri constitui non debent nisi maiores xxv.ann.*
13 *Aetas hominis vt plurimum lxx.ann.non exuperat.*
14 *Vsusfructus municipio legatus centum annis durat.*
15 *Maior anno septuaginta immunis est à tutela.*

Septem annorum.

1 PRimus ætatis gradus † est infantia intra annũ septimum. Rectè enim infans dicitur, quasi nullis idoneus officiis: quia consilio prorsus caret, ac primæuæ innocentiæ qua Deus ab initio creauit hominem exemplum nobis refert. Quamobrem etiam nullius delicti culpam admittit l.infans.ff.ad legem.Cor.de sicariis.

Decem annorum.

2 Impuberes † ab anno septimo vsque ad annum sesquiundecimum proximi censentur infantiæ: similes planè furioso & infanti quantum ad delinquendi adfectum attinet. Quia huius ætatis pueri bonum & malum non adhuc possunt discernere: adeoque intellectu carent.§.pupillus.institutio.de inutil. stipulatio.

Quatuordecim annorum.

Ab anno sesquiundecimo, vsque ad annum decimumquartum impuberes censentur proximi pubertati, & doli capaces, ideoque & furtum, & iniuriam admittere possunt.l.pupillum. in princip. ff.de regu.iur.l.impuberem.ff.de furt.& l.sed & si quocunque.§.quod si impubes.ff.ad leg.Aquil.& hæc ita se habent

bent in masculis. Fœminarum vero infantiam Accursius extendit vsque ad annum sesquidecimum.in d.§.pupillus.

Duodecim annorum.

Fœminæ† intra duodecimum ætatis annum censentur impuberes. Quare ante eam ætatem matrimonium non rectè contrahunt:quia viri potentes non sunt.instit.de nupt.in prin-& quib.mod.tutel.finit.in princip.nec possunt tales puellæ testari.l.iij.§.lege iulia.ff.de test.& §.præterea.instit.quib.non est permis.face.testamen.

Quindecim annorum.

Pubertas † in iure nuncupatur ætas xv.annorũ.interim enim ab incunabulis,pueri vocantur impuberes retinendi sub disciplina parentum aut tutorum.rectè ergo obseruatum est olim ne contraherẽt nuptias ante annum ætatis decimum & quintum.§ enimuero.nouel.de tempo.non soluta pecun.sup.docto. siquidem compertum habemus (inquit Iustinianus) eos qui quam celerrimè nuptias contrahunt ad illas nõ minores quindecim annis accedere. Hodie vero publica honestas, neque hanc puerilem ætatem admittere debet ad onera matrimonij:& vehementer stulti fuerint parentes, qui liberis suis infirmo adhuc, aut etiam nullo consilio præditis, rem tantam aggredi permittunt.

Veteres olim solebant ex habitu & inspectione corporis æstimare pubertatem,nedum ex annis videlicet masculorum, non etiam fœminarum. Quod Iustiniano propter pudicitiam retinendam merito displicuit, volenti quod post decimum & quartum annum masculi, cœpto decimo & quinto: fœminæ autem post duodecimum, illico reputarentur puberes,finireturque tutela.instit.quib.mod.tutel.finit.in princip.

Viginti annorum.

Adolescentes † qui moribus & solertia prediti sunt, tametsi legitimam ætatem nondum expleuerint: anno tamen vigesimo possunt impetrare veniam administrandarum rerum.l.ij. in princip.C.de his qui veni.ætat.impetra.

Septemdecim annorum.

Fœminæ quas morum honestas commendat, anno decimo & septimo væniam ætatis impetrare possunt, vt pro maioribus (quantum ad rerum domesticarum administrationem attinet) censeantur.l.ij.§.fœminas quoque.C.d.titu.

Octodecim

Octodecim annorum.

6 Cum † relinquuntur alimenta masculis vsque ad pubertatem intelligi oportet annum ætatis decimũ & octauum. Modestinus in l. Mela ait. in princ. ff. de alimen. & ciba. lega. certè (inquit) si vsque ad pubertatem alimenta relinquantur: si quis exemplum alimentorum quæ dudum pueris & puellis dabantur, velit sequi: sciat Hadrianum constituisse, vt pueri vsque ad decimum & octauum, puellæ vsque ad decimum quartum annum alantur. Animaduerte hic, bonæ lector, quantam vim habeat humanitatis ratio, vt pubertatis quoque reputatio illi cedat. Est enim humanum vt alimenta pubertate puero relicta porrigantur nonnihil ad robustiorem ætatem, qua possit seipsum alere? Insuper & hoc pondera diligenter quod Modestinus dicit (si quis exemplum alimentorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur velit sequi.) Nam hinc apparet, iurisconsultos exempla nobis in vsucapionibus & præscriptionibus distiniuisse, quæ pro ratione cuiuslibet loci, temporis, & personarum sequi, aut etiam variare liceat.

Viginti annorum.

7 Minores † intra annum vigesimum, si quam rem immobilem donauerint (non tamen propter nuptias) habent repetitionem: postea non audiendi. l. vltim. §. cum autem. C. si maio. fac. aliena. rat. habue.

Viginti annorum.

8 Ad testimonium † in causis criminalibus requiritur ætas xx. anno. l. in testimonium. C. de testib.

Quatuordecim annorum.

In causis ciuilibus, admittuntur puberes post annum decimum & quartum ætatis expletum. ideóque & matrimonium contrahere, & testari possunt Romano iure. institut. de nupt. in princip. l. senium quidem. & l. sequen. C. qui test. face. pos. l. qua ætate. ff. de testa. l. si frater. C. eod. titu. & nouel. vt sponsal. lar. §. & hoc quoque.

Vigintiquinque annorum.

9 Legitima † hominis ætas, post quintum & vigesimum annũ reputatur. interim namque minores appellantur iuuandi propter ætatis imbecillitatem. l. vlti. C. de his qui veni. ætat. impetra Vlpianus. in l. prima. ff. de minori. xxv. annor. Nam cum inter omnes (inquit) constet fragilè esse & infirmum huiusmodi æta

di ætatum consilium, & multis captionibus suppositum, multorúmque insidiis expositum. Et inferius apparet minoribus annis xxv. eum opem polliceri. Nam post hoc tempus compleri virilem vigorem cõstat. Et ideo hodie in hanc vsque ætatem adolescentes curatorum auxilio regũtur: nec ante rei suæ administratio eis committi debebit, quamuis bene rem suam gerentibus.

Viginti annorum.

10 Lex Iulia † cautũ est, ne minor xx. annis iudicet: quare nec arbiter eligi potest: neque pœna ex sententia eius committitur. l. cum lege Iulia. ff. de arbi.

Vigintiquinque annorum.

11 Minor † xxv. annis non potest constitui procurator ad iudicia l. exigendi. C. de procu. sane (inquit Alexander) quod necdum legitimam ætatem idem filius tuus compleuerit ob hoc quidem depellere à procurationis officio cum iudex non iustè potuit.

Vigintiquinque annorum.

12 Parochos & presbyteros † moribus, scientia, & ætate graues, saltem xxv. annis maiores esse vult Romanus Pontifex in c. licet canon. §. quia tamen. c. cum in cunctis. §. inferiora. de electio. lib. vj. authen. præsbyteros. & l. si quẽquam. C. de episc. & cleri.

Sexaginta annorum.

Viduam appellat Apostolus, quæ non minor sit annis lx. & vnius viri defuncti vxor. j. timo. v.

Septuaginta annorum.

13 Aetatem † hominis firmiorem Dauid extendit vsque ad lxx. annum, vt ab eo tempore sit labor & dolor. psal. lxxxix.

Centum annorum.

14 Vsusfructus † municipio legatus centum annis durat, quia is finis vitæ longæui hominis est. l. an vsusfructus. ff. de vsu & vsufruct. legat.

Septuaginta annorum.

15 Maiores lxx. † annis, erant olim immunes à tutelis & ab omnibus muneribus personalibus. l. ij. in prin. ff. de excusa. tutor. l. maiores. ff. de iur. immunita. l. si vltra. C. de decurio. lib. xij. semper enim in ciuitate Romana senectus venerabilis fuit, eundemque pene honorem senibus, quem magistratibus exhibebant. l. semper. ff. de iur. immunita. quo circa rectissimè dixit Ennius: moribus antiquis res stat Romana, virisque. Et

perpende in d. l. maiores. quod qui ingressus est septuagesimum annum, nondum tamen egressus, non recte dicitur maior lxx. annis: nec habet immunitatem.

Hæc ferè sunt quæ in iure ciuili de ætate hominis tractari solent: tametsi Varro cum aliis ætatem absolutè partiatur in infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, & senectutem, post quam tandem pueritia redit, & senex bis puer est, vt dici solet.

De temporibus quæ in materia belli considerantur.

SVMMARIVM.

1 *Bellum triduo ante denuntiatum censetur licitum.*

2 *Vulnerato intra triduum mortuo vulnus letale fuisse præsumitur.*

3 *Animal emptum si intra triduum post emptionem moriatur, moritur venditoris periculo.*

Trium dierum.

1 Bellum † si triduo anteaquam committatur denunciatum fuerit hostibus, vulgò existimatur planè honestum. contra nisi sit indictum, omnes putant infame: & hanc vocant diffidationem, quæ non minus quam trium dierum tempus complecti debet. vnde est tit. de diffidatio.

Sed ô vanam hominum cæcitatem, qui putamus bellum ex eo cum primis iustum censeri, si præcedat denũtiatio: non perpendentes interim rem & causam ex qua procedat, plerunque etiam obolarem. quanto rectius Plato negauit vllum bellum inter homines censeri iustum. seditio est inquit. & Christus seruator noster Matth. v. at ego (ait) dico vobis: quod quisquis irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio.

Sic igitur statuamus. Nullum bellum ideo licitum videri potest, quod triduo prius indictum sit, aut etiam si placet, decennio, nisi syncera conscientia suscipiatur, pro tuendis bonis aduersus malos: ac legitima & necessaria ratione, ab iis quibus Deus commisit gladium. Et hæc est summa eorum, quæ iurisperiti argute magis, quàm vtiliter disputant de bello in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. ac aliis locis.

Trium dierum.

2 Vulneratus † si mortuus fuerit intra triduum, præsumitur vulnus

vulnus lætale fuisse. Postea vero non ex vulnere, sed ex alia accidente causa censebitur defunctus, vt Bar. cum aliis probat in l. vlti. in fi. ff. ad leg. Corne. de sicari. Ange. Alexan. in l. si quis cum aliter. ff. de ver. oblig.

3 Eadem ratione probant doctores: si animal emptum † triduo mortuum fuerit, imminere hoc detrimentum venditori, quoniam ex vitio morbi ante venditionem contracti, censetur petiisse. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cogã. Nonnullæ ciuitates vtuntur ad hoc præscriptione decem & quatuor dierum, vt si tamdiu vulneratus superuiuat, reputant eum aliunde, quam ex vulnere mortuum.

De consideratione temporis circa aduocati officium.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati error intra triduum reuocari potest.*

2 *Aduocato non licet abesse vltra biennium à foro, in quo causas agere solutus est.*

1 *Trium dierum.*

ADuocatorum error † ex continenti, id est, triduo reuocandus est, videlicet, quando litigatores sunt præsentes: alioqui error iuris & facti, vsque ad sententiam emendari potest ab aliis. l. j. & vlti. C. de error. aduocato. l. error. C. de iur. & facti ignor. l. iudices. C. de iudic.

2 *Duorum annorum.*

Aduocatis † quorumcunq; Iudiciorum, etiam si commeatum, hoc est, veniam abeundi à magistratu impetrassent, non licebat olim vltra biẽnium abesse, sub pœna amittendi officij. Erant enim apud antiquos, aduocati & numero, & ordine certo in matricula descripti. l. vlti. C. de aduoca. diuer. iudicio.

De temporibus quæ circa hæredes considerantur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres nomine defuncti non est conueniendus intra nouem dies a obitu illius.*

2 *Manumißio serui venditi, vel relicti sub hac conditione: vt manumittatur, intra quantum tempus celebrari debeat?*

3 *Hæredi tres menses dantur ad deliberandum adire necne debeat hæreditatem.*
Hæres intra quantum tempus inuentarium conficere debeat?
4 *Bonorum possessio intra quantum tempus sit petenda?*
5 *Hæres extraneus filio exhæredato intra quod tempus hæreditatem adire debeat?*
6 *Hæredi eius qui pendente appellatione mortuus fuerit, quantum temporis detur ad prosequendam appellationem?*
7 *Hærede in ius vocato legata non soluente intra sex menses, mittuntur legatarij in bonorum possessionem illius.*
8 *Hæres non soluens legata ad pias causas intra sex menses ex tempore insinuati testamenti ad quid teneatur?*
Legatum pium quid sit?
9 *Hæredi etiam absenti non vltra nouem menses conceduntur ad deliberandum.*
10 *Hæredis rem à defuncto donatam violenter auferentis pœna.*
11 *Hæres aut etiam executor testamentarius intra quantum tempus legata soluere debeat?*
12 *Filij dicentis se nolle adire hæreditatem maternam pœnitentia intra annum admittitur.*

Nouem dierum.

1 HAeres † ob publicam honestatem, intra nouem dies ab obitu illius, cui successit, nulla de re nomine defuncti molestandus est. Quod si secus fiat: inutiliter agitur. donandum enim hoc tempus est luctui, cõmiserationis & modestiæ causa. authen. Sed neque. C. de sepul. violat. in multis ciuitatibus longius tempus indulgetur hæredibus: & merito, vt occurratur impudentiæ illorum, qui ne moribũdo quidem parcerent, & funeribus molestiam, aut etiam iniuriam inferrent. Quòd tamen sub pœna tertiæ partis bonorum, & infamiæ prohibitum est, in authen. Item qui. C. dic. tit.

Duorum, & quatuor mensium.

2 Cum venditur † aut relinquitur ancilla, vel seruus, vt manumittatur, nec apparet de tempore, quo manumitti debeat, certè nisi intra duos menses manumissio fiat, postea ipso iure contigit libertas inter præsentes. l. vlti. ff. qui sin. manu. ad liberta. perueni. inter absentes. iiij. mensi. l. vlt. ff. eo. tit.

Trium

Trium mensium.

Hæres † an noluerit hæreditatem adire seu agnoscere, deliberandi gratia tres menses habet, à die quo se hæredem esse intellexit.l.sancimus.§.similique modo. C.de iur.delibe. interim ergo conueniri non potest à creditoribus defuncti. l. sancimus.§.donec tamen.C.eod.tit. & eodem tempore debet hæres scribere omnium bonorum inuentarium, si modo adsit hæreditas.

Vnius anni.

Hæres absens à loco, in quo est tota hæreditas, vel maior eius pars, debet intra annum curare vt perficiatur inuentarium.l.vlti.§.sinautem à locis.C.de iur. delibe.

Centum dierum.

4 Ad petendam † bonorum possessionem proximitatis & cognationis nomine, centum dies olim dabantur vtiles ex eo tempore, quo primum resciuisset mortem cognati. l.ij. C.qui admit.§. liberis itaque.insti.de bono.posses.

Vnius anni.

Liberis emancipatis & parentibus, bonóue possessio intra annum concedebatur. Verum hodie sublata est fere differentia emancipationis.§.liberis itaque. insti.de bono.pos.l.j.§.largius.ff.de succes.edict.l.si cohæredi.§. vltimo. ff.quis ordin. in bono.posseß.seruetur. l.emancipata.C.qui admit.de hoc alias dicetur.

Sex mensium.

5 Hæres † quem pater exhæredato filio instituit, debet intra sex menses adire hæreditatem, si modo sit præsens:ne querela inofficiosi testamenti, quàm ante aditam hæreditatem filius prosequi non potest, calumniose impediatur. de absente, est annus constitutus.l.scimus antea.§.illud præterea.C.de inoffi. testamen.

Quatuor mensium.

Hæredes † eius qui pendente appellatione mortuus fuerit, non solum habent tempus quod defuncto ad prosequendam appellationem reliquum fuit: verumetiam quatuor menses conceduntur illis post deliberationem de adeunda hæreditate, numerandi. l. vltima. C. si pendent. appellatio. mors interue.

Sex mensium.

7 Si hæredes † in ius vocati non exoluerint legata intra sex menses, legatarij vel fideicommissarij sunt mittendi in possessionem bonorum hæredis, quorum fructus tantisper percipiét, donec voluntati testatoris satisfiat. l. is cui legatorum. §. Imperator Antonius. ff. vt in possess. leg. l. certa est forma. C. eo. titu.

Sex mensium.

8 Hæredes † qui legata ad pias causas intra sex menses nõ soluunt, à tempore insinuati testamenti: tenẽtur postea ad omnia emolumenta, & ad id quod interẽst legatariorum solutionem non fuisse protractam. §. sinautem. nouel. de ecclesiasti. titu. Quid est autem legatum pium? Breuiter hoc est, quod religioni, bonis literis, & paupertati relinquitur. in his enim vera pietas exercetur.

Nouem mensium.

9 Hæredibus † hodie siue præsentibus, siue absentibus, non vltra nouem menses conceduntur ad deliberandum, amputatis aliis dilationibus. l. vlti. §. sed quidam. C. de iure delib.

Vnius anni.

10 Hæres † qui violenter abstulerit alicui rem à defuncto donatam, tenetur intra annum in quadruplum, postea in simplũ. l. j. C. vi bono. rapto.

Vnius anni.

11 Hæres † vel executor testamentarius, nisi intra annum soluat legata secundum voluntatem testatoris amittit hæreditatem & executionem. §. si quis autem non implens. nouel. de hæredi. & falcid. auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.

Et ne hic erres, sciendum est, hæredem quidem statim cogi posse ab adita hæreditate, vt rem legatam tradat, nec toto anno expectandum est necessariò. cæterum si tanto tempore hæres solutionem legatorum sine legitima causa distulerit, pœna hæc locum habet. sic intellige. l. si liber homo. §. cum res. & l. si domus. §. in pecunia. ff. de lega. l. j.

Vnius anni.

12 Filius † si forte dixerit se nolle adire hæreditatem maternã: potest nihilominus mutata voluntate, intra annum adire. l. filij. ff. ad senatuscon. Tertul.

De

De adulterio.

SVMMARIVM.

1 *Adulterum cum vxore deprehensum maritus per viginti horas retinere potest.*
Marito non licet hodie deprehensum adulterum occidere.
2 *Debitorem fugientem creditor persequi & apprehensum per viginti horas detinere potest.*
3 *Repudio propter adulterium misso, aut etiam mortua vxore de adulterio suspecta, serui libertatem consequi intra duos menses olim non poterant. & quae sit huius ratio?*
4 *Maritus vxorem accusare adulterij intra sexaginta dies iure mariti potest.*
5 *Adulterij accusatio intra quantum tempus intendenda?*
6 *Minor annis quatuordecim adulterij accusari non potest: post illam aetatem potest.*
7 *Diuortio facto mulieri, quae se praegnantē existimat, quomodo consulatur?*
8 *Mulier praegnans supplicio afficienda, seruari debet xl. diebus post partum.*

Viginti horarum.

1 MAritus † potest adulterum cum vxore sua deprehēsum, quem vt nolit, aut nō liceat occidere, per horas diurnas nocturnásque non plures quam viginti retinere, testandæ eius rei causa: vt sine fraude iure suo vtatur. Vlpia. in l. capite quinto. ff. ad legem Iul. de adulter. Ego arbitror (inquit) etiam in patre id seruandum, quod in marito expressum est. Sed & si nō in domo sua maritus deprehenderit, poterit retinere. Sed semel remissus adulter, reduci nō potest. Quid ergo si euaserit? an reductus custodiri viginti horis possit? Et puto hoc magis dicendum, reductum retineri posse, testandæ rei gratia. Quod adiicitur, testandæ rei gratia: ad hoc pertinet, vt testes inducat testimonio futuros accusatori, deprehensum reū in adulterio. Hæc verba recensui: quoniam vehementer in aliis quoque factorū articulis deseruire nobis possunt. Cæterum hodie nunquam licet occidere in adulterio deprehensum, quod olim liberius concedebatur.

Viginti horarum.

2 Suſpectus † de fuga multòmagis in crimine deprehenſus, poteſt retineri xx.horis, vt interim iudex adeatur, per l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.credi.Si debitorem meum (inquit Vlpianus) & complurium creditorũ conſecutus eſſem fugientem, ac pecuniam ſecum ferentem, & abſtuliſſem ei id quod mihi debebatur &c.Sic enim rectè colligunt doct.exemplo adulteri retinendi, hunc quoque articulum diffiniendum eſſe.

Duorum menſium.

3 Miſſo † olim repudio propter adulterium, vel mortua vxore de adulterio ſuſpecta, ſerui vxoris poſt repudium, vel poſt mortem eius, duobus menſibus in ſeruitute neceſſario manebant, nec antea manumittebãtur: quos interim maritus poſſet pro eruenda veritate ad torturam petere. Vt ſi probatum eſſet adulterium, dos cederet marito: ſin minus, redderetur hæredibus mulieris.l.vlti.C.ad leg.iul.de adulter.

Diuortium autem ſeu repudium, olim ex multis.atque non ita grauibus cauſis admittebatur: vt eſt videre in l.conſenſu licita.C.de repud.Vtebantur autem Romani ad hoc ſolennibus verbis, ſicut & in interdictis, & aliis rebus ſeriis.Caius in l.ij.ff. de diuor.in repudiis autem (ait) & renunciationibus comprobata ſunt hæc verba, res tuas tibi habeto.item hęc, tuas res tibi agito.In ſponſalibus quoque diſcutiendis placuit renunciationem interuenire oportere. In qua re hæc verba probata ſunt. conditione tua non vtor.Adhibebantur item teſtes ſeptẽ ciues Romani puberes: ne res præcipitanter agi videretur.Paul.in l. nullum diuortium.& in l.iij.ff.dict.tit.Hodie vero non niſi ex cauſa adulterij diuortium permittitur.Matthe.v.& c.iij.de adulteriis & ſtupr.

Sexaginta dierum.

4 Maritus habet ſexaginta † dies ad accuſandam vxorem de adulterio iure mariti.Poſtea non aliter quam extraneus, admittitur.l.iure mariti.C.ad leg.iul.de adulter.iure autem mariti accuſans eſt in accuſando hæc habet ſpecialia.Primum, vt præferatur omnibus aliis accuſare volentibus, etiam patri adulteræ. Secundum dies prædicti ad accuſandum ſunt marito vtiles, aliis

aliis continui. Tertium, sine subscriptione, & sine pœna calumniæ accusat. Quartũ, ex sola suspicione accusare potest, vt tractatur in d.l.iure mariti. & l.quamuis. C.eod.titu.

Sex mensium.

Accusaturus † mulierem de adulterio extraneus, habet sex menses à die diuortij vtiles.l.prima.§.accusationem.ff.ad senatuscon.Turpil.

Quinque annorum.

Adulterij accusatio: post quinquennium continuum non auditur, siue mulier, siue maritus sit accusandus. Computatur autem à die admissi criminis. Papinianus in l.quinquennium.ff. ad legem iuliã.de adulter. Nam dari sex menses vtiles sic est accipiendum: ne crimen quinquennio continuò sopitum excitetur.

Quatuordecim annorum.

Minor † post pubertatem: hoc est, post decimumquartũ annum, committit adulterium, non intra eam ætatem.l.si minor. ff.ad legem iul.de adulteriis. Quanquam nõnulla crimina, impuberi quoque non cedant impunè.

Triginta dierum.

Senatusconsultum † quod factum est apud Romanos de liberis agnoscendis, permittit mulieri, parentíve eius in cuius potestate est, vel ei cui mandatum est ab eis: si putauerit se prægnantem post diuortium, denunciare id marito intra xxx.dies à diuortio numerando. Si maritus non adfuerit, denunciabitur parenti in cuius potestate est: aut si neutrius copia fuerit, ad domum eorum fiet denunciatio.l.prima.§.permittitur igitur. ff.de liber.agnoscen.l.prima.§.mulier autem.ff.de vent.inspic. Hodie vero non, nisi ex causa adulterij sit diuortium, quo casu hæc quoque deseruire possunt, vt suprà dictum est.

Quadraginta dierum.

Mulier prægnans vltimo supplicio adficienda seruabitur. quadraginta diebus etiam post partum humanitatis grat[illegible] vt rectè probat Accursius in l.prægnans.ff.de pœn.ar.l.secun[illegible].§. si non propter.ff.si quis cautioni. Si tamen (inquit Vlpianus) post partum decubuerit: probandum erit quasi valetudine impeditam.

De rescriptis & nouis constitutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum principis, quo seuerius aliquem puniri, quam æquum est, mandat non ante xxx. dies executioni mittendum.*

2 *Constitutio noua post duos menses ab insinuatione vim & robur accipit.*

Triginta dierum.

1 SI princeps † rescripserit aut mandauerit aliquem seuerius, quam æquum est, puniri: hoc est noua quadam & insitata forma: tunc nõ statim condemnandus est reus, sed triginta diebus supersedendum est, vt interim adfectus principis nimium fortè per falsas delationes exacerbatus, ad clementiorem veritatis cognitionem perducatur. l. si vindicari. C. de pen. Digna sanè optimorum Imperatorum vox est, omnibus magistratibus imitanda, ne primis statim animorum motibus iudicent, multò minus pestilétissimis quorumlibet delationibus auscultent: sed causa prius diligenter cognita, ex æquo & bono statuant omnia, adhibito bonorum virorum consilio.

Duorum mensium.

2 Nouæ † constitutiones non statim obtinent, atque scriptæ sunt: sed post duos menses ab insinuatione earum receptæ, ligant generaliter omnes. Vnde est titu. vt factæ nouæ constitutio. Augusti. pulchræ. iiij. distinctio. c. In istis legibus instituuntur (inquit) cum promulgantur: sed firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Nisi ergo post insinuationem recipiantur. Constitutiones: videbuntur abrogatæ: vt hodie propemodum infinitæ sunt leges, quæ nunquam in vsum forensem perductæ sunt.

De temporibus circa personas minorum obseruandis.

SVMMARIVM.

1 *T[illegible] non appellat. sed se intra præstitutum tempus exc[illegible].*

2 *T[illegible] am pupillarem in vsuram intra sex menses collo[illegible] tenetur.*

3 *M[illegible] est, si maior factus per quinquennium ta[illegible] ratam habere censetur.*

Minor

4 *Minor exceptionem non numeratæ dotis intra duodecim annos opponit.*

5 *Alimenta puellæ vsque ad pubertatem relicta, debentur ei vsque ad xiiij. annos.*

6 *Minor hæres intra quantum tempus opponere debeat exceptionem non numeratæ dotis?*

7 *Iusiurandum non est ab impubere exigendum.*

8 *Minoribus quantum temporis detur ad petendam in integrum restitutionem?*

Quinquaginta dierum.

1 QVando † minorum ætas, omnium maximè requirit tuitionem, receptum est quod tutor designatus non appellet: sed intra quinquaginta dies excusationem suam proponat institutio. de excusatio. tutor. §. qui autem. & l. scire oportet. §. Aliud autem inuenimus. & §. quinquaginta vero. ff. eod. titul. Nunc rariores sunt excusationum causæ: si locuples sit puer, imo controuertunt sæpius, quis nam in tutela præferri debeat. Age scis causam: Olim reputatum est magnum onus: nũc pro lucro habetur (exceptis semper bonis viris) administrare tutelam. Et tamẽ nihil est officiosius, quam pupillum. & viduam suscipere, ac tueri.

Quatuor mensium.

Tutor, vel curator cuiuslibet generis, excusationem suam, quam (vt iam dictum est) proposuit, intra quatuor menses persequi debet: nisi per aduersariã partem impediatur. l. quinquaginta. & l. seq. ff. de excusat. tuto.

Sex mensium.

2 Tutor, qui intra sex menses † non collocauerit pecunias pupillares ad emolumenta: rectè ob hoc conueniri potest. l. si tutor. ff. de administra. tuto.

Quinque annorum.

3 Re minoris alienata † titulo oneroso, puta, emptionis & venditionis, sine decreto prætoris, si maior factus tacuerit per quinquennium à die vigesimiquinti anni numerandum valebit alienatio propter tacitam ratihabitionem. l. vlti. C. si maior fac. rat. habue. Aliud est in titulo lucratiuo, vt suprà diximus.

Duodecim annorum.

4 Minor † xxv. annis si matrimonium contraxerit, nec receperit

perit dotem, quam cõfessus sit se recepisse: habet fauore quõdam ætatis xij. annos, intra quos intentat quærelam non numeratæ dotis. authenticis si minor. C. de temporis in integrum restitutio.

Quatuordecim annorum.

5 Si puellæ † relicta fuerint alimenta vsque ad pubertatem; oportet eam alere vsque ad xiiij. ætatis annum. l. Mela ait. in princip. ff. de aliment. & cibari. legat.

Quinque annorum.

6 Minor si non † proposuit quærelam non numeratæ dotis: hæres eius habet quinquennium ad petendam in integrum restitutionem. authentic. si minor. C. de temporis in integrum restitutio.

Quatuordecim annorum.

7 Pueri † ante annum decimum & quartum, non sunt ad iuramenta cogendi. xxij. q. v. capit. quæri. rectè quidem. nam huiusmodi ætas grauitatem iurisiurandi non satis perpendit, & quam magno periculo suscipiatur.

Quatuor annorum.

8 Minoribus † datur hodie quadriennium continuum ad petendum in integrum restitutionem: olim annus erat vtilis. l. vlti. C. de tempori. in integrum restitutio.

De testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum à viro vxori, aut contra, si ad secundas nuptias non transierit, quando & quomodo peti possit?*

2 *Separatio bonorum defuncti intra quod tempus petenda?*
Separatio qua ratione introducta sit?

3 *Hæres extraneus testamentum aperiens ante habitam quæstionem de familia testatoris occisi, intra quæ tempora accusari, & qua pœna puniri debeat?*

4 *Quæ[illegible] in officiosi testamenti est intra quinquennium proponenda[illegible]*

5 *Lustrum quid sit: & vnde dictum?*

6 *Status defuncti post quinquennium non est in controuersiam adducendus.*

Hæreditas

7 *Hæreditatem minori delatam an & quando pater sine illius consensu adire poßit?*

8 *Testamenti legitimè facti reuocatio nudis verbis quando valeat?*

9 *Hæres successurus siue ex testamento, siue ab intestato testatorem ab hostibus captum non redimens, cum poßit, priuatur eius successione, si quidem maior xvij. ann. fuerit.*

10 *Annorum computatio quomodo sit ineunda in ratione Falcidiæ detrahendæ à legato alimentorum?*

11 *Hæres conficiens inuentarium intra præstitutum tempus, creditoribus, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

Vnius diei.

1 RElictum vxori † à marito, vel ex diuerso marito ab vxore, sub conditione, si secundas non contraxerit nuptias, non rectè petitur intra annum. Postea vero admittitur petitio, exposita cautione: quod si aliquando mutata sententia contracturus fuerit nuptias restiturũ sese rem ipsam cum fructibus. nouel. de nu. §. vnde sancimus.

Quinque annorum.

2 Separatio † bonorum defuncti intra quinquennium ab aditione numerandum, postulanda est. l. j. §. quod dictum est. ff. de separatio. Vt autem intelligamus quid sit & quo consilio introducta fuerit separatio ista: audiamus Vlpianum in l. prima, in princip. ff. eod. titu. Sciendum est (inquit) separationem solere impetrari decreto pretoris. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis: vt puta debitorẽ quis Seium habuit, is decessit. hæres ei extitit Titius. non est hic soluendo. patitur bonorum venditionem. creditores Seij dicunt bona Seij sufficere sibi, & dicunt creditores Titij contentos esse debere bonis Titij, & sic quasi duorum fieri bonorum venditionem. Fieri enim potest, vt Seius quidem soluendo fuerit, potueritque creditoribus suis, vel ita semel & si non in assem. in aliquid tamen satisfacere. admissis autem commistisque creditoribus Titij: minus sunt consecuturi, quia ille non est soluendo: aut minus consequentur, quia plures sunt hic creditores. Est igitur æquissimum, creditores Seij desiderantes separationem audiri, impetrareque à prætore, vt separatim quantumcunque creditoribus præstetur. Hæc Vlpianus. Interim tu perpende, candide lector, quam commodum tibi, tuisque futurum esse possit hoc consilium in vsu forensi: vbi casus euenerit

nerit, vt in tempore petas bonorum separationem. Nam quod hic quinquennium conceditur: intelligi oportet cum omnia adhuc sunt integra, cum nulla bonorum venditio facta est alioqui sis memor, vt citius petas hoc beneficium longè maximum.

Quinque annorum.

3 Hæres † extraneus aperiens testamentum eius, qui in propria domo necatus est, antea quam de familia eiusdem sit habita quæstio, aut alia inquisitione constiterit quomodo necatus sit testator: potest accusari intra quinquennium ad pœnam legitimam centum aureorum. l. lege Cornelia. §. vlti. l. in cognitione. & l. j. ff. de senatusconsul. Syllania. cum aliter (inquit Vlpianus) nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui, dominis custodiam tam ab domesticis, quam ab extraneis præstare serui cogantur: ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione à familia necatorum habenda.

Quinque annorum.

4 Quærela † inofficiosi testamenti intra quinquennium ab adita hæreditate rectè proponitur. l. scimus antea. §. illud præterea. & l. si quis. C. de inoffic. testament. Nisi tamen legitima causa impediat. l. contra maiores. C. eod. titu.

Et quando in mentionem quinquennij iam rursus incidi-
5 mus, hoc certè prætereundum non fuit: quod tempus † quinquennale vocatur Lustrum, in quot annos olim prædia locari solebant. Lustrum enim à luendo, hoc est, soluendo dictum esse Varroni placet, quoniam quinto quoque anno vectigalia tributaque exigebantur. Vlpianus in l. si quis nec causam. §. res pignori. ff. si certum petatur. Nam & si colonus (inquit) post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat.

Præterea, quinquennium dicitur multum temporis in l. j. §. quod dicitur. ff. de separatio. Quod dicitur (inquit Vlpianus) post multum temporis separationem impetrari non posse: ita erit accipiendum, vt vltra quinquennium post aditionem numerandum separatio non postuletur.

Quinque annorum.

6 De statu † defunctorum qui sine inquietudine vitam liberam egerunt, non oportet post quinquennium controuertere à die mortis. l. j. ff. ne de stat. defuncto. & l. j. C. eod. titu.

Septem annorum.

7 Parens solus adit hæreditatem liberis infantibus, ex testamento, vel ab intestato delatam, siue eos in potestate habeat, siue

siue non habeat. Maiori autem.vij.annis delatam hæreditatem, ipse puer consensu parentis, vel si parentem non habeat, authoritate tutoris, adire debet.l.si infanti.C.de iur.delibe.

Decem annorum.

8. Testamentum † legitime perfectum, nudis verbis reuocari non videtur, nisi allegans reuocationem huiusmodi testamenti: post mortem testatoris duo probauerit. Alterum, quod testator apertis miniméque dubiis reuocandi verbis sit vsus. Alterum, quod post reuocationem, decem anni sint elapsi.l.sancimus.C.de testamen.

Octodecim anorum.

9 Hæres † siue suus, siue extraneus, quomodocunque successurus, ex testamento, vel ab intestato, maior xviij.annis, si testatorem forte fortuna ab hostibus captũ non redemerit cum posset: priuabitur successione captiui, absque vlla spe restitutionis in integrum impetrandæ.§.si vnum de prædictis.nouel. Vt cum de appel.cognoscit. Idem est de hærede qui ægeltati testatoris non subuenit. Nam si postea ad meliorem fortunam peruenerit: non admittetur tam impius hæres ad successionem eius.l.iij.ff. Quib.vt indig. Ex quibus locis nonnulli rectè colligunt, Minorem xxv.annis, restituendum quidem in his, quæ ad leges ciuiles pertinent: sed cum aduersus naturalem pietatem aliquid admittit, non audiendum esse.

Trium annorum.

10 Ad æstimationem † alimentorum annuorum, quæ in testamento relicta sunt, ineundam (quatenus ad detrahendam Falcidiam attinet) anni non vltra.triginta sunt reputandi ad vitam hominis. Vt ecce: in prima ætate è vigesimo anno, computandi sunt ad vitam legatarij.triginta anni, ac ita deinceps, diminuendo numerum annorum per reliquos gradus ætatis, secundum elegantissimam formam.l.hæreditatum.ff.ad leg. Falcid. Non quod putes hominem non diutius posse viuere: sed cum constituendus esset aliquis modus de re incerta, hic visus est commodissimus. Et si volueris exemplum, in quo non oporteat ad normam (vt sic dixerim) mathematicam exigere rationem. quare sic statutũ sit: certè inter alia, hoc v[illegible]m est appositissimum ad l.non omnium.ff.de legib. Et fere [illegible]ota præscriptionum materia eodem referri potest, & debet: quoniam non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.

Sexa

Sexaginta dierum.

11 Ne hæres † teneatur vltra valorem hæreditatis, cum multi sunt creditores defuncti, consultũ est vt perficiat inuentarium bonorum quæ in hæreditate sunt intra lx. dies: idque præsentibus legatariis, fideicommissariis, creditoribus, & notario publico, si modo in ciuitate aut prouincia adsunt. l. scimus. §. sin autem dubius. C. de iur. deliberand. Et hoc est beneficium inuentarij, quod Iustinianus donat omnibus hæredibus. Nouel. de hæredi. & Falcid. §. hinc nobis. Vnde vulgo dicimus: hæreditatem adiri beneficio inuentarij.

De tempore glandis legendæ.

SVMMARIVM.

1 *Glandem in alienum fundum decidentem intra triduum colligere licet, damni infecti cautione prius exposita, atque inibi quid glandis nomine significetur?*

Trium dierum.

1 GLandem † hoc est, quemcunq; fructum ex arbore tua in alienum solum decidẽtem, tertio quoque die legere potes: modo exponas cautionem damni infecti, id est, quod legendo glandem, nullum damnum in vicino sis allaturus. l. Iulianus. §. Glans. ff. ad exhibend. l. j. ff. de gland. legen.

De custodia carceris.

SVMMARIVM.

1 *Custos carceris nomina, causas, ætatem, & conditionem vinctorum intra triginta dies iudici denuntiare debet.*

Triginta dierum.

1 CVstos † carceris olim intra triginta dies, nomina, causas ætatem, & omnem conditionem vinctorum iudici denunciabat, vt tantò melius de condemnatione, aut relaxatione eorum tractari posset. l. vlti. C. de custo. reo. Vbi doctores notant causam vinctorum non esse protrahendã vltra mensem. Quod certè & humanum & æquum est.

De tempo

De temporibus quæ in feudis & emphyteusi obſeruantur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli poſſeßio annalis ſcienti domino præiudicat cum de inueſtitura fundi eſt controuerſia.*

2 *Fundum alienatum eſſe dominus ſciens, poſt annum reuocare non poteſt.*

Feudi alienationem reuocans an teneatur reddere precium?

3 *Feudum alienatum etiam in agnatos reuocat proximior agnatus intra annum, alias intra xxx. an. alienatione in extraneum facta.*

4 *Vaſallus intra annum & diem inueſtituram feudi petere debet, alias ab eo cadit, niſi xxx. an. poſſederit, & debitum ſeruitium domino exhibuerit.*

5 *Communis res in feudum dari poteſt.*

Emphyteuta poteſt libere alienare prædium emphyteuticum in quemlibet poſt duos menſes, quam id domino denunciauerit.

1 *Vnius anni.*

CVm de inueſtitura feudi controuertitur vaſalli poſſeſſio annalis, præiudicat domino ſcienti. c. j. §. ſi quis ſe in ſi. Si de inueſtitu. inter domi. & vaſal. lis oriatur. Nam ſciens, videtur tacite cõſentire. c. j. ij. §. præterea. quib. mo. feud. amittatur.

2 *Vnius anni.*

Dominus † ſciens feudum alienatum eſſe, nec reuocans intra annum, non admittitur poſtea, videlicet, cum nullus agnatorum eſt, qui in feudo aperto præcedat eũ. c. j. §. Porro. quali. olim poter. feud. aliena. in vſib. feu.

Vtrum autem reuocans alienationem feudi, teneatur reddere precium? textus eſt in c. j. §. Titius filios. ſi de feu. defun. conten. ſit. Agnatus enim poteſt recuperare feudum, non reddito precio. Cæterum emptor actionem habet ex empto aduerſus venditorem. c. j. de prohibit. feud. alie. per Federic.

3 *Vnius anni.*

Feudum alienatum † etiam in agnatos, reuocat proximus agnatus intra annum: Niſi forte ſciens conſenſiſſet expreſſe aut tacite. c. j. §. Titius filios. Si de feud. defunct. conten. ſit inter domi. & agnat. Nam remittentibus actiones ſuas, non eſt dandus regreſſus. l. ſequitur. §. ſi venditor. ff. de edil. edict. Quod ſi in extraneum fuerit facta alienatio, triginta annis eam reuocationi ſubiectam eſſe putat glo. in d. §. Titius filios.

Vnius anni.

4 Vaſallus † debet intra annum & diem petere inueſtituram feudi, quod poſtea amittit, & ad dominum reuertitur, vt eſt conſti. Imperialis. §. præterea ſi quis de prohibi. feud. alie. per Feder. c. j. Quo tempo. mil. inueſtit. peter, debe.

Triginta annorum.

Si quis rem aliquam pro feudo poſſideat triginta annis, & exhibeat domino id ſeruitij quod debet quamuis non ſit inueſtitus, præſcriptione tamẽ triginta annorum ſe poteſt tueri. c. j. §. ſi quis per triginta. Si de feu. defunct. contenti. ſit inter domi. & aguat. vaſal. in vſib. feud.

Quadraginta annorum.

5 Res † communis poteſt dari in feudum. Quod ſi alter ſocius renuat ſuam partem in feudum dare, nec etiam voluerit cum vaſallo diuidere: tunc poteſt conueniri actione communi diuidũdo, quæ hoc caſu xl. annis durat, tametſi in aliis ſpeciebus non tam diuturna ſit. c. j. §. Item ſciendũ eſt. de no. feud.

Duorum menſium.

Emphyteuta qui alienande Emphyteuſis ſine voluntate domini poteſtatem non habet, poteſt offerre ius ſuum domino; vt emat quanti plurimi fuerit. Eſtimabitur enim precium quod quilibet extraneus daturus eſt. Tum ſi poſt oblatam emendi conditionem, dominus per duos menſes tacuerit, liberum erit Emphyteutæ ius ſuum cui volet alienare. l. vlti. §. Sinautem dominorum. C. de iur. Emphyteu.

De temporibus circa nuptias conſiderandis.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris intra annum luctus nubentis pœna.*

2 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, filiis prioris matrimonij tutores intra quantum tempus petere debeat?*
Cognati non petentes tutorem impuberi eius ſucceſſione priuantur.

3 *Dos ſoluto matrimonio intra quod tempus exigenda?*

4 *Filiam, quæ poſt viceſimum quintum annum ſine conſenſu patris nupſit, dotare pater compelli poteſt.*

5 *Ancillam manumittens, vt eam in vxorem accipiat, iurare debet ducturum ſe eam intra ſex menſes*

Vxorem

6 *Vxorem ducenti immunitatem à muneribus toto sequenti anno hebræi concedebant.*

Tribonianus auaritia notatus.

7 *Conditionem viduitatis legato vxori facto adiectam reiiciendam esse recte senserunt iurisconsulti veteres.*

8 *Filium triennio alere mater naturali iure tenetur: cura alimentorum post id tempus ad patrem spectante.*

9 *Alimenta simpliciter relicta, ab herede triennio præstita, in posterum peti possunt.*

10 *Filij qui hæreditatem paternam repudiauit, pænitentia intra triẽnium admittitur.*

Vnius anni.

1 MVlier † mortuo marito, annum luctus obseruabit ob publicam honestatem. Contrahens verò intra annum, perdit omnia lucra nuptialia, & infamia notatur. l. j. in prin. & l. ij. C. de secundis nupt. l. j. ff. de his qui notant. infami. Viri vero, non lugent vxores. l. vxores. ff. de nup.

Quatuor mensium.

1 Mater † tendens ad secundas nuptias, debet filiis suis petere tutores idoneos confestim. hoc est, intra quatuor menses. Quod si non faciat cognati petent tutores. l. ij. §. si mater. ff. ad senatuscon. Tertullia. l. nepotibus. C. qui pet. tutor. Sic enim interpretatur Bartolus hoc verbum, confestim, in. l. presbyteros. C. de episco. & cleri. & in authen. matri & auiæ. C. quan. muli. tuto. offi. fung. pot.

Vnius anni.

1 Mulier secundas contractura nuptias, nisi intra annum petat tutores (forte cognatis nõ petẽtibus, vt sæpe sunt negligẽtes) priuanda est successione eorum. l. ij. §. confestim. ff. ad senatusconsul. Tertul. l. omne matri. & l matres. §. eodem titulo. Quam materiam non inconcinne tractat Paulus Castrensis in consi. cclxiij. incip. res istam modicam dubitationem.

Non solum autem tenetur petere tutores, verum etiam inuestigare debet mater qualiter administrent: quomodo filij educantur moribus & bonis literis. l. matris pietas. & l. vlti. C. qui per. tuto.

Præterea, admonendi sumus: hæc omnia repetenda esse de cognatis, qui nisi impuberi orphano petant tutores intra annum, carebunt eius successione. l. sciant. C. de legi. hæred.

Vnius anni.

3 Soluto † matrimonio permissum est dotē statim exigere in rebus immobilibus. Verum in mobilibus vel se mouentibus vel incorporalibus, annale tempus obseruatur. l. j. §. exactio autem dotis. C. de rei vxori. actio.

Vigintiquinque annorum.

4 Cum pater † sine graui & legitima causa negligit filiam dare nuptui, potest ipsa post completum vicesimum quintum an. sine consensu paterno matrimonium contrahere. Et oportet nihilominus patrem suppeditare pro facultatibus dotem. Quod si non ob aliam quam hanc causam recusauerit, videlicet, quia non consensisset, cogendus est per magistratum. authen. Sed si post. C. de inoffi. testa. probatur eccle. vij.

Sex mensium.

5 Qui olim † manumittebat ancillam causa habendæ vxoris, iusiurandum apud iudicem cogebatur dare, quod eam intra sex menses ducturus esset vxorem, ne forte manumissio fraude, ac libidinis gratia fieret. §. iuste autem. institutio. quibus ex cau. manu. non lic. l. si collactaneus. in fi. ff. de manumissio. vindict.

Vnius anni.

6 Cum quis † olim apud Hæbreos duxisset vxorem, donabatur ei immunitas vnius anni ab omnibus muneribus, & neque ad bellum, neque ad aliam quamlibet publicam functionem vocabatur eo anno. Deute. xxiiij.

Hodie quoque hunc honorem pleræq; ciuitates recte præstant matrimonio, vt primo anno exemptionem habeat onerum publicorum. Probatissima sane consuetudo est: Nam & Christus voluit nobis nuptiarum commendationem præsentia sua, & primo omnium miraculo insinuare. Ioan. ij. Vnde consequitur, matrimonij honestatem non satis percipere eos maritos, qui in vltima voluntate sua (quod sæpe vidi) relinquunt aliquid vxori, adiecta conditione, si secundas non contraxerit nuptias. Quam conditionem Iustinianus approbat. Nouel.

Nouel. de nupt. §. vnde sancimus, sicut superius quoque dictum est, haud dubie suasu Triboniani, hominis ad omnem innouationem facillimi propter auaritiam: vt Suidas & Procopius de eo scribunt. Melius † ergo Terentius iureconsultus dixit: Cum legato adscripta fuerit conditio, si non nupserit: ea reiecta mulierem recte nubere, & legatum capere. l. sed si hoc. §. vlti. & l. hoc modo. ff. de condi. & demonstr. Porro, dotatas & nuptias esse fœminas, ad sobolem procreandam replendámque liberis Ciuitatem, maximè necessarium esse Vlpianus respondit in l. j. ff. sol. matri.

7

Hoc denique diuino & naturali iuri consentaneum est Apostolus de viduis loquẽs. j. Corinth. vij. Quod si se non continet (inquit) cõtrahat matrimonium. Nam satius est nubere, quàm vri. Et iterum. j. Thimot. v. Volo igitur iuniores, ait, nubere, liberos gignere, domum administrare. &c. Item Gene. ij. Non est bonum, hominem solum esse. Quare si casus eueniat, existimo secundum Romanum & antiquius ius respondendum ac iudicandum esse: Videlicet quod talis adiecta conditio, habeatur pro nulla. Quid enim interest mortui coniugis, superstitem non contrahere matrimonium?

Trium annorum.

8 Mater tenetur † naturali iure alere filium triennio, vt ab inde cura alimentorum ad patrem magis spectare videatur. l. nec filium negare. C. de patr. potesta. Et remedium, inquiunt Imperatores, alimentorum apud præsidem maiori trimo petendi monstratum iure manifeste declarat.

Trimus puer trium annorum dicitur: sicut bimus, quadrimus, duorum & quatuor annorum: Et anniculus: vnius anni. Herodes in omnibus finibus Bethleemiticis quotquot erant bimuli aut minores, interfici iubebat frustra conatus & Christum natum interimere. Matthei. ij. Et sanè verissimum est, malum consilium, penè nunquam successisse tyrannis.

Trium annorum.

9 Si cui relicta † sunt simpliciter alimenta, quæ hæres multo tempore, hoc est, triennio præstiterit: is potest hæredem conuenire, vt deinde semper præstet. l. j. C. de fideicommis. Hunc fauorem habent alimenta quibus vitam sustentamus, & penè nulla re magis prodesse possumus proximo.

Trium annorum.

10 Filius si repudiet † hæreditatem paternam, potest nihilominus intra triennium eandem adire, modo res hæreditariȩ nondum alienatæ sint. l. vlti. C. de repu. & absti. hæredi.

De muneribus & honoribus.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus ad honores cũ esset absens duos menses habet à die scientiæ ad proponendam vel excusationem vel appellationem.*

2 *Decurionis, qui alio migrauerit, vendicandi quæstio intra tres menses est definienda.*

Decuriones hodie qui dici possint?

3 *Metropoles, quæ dicebantur olim?*

4 *Defensores ciuitatum olim iudicandi munere biennio fungebãtur.*

5 *Socius non restituens pro rata pecuniam quam alter in rem communem impẽdit, post quatuor menses cadit à dominio rei cõmunis.*

Duorum mensium.

1 QVi fuerit † absens nominatus ad honores, hoc est, ad munera personalia cum dignitate: is habet duos menses ex eo die, quo sciuerit se nominatum ad proponẽdam excusationem, vel etiam appellationem. l. j. C. de temp. appel. Iterum hic admonemur quam anxij olim essent maiores nostri, ne ad honores deputarentur, in quibus rectè administrandis, rogo quid aliud est, quam cura & molestia.

Trium mensium.

2 Cum incidit † quæstio vendicandi decurionis, qui relicta origine, alio migrauerit, eam oportet intra tres menses diffinire: alioqui iudex punitur. l. generali. C. de decurioni. lib. x. Decuriones hodie optimo exemplo dixerimus Magistratus, qui consilij simul etiam iudicandi causa, Senatorio quodam ordine in ciuitatibus conscripti sunt. l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. significa. Vrbes autem ex quibus olim coloniæ deducebantur,
3 Metropoles † dictæ sunt, quasi matrices: quandoquidem sic se habet Metropolis ad coloniam, sicut mater ad filiam. Quocirca Budeus rectè notat, hallucinatum esse Gratianum, qui Metrop[illegible]es, à numero ciuitatum dici, verbis Isidori putauit xxj. dist. [illegible] cleros. Nam ea significa[illegible]one, primã breuem natura haberet, cum habeat longam. Pr[illegible] melius illud dictũ est lxiij. dist. c. sacrorum. Ad eligendum episcopum, sufficere ecclesiæ matricis arbitrium. Vnde Metropolitanus dictum est.

De vendi

De vendicatione autem decurionis adiecta causa, cuius hic fit mentio, nos alibi diximus.

Duorum annorum.

4 Defensores† ciuitatum iureiurando electi iudicabant olim biennio, aliis postea ex descripto in matricula circulo, & ordine delectis, vt probatur nouel. de defenso. ciuita. §. iusiurandũ. & §. vlti. pleréque ciuitates, singulis annis Magistratus mutãt, imitantes Prætorij imperij priscam cõsuetudinem. Et id quod in xij. tabulis est, Reliqui Magistratus annui sunto, & paulò infrà: ciuitatem annali lege seruanto.

De sociis.

Quatuor mensium.

5 Socius † admonitus in iudicio, vel extra iudiciũ, vt pro parte rata pecuniam, quam alter socius in rem communem solus impendit, restituat: si negauerit solutionem, post quatuor menses amittit dominium rei communis, quam socius ob impẽsas potest totam vendicare. l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc l. si vt proponis. C. de edific. priuat.

De peculio.

SVMMARIVM.

1 *Peculium cum seruo venditum nec traditum olim intra annum peti poterat.*

2 *Filiofa. legationis, vel studiorum causa pecuniam mutuatus, eã intra annum repetere potest actione de peculio.*

Vnius anni.

1 SI seruus † alienaretur olim cum peculio, & interim sine peculio traditus esset: tunc venditor poterat intra annũ de peculio conueniri. l. Et ancillarum. §. si seruus alienatus. ff. de pec.

Vnius anni.

2 Qui filio † familias studiorum, vel legationis causa mutuo dederit pecuniam ad necessarios sumptus, quos nec pater iure potuisset negare, is potest intr[illegible] annum agere de peculi[illegible] nihil obstante senatusconsulto Ma[illegible]doniano, cuius mens n[illegible] fuit tam iusti[illegible]onib[illegible]dicere. Nec refert aliquid, vtrũ filius viuat adhuc, an sit mortuus. l. Macedoniani. C. ad senatusconsul. Macedo.

De seruis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus ignorante domino ad ordinem ecclesiasticum promotus, poterat olim intra annum vendicari.*

2 *Seruus à debitore fisci, qui soluendo nõ est manumissus, quanti temporis praescriptione se tueri possit, ne in seruitutem reuocetur?*

Vnius anni.

1 SEruus † olim qui ignorante domino subrepsit ad ordinem ecclesiasticum, poterat intra annum probata seruitutẽ repeti ac vendicari. §. si seruus sciente. nouel. de sanctis. episco. cui subscribit Romanus Pontifex in c. ij. de seru. non ordinan.

Decem annorum.

2 Seruus † manumissus à fisci debitore, qui soluendo nõ est, si diu in libertate permanserit, hoc est, decennio saltem: postea non est reuocandus in seruitutem. l. si cum fideicommissaria. §. Aristo. respondit. ff. qui & à quib. manu. liber non fiunt. Vides, quam eleganter Iurisconsulti hic sunt vsi praescriptionis aequitate, quasi medio quodam iure & temperamento inter rempublicam, quae vtique fauorabilis res est, & libertatẽ, quae & ipsa fauorem meretur.

De variis contractibus, & temporibus eorum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor liberatus in fraudem creditorum, intra annum cõuenitur in id quod facere potest, siquidem fraudis particeps non fuit alias in solidum.*

2 *Conductore latitante ne pensionem soluat, qua ratione consulatur locatori?*

3 *Mulier intercessionem, quam alieno nomine interposuit, post biennium repetens, senatusconsul. Velleiano. non iuuatur.*

4 *Ratum habere negotium pro se gestum censetur, qui centum diebus tacet.*

5 *Promissio pecuniae soluendae in tribus terminis quam interpretationem admittat?*

6 *Hypothecaria actio quantò tempore duret?*

7 *Actio omnis temporalis litis contestatione in annos quadraginta protenditur.*

8 *Actiones piis locis competẽtes quot annorũ praescriptione tollantur?*

9 *Bona fisco vacantia quot annis vsucapiantur?*

10 *Seruitutes qua ratione acquirantur, & quantò tẽpore tollantur?*

Vnius

Vnius anni.

1 SI quis † debitores suos liberet, malens illis, debitum condonari, quam creditoribus suis solutum iri, certè non est laudanda huiusmodi fraudulenta liberalitas, quæ nocet aliis. Quare iidem debitores liberati, possunt conueniri intra annũ ad id quod facere possunt modo sint ignari fraudis, quem liberans eos prætendebat. Nam participes doli mali tenentur insolidum. l. vlti. C. de reuocan. his quæ in frau. credi.

Duorum annorum.

2 Si conductores † edium non soluant pensionem: & præterea latitent, permittitur locatori domum aperire, & res in ea repertas apud publicam personam, testésque sigillatim describere, descriptásque consignare, vt custodiantur. l. cum domino horreorum. C. locat.

Duorum annorum.

3 Mulier † intercedens pro alio, iuuatur quidem senatusconsulto Velleiano: sed tamen si post biennium repetierit eandem fideiussionem non habet locum senatusconsultum. Quia non est ei subueniendum: quæ cũ euitare posset intercessionis exactionem, maluit post deliberationem tanti temporis eam confirmare. l. ij. C. ad senat. velleia.

Centum dierum.

4 Qui tacet † centum diebus, videtur ratum habere negotiũ pro se gestum, vt tractat Barto. in l. Pomponius. ff. de neg. gest.

Trium annorum.

5 Promittens † pecuniam in tribus terminis (vt dicunt) nullo in speciem adiecto tempore, annua, bima trima die tenetur, vt tota summa tertio anno sit soluta, sicut rectè probat Bart. in l. iij. in princi. ff. de annu. leg. Ias. in l. cum qui calendis. in prin. ff. de verb. oblig. more suo cathalogum recenset eorum, qui subscribunt huic sententiæ.

Quadraginta annorum.

6 Actio † hypothecaria xl. annis cõceditur l. cum notissimi. §. Quamobrem. C. de præscriptio. triginta anno.

Quadraginta annorum.

7 Omnes actiones † temporales, per litis contestationem perpetuantur, hoc est, ad xl. annos extenduntur. l. vlt. C. de præscri.

triginta anno. Cui consequens est alia regula: quod actiones quæ tempore triginta annorum non tolluntur, omnibus, modis per xl. annos finem accipiunt. l. omnes. C. eod. titu.

Quadraginta annorum.

8 Actiones † decem vel viginti annorum, quæ loco pio competunt, non nisi xl. annis tolluntur. auth. Quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Hoc priuilegium est pij loci.

Viginti annorum.

9 Possessor † bonæ fidei ex legitima contractus causa, bonorum fisco vacantium, per viginti annos defensionem acquirit. l. j. §. Diuus pius. ff. de iu. fisc.

Decem annorum.

10 Seruitutes † ad instar vsufructus, acquiruntur per cōtractus & vltimas voluntates: Admittuntur autem decem annis inter præsentes. l. sicut vsumfructum. C. de serui. & aqua.

De primo decreto.

SVMMARIVM.

1 *Missione in possessionem bonorum ex primo decreto à creditoribus impetrata, reus intra quātum tempus, & qua conditione possessionem recuperare possit?*

2 *Missio in possessionem bonorum debitoris ab vno ex creditoribus impetrata, an & intra quantum tempus cæteris creditoribus prosit?*

Vnius anni.

1 REo † aduersus quem est facta missio in possessionem bonorum ex primo decreto, vt creditor ea teneat & custodiat, datur annus, intra quem rediens auditur, & potest recuperare bona sua: ita tamen, vt restituat actori expensas, & præstet cautionem idoneam hoc est fideiussoriam. vel pignoratitiam, iudicio sisti. Post annum vero, de recuperanda possessione non est audiendus, sed tantum de causa principali. l. si qui, emptionis. §. sed & si quis. C. de præscrip. triginta anno. auth. & qui iurat. C. de bon. autho. iudic. pos[illegible] semel. de [illegible] reis. §. Si verò. semel tractat Bart. materiam primi & secundi decreti, in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect.

Duorum

Duorum & quatuor annorum,

Missio † in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto aliis quoque creditoribus intra biennium venientibus, si modo debitum probauerint.l.cum apud veteres.in princip. C.de bono.auto.iudic.possiden. Absentibus autem creditoribus, quadriennium tribuitur.l.vlti.in princip.C.eod.titu.

De contumacia.

Vnius anni.

1 ABsens † accusatus de graui crimine, si vocatus intra annum non veniat, nascitur cõtra eum magna reatus coniectura, quæ facit vt postea rediens teneatur innocentiã suam probare: cum alioqui veniente eo, probandum fuisset ab actore crimen.l.j.C.de requi.re. Huic coniecturæ accedit quod dicimus, læsam conscientiam semper fugere.

Quinque annorum.

2 Bona † propter cõtumaciam seu delictum confiscanda, intra quinquennium à fisco vendicari oportet.l.ij.C.de vectigali.& commis.Bal.in l.commissa.ff.de publica.

Viginti annorum.

3 Quærelæ falsi † viginti annis præscribitur sicut cæteris criminalibus accusationibus.l.quærela.C.ad legem Cor.de fal.

De naufragio.

SVMMARIVM.

1 *Naufragium allegans intra annum illud probare debet.*

Vnius anni.

NAuta, qui dicit se fecisse naufragium, debet hoc probare intra annum apud iudicem loci, vt eis res seruatæ restituantur. Postea vero non auditur.l.ij.C.de naufra.libro nono. Et causa ad summum intra biennium est terminanda.l.penulti.C.eod.titu.

Quòd autem nonnulli bona naufragorũ sibi prorsus appropriant prætextu consuetudinis: crudele & impium est, ac merito damnatur per Federicum Imperatorem sub pœna publicationis bonorum.authen.nau[illegible]gia.C.de fur.

De comm[illegible]sio.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus rem [illegible] dit: post quinquennium petere non potest.*
2 *Commissum quid sit?*

Agrum

3 *Agrum tributarium derelictum, ac proinde ab alio occupatum potest dominus intra biennium recuperare restitutis impensis cultura.*

Quinque annorum.

1 RES † quæ in cōmissum cecidit, non potest peti post quinquennium à fisco, cui non est soluta debita pensitatio, multo minus petet fiscus precium eius si fortè non extat. l. ij. C. de vecti. & commis.

2 Commissum autem † est delictum non solutæ pensitationis, dictum à committo. Nam committere inter alia significata, pro delinquere, & in peiorem partem aliquid facere accipitur. vnde Cicero non committas (inquit) vt dicendum sit: non putarem. Et Triphoninus in l. auxilium. in fi. ff. de minori. Et non fit (ait) ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei qui dum leges inuocat, cōtra eas committit. Itaque is qui non soluto vectigali, rem publicam sua pensitatione defraudat multum sanè delinquit, & merito res, quarum nomine aliquid soluendum erat, amittit. Ideo in commissum, vel in causam commissi dicuntur incidere. l. commissa. ff. de publici. & vectigali.

Vectigal est, quod pro deuectis mercibus soluitur: quemadmodum portitorium, quod portitori datur.

Duorum annorum.

3 Si dominus † agrum suum & tributariū deserat potest quilibet propria authoritate culturam eius suscipere, vt respublica tributum saluum habeat. Cæterum dominus agri deserti veniens intra biennium auditur, & restitutis expensis culturæ, potest eum recipere. l. qui agros. C. de omni agri. desert. libro vndecimo.

De milite veterano.

SVMMARIVM.

1 *Veteranus miles olim immunitatem consequebatur à muneribus post viginti annos.*

2 *Missio à militia triplex apud antiquos.*

3 *Liberta maior quinquagenaria operas patrono præstare olim non cogebatur.*

Viginti annorum.

1 VEteranus † miles olim post viginti annos consequebatur immunitatem ab omnibus muneribus, vt est titu. C. de excusa. vetera. Et l. sed & milites. in princip. & §. quandoque autem.

autem.ff.de excusatio.tutor

2 Verum hoc intelligendum est de militibus honestæ militia missis.Nam apud † antiquos, qui militaris disciplinæ studiosissimi fuerunt triplex contingebat missio: videlicet honesta, causaria, & ignominiosa.l.ij.§.ignominiæ.& l.milites.ff.de re milita. Nunc omnia sine ordine geruntur ad calamitatem sub iectorum.

Quinquaginta annorum.

3 Liberta maior quinquaginta † annis, operas præstare patrono non cogebatur olim.l.libera.ff.de oper.liberto.

De receptis arbitris.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter, in quem compromissum est de hoc ipso intra annum est certiorandus.*

2 *Supplicatio aduersus sententias eorum, à quibus appellare non licet, intra biennium admittitur.*

Vnius anni.

1 SI compromissum † fuerit in arbitrum, oportet eum intra annum facere certiorem de compromisso. Alioqui post tempus annale, videntur litigatores arbitrium eius repudiasse, vt probat Bart.in l.si quis arbitratu.ff.de verbo.obligat.

Duorum annorum.

2 Aduersus sententias † eorũ à quibus propter eminentiam magistratus, vel aliam rationem appellare non licet, vtique admittitur supplicatio intra biennium, authen.quæ supplicatio.C.de preci.Impe.offe.

De damnatis.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus in metallum nullo adiecto tempore, in decem annos damnatus intelligitur.*

Decem annorum.

1 CVm quis † in metallum damnatur sine certo tempore, videbitur præfinitum esse decennium.l.sine præfinitione. ff.de pœn. Quod nota.ad alias rerum species simili ratione diffiniendas.

De marito impotente vel captiuo.

SVMMARIVM.

1 *Maritum ob coeundi impotentiam vxori non licet statim dimittere,*

re, sed exacto demum triennio.

2 *Maritum ab hostibus captum, quandiu vxor expectare debeat?*

Trium annorum

1 VXor † non debet propter impotentiam statim diuertere à marito, sed per triennium expectabit, vt interim appareat, vtrum ex perpetua, an vero ex aduentitia causa sit impotentiæ moribus. Elapso autem triennio, si nihil emendatum fuerit hoc malum Iustinianus permittit diuortium: credo propterea, quoniam vxor reuera non fuit, quæ non consensit in virum impotentem. §. per occasionem quoque necessariam. nouel. de nupt. iunct. l. nihil consensui. ff. de regu. iur.

Quinque annorum.

2 Cum † dubitabatur olim num maritus ab hostibus captus viueret, an non: quinquennium expectandum erat, vt interim veritas exploraretur. §. sed etiam captiuitatis. nouel. de nupt. & l. vxores. C. de repud. Sed constitutũ est postea, vt tantisper expectet mulier, donec certo cõstet maritum esse mortuum. §. quòd autem. nouel. vt lice. mat. & aui.

De redemptis ab hostibus.

SVMMARIVM.

1 *Redemptionis suæ precium qui restituere non potest, redemptori suo quinque annis seruire debet.*

Quinque annorum.

1 REdempti † ab hostibus ære alieno, tenentur & gratias referre, & multo magis precium redemptionis soluere. Quod si non possunt æquum est, vt redimenti quinquennio deseruiant. l. vlti. C. de cap. & postli. reuer. Quod non multum discrepat à lege Mosaicá. Deute. xv.

De nundinis.

SVMMARIVM.

1 *Nundinarium priuilegium decennio amittitur per non vsum.*

Decem annorum.

1 NVndinarum † vsus à principe specialiter impetratus, amittitur decennio, si non vtantur impetrantes. l. j. ff. de nundi. Sic de seruitutibus non vtendo amittendis, suprà diximus.

De

De ludo.

SVMMARIVM.

1 *Ludo deperdita, si aureum excedant, intra annos quinquaginta repeti possunt.*

Quinquaginta annorum.

1 QVæ ludo † vltra aureum perduntur, repeti possunt intra quinquaginta annos.l.vlti.C.de religio.& sumpti.funer. Qua ex re æstimare licet, quam inhonestum censeant leges immodicum ludiabusum. Cum enim regulariter omnibus actionibus personalibus præscribatur triginta annis, vides hoc casu repetitionem extendi ad annum quinquagesimum.l. sicut.C.de præscript.xxx.anno.quod not.

De iubileo.

SVMMARIVM.

1 *Iubileo id est, quinquagesimo quoque anno apud Hæbreos vnusquisque possessionem, libertatem, familiámque, quam ob necessitatem alienasset, gratis recipiebat.*

2 *Liberos & cognatos maiorum suorum bonis frui æquitati conueniens est.*

Quinquaginta annorum.

1 ANnus † quinquagesimus olim apud Hæbreos ex lege Mosaica, vocabatur Iubileus, quo tempore vnusquisque ad possessiones, & libertatem, familiámque suam, quam ob necessitatem alienasset, nec posset soluere, gratis admittebatur. numero 25. Sanctificabísque (inquit) annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ vestræ. Ipse enim est Iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque ad familiam pristinam: quia Iubileus est quinquagesimus an.

2 Hæc politiæ species optima est, & merito commendanda sunt † omnia statuta ciuitatum, quæ eodem tendunt, hoc est, vt liberi ac reliqui cognati p[illegible] diuturnā successionem fruantur parentum & maiorū opus n[illegible]mine & familia. Id enim maximè secundum naturam est. Q[illegible]amobrem olim non voluerunt res immobiles alienari p[illegible]m in extraneos vt test[illegible]r.l. dudum.C[illegible] c[illegible]nquiunt Imperatores) proximis consortibusque cōcessum erat, vt extraneos ad emptionē

remo

remouerent, neque homines suo arbitratu vendendo rem haberent. Et quanquam ibi reuocetur hoc ius, multæ tamen ciuitates mordicus obseruant, ne possessiones extra familiam alienentur, vt proximus sanguine, sit item proximus in contractu emptionis. Huc denique pertinent omnia statuta, quæ tam anxie præcipiunt, ne vllius rei immobilis alienatio sit valida, nisi per insinuationẽ apud magistratum, in publicis actis (libros ciuitatum vocant) describatur. Non alio ista tendunt, quam quod bona maneant intra familiam vniuscuiusque ciuis, & præripiatur occasio clandestinis alienationibus, quæ alioqui in præiudiciũ sanguinis sæpe contingerent. Nam eum palam fiunt & solenniter alienationes, cuilibet est libera interdicendi facultas: potest & magistratus oculum adiicere, ne quid perperam agatur. Summa tanta est huius iuris vtilitas cum priuata, tum publica, vt si singula prosequi debeam, necessarium fuerit vel eo nomine iustum scribere libellum. Sed alias tractabitur latius.

CONSILIA QVAEDAM SEV CAVTELAE IN MATERIA PRAESCRIP.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio iure communi vel lege municipali introducta possit ne conuentione contrahentium euitari? & nume. 3.*

2 *Iusiurandum debitoru instrumento debiti appositum, efficit vt actio perpetuetur: atque etiam vt instrumentum executionem paratam habeatur.*

4 *Libellus in actione iurium incorporalium quomodo sit formandus vt prascript. x. vel xx. ann. locum habeat.*

5 *Vsucapio possit ne aliqua ratione locum habere in malæ fidei possessore, atque inibi examinata quædam noua Bald. opin.*

1 EXistimant † Doctores aliquando præscriptionem, vel iure communi, vel iure statuta[illegible]o introductam euitari posse. Primum si conuentum fuerit i[illegible]er contrahentes, & instrumento comprehensum, quod ela[illegible]o tempore per legem vel statutum [illegible]ræscripto incipiat debi[illegible] rursus debere omnibus numeris, [illegible]ibus antea contractum [illegible] per notarium descriptum est debitum, ar. l. sicut in annos, in p[illegible] quib. [illegible]ami. Bar. in l. nemo potest. ff. de le. j. Vbi probatur: quod alioqui sine hac expressa

pressa conuentione, qua mediante nō videtur excludi authoritas legis, sed magis noua constitui obligatio, non possit vllo modo fieri directa renunciatio, ne procedat vsucapio vel præscriptio. Bal. in l. ipsis rerum. C. vt in posses. lega. Certe non est contemnēdum hoc consilium propter statuta ciuitatum, quæ (vt supra dictum est) modum excedunt, quoniam annali præ-
2 scriptione ad omnia passim negotia vtuntur.

Consultum † putant in chirographo debitoris aut instrumento subiungi clausulam iuramenti, hoc est, quod debitor confiteatur per iusiurandum suum se obligari, putà Titio, in decem aureis: quia actio tunc perpetuabitur, vt probant Bart. & Ange. in l. Nam posteaquam. §. si is. ff. de iureiu. Habet præterea mentio iuramenti & hunc effectum: quod instrumentū sine qualibet alia cognitione sortitur executionem paratam: quoniam iudex statim debet exequi & cogere debitorem ad-
3 soluendum, vt notat Bar. in l. ij. ff. dict. tit.

Sunt qui scribunt: quod si † adiiciatur in instrumento hæc clausula, Promitto tibi decem, vt me quandocunque volueris possis conuenire, non procedat præscriptio statutaria. Ange. in
4 l. quod si nolit. §. si quid. ff. de edil. edic.

Suadent † omnes quod in libellis seruitutum, aut aliorum iurium addatur positio seu articulus talis: videlicet, actorem habuisse titulum ab eo, qui legitime potuerit dare. Nam si postmodum non probet ius tituli, sed duntaxat possessionem. x. annorum inter præsentes, vel xx. inter absentes: obtinebit sententiam non solùm in continuis seruitutibus, verum etiam in discontinuis, argum. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & l. si certis annis. C. de pact. Tradit hanc proxima glo. in l. seruitutes. ff. de serui.

Cum sit iure constitutum secundum ius diuinum & naturale, malæ fidei possessorem nūquam vsucapere rem alienam
5 sunt † qui tentant, num fieri possit vt etiam malæ fidei possessor vsucapiat? Ex horum numero Gal. est huiusmodi fere rerum antesignanus, in c. vlti. de præscrip. Tradit enim quod si statuatur in ciuitate, vt om[illegible] statuta de præscriptione loquentia habeant vim consen[illegible]s vtriusque partis: nunc non propriè dici malam fidem in [illegible]ssidente rem alienam, argumentis multū debilibus. & l. cu[illegible]donationis. C. de trāsact[illegible]ni. Et gloriatur Bald. de hoc inu[illegible] ingenij sui. Certe est [illegible] ingenio suo, [illegible] cam[illegible] ceco consilio natum, sine vlla forma & authoritate iuris. Porro, si mile facias statuta (ta-

metsi nec illa in fraudem legis valebunt) tamen non purgabis conscientiam malæ fidei possessoris, quæ syncera non simulata requiritur. Proinde hanc postremam cautelam ius nõ admittet, etiam si tota Baldischola probet, multo minus æquitas. Neque vero tam faciliter imponitur naturali & diuino iuri, sicut Baldus putat. Et est medius fidius appositissimũ exemplum eius, quod iurisconsultus dicit: Subtilitate iuris multos perniciose errare. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obliga.

AD LECTOREM.

HAec habui candide lector quæ de temporalibus præscriptionibus, in gratiam reipublicæ nunc scriberem. Tu si quas præterea inter legendum obiter inueneris iure ciuili, eas adiice: & omnibus modis cura vt rectè fruaris. Nam quãtum vtilitatis adferat in singulis rebus diligenter obseruata tempestiuitas, experieris faciliter, cum ad gubernandã Rempublicam vocatus fueris. Interim sis memor, opportunũ semper esse, vt nos mutua charitate diligenter præparemus ad eum diem omnibus ex æquo præscriptum, qui nos statuet ante tribunal Christi, ad quem omnes leges velit pedagoga, debet manu cedere: cui soli sit honor & gloria in æternum. Amen.

FINIS

INDEX RERVM AC VERBORVM, EORVM QVAE CONTINENTVR in hoc Tractatu Præscriptionum.

A

credi

defenso

Dictio

G

H

I

Impossibi

iubilæo,

Liber

M

mala

N

negato

P

præscri

pręscrip

præſcrip

Q

R

dicta

FINIS.

estructionē debeat ꝑpetuo manere sin̄ mu
it doc. ꝙ sic p. l. nostram.

Ecurionū. Ad clamorez ppli p̄ses nō
oʒ illicita ꝑpetrare. vñ magis dʒ ad
hereř legib⁹ q̄ clamori ppli. h. d. ¶ Ista
clamo: ppli ē min⁹ q̄ sit fama. Bal.

Exuo. Ex snia lʒ bu⁹ dāner dñs ñ ꝑ
dit dñiū si vult ip̄ʒ recuꝑare. h. d.

Joperis. Judex ñ p̄t corrigeř sniaʒ suā
circa tp̄s. h. d. Uel sic. iudex ñ p̄t face
re grāʒ ð tpe nec de pēa. h. d. No. ꝙ si iu
aliquē ab officijs ad tp̄s ꝑ diffinitiuā ñ p̄t
tp̄s nisi vi rstōis ꝑ viā iuris scripti seu iusti
teñ ꝑ viā grē q: sol⁹ ꝓnceps p̄t facere grāʒ
m ⁊ senatū: vt. l. i. §. ð qua. ff. depo. ⁊ not.
e re iudi. cū te. Et not. h ꝙ in criali cā pōt
in iteg. cōtra sniam nō ob. ff. de minor. l.
in delictis. q: cōtra crimē nō p̄t peti restō
cōtra sniam ⁊ ꝓcessuʒ sic vt in ista glo. bal.

Ui sniam. Judex ñ dʒ aliquē ꝯdēnare
nisi sit ꝯfessus vł ꝯuict⁹ ⁊ vbi ꝯuicir
gs ꝑ testes: testes ñ dñt eē singulares sʒ i
ꝯcordes. h. d. no. i. ꝯcor. ij. q. i. nos i quē
ibi ꝯfessiōe. no. ꝙ sola ꝯfessio suffič ꝙ dic:
iul. de vi. l. huos. ⁊. s̄. de cus[illegible] reo. l. ij. §.
l. iul. ma. l. ij. ¶ In tex. ibi rei [illegible]nē. not. ꝙ
n effectu concordēť facit ex̄ de ꝯuer. con
ium. ⁊ ex̄ de ꝟb. sig. c. nihil. ¶ In tex. ibi
nō ꝯfessu[illegible]

b ¶ Cicatrix. qs fit cicatrix vł ꝙ ꝓprie fit illa q̄ p⁹ sanatū vulnus macu lat ⁊ deturpat c. accusatus. i. q. i. ⁊ iō dicit flor. per illum tex. i. l. fi. ð his q ðie. vł effu. ꝙ si statutum punit ꝑ defor mi cicatrice ⁊ ē ꝓbatum sim pliciter de ci catrice nō rele uat ꝑ tex. d. l. fi. dixi ē p⁹ bs. i. l. denunciař se. §. quid tñ ff. de adul. ⁊ ð hac circatrice stař dcō peri tox in arte bʒ bar. i. l. semel j. de re mili. li. xij. ⁊ vide ꝙ ibi dixi p⁹ e[illegible]

i ¶ Renuncia re. vide no. ꝑ bar. ⁊ doc. i. l custodim⁹. ff. de pub. in a[illegible] ly. in. l. ij. s̄. de

Ne sine iuss

peria rōpētis cōfinia. vide i l.aut dāna.§. gsys.ff.e.z fa cit.j.l.proxi.

incarcerari postea.h.d.vł sic completo reponit in pstinū statū.h.d.

¶ Ne sine iussu pncipis zc.

Ulli iud

n gistratib⁹ nemo na alicuius ꝯfisca ter pcipiēte. Uel nigrū.¶ In tex.ibi rferat suppl In glo.i.ibi qs ðdit dic ð his:vt ... ð offi.eius cui man.ē iurisdi.¶ In gl.ij. ... z ꝸ lec.rogerij.ista sūt pia posse ꝯportare na ꝯfiscare z a quo remouet vn z ꝸm h sensus istius.l.ē ꝙ iudic re ñ pūt bona oīa cōfiscare.¶ ... telligas hāc lec.distigue.ꝙ alic da pncipalr ð p se ex dispotiōe. trabit icestas nuptias.vt in au ex isto ꝯctu icurrit penā ꝙ sua b z tunc ista talis cōfiscatio pt fie ð sūmis magratib⁹:vt no.ꝸ vn bi mādauero.§.si cuius bōa. ... da i ꝯnam puta ðportatiōis.z tūc ille ... scare q pōt ðportare z nō ali⁹:v ... uersas.ð off ... si.z.ff.ð lega.iij.l. lex ñ statuit ð ꝯfiscatiōe bonoꝝ arbitrio ꝙ hēt i exordinarijs cr res ð effrac.z expil.vel ēt i ordi

¶ Pro arbitrijs.an iudex hñs arbitriuz possit cōfiscare bōa vide in.c.i.i pn. de pa.tenen.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm